U. VII

18/h



GEORGIUS HICKES S.T.P.

Non ita pridem Collegii Lincoln. in Academia Oxon. Socius, ex Canonico Ecclesiæ Cathedr. Wigorn. factus Decanus Octobris die 13. A.D. 1683.

80875

Linguarum Vett. *SEPTENTRIONALIUM* THESAURUS GRAMMATICO-CRITICUS ET ARCHÆOLOGICUS.

Auctore *GEORGIO HICKESIO*, S.T.P.



OXONIÆ.

E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ANTIQUÆ LITERATURÆ

SEPTENTRIONALIS

LIBRI DUO.

QUORUM PRIMUS

Georgii Hickeſii, S. T. P.

Linguarum *Vett.* Septentrionalium Theſaurum Grammatico-Criticum & Archæologicum, Ejuſdem de antiquæ Literaturæ Septentrionalis Utilitate Diſſertationem Epiſtolarem,

ET

ANDREÆ FOU-NTAINE

Equitis Aurati *Numiſmata* Saxonica & Dano-Saxonica *complectitur.*

ALTER CONTINET

HUMFREDI WANLEII

Librorum *Vett.* Septentrionalium, qui in Angliæ Biblioth. extant, Catalogum Hiſtorico-Criticum; nec non multorum *Vett.* Codd. Septentrionalium alibi extantium notitiam, cum totius operis ſex Indicibus.



OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCV.



Serenissimo Principi
ac Domino
GEORGIO
Principi Hereditario
DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM,
et GOTHORUM;
Duci SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ,
DITHMARSIÆ, et CUMBRIÆ;
Comiti In OLDENBURG, DELMENHORST, & KENDALE;
Baroni
de WOCKENGHAM;
Summo Copiarum BRITANNICARUM
Terra Mariq; Præfecto;
et
Nobilissimi Ordinis PERISCELIDIS Equiti.

B: Rhodes Delin: et Sculp:

SERENISSIME PRINCEPS,

INGUARUM Veterum *Septentrionalium* idoneo de Patrono ut primum cogitavi, e Regia Veſtra DANORUM & GOTHORUM Familia *Mæcenatem* illis quærendum judicabam, Cui a me quaſi vitæ reſtitutas in Clientelam & Fidem commendarem. DANIÆ enim Reges ab ODINI, Principis ASARUM, Filio SKIOLDO & Genus & Nomen *Gentilitium* ducunt, SKIOLDIADÆ, *Gothice* SKIOLDINGI ab eo Patronymice nuncupati; quem JUTIÆ Regem præfecit Pater, Dux ille longinqui itineris, quod e Septentrionalibus *Minoris Aſiæ* partibus ad Aquilonares Europæ plagas cum Profectionis Sociis confecit. Eos paſſim in locos, tam citra, quam ultra Mare *Balticum* ſitos, ſcilicet in *Germaniam*, *Jutiam*, *Sælandiam*, *Scandiam* i. e. *Norvegiam* & *Sueoniam*, Mores, Inſtituta, & præcipue *Linguam* ſuam vetuſtiſſimam novi Advenæ induxerunt. Quæ quidem

illarum Omnium, quas, Deo juvante, veluti Mortuas excitavi, *Parens*, nondum forsan GOTHICA dicta, nondum in Dialectos partita, sed *una, pura, simplex*, ad antiquissimam ASIATICAM illam proxime accedebat, quam Japeti natu maximus GOMERUS, ab Eoque oriundi Filii & Nepotes locuti sunt; qui, confusis Linguis, a *Babele* Septentrionem versus contendentes, in Asiæ finibus consederunt. Illinc ODINUS, nescio quoto cognationis gradu a *Gomero* ortus, cum Suis profectus in *Orbe Arctoo* Regna *Gothica* condidit. Primum in *Saxonia* moratus, Illam, ut Veteres Vestri Scriptores tradunt, inter Filios quosdam Suos distribuit. Deinde in JUTIAM profectus, quam REIDGOTOLANDIAM, i.e. *Equitum Strenuorum Terram* appellabant, Illam, ut dixi, SKIOLDO Filio, Gentis Vestræ Principi, dedit. Postremo *Sueoniam* Borealium Nationum Victor ingressus oblatum ab *Indigenis* accepit Imperium. Quorum Majores jamdudum, ut opinor, ante *Odinum* ex *Asia* quoque Ductu & Auspiciis alicujus Principis profecti, deductis *Gomeridarum Asiaticorum* Coloniis, Primi omnium *Scandiam* occupabant. *Odinus* ille, Majoribus nostris *Vodenus*, præclare apud *Sueones* omnia administrans, ulterius versus Oceanum in *Norvegiam* pertendit, cui *Semingum* Filium præposuit. Cujus ex Fratre Nepotes *Skioldiadæ* antiquum *Norvegiæ* regnum Jure Sanguinis translatum non ita pridem acceperunt. Alii vero, SERENISSIME PRINCEPS, Augustam Vestram Familiam a SKIOLDO Nepote DANI, *Danicæ* Gentis Nominisque Conditoris, qui *Snorronis* seu *Humbli* Regis *Scandiæ* filius fuit, SKIOLDINGORUM Nomen sortitam esse volunt. A *Dano* autem Jutæ *Dani*, & Jutia *Dania* & *Danemarchia*, nuncupati sunt. Cujus tamen Meridionalis Provinciæ Frater ejus ANGUL

Domi-

Dominus conſtitutus, Illi nomen indidit ANGULIÆ, a quo ANGLIA vocabulum, progrediente tempore, factum eſt. *Angliæ* illi veteri a meridie proximus *Saxonum* populus erat in tres Provincias diviſus. Quarum Illa quæ tunc *Anglis* a meridie confinis erat, nunc *Holſatiæ* Ducatus eſt. Hi tres fortiſſimi Populi, *Jutæ*, *Angli* & *Saxones*, primo a *Britannis* acciti, deinde Sua ſponte, ſedibus relictis, in *Britanniam* navigarunt: cujus omnis, exceptis, quæ montibus aſperæ & impeditæ ſunt, Occiduis *Cornubiæ* & *Cambriæ* Regionibus, cum immortali Nominum Suorum gloria, Dominium Sibi acquiſiverunt. JUTÆ Veſtri *Cantium*, *Vectam* inſulam, & Provinciæ partem, quæ e regione *Vectæ* jacebat, occupabant. *Eſſexiam*, *Middleſexiam*, quæ tum Unum Regnum faciebant, & quæ cum *Suthreia* Auſtralium *Saxonum* ad tempus etiam erant regnum, *Suthſexiam*, Provincias a ſe nominatas, cum aliis Pagis ampliſſimis, qui Occidentalium *Saxonum* Imperii pars erant, SAXONES ſortiti ſunt. ANGLI cæterarum *Britanniæ* Provinciarum ſunt potiti, quas Orientalium *Anglorum*, *Merciorum*, & *Northanhymbrorum* latius patentia Regna complectebantur. Ex his Populis, Jutarum & Anglorum aut idem fuit, aut non multum diverſus Sermo, qui *Danicus*, & *Cimbricus*, & *Scandicus*, & *Gothicus* a ſcriptoribus appellatur. Ab hoc etſi Saxonum Sermo in multis differt, non ita tamen diſſimilis Ingenii ab Illo eſt, quin qui utramvis Linguam recte norit, haud multo ſtudio ac labore ad Alterius notitiam pervenire poterit. *Saxonicæ* Soror eſt veterum *Francorum* Lingua, quam *Franco-Theotiſcam* vocant, ut quæ ab una eademque Parente ortum ducit; nempe ab antiquiſſima illa Lingua, qua *Gothorum* Veſtrorum Poſteri in *Mœſia* ſibi expugnata, ante mille & ter centum

plus

plus minus annos, ſeu *Teutones* potius in *Germania* degentes, uſi ſunt.

Hæ, PRINCEPS ILLUSTRISSIME, Linguæ ſunt, quæ in hoc Duorum Librorum opere, quaſi ab Inferis revocatæ ad Auguſtum Patrocinium Tuum confugiunt, CELSITUDINEM TUAM, me oratore, per *Aſas* omnes, *Aſniaſque*, ſummiſſe rogantes, ut Illas Redivivas quaſi tot Pupillas, Cognationis jure, legitimæ Tuæ Tutelæ commiſſas, Auctoritate Tua defendere digneris: quo nihil Sibi Renatis gratius & jucundius, nihil honorificentius, nihil adverſus livorem magis ſecurum Aſylum, nihil denique Suæ vetuſtiſſimæ & clariſſimæ ab *Aſis* Originicon-venientius eſſe poſſe arbitrantur. Quamobrem offerri Se, opuſve, cujus beneficio reſpirant, dedicari Alii, quam Principi; Principique qui a communi Suo Parente *Odino* genus trahit, ea de re pluries Sententiam rogatæ, Se nolle ſemper reſpondebant. Immo vero immane nefas a me factum putarent, ſi hoc Suo cum Theſauro, Librorumque Catalogo Suorum, Alii cuipiam Principi ab *Odino* oriundo, quam Tibi Illas devoviſſem; Cui ut SKIOLDINGO, Tribulique Suo, omne Suum Obſequium jure debitum exiſtimant. Quinetiam, PRINCEPS OPTIME, vere mihi videor eſſe dicturus *Linguas* has antiquas, me obſtetricante, in lucem apud *Anglos* tandem emiſſas, CELSITUDINIS TUÆ Patrocinium jure quodammodo expectare, ſi non Sibi vendicare propterea poſſe, quod SKIOLDINGUS es Civitate *Anglicana* donatus, qui *Saxonum* & *Danorum* nationes, STUARTORUM & SKIOLDIADARUM deſtinatas Imperio Gentes, Auguſto & ſanctiſſimo Connubio conjunxiſti: quo, ut *Saxonum* & *Danorum* Soboli, Populo Anglicano, Te conjunctius nihil; ita nihil charius factum eſt, aut jam

per

per xx annos & eo plus, magis in honore fuit. Præterea *Jutas*, *Anglos*, *Saxones*, qui, ut varia elementa, expugnatis *Britannis*, in unum Corpus, unumque demum Imperium coaluerant, *Dani* Veſtri pariter expugnantes, Populos iſtos uno *Anglorum* nomine notos *Dano-Saxonicos*, & SAXONICUM tum fere Communem illorum ſermonem etiam *Dano-Saxonicum* fecere. Id maxime factum eſt a CNUTO Magno *Suenonis Tiugoskeggii* Filio, *Haraldi* Nepote, *Skioldingorum* tunc Gloria; quo Imperatorem fortiorem, meliorem Regem, aut Legiſlatorem magis ſapientem Arctous orbis nullo tempore habuit. Hic fœdere pacto Regnum adeptus, *Anglorum* Imperium amplificavit, auxit *Anglicani* nominis Gloriam, Legeſque optimas, quæ *Saxonice* etiamnum ſuperſunt, tam Eccleſiaſticam quam Civilem Rempublicam ſpectantes, condidit; & utramque, ea quidem juſtitia, ſapientia & moderatione animi, bello paceque adminiſtravit, ut *Angli* Illum, dum viveret, non minus, quam Sui colerent, & mortuum perinde Moerentes deplorarent. Ob bellicam virtutem, reſque proſpere & præclare in bello geſtas, *Fortis*; ob nominis & imperii Sui ſplendorem *Magnus*; ob benignitatem, munerumque largitionem, *Dives*; & ob aſſiduum Dei immortalis cultum, & venerabundum, quem tum in res, tum in perſonas ſacras gerebat, animum, *Pius*, & a Veſtris, & a Noſtris Scriptoribus erat nuncupatus. His virtutibus ita Majorum noſtrorum animos conciliabat, ut ab Illius temporibus, *Danos* non ut *Exteros*, ſed ut *Familiares* & propinquos Sibi conjunctiſſimos *Angli* ſemper naturali quodam amore dilexerunt, & cum ſingulari ſtudio & humanitate tractarunt ac amplexi ſunt. Porro, aucta eſt utriuſque Populi, arctiorque quam antea facta illa Neceſſitudo, adventu *Normannorum*;

mannorum; qui *Dani* etiam origine cum eſſent, *Dano-Saxones* Majores noſtros etiam magis *Danos* fecerunt.

Quamobrem, SERENISSIME PRINCEPS, cum antiquæ *Literæ*, Muſæque Septentrionis Tuæ ſint, & tot cognationis Nominibus Celſitudinem Tuam attingere videantur, ne mirum, nedum offenſio Tibi ſit, quod e mortuis ſuſcitatæ in Te, tanquam in communem Suum *Phylarchum* oculos conjiciant, Teque Patronum Sibi aſciſcere velint; cui per tot propinquitatis principia, *Nationis*, *Gentis*, *Linguæ*, *Majorum*, Se maxime Tibi conjunctas arbitrantur. Etenim quemadmodum Exules aut Captivi, poſt longam & continuam abſentiam, in Patriam reverſi, Diis patriis & Penatibus ſalutatis, id imprimis curant, ut propinquos, ſive nepotes, ſive pronepotes, abnepoteſve, præſertim qui illuſtrioris loci & nominis ſunt, adeant, a quibus maxime Opem & Præſidium petant: ſic in Arctoas Suas Sedes, quaſi poſtliminio redeuntes Antiquæ Septentrionis Linguæ, ad Te tanquam ad Principem Sibi conjunctiſſimum ſupplices veniunt, Opem & Patrocinium Tuum flagitantes, quo munitæ & maxime honeſtatæ, Auguſtique Tui Nominis ſplendore Clariores factæ, majori ſimul cum Fidentia & Gratia in publicum prodibunt, non tantum Cognatos apud populos, *Anglos* & *Danos*, ſed apud *Suecos*, *Belgas*, *Germanos*, *Gallos*, *Italos*, *Hiſpanos*, omneſque alias Nationes, ubi in moribus, inſtitutis, inſcriptionibus, provinciarum, urbium, oppidorum, hominum, rerum nominibus *Gothi*, Gentium domitores, quibus appellationibus cunque noti, Imperii ſui veſtigia reliquerunt.

Hæc ad Celſitudinem Veſtram, AUGUSTE PRINCEPS, Muſarum Veterum Arctoarum, quaſi totidem *Aſiniarum*, monitu, præſenti animo dixi. Quæ me etiam

Laudum

Laudum Tuarum heic præconem eſſe volunt: quod tamen ut facerem, etſi ab Illis imperatum, a me impetrare nequeo, quamvis Illarum, quaſi tot Syrenum illecebris captus, graviſſimos labores exantlavi, non tantum curans, ut ab Orco revocatas literario Orbi ſpectandas exhiberem; ſed omni Ope & Opera etiam enitens, ut cum magnificentiſſimo Librorum Suorum Apparatu decoratas, vere Doctis colendas oſtenderem, qui Libros propter Se, & Linguas propter Libros unice amantes, illarum ſcientiam nocturno diurnoque ſtudio aſſequuntur. Verum enimvero, etſi Illarum gratia tot tantaque feci, ea tamen una res eſt, in qua illis morem gerere non poſſum, tum quod virtutes in Celſitudine Tua conjunctæ, tanquam Sidus, ſuo ſplendore conſpicuæ omnium oculos in Se convertant; tum etiam quod ingenii exiguitatis conſcius non eum me *Apellem* eſſe cenſeam, qui dignus ſum, ut Tantum Principem meis verbis depingam, cujus Inclytas Virtutes majorum gentium Hiſtorici Noſtri Literis non poterunt non prodere; &, qui dicendi facultate maxime præcellunt, Oratores, ſingularem Præſtantiam cum meritis Laudibus prædicare. Prudentiam, Conſtantiam, Reverentiam Sacrorum, aſſiduum Dei immortalis Cultum in Te laudabunt, & veram Animi Magnitudinem cum ſumma Humanitate, Clementia, Manſuetudine, Modeſtia, & Facilitate Morum conjunctam. In Te etiam laudabunt præclaram Vitæ Sanctimoniam, Fidemque conjugalem, in corruptiſſimo ſæculo, omnis labis immunem; nec non Principe Viro maxime dignam Mentem illam ſtabilem Tuam, nunquam non quietam & tranquillam; quæ nec cupiditate aliqua vinci, nec metu frangi, nec ægritudine exacerbari, nec iracundia accen-

di,

di, nec humano aliquo casu de gradu, ut dicitur, Suo dejici unquam potuit. In Te quoque magnopere celebrabunt divinam illam Animi Moderationem, & Honorum, de quibus nullo tempore contendisti, Contemptum vere Christianum. Qui Principatus nunquam cupidus, Imperia, Magistratus & Gloriam, quæ propter Se plerique admirantur, propter *Remp.* solam expetenda ducis. Ad quam Administrandam, Servandamque pro Modestia Tua rogatus tandem & quasi invitus accessisti, ad Animam tamen pro Illa profundendam nullo non tempore paratus, quo mortem oppetendo Ei Te profuturum credas. Denique præclarum illud & immortale Facinus, quo Regem Fratrem e confertissimis hostium turmis, ubi laborabat, ereptum Tua Virtute servasti, ad perpetuam Celsitudinis Tuæ Gloriam non poterunt non scriptores Nostri prædicare. Quibus igitur ego has, aliasque plurimas Virtutes Tuas, propter quas Te omnes colunt & mirantur, cum magna sua voluptate, laudeque Tua sempiterna celebrandas relinquo; tum quod illas a me heic amplius dici summa Tua Verecundia & Modestia vetent; tum etiam quod a specie adulationis abesse velim meam ad Te orationem; tum vero quod potius Sacerdotis in precando pro Tua salute, quam Oratoris in Te laudibus ornando, partes mihi agendas putem.

Quamobrem D. O. M. Principum Custodem ac Præsidium, suppliciter & obnixe rogo, ut Te sanum & incolumem servet; ut clarissimi Nominis Tui splendorem augeat; & post beatam & longævam maxime Vitam, cum a mortalibus migraveris, ut ad immortales & divinos animos justorum qui perfecti sunt, & beatissimum Angelorum cœtum, & Novi Fœderis Auctorem

Jesum

DEDICATIO.

Jeſum aſcendens, ſumma illa Hieroſalymæ Cœleſtis beatitudine fruaris, quam in *Eddæ* ſuæ parte *Woluſpa* dicta ante multa ſæcula *Iſlandice*, i. e. *Gothice*, ex vetuſtis veſtris monumentis metrice deſcripſit *Sæmundus* FRODE, i. e. *Sapiens*, dictus:

Sal ſier hun ſtanda ſolu fegra	*Aulam illa videt Sole clariorem,*
Gulle thaktan a Gimle havum.	*Auro tectam in ſublimi Cælo:*
Thar ſkulu dygvar drotter byggia/	*In qua proborum gens habitabunt,*
Og vm alldur daga yndis niota.	*Et æterna voluptate fruentur.*

Animum Tuum e Cuſtodia, Vinculiſque corporis ſero & facile evolantem, ut ad Beatorum illam Sedem perducat, ad ſupremum omnium Principem & Rectorem, qui preces ſuorum non aſpernatur, preces quotidianas fundit *Regiæ Tuæ Celſitudini* ſummo obſequio & obſervantia deditus & devotus

GEORGIUS HICKESIUS.

AD

REVERENDUM VIRUM

ADAMUM OTTLEY

S. T. P.

Archidiaconum *Scrobbesburienſem*, & Eccleſiæ Cathedralis Hereſordenſis Canonicum, *Auctoris* de opere ſuo Præfatio.

QUUM rebus, quæ in *Anglia* geſtæ ſunt ante tredecim annos, factum fuerit, ADAME OTTLEY, ut mihi nihil eſſe loci, neque in Eccleſia, neque in muneribus Sacerdotalibus publicis viderem, relicta, cui viginti annos non ſine fructu ſtudueram, ſcientiarum principe *Theologiâ*, ad linguas veteres *Septentrionales* recolendas omnem meam operam, & curam converti; tum ut *Inſtitutiones Anglo Saxonicas*, & *Mæſo-Gothicas* noſtras denuo edendas, quod multi flagitabant, recenſerem; tum maximè quod nulla res alia, earum ſtudio mirificè delectatum animum moleſtiis levare magis poſſet, &, quibus affici cœperat in caſibus nobis tam acerbis, à moerore & ſollicitudine abducere. Repetitis iſtis in ſtudiis cum non mediocres feciſſem progreſſus, Te etiam in iis verſari & excellere à *Wilhelmo Bromeo* Tuo accepi, qui mihi auctor eſſe voluit, ut nonnulla, quæ elucubraveram, Tecum communicanda illi darem; quibus, quoniam ipſe linguam *Saxonicum* & utramque *Goth.* perfecte aſſecutus, admodum erat delectatus, & Tibi illa fore jucunda exiſtimabat, dicam, an prædicebat, cum res non aliter, atque putârat, acciderit. Tu enim illa perlecta laudaſti, conſiliumque noſtrum de recudendis *Grammaticis noſtris Septentrionalibus* expoſitum non comprobâſti ſolùm, ſed pro Tuo in *arctôam* literaturam amore, & beneficentia ſingulari, æs etiam ad levandos ſumptus, qui in iis recudendis ponendi erant, primus omnium & optimis ominibus largiter contuliſti. Quocirca cùm præfatio mihi operi, quemadmodum atrium domui, multis de cauſis præſtruenda ſit, eam Tuo nomine inſcriptam gratus voluit animus; non tantum ut meritorum in me Tuorum magnitudinem, verum me etiam eorum ſemper fore memorem ut cognoſcerent quotquot aut caſu librum noſtrum inſpiciant, aut conſilio quæſitum ſtudioſè pervolvant. Id etiam cur faciam in cauſa eſt magnus ille, quem in Te perſpexi, literarum & antiquitatum *Septentrionalium* amor cum ſumma diligentia conjunctus. Ex quibus certus quidem ſcio neminem Te aut magis aſſiduum, aut magis peritum lectorem ad librum noſtrum acceſſurum; adeo ut de illo, quæ dicenda ſunt, apud Te præfando, lectores plane omnes, qui aut *Philo-Gothi*, aut *Philo-Saxones*, aut denique *Philo-Teutones* ſunt, vel eſſe, vel ſe haberi volunt, compellare videar.

In ſcribenda vero præfatione noli credere me in iis redarguendis opera abuſurum, qui *Grammaticas* ſcribere *S. Theologiæ Doctoris* dignitatis eſſe negant. contra quos non multis verbis hic dicendum exiſtimo, quod contra illorum opinionem longa ſatis oratione diſputavimus in præfatione, quam *Inſtitutionibus Grammaticis Anglo-Saxonicis, & Mæſo-Gothicis*, præpoſuimus, quæ ante XIII. annos *Oxoniæ* prodierunt. Ibi Clariſſimorum pallii togæque virorum, *Platonis*, *Ariſtotelis*, *Theophraſti*,

Julii Cæsaris, Ciceronis, Varroniſque exemplis oſtendimus, non alienum eſſe à ſapientiſſimi maximive cujuſvis exiſtimatione, aut dignitate, *Grammaticalibus* ſe addicere, aut libros *Grammaticos* faciendo literarum ſtudium promovere. Quinetiam exemplis **Caroli Magni imperatoris*; [a] *Ælfrici Archiepiſcopi Cantuarienſis*; [b] *Georgii Schottelii*, qui Sereniſſimo *Brunſwicenſium* & *Luneburgenſium* duci à conſiliis erat; denique *Johannis Walliſii* S. T. P. ob matheſeos ſcientiam per totum literarum orbem præclari, id confirmavimus. Ad quos jam eruditione, & auctoritate ſua venerabiles accedant, [c] *Theodorus Beza*; [d] *Johannes Cheekus, eques Palatinus*; [e] *Rogerus Aſchamus, Elizabethæ* R. Angliæ præceptor; [f] *Robertus Bellarminus* Cardinalis; [g] *Franciſcus-Maria Maggius* Panormitanus; & [h] quotquot alii à collegio *Romano* de propagandâ fide ad exteros longinquoſque populos, prædicandi Evangelii cauſa miſſi, barbararum linguarum inſtitutiones *Grammaticas* cum ingenti literarum beneficio ediderunt. Poſtremo accedant non minus auctoritate graves, *Jobus Ludolfus*, qui *Grammaticam* Linguæ *Amharicæ*, quæ vernacula eſt *Habeſſinorum*, cum *Lexico-Amharico-Latino* ante quatuor annos *Francofurti* ad *Mænum* publicavit; [i] *Gulielmus Bonjour Toloſanus* ordinis Eremitarum *S. Auguſtini*, qui *Grammaticam Ægyptiacam* nuper confecit; ſummæque tum dignitatis, tum auctoritatis homo prænobilis & doctiſſimus *Franciſcus à Meſgnien Meninski* S. S. *Sep.* Eques *Hieroſolymitanus*, & Sac. Cæſareæ Majeſtati Conſiliarius, qui Lexicon *Turcico-Arabico-Perſicum cum Grammatica Turcica* ſuis Typis & ſumptibus impreſſum *Viennæ Auſtriæ* edidit, *A. D.* MDC.LXXX. Idem etiam Onomaſticon *Latino-Turcico-Arabico-Perſicum*, *Viennæ Auſtriæ*, Anno Salutis, MDCLXXXVII publicum fecit. & in concluſione prooemii ad primum opus ſuum incredibilem ſuum literarum *Turcicarum* amorem, & quantopere, & quam obſtinato animo reip. literariæ prodeſſe cupiebat, his verbis deſcribit: *Quanti ſumptus ad incidendos, fundendoſque exoticos Characteres, ad erigendam à fundamentis Typographiam requiſiti, & erogati fuerint, novit exhauſtum meum peculium. Quantam autem moleſtiam mihi ipſa operis impreſſio peperit, vel ex hoc judica, quod & compoſitorem Turcico-Perſico-Arabicorum, & impreſſorum foliorum reviſorem & correctorem, ipſe agere, & ne latum unguem à typographis diſcedere coactus ſum. Hæc autem omnia ſubii libens, non vanæ gloriæ ſtimulo agitatus, viles enim & ſuomet nomine obſcuri videntur hoc ſæculo hujuſmodi grammaticales labores, - - - - non ſpe lucri lactatus, (ſumptus enim ad hoc opus edendum liberaliter expenſus diſtractione omnium etiam exemplarium refundi, aut compenſari mininè poteſt) ſed ſolo de principe, de rep. literaria, de te* (Lector Studioſe) *bene merendi deſiderio, ſtudioque compulſus.*

Ex auctore doctiſſimo, qui barbaram linguam, qua non tantum religionis *Chriſtianæ*, ſed humaniorum literarum hoſtes loquuntur, hæc quorundam gratia tranſcripſi. qui *Græcis* & *Latinis* literis eruditi, *Arctôas* penitus contemnunt, pene mirantes ſtultitiam meam, qui iſta volui ſcribere, quæ, ut clamitant, nec indocti intelligere poſſunt, nec docti legere curabunt. Id etiam in me temerè nimis, & curiosè reprehendunt, quod tantum ſtudium, tamque multam operam in explicandis *barbaris*, horridiſque, & incultis expoliendis ſermonibus poſuerim. Quod tamen ferendum eſſe, ſi moderatior & temperantior in ſcribendo, minus temporis pretioſi, minus operæ malè collocatæ, minus denique perituræ chartæ in-

---

* Qui *Grammaticam* patriæ ſuæ linguæ *Franco-Theotiſcæ* compoſuit. a Hic præcepta *Grammatica* ex *Priſciano, Donatoque* collecta, *Saxonicè* tranſtulit in uno libro, cui gloſſarium *Saxonico-Latinum* adjecit. b Hic opus ex quinque libris *Grammaticis* conſtans de *Germanica* lingua *Germanicè* edidit. A. MDCLXIII. c Hic Scholia de *Germaná Græcæ* linguæ pronuntiatione ſcripſit, quæ ab *Antonio Cevellerio* recenſita *Genevæ* excudit *Paulus Stephanus*, A. D. MDC. in libello cui titulus *Alphabetum Græcum & Latinum.* d Hic *diſpp.* de pronuntiatione linguæ *Græcæ* ſcripſit, quæ *Baſiliæ* prodierunt MDLV. e Hic librum *Anglicè* confecit, quem inſcripſit **The School-Maſter, or the plain way of teaching Children the Latine tongue.** qui Londini prodiit, MDLXXX. f Hic Linguæ *Hebrææ Grammaticam* compoſuit. g Hic Linguarum *Orientalium*, quæ in *Georgiæ* regionibus audiuntur, inſtitutiones *Grammaticas* Romæ excuſas publicas fecit. MDCLXX. h E quorum numero ſunt *Fr. Didacus Colladus* ordinis prædicatorum, qui *Grammaticam* Linguæ *Japonicæ*, in gratiam eorum qui prædicandi Evangelii cauſa ad *Japoniæ* regnum ſe conferebant, compoſuit; ipſe in illo regno fidei, quam *Catholicam* vocant, propagandæ miniſter. Romæ prodiit hic liber typis & impenſis Sac. Congregationis impreſſus, MDCXXXII. i An vero in lucem adhuc prodiit hic liber, neſcio, de quo ſic auctor ſcribit in exercitationis ſuæ brevis in monumenta *Coptica* ſeu *Ægyptiaca*. bibl. *Valicanæ* p. 25. *ne interim lectoris ſtudium reſtinguat hæc in monumenta Ægyptiaca exercitatio, eum moneo me jam abſolviſſe Grammaticam Ægyptiacam.* Accedat liber qui Inſcribitur REGULÆ *quædam pro difficillimi* CONGIENSIUM *idiomatis faciliori captu ad Grammaticæ normam redactæ.* A F. *Hyacintho Bruſciotto*, &c. Regni Congiæ Apoſt. Miſſionis præfecto. Romæ. 1659.

ſumptiſ-

ſumpſiſſem in faciendo libro, quem neque mihi, neque reip. literariæ utilem fore exiſtimant, haud ſine aliquo mei contemptu, ſibique plus æquo tribuentes, dicunt. Sic faſtidioſi illi, & delicatiſſimi homines, qui literas *Septentrionales*, quas neſciunt, vituperant; quoſque offendit noſter in iis excolendis minimè nobis injucundus labor, quo literato orbi me ſimul & profuturum, & placiturum, quicquid illi contra ſentiant, diſſerantve, ſperare jubet animus, neſcio qua auguratione permotus. Quid enim illorum, qui literas, libroſque, quos nondum intelligunt, damnant, cenſuram pertimeſcerem? præſertim cum id faciendo præſtantiſſimorum hominum famam cum noſtra graviter lædant, qui *Gothicas*, *Saxonicas*, *Francicaſque* literas, quæ ad hanc ætatem jacuerant, non excitarunt modo, ſed literarum *Latinarum* lumine, tam apud nos, quam apud exteros illuſtrarunt. Quamobrem ab iſtis literaturæ *Septentrionalis* obtrectatoribus id impetrare velim, ut meminerint, cum de illa, aut de nobis obloquendi animo quid aliquando dicturi ſint, in *Lelandum*, *Matth. Parkerum* Cantuarienſem, *Joh. Seldenum*, utrumque *Spelmannum*, *Th. Mareſchallum*, *F. Junium* F.F. ut innumeros alios præteream, qui apud nos *Saxonicis*, apud exteros *Gothicis* literis jam incumbunt, ſe iniquos fore, illorumque exiſtimationem, & dignitatem ſummam, trajectis lateribus noſtris, graviter vulneraturos. Quare tantorum virorum exemplis, & præſidio tutus, id genus hominum faſtidia, & obtrectationes tantum contemno, quantum illi antiquas literas *Boreales*, noſtramque in iis docendis exornandiſque diligentiam aſpernantur. *Græcas* ergo *Latinas*que linguas, & auctores & homines mirentur per me, quantum velint; modo à linguis, quibus majores ſui locuti ſunt, libriſque quos ſcripſerunt, non abhorreant. Quæ res apud illos geſtæ ſunt, & qui illorum mores fuerunt jucundum ſit iis legere; modo quas hi pace belloque geſſerunt, inſtitueruntque, quaſque leges, & conſuetudines vim legum obtinentes habuerunt, ſcire non dedignentur. Quid vero cum iſtis hominibus tantopere pugno, ADAME OTTLEY? cum Te propugnatorem habeam, ne delicatis iſtis *Græcarum*, & *Latinarum* literarum ſcientia cedentem; quas, neque faſtiditis, neque ſpretis, neque denique vituperatis inique vetuſtis linguis *Aquilonaribus*, aut earum doctoribus, quod ſuum eſt utriſque tribuere ſciens volenſque, non neſcis mirari, & laudare. Quamobrem cùm Tibi æquo arbitro antiqui illi ſermones, quos *Barbaros* contumeliosè vocant, dulces adeo ſint; magna mihi ſpes eſt, illos à me *Latinis* literis mandatos, explicatoſque dulcedine ſua allecturos eſſe lectores etiam ex iſtis faſtidioſæ gulæ hominibus; quibus non invidia, malave aliquâ voluntate, ſed uſu, & falſis opinionibus venit, ut avitis *Arctôi* orbis linguis tam acerbi, & iniqui ſint. Quapropter auctor iis eſſe velim, ut rudes iſtos, ferreoſque, quos putant, linguarum iſtarum ſcriptores, vel primoribus, quod aiunt, labris delibare non graventur. Quo impetrato, auſim iis ſpondere, ſe, ut ut *Græcis*, *Latiniſque* literis eruditos, *Arctôas* veteres non amplius contempturos, meve culpatum ire, qui multos annos laboravi, ut opera, ſtudiis, laboribuſque meis, & Populares mei, & Exteri literarum ſcientiam facile adipiſcerentur; quas, qui ante nos vixerunt, docere non ſciverunt; quas etiam jam præceptis Grammaticis criticiſque traditas *Gothicæ* ſtirpis hominibus tantum non turpe erit ignorare. Quinimò Muſarum *Arctôarum* nomine omnibus eas neſcientibus auſim polliceri ſe literas iſtas non tantum inter diſcendum gratas ſuaveſque percepturos; ſed etiam iis perfectè cognitis, & intellectis, non minus, quam *humaniorum* literarum ſcientia, quas adeò extollunt, vehementer iri delectatos. Id ſane doctorum multorum exemplis expertus ſum, qui me auctore, ad literarum *Saxonicarum* ſtudium animos adpellentes tam mirificè delectabantur, ut nunquam ab illo avelli potuiſſent. Hi etſi in *Græcis*, *Latinis*que verſatiſſimi, nullos tamen è ſuis ſatis eruditos putant, quibus patriæ antiquitates ignotæ ſunt: in illis hoc merito admirantes, quod ſermone, qui ante mille plus minus annos vernaculus patriæ fuit, rebuſque graviſſimis, lectuque digniſſimis, quæ in illo ſcriptæ ſuperſunt, non vehementer gaudeant, qui fabellas *Græcas*, *Latinas*que cum incredibili voluptate legunt; & cur in monumentis *Angliæ* vetuſtis *Saxonicis*, *Dano-Sax.* & *Normanno-Sax.* cæcutire contenti ſunt, qui in *Græcis*, *Latiniſque* ſcriptoribus Lynceos eſſe totis viribus contendunt. Quocirca ut *Græcarum*, *Latinarum*que literarum cultoribus, quæ ſummo ſuo ſtudio, ingenioque digna ſunt, *Arctôas* membranas ſuppeditare oſtenderem, de Linguarum veterum *Septentrionalium* uſu, & delectatione plurimis verbis ſcripſi in Epi-

ſtola ad clariſſimæ, & ſuaviſſimæ memoriæ virum *Barth. Shower*, Equitem Palatinum, & juris *Anglicani* peritiſſimum; qui ferè neminem è politioris literaturæ, & ingenii hominibus ad eas diſcendas prius acceſſurum credebat, quam argumentationibus ei ſatisfactum foret ſe in iis ſtudendis,condiſcendiſque cum voluptate,fructuque operam poſiturum. Eum etiam in finem *Codd. Vett. Septentrionalium*, præſertim *Saxonicorum* noſtrorum Catalogum *hiſtorico-criticum*, quà fieri potuit, perfectiſſimum, non abſque magnis impenſis reip. doctorum exhibendum curavi. In illo conficiendo *Humphredi Wanley*, divini ingenii hominis, & illuſtrandis antiquis literis nati, conſilio, manu, opera uſus ſum. Qui, pro magno ſuo cum in me, tum in *Arctôas* literas amore, id operis in ſe ſuſcepit; quo non de nobis tantum, ſed de doctorum univerſitate optimè meritus eſt. Eruditis viris, qui in literaturâ *Septentrionali* hoſpites cum ſint, ſecus forsàn ac nos, de ejus dignitate ſentiant, author eſſe velim, ut catalogum illum, ſi non cum diligentia ſumma, cum aliqua tamen pervolvant. Id facientes de rep. literaria me bene meruiſſe non inficiabuntur, qui docendis obſcuris literis dedi operam, in quibus libros varii generis exaratos in haud exiguo numero ſupereſſe cernent, qui lectorum ſuorum diligentiam cum multarum rerum, quæ maximè ſimul placent, & proſunt, ſcientia compenſabunt.

Præterea ne Popularibus meis in aliquo deeſſe viderer, quo ad veterum *Arctôarum* literarum ſtudium eorum animos accenderem, nonnullos doctiſſimos viros tum è noſtris, tum exteris, alios mihi in ſubſidium vocavi, alios ſua ſponte in auxilium nobis venientes libenter, & more officioſo, amplexus ſum. Inter illos honorifice nominandus ob multijugam eruditionem, ſpeciatim ob literarum *Septentrionalium* ſcientiam clarus, reverendus admodum præſul D. *Gulielmus Nicolſonus*, nuper Archidiaconus, & nunc Epiſcopus *Carleolenſis*. Qui pluries à nobis in difficilibus, & obſcuris, tanquam oraculum planè conſultus, ſemper ad nos reſponſa lucis plena, quibus omnia explicabat, ſumma cum humanitate, & ſine mora dedit. Ingenio, humanitate & eruditione ſua præclarus *Andreas Fountain*, eques auratus, *Numiſmatibus Saxonicis*, ſuis ſumptibus multo accuratiùs & auctius, quàm prius, editis, opus noſtrum augere, & ornare voluit. *Gulielmus Elſtob*, Collegii Univerſitatis, apud Oxonienſes, Socius, Ælfredo Rege, quem fundatorem prædicant, digniſſimus, à nobis rogatus *Lupi Epiſcopi* ſermonem *Saxonicum* verſione *Latina*, & notis illuſtravit. *Gulielmus Hopkins* S. Th. Profeſſor, non ita pridem Eccleſiæ Cathedralis *Wigornienſis* Canonicus, & decus maximum, à quo impetravi, ut Commentarium de *Sanctis in Anglia Sepultis* ab incerto quodam auctore *Saxonicè* ſcriptum, à ſe in Latinum converſum notis adornaret. Denique *Edm. Gibſon* meritis ſuis maximis in rempublicam literariam notiſſimus, qui Leges *Saxonicas Æthelberhti. I. Hlotharii* & *Eadrici* RR. Cantiæ à *Joh. de Laet*, latine verſas, notiſque elucidatas mecum bona ſua cum venia publicandas communicavit. Ad illos etiam accedat poſt nullos mihi cum laude prædicandus *Edwardus Thwaites*, Collegii *Reginæ* in Academia *Oxonienſi* Socius, cujus tum in me, tum in literas *Septentrionales*, tum denique in librum meum merita cum conſiderem, vix plane à me impetrare poſſum, quin exemplum ſequar *Petri Franciſci Giambullarii*, qui librum ſuum [a] de linguæ *Florentinæ* origine ſcriptum, à *Johannis Baptiſtæ Gellii*, viri ſibi amicitia & ſtudiis conjunctiſſimi, cognomine, quem in ſcribendo ſocium & conſiliarium habuit, [b] IL GELLO nuncupari voluit. Perinde quidem & mihi THWAITESII nomine librum noſtrum inſcribendo, ſi per modeſtiam ejus liceret, nobis faciendum eſſet. Etenim ille cum literarum *Arctôarum* ſcientia, quas cum Græcis & Latinis conjungere non dedignatus eſt, tum ſummo ingenio, & honeſtate vitæ mihi charus, & jucundus, ſchedas noſtras tam imprimendas, quam impreſſas reviſendi, & corrigendi, ut & typographos, chalcographoſque quotidiè dirigendi, inſtituendique, quinque annorum cura, & diligentia de codice noſtro ita meruit, ut ſi illum mecum ejuſdem auctorem, cujus adjutor maximus fuit, prædicarem, id tantum

---

a Origine della lingua Fiorentina, altrimenti IL GELLO di M. Pier. Franceſco Giambullari, Academico Fiorentino. *In Fiorenza. Appreſſo Lorenzo Torrentino* M.D.XLIX. b Pag. 8. *Nelquale, & maſſime nel Principio hô introdutto a parlare il noſtro Giovan Batiſta Gelli, ſi, perche egli è molto virtuoſo, & tanto amico mio, che dal cognome ſuo volio Chiamare queſta opera* IL GELLO.

facerem,

facerem, quod ſine arrogantia ſibi aſſumere, & jure ſuo quodammodo vendicare poſſet. Accedat etiam meus, ſive Tuus potius *Gulielmus Bromeus Ewithingtonenſis*, vir egregius, dotibus ingenii, & politioris literaturæ, præſertim numiſmatum antiquorum cognitione clarus: quem in opere noſtro mecum ſocium & conſortem fuiſſe, ſi non facerem ut omnes ſcirent, eo ſane committerem, ut neque honeſtus, neque gratus, neque denique vir bonus à quoquam mererer exiſtimari. Is enim, ut operam noſtram levaret, chartas plurimas noſtras non tantum recenſere & deſcribere voluit, quod moleſtum admodum erat; verum etiam ut colligeret typographicos errores, & quinque Indices conficeret, ſtatim atque rogatus, id *Herculei* operis ſe facturum libente animo, beneque de me merendi numquam non ſtudioſo, & verbis officioſis, pro humaniſſimo ſuo more promiſit.

Apud exteros, qui operi noſtro faverunt, memori beneficiorum animo mihi etiam recordandos exiſtimo doctiſſimos & humaniſſimos viros *Sueciæ* ſuæ, & reip. literariæ ornamenta, *Jonam Nicolai Salanum*, in Gymnaſio *Aroſienſi* Hiſtoriæ, & Moralis Philoſophiæ prælectorem, & *Johan. Peringskioldum* regiorum Archivorum *Stockholmiæ* cuſtodem. Erga quos, ut quaqua pervenerit liber noſter, quam gratiſſimus eſſe cognoſcerer, mihi propterea faciendum puto, quod ſuorum *Codd. Scano-Gothicorum* notitiam mecum communicantes, Gazas noſtras *Saxonicas* & *Dano-Saxonicas* cum ſuis augere voluerunt. Gazas noſtras (inquam) *Saxonicas*, *Dano-Saxonicas*que. Sic enim voco *Codd. Saxonicos* & *Dano-Saxonicos*, & quos complectuntur tractatus, qui, monaſteriis *Angliæ* ſtrage maxima à *Danis* primo ambuſtis & vaſtatis; dein à *Nort-mannis* miſere expilatis; denique ab *Henrico* ſui nominis octavo rege, maximo omnium direptore, fœdiſſimè ſpoliatis & everſis; ut de nupero bello civili, in quo magna pars eorum periit, nihil dicam, in *Anglorum* bibliothecis, archiviſque diſperſi etiam nunc ſuperſunt. Horum Catalogum, quam fieri potuit locupletiſſimum, magnis ſumptibus ideo curavi conficiendum, ut notiores & illuſtriores forent, quum noſtris, qui eos in tam magna copia extare neſciunt; tum exteris, qui tam pretioſo Theſauro *Angliam* jam gaudere minimè cognoſcunt. E numero autem exterorum, qui tot *Codd. Saxonicorum* & *Dano-Saxonicorum* theſauros in Bibliothecis noſtris inveniendos eſſe ignorant, eſt *Gallus* ille, auctor procœmii, quod ante *Menagii* Dictionarium Etymologicum linguæ *Gallicæ* ponitur. Hic & in lingua hodierna noſtra, & in avita *Saxonica*, *Anglicarum*que originum notitia æque hoſpes, ita ibi ſcribit, ac ſi *Codd. Saxonicorum* ea apud *Anglos* eſſet penuria, quæ quidem non tantum *Francicorum*, * ſed veterum *Gallicorum* apud *Franco-Gallos* eſt. Verba ſunt, "Les monumens de la langue *Saxone*, que l'on a pris de l' hiſtoire "du *venerable Bede* & de quelques autres, nous ont donné la clef de cette ancienne "langue, dont *l'Anglois*, & *l'Eſcoſſois* d'aujourd'huy ne ſt qu'une corruption. Tout "ce qui fâche les Etymologiſtes *Anglois*, c'eſt que pour rendre raiſon du ſyſteme de "leur langue, il faille avoir beſoin de la *Francoiſe*. Pour peu qu'on examine l'air "chagrin dont ils en parlent, ils ſemblent qu'ils ayent honte de leur origine; & "il eſt aiſé de penetrer, qu'ils s'en paſſeroient volontiers, s'ils ne craignoient d'eſtre "bientoſt dementis par leur loix, & leur bareau, qui ſe ſentent encore de la venuë "de *Guillaume* le Conquerant, Duc de *Normandie*, lequel y porta avec les armes Nor-"mandes, l'art & les termes de la chicane.

Ex quibus quidem verbis conſtat iſthunc ſcriptorem non modo non habuiſſe notitiam *Codd. Saxonicorum*, & *Dano-Saxonicorum*, qui nondum in publico apparuerunt; ſed eorum etiam neſcium eſſe, qui in publicum, priuſquam ille ſcripſerat, diverſis temporibus prodierunt. Quod ſi illos ſciviſſet, prout à cenſore linguarum librorumque, qui ſcriptor honeſtus videri velit, cognoſcendi erant; longe aliter ſcribendum illi eſſet: nempe origines *Anglicanæ* linguæ accerſendas eſſe ab hiſtoria *venerabilis Bedæ*, quam *Ælfredus* Rex in *Saxonicum* tranſtulit, plurimiſque aliis monumentis Saxonicis, quorum haud exiguum numerum docti ex *Anglis* in magnum bonarum literarum beneficium, ſuæque gentis gloriam è tenebris in lucem evo-

---

* Sed, quod tertio loco adjuvare notat, majoris forſan videbitur momenti, nempe quo tempore inſtrumenta publica *Gallico noſtro idiomate* primum confici cœperunt. Ego vero nullum inveni antiquius Inſtrumento *Ludovici* VI *Francorum* R. pro civibus *Bellovacenſibus* anno M.CXXII, &c. *Mabillon* de re diplomatica, Cap. I. Sect. XIII. Pag. 60. A.

carunt. Quod verò contumelioſius ſcribit *Anglis moleſtum & grave fore ſermonis ſui origines propterea oſtendere, quod à lingua Nortmannica revocandæ ſunt*, id non minus falsè & inhoneſtè, quam ineptè, inſulsè, & pueriliter à ſe dictum ſciat. Etenim tantum abeſt, ut à *Normannicis* originibus linguæ ſuæ cauſas expoſituri *Angli* abhorreant, ut ſuarum vocum, quæ *Normannicam* matrem agnoſcunt, ab iis, quæ à *Saxonico*, vel *Dano-Saxonico* fonte derivandæ ſunt, diligenter ſemper & curioſè diſtinguant. Quod me autem ſpectat, in hoc opere, de dialecto veteri *Normanno-Saxonicâ*, ſive *Gallo-Normannica*, quâ poſt victoriam *Normannicam Angli* uſi ſunt, adeo ne quidem vel ſubinvitus, ut facile, data opera, & ſine aliquo tædio, aut ignominiæ ſenſu non modo ſcripſi; ſed ejuſdem ſpecimina in magno ſatis numero, cum ſumma delectatione exhibui. Cur enim *exiguam* ſuorum etymorum partem *Anglos* à *Normannica*, quam *univerſa* fere ſua à lingua omnium corruptiſſima *Ruſtica Romana* Gallos repetere, magis puderet, pigeretve, per *Menagii ſui manes* rationem dicat miſellus ille, & in ſermonem noſtrum iniquus præfationis ſcriptor. *Exiguam* (inquam) ſuorum Etymorum partem, cum vix quidem decima quæque vox linguæ *Anglicanæ*, *Gallicæ*, *Gallo-Normannicæve* originis eſt, quemadmodum *Oratio dominica* apud nos jam vulgo uſitata demonſtrat:

Our Father which art in heaven, hallowed be thy Name. Thy kingdom come. Thy will be done, in earth, as it is in heaven. Give us this day our dayly bread. And forgive us our treſpaſſes, as we forgive them, that treſpaſs againſt us. And lead us not into temptation, but deliver us from evill. So be it.

In hac precandi formula tria tantum vocabula *Gallo-Normannicæ* ſunt originis. Cætera vero ab avita lingua *Anglo-Saxonum* manifeſtè petenda ſunt. Præterea lingua Anglorum hodierna avitæ *Saxonicæ* formam in pleriſque orationis partibus etiamnum retinet. Nam quoad *particulas caſuales*, *quorundam caſuum terminationes*, *conjugationes verborum*, *verbum ſubſtantivum*, *Formam paſſivæ vocis*, *pronomina*, *participia*, *conjunctiones*, & *præpoſitiones omnes*; denique quoad *idiomata*, *phraſiumque* maximam partem, etiam nunc *Saxonicus* eſt Anglorum Sermo, quamvis, *Wilhelmo*, *Nortmanno* victore jubente, Leges *Gallicè* conditæ, Cauſæ *Gallicè* actæ, *Gallicuſque* ſermo in aula, ſenatu, foroque integer auditus erat. Tantummodo nomina verbaque nonnulla à *Nortmannis* illata in *Saxonicam* irrepſerunt. Quæ, tantum abeſt, quod ille affirmat, ut erubeſcamus agnoſcere ea ſilentio præterire volentes, ut qui de cauſis, & primordiis linguæ *Anglicanæ* apud nos, ſive in Gloſſariis, ſive in Lexicis juris, ſive in Etymologicis ſcripſerunt, ſumma diligentia, non ea ſolum quæſiverint, verum, iis inventis, mirifice delectati fuerint. *Hybrida* quidem lingua *Anglicana* eſt, ex *Saxonica* & *Gallo-Nortmannica* orta. *Hybrida* quoque non minus *Gallica*, in qua *Latino* ſubtemini tramam *Francicam* intertextam eſſe, velint, nolint, *Franco-Gallis* agnoſcendum eſt. Porro ut ſuum dicendi morem ſatis probroſum in *Gallum* exprobrantem retorqueam, adventum *Francorum* in Galliam, illorumque imperium, *Franco-Gallicam* linguam etiamnum ſapere, quiſquis illorum linguam vel primis, quod aiunt, labris deguſtaverit, ex vocibus, phraſibuſque ejus facile percepturus eſt. Id Grammaticæ noſtræ *Franco-Theotiſcæ* multis in locis demonſtravimus; verum ſine aliquo noſtro linguæ *Gallicæ*, *Gallorumve* convitio, cujus cauſas procul habeo. Multo minus de lingua *Gallicâ*, quemadmodum hic de *Anglicâ* cum contemptu, vituperio, & malignitate, quid locutus ſum. Contrà vero, de *Gallis*, eorumve ſermone mentionem ubicunque faciens, quum hunc, tum illos, ſi non honorificè, ſaltem abſque vituperio & probro appello; ſemper ſentiens civi reip. literariæ, vel Eccleſiaſticæ id imprimis curandum & ſtatuendum eſſe, ne quando quid acerbè, libidinosè, aut injuſte ſcribat dicatve, quo ſine juſta alterum cauſa laceſſat, aut honorem, & exiſtimationem ſive perſonæ, ſive parentum, ſive patriæ alicujus lædat, qua honeſto viro nihil charius eſſe poteſt. Quod maxime etiam obſervandum iis ſcriptoribus puto, quibus cum aliis de re aliqua certamen, & controverſia eſt;

ſiquidem

ſiquidem iſtis in *repp.* jura belli ſunt, quæ violare quidem immanis & væſani ſcriptoris eſt, præſertim quando quis cum altero in certamen veniat honoris tantum & dignitatis. Quale id ſane eſt, quod de linguarum præcellentia, & de gentibus, quæ ingenio maxime præſtant, cum aliis nationibus, & præſertim cum *Anglis Galli* jamdudum habuerunt. Denique quod *Gallus* ſcribit, "*Anglos* ex eo prodere ſe lin-"guæ ſuæ originem *Gallo-Normannicam* ſibi pudori & opprobrio ducere, quod de "ſermone *Gallico* verba facere graventur; eumque ſi per forenſes voces phraſeſque "liceret, matrem eſſe abnegarent; id plane falſum, & contumelioſum eſſe *Humphredi Wanleyi* noſtri *Catalogus* quoque oſtendit; in quo priſcos *Codd.* Chartaſque, quotquot in Archivis & bibliothecis reperit, tum *Gallicos*, tum *Gallo-Normannicos* omnes, cum *Saxonicis* non invitus conjunxit; ut *Suos*, *Gallos*que perinde habens, utriſque ſuas origines ſcire volentibus, quantum poſſet, æquo animo prodeſſet.

Hæc, *Doctiſſime* OTTLEY, contra *Gallum* qui non tantum nobis, ſed patrio noſtro ſermoni, tanquam *Sorbierus* alter, convitia fecit, ſine convitio tamen mihi ſcribenda exiſtimavi; ad ea dicenda progrediens, quibus qui præfationes adhibent maxime ſunt inducti, ut eas operibus, ſive ſuis, ſive alienis poſthumis præmittant. Illorum autem tria genera ſunt; quorum primum eſt eorum, quæ ad corrigendos, retractandoſve errores, quibus auctor forte lapſus eſt, adhibenda ſunt. Secundum eorum eſt, quibus additis, auctor defectus & omiſſiones operis ſui ſupplet. Tertium vero eorum eſt, quibus ſecundas ſuas cogitationes ad primas explanandas in re aliqua obſcura expromit; vel quibus in re aliqua incerta, quæ ſcripſerat, aliorum argumentis, & auctoritate firmat, aut convellit; vel denique quibus, quæ ab aliis auctoribus contraria ſcribuntur, redarguit, & refutat. Adde quod auctoribus uſu venit, ea etiam præfari, aut quibus lectores doceant quemadmodum maximo cum fructu libros ſuos legant; aut quibus apud illos quæ minus pure proprieve, vel minus aptè vel minus clare & diſtinctè à ſe dicta putant, excuſent; aut denique quibus faciant, ut literarum fautores, & patroni cognoſcantur, qui eas ad exantlandos ſuos labores penè jacentes excitaverint.

Ut ordiar igitur ab iis, quibus forte lapſus ſum. Primum, quod erroris ſuſpicione mihi venit emendandum, eſt nexus ille, ſive nota compendiaria T & H, nempe ŦH. In quo non ipſe, ſed alii me allucinatum putant, quod in *Gramm. Anglo-Saxonicæ* p. 2. ψ, *Mæſo-Gothorum* THETA ab eo natum eſſe judico. In eo numero ſunt, qui ψ *Mæſo-Gothicum* à *Scano-Gothico* Þ circumducta rotunda linea, factum eſſe contendunt; quamvis ſunt qui hoc ab illo potius formatum arbitrantur. Alii ab altero compendio T & H nempe Ƀ curva parte in ſiniſtram hoc modo circumducta ↀ, ψ accerſendum judicant. Alii à T. I. & Aſperationis *Græcæ* ſurſum ſpectantis compendio ϕ, perpendiculari linea notam aſperationis tranſecante, ψ factum credunt, ſive neſcientes, ſive forte non recordantes aſperationis *Græcam* notulam, *Ulphila* florente, nondum eſſe inventam. Verum *Edwardus Thwateſius* noſter, cujus auctoritas apud me plurimum valet, ψ *Mæſo-Gothorum*, ↀ geminum compendio ſcriptum eſt exiſtimat, propterea quod in declinatione nominum quæ in recto deſinunt in ψ, id in obliquis vertunt in ↀ: ut ΥΙΤϗΨ ΥΙΤϗↀΙS. ΛΙΠhΛΨ ΛΙΠhΛↀΙS. ſententiam ſuam aliis id genus exemplis ſollerter confirmat. Sic enim x Græcorum à ϗK, per ſcribendi compendium ✳ factum, natum eſſe conjectat. Sic à ΠΠ Compendioſe ſcripto ⫼, Φ ortum ducit. Ex eo probabilior hæc conjectura videatur, quod inter monumenta *Auguſtæ Vindelicorum* à *Marco Velſero* edita, APPIUS in antiquo lapide hoc modo ſcribitur AΦIUS. Sic Ψ. τϛ Π & rotundi *ζῖγμα* compendium Elegantiæ & Brevitatis cauſa factum cenſet. Sic etiam ꝏ ſeu ω ab oo, & Ω ab ↀo vel ϱ gemini *Omicri* nexu formatum putat. ubi literarum jugum uſu & conſuetudine longa excluſit literas, quarum vices pedes τϛ Ω ſupplent. Ita quoque à cc Latinorum hoc modo poſitis ↄc, dein à compendioſe ſcribentibus per terga conjunctis, *Latinum* ↄ natum arbitratur. Itidem à z z hoc modo poſitis ᶻz duplex ƶ conflatum exiſtimat. Denique, quod ſententiam ejus maxime confirmat, ⊡ antiquam notam Δ Δ in ⊙ vel ⊙ poſtea verſam, à ⧅ hoc eſt, à Δ∇ connexis creatum eſſe cenſet. Græcum H quoque ab duobus EE, quæ ſic ſcribi ſolebant ꟾ, inde Hπ. Hæc ille pro excellenti ſuo ingenio in literis ad me datis, quæ non potui non cum eruditis, & curioſis viris, qui cauſas rerum ſcire amant, propterea communicare, quod vero multò magis ſimilia ſunt, quam quæ de *Græcarum* literarum originatione à ſe ſapienter & ſcienter dicta putat

Joh. Petrus Ericus in libro ſuo *Patavii* edito An. MDCLXXXVI. Cui epigraphe, *Renatum è myſterio principium philologicum.* Verum enim vero, *doctiſſime* OTTLEY, tametſi hæc acute omnia dicta ſunt, verique ſpeciem præ ſe magnam ferant, facit tamen, ut etiamnum putem ψ à ΗΗ petendum eſſe iſtius Elementi figura, quæ in * *Argentei Codicis* ſpecimine, quod ſub notula numerali (I). ſubjectæ Tabellæ exhibuimus, multo propius ad ΗΗ accedit, quam quæ *typis Junianis* exprimitur. Quam diverſis autem modis, vel quot factis variationibus à ΗΗ, ψ ductum cenſeam, quæ ſub ejuſdem Tab. nota (II) ſculpta aſpicis, oſtendunt. Varias etiam notas, quibus *Thorn*, ſeu *Theta Anglo-Saxonum* in vetuſtis noſtris MSS. deſcriptum cernitur, ſub Tab. nota numerali (III) aſpiciendas ſubjeci, ne ψ à ΗΗ tot interjectis diverſæ formæ notis naſci improbabile Tibi videretur. Idcirco etiam varios nexus, quibus ET *Latinorum*, tam in quadrata, quam in rotunda manu deſcribere ſolebant antiqui ſcriptores, ſub nota (IV) exhibendos curavi, ut iis ſpectatis ψ à ΗΗ ſi mecum non oriri, ſaltem poſſe eſſe ortum exiſtimares.

Quod Gramm. *Anglo-Sax.* Cap. XXII. R. XVIII. de (ſ) illiuſque cum (t) nexu diximus; nempe & (ſ) & (ſt) è *Gallia* in *Angliam* inducta fuiſſe; id quidem de iis in elegantiſſima hâc forma deſcriptis intelligendum eſt. in rudiori vero forma exarata, nonnunquam, ſed rarius, ſpectantur in vetuſtioribus *Codd.* qui ante ſcripti erant, quam *Ælfredus* R. *Gallica* manu delectatus ſcribendi rationem apud ſuos innovaverat. De hoc monendos eſſe lectores duxi, ne aut ipſe erraſſe viderer, aut, me auctore, alii errarent.

In eodem cap. *Hominem* in [a] antiquo opere *Ælfredi* R. delineatum, aut *Jeſ. Chriſti*, aut pontificis *Romani* imaginem eſſe, tum ex ſumma oris gravitate, tum ex binis ſceptris poteſtatis, tam in cœlis, quam in terris datæ ſymbolis, mihi perſuaſum eſſe dixi. Verum ex quo tempore in MS. codice Evangeliorum *Decani* & *Cap. Licetfeldenſis*, qui liber *S. Ceaddæ* dicitur, Sanctum LUCAM eadem ſpecie, eodemque fere ritu delineatum viderim, hominem iſtum, nutante animo, pene adductus ſum, ut crederem, eſſe S. *Cuthbertum* Epiſcopum, *Ælfredi* R. Patronum, qui, [b] à Domino miſſus, ejuſdem noctis una eademque hora & illi, & matri, dum dormirent, apparuiſſe, & læta nuntiaſſe traditur. Statim, inquam, atque conſpexeram D. *Lucam*, ea ſpecie, eoque fere ritu in vetuſto illo Codice deſcriptum, adductus fere eram, ut cenſerem etiam hominem in *Ælfredi* pretioſo opere delineatum potius eſſe S. *Cuthbertum* Epiſcopum, ſanctitate morum & miraculis apud *Anglos* clarum, cum gravi, triſtique & ovatæ figuræ vultu delineatum, ad communem ſpeciem moremque, quo antiqui ſanctos exhibebant; ut Icon S. *Lucæ* atque alia nummuli antiqui quæ ſub nota Tabellæ (V) ponuntur, cum illa, quæ exhibetur in Fig. I. pag. 142. *Gramm. Anglo-Sax.* collatæ facile oſtendent.

In eodem etiam cap. neſcio quo caſu lapſus, à Chartâ WILHELMI Conqueſtoris, ſub reg. XIII. exhibitâ, regiſque monogrammate munitâ, ſigillum magnum pendere dixi. Qui immanis quidem error eſt. In Charta quoque ipſa, typographi latâ culpâ, ȝehinþæþæ pro ȝelimpæþæ, (*Saxonicè* ȝelimpaðˑ) & æmeȝ pro æniȝ vel aniȝ. (*Saxonicè* æniȝeȝ, aniȝeȝ) mendosè imprimuntur.

Quinetiam in eodem Cap. ſcilicet in margine p. 146. ANGLO-SAXONES pro WEST-SAXONES, vel WISI-SAXONES bis forte impreſſum eſt. Quemadmodum & in linea, quæ à fundo paginæ 219 quinta eſt, POST pro ANTE à nobis alio forte convertentibus animum ſcriptum excudi quoque contigit.

Grammaticæ *Franco-Theotiſcæ* p. 17. l. 11. Lectorem candidum, ut emendatricem manum adhibens E in A convertat, oro. Quæ ejuſdem Grammaticæ pagina 44, paginæque linea 39, de vocis HUERGIN, vel HUERGEN derivatione diximus, mihi retractanda videntur. Etenim non à *Mœſo-Gothicis* ⊙ΛRGΛ & ΛINS, id pronominis accerſendum jam puto; ſed à *Scano-Gothico* huorge, *nuſpiam*, (quod à huergr, *neuter*) & ein vel en *unus*. Unde huergen, quaſi huorgeȝen, huorgen, à *Franconibus*, me judice, dictum eſt.

---

* Specimen hoc *Argentei Codicis* celeberrimi per totum Literarum orbem, O. *Rudbeckii* manu accuratiſſime deſcriptum, *Humfredo Wanleyo* dedit *Ericus Benzelius*, Archiepiſcopi Upſalienſis filius. a Antiquum hoc, & pretioſiſſimum quum ob artem tum ob vetuſtatem opus poſſidet vir Ampliſſimus *Nathaniel Palmer* Armiger in *Com. Somerſetenſi* militiæ civili præfectus. Quem populus illius Com. qui vices ſuas gereret in *Domo* vel *Senatu Communium* pluries procuratorem uno conſenſu elegerunt. b Vid Hiſtor. *Ingulphi Oxoniæ* Editam, p.26. & *Will. Malmsburienſem* de Geſtis R R. *Ang.* fol. 23. b.

In

I. *Specimen Codicis Argentei. Matth. VI, 9.* *Præf. pag. VIII.*

ΛTTΛ ПNSΛRΨn ïN hiмïNΛM ϒЄïhNΛï NΛMS ΨЄïN.
ЦïMΛï ΨïnΛINΛSSПS ΨЄ͂T͂S. ϒΛïRΨΛI ϒIΛGΛ ΨЄïNS.
SϒЄ ïN hïMïNΛ GΛh ΛïRΨΛï, hΛΛïF ПNSΛRΛNΛ ΨΛNΛ

V. *Icon. D. Lucæ.*

II.
TH. Ꜿ. ꝑ. Ꝓ. Ψ. p. 8

III
Ð Ꝺ. ᵭ. ᵭ. ƿ. ƌ. ƕ. p. 11

IV.
Ɛ. Ɇ. Ɛ. Ɛ. Ɇ. Ɛ. p. 8

VI. p. 13



VII. *Antiqua Hunnorum Elementa.* p. 17.

f e e d cs cz b A



l ly k finale h gy gh



R p o o ny n m t k j



sz i cz/s z v ű u s



tf t



VIII. p. 20

IX. *Inscriptio cornu Puseyensis.* p. 25



MBurg. sculp. April. 12. 1703.

In margine pag. quintæ DISSERT. EPISTOLARIS, contendo morem nondum fuiſſe apud *Anglo-Saxones*, *Canuto* regnante, chartas literaſve ſigillis penſilibus, ſive cereis ſigillorum impreſſionibus munire. Sunt autem qui ſecus ſentientes, me allucinatum credunt, freti teſtimonio MS. Codicis fundationis monaſterii S. *Auguſtini Cantuarienſis*, in Bibliotheca *Aulæ S. Trinitatis* Cantabr. depoſiti. In cujus foliis 9. & 10. ſic ſcribitur.

Nec moveat aliquem, quod nec Rex Ethelbertus, nec etiam alii Reges de Gente illa in Cartis ſuis prout mos inolevit modernis temporibus ſigilla cerea imprimebant: cum tam rudis ac barbarus Populus ad Chriſti fidem à perfidia converſus, ſignum Crucis in teſtimonium ſuæ Converſionis omnibus ſuffeciſſe credebat. Non enim uſque poſt Conqueſtum à tempore fundationis hujus monaſterii, excepta Carta Regis Knuti, *qui fuit alienigena, & Conqueſtor, aliqua in munimentis reperimus* Sigilla Cerea; *ſed ſolummodo Crucis ſigna. Nec mirum cum tanta ac talis poſſeſſio, tantique ac tales Teſtes in principio renaſcentis Eccleſiæ Anglicanæ, velut noſtræ ſalutis primitivum ac publicum Inſtrumentum, fracto Dampnationis chirographo, poſteris Catholicis ſufficere potuerint: ubi ſigillum cereum per lapſum temporis aut per negligentiam perdi, aut propter antiquitatem ſive corruptionem in pulverem poſſit labi. Poſt adventum vero Normannorum in Angliam, tam Reges, quam alii Domini & magnates* laminas cereas *membranis apponebant Cartarum, Crucis ſignum in laminis cereis imprimentes: de Capillis Capitum vel Barbarum in eadem cera aliquam portionem pro ſigno poſteris relinquentes. Iſta patent in multis monaſteriis poſt conqueſtum Regni iſtius fundatis, ut eſt in monaſterio Sancti* Pancratii *de Lewes de Carta Willelmi primi Comitis* Warenniæ, *in quâ crines Capitis uſque in præſens ejuſdem Comitis permanent. Similiter in Monaſterio de* Caſtelacre, *quod eſt ejuſdem fundationis in Dioceſi Norwicenſi; Comes Lincoln. qui pluribus poſſeſſionibus eandem Eccleſiam dotavit, hæc in fine intulit Cartæ ſuæ. In hujus (inquit) rei evidentiam* ſigillum dentibus meis impreſſi *Teſte* Muriele *Uxore mea, ubi uſque in præſens in eadem cera apparent dentium veſtigia pro ſigillo. His etiam ſimilia in pluribus aliis monaſteriis ſunt reperta. Dicitur enim per diminutionem à ſigno ſigillum. Quod ſecundum Iſidor.* [a] *Eth. 19°. c. 12°. à Prometheo, qui primus annulorum fuit inventor, originem habuit. Scripta vero ſignis non ſigillis notantur, ut inferius de deſcriptione ſignorum dicitur.*

Verum quo minus Codicis hujus teſtimonio à ſententia mea dimovear id obſtat, quod nullius ferme auctoritatis codex eſt: utpote in quo multa ſuſpecta, falſa, & à genuina vetuſtate abhorrentia traduntur, quæ nullam fidem merentur. Id genus ſunt, quæ notavit *Hen. Spelmannus*, Concil. Vol. 1. p. 124, 125. Id genus igitur haud immerito quis ſuſpicari poteſt Chartas iſtas R. *Cnuti* ſigillis cereis dictas eſſe confirmatas, quòd omnium illius chartarum, quæ in magno ſatis numero etiam nunc extant, nulla eſt, quæ aut ſigillum cereum habet, aut ſe habuiſſe olim per aliquod ſignum oſtendit. Quamobrem non dubito, quin chartæ iſtæ *Cnuti* R. quæ in munimentis monaſterii Sancti *Auguſtini Cant.* olim extabant, Chartæ eſſent commentitiæ privilegiorum, libertatum, & exemptionum, quæ cum iſtius furfuris aliis multis, ſi jam nunc ſupereſſent, plurimis indiciis fictæ eſſe aut corruptæ eſſe conſtarent.

In margine paginæ 22. verba ꝥe ꝛegilda ꝥe ne ꝛeꝛece morgen-ꝛpæce, ſic tranſtulimus: *Socius qui exequiis ejus, vel concioni funebri non interfuerit.* Jam vero ſic vertendum cenſeo: *Socius qui poſtridie diei, quo in ſepulchro conditur, ſodalitii concilio non interfuerit.* MORGEN enim, ut me *Thwaiteſius* meus pro ſummo candore ſuo monuit, ſignificat *cras*, πρωὶ, *mane craſtinæ diei*, vel *ineuntem poſterum diem.* Unde MORGEN-SPÆCE non poteſt, quin ſignificet *ſodalium concilium*, quod poſtridie ſepulturæ defuncti Socii, vel ad comprecandum pro anima illius, vel ad concionem funebrem habendam, vel forſan ad novum ſocium in illius locum cooptandum pro more convenire ſolebat. Unde quoque MORGEN-GIFE non poteſt denotare *donationem* aliquam, quam die nuptiarum, ſed quam poſtridie nuptiarum, vel poſtera à nuptiis die ſponſæ ſponſus propter nuptias dabat: quemadmodum *Courtinus*, auctor verſionis *Gallicæ*, in quam transfunditur liber *H. Grotii* de jure belli & pacis, in indice, ſub voce MARIAGE MORGENGABIQUE. MARIAGE MORGENGABIQUE, *eſt celui où tout l' avan-*

a Lege, *Etymol.* verba citata reperiat Lector in libro Orig. XIX, XXXII.

tage de la femme conſiſte en un preſent que ſon mary lui fait le lendemain des nopces, comme pour le prix de ſa Virginité. Morgen *en Allemand c'eſt l'endemain,* gab *c'eſt preſent, & c'eſt une eſpece de ce que nous appellons* Douaire. *Et même en Allemagne dans la plus part des Païs on appelle le* Douaire MORGENGAB. *A l'égard de ce mariage* [a] *morgengabique, ce preſent ainſi fait le lendemain de la conſommation du mariage conſiſte en une deſignation d'une certaine portion de biens, que la femme & les futurs enfans de ce mariage peuvent prendre après la mort du mary (cette portion par la loy des Lombards ne pouvoit monter plus haut, que la quatriéme partie des biens du mary) & moyenant ce preſent la femme & ces futurs enfans ſont exclus de toute autre pretention dans l'heredité du mary. Ces ſortes de mariages ſe pratiquent d'ordinaire en Allemagne, par des gens qui ont été déja mariez & qui ont des enfans du premier lict à qui ils veulent conſerver leur ſucceſſion, & par des gens de qualité qui épouſent des femmes d'une condition inferieure. On appelle cela parmy le vulgaire épouſer de la main gauche, ce qu'ils font pour ne pas fruſtrer des biens, droits & honeurs de leur maiſon, leurs enfans s'ils en ont d'un mariage precedent, ou leurs heritiers. Quelques-uns appellent auſſi ce mariage* morganatique *le derivant de* morgen & *de* gnade *qui ſignifie grace, que l'on fait pareillement le lendemain, mais ce n'eſt que la méme choſe.*

Præterea ſunt, qui vehementer negant id verum eſſe, quod tradidi Diſſert. Epiſtolaris p. 109, 110. de nummis argenteis, ſeu *Peningis* Anglo-Saxonum in ſemiſſes, & quadrantes à mercaturam facientibus ſcindi, aut rumpi ſolitis: non quod illos facile bipartiri, aut quadripartiri potuiſſe inficiuntur; ſed quod illorum talia fragmenta in abacis nummariis nondum à ſe viſa clamant. Verum doctos iſtos, ut per candorem ſuum dicant, rogatos velim, an non ingenii ſubpervicacis, & nimium ſuſpicioſi eſt, quæ ipſi non viderint, poſſe eſſe pernegare; vel, quod perinde ab æquo alienum eſt, Probitate & doctrina cl. viris de rebus illis, quæ ſe vidiſſe dicunt, nullam fidem adhibere? An reges, quorum ipſi nummos non viderint, idcirco monetam percuſſiſſe pernegabunt; idoneiſve teſtibus fidem omnem abrogabunt, qui codices, quos forte ipſos videre non contigit, ſe pervolviſſe affirmant? Hæc ut apud ſe candide & ingenuè cogitent, velim. Siquidem teſtem locupletiſſimum habeo in ſuperioribus laudatum *Andream Fountaine* Equitem auratum, antiquitatis nummariæ ſcientiſſimum; qui partes, ſeu fruſta, in quæ denarios *Anglo-Saxonum* à nundinantibus partitos eſſe credebat, ſe vidiſſe fidem mihi dedit.

Præterea, OTTLEYE, Tuus meuſque *Bromeus*, revisâ diſſertatione noſtrâ epiſtolari, præter errores, quos in indice ſuo notavit; & aliorum me monuit haud quidem multorum; ſed quos, majoris momenti quum ſint, ut in præfamine ponerem, quum illius ſumma cura ac diligentia, tum mei muneris ratio requirit.

Ex horum numero eſt *n̄ ille*, quod diſſert. epiſt. p. 38. l. 7. redundat. huic adde *habuiſſe*, pro *non habuiſſe*, p. 42. l. 6. *Sed quam* pro *ſed aliquanto quam*, p. 66. l. 1. *Decimviratus* pro *duodecimviratus*, alibi ſemel. ȝeƿeƿtnoðe pro ȝeƿeƿtnoðe, p. 62. l. 5. DCCCLXXX. pro DCLXXX. p. 79. l. 46. *Dicere* pro *diſcere*, p. 88. l. 44. Iſta etiam, quæ leguntur in verſione legis 59. p. 91. nempe, *ſin ſit intra veſtes, ſimilibus ſcættis* XXX *emendetur*, ſic corrige, *ſi ſit intra veſtes, unaquæque plaga* XX *ſcættis emendetur.* In verſione legis 75. p. 92. pro *is compenſet patrocinium violatum*, ſubſtitue *duplici emendatione compenſetur violatum patrocinium.* Legem 10. p. 93. ſic reſtitue, ȝif man mannan on oþþeƿ fleƿƿe manƿpaþa haƿeþ. Sic verte: *ſi quis aliquem in alterius domo perjurum vocet.* Iſta p. 97. l. 23. *Si mulier illa, de qua ante liberos non peperit*, ſic emenda, *ſi mulier illa liberos non peperit.* P. 116. col. 2. l. 46. lege *Mildredæ.* Denique pro iſtis: *Regis ſimplum Weregildum eſt* VI *mille Tainorum Weregildum eſt in Myrcenorum laga*, quæ mendoſa lectio eſt MS. *Cottoniani*, quem citavi, pag. 110. l. 34. 35. deletis *mille* & *eſt*, ſic emenda, *Regis ſimplum Weregildum eſt* VI *Tainorum Weregildum in Myrcenorum laga.* Etenim ſic ut emendetur locus, jubent quæ immediate ſequuntur, *hoc eſt*, XXX *millia Sceata* i.e. *totaliter* CXX *libræ.* Adde huc DCCLXIX quod p. 80. l. 22. forte imprimitur pro DCCLXVIII. & DCCCXII pro DCCCXIV.

---

a *Morgengabique* apud veteres *Scanos*, *Iſlandos*que vocabatur **Lynſie**, i. e. *Concubitus præmium*, quod imminutæ ſponſæ ſponſus dare ſolebat. **Þad kvolld gieck hann ad brudkaupe med Brynhillde, en ad morgne, er hann ſtod upp, Þa gaſt han Brynhillde ad Lynſie gullbaug,** *eadem veſpera nuptias cum Brynhilda celebrat, mane autem ſurgens Brynhildæ, Muneris nuptialis nomine, annulum aureum dedit.* Vide *Eddæ* Iſlandorum Mythologiam LXXIII. Vide etiam Mythologiam LXXIV.

ejuſdem

ejuſdem p. l. 23. Quibus accedat in lin. penult. p. 79. DCLXIX, quod Typographi culpâ forte contigit excudi pro DCLXXIX.

Inſuper, OTTLEYE, ſcire te velim, quod carminum *Anglo-Sax.* & *Dano-Sax.* ſtructuram attinet, me paulum de illa mutaſſe ſententiam. Quæ enim, Grammaticæ *Anglo-Sax.* Cap. XXIII ſcribens, *Pindaricis* verſibus ſimillima putabam, jam ad *Anacreonticorum* dulciores numeros propius accedere judico.

Hactenus enumerandis majorum gentium erroribus operam dedi, quibus aut ego me, aut Tu potiùs librarios meos, typothetamve lapſum eſſe cenſeas; & quod errores, quos meos eſſe putas, attinet, oratum non Te ſolum velim, ſed lectores omnes, qui Tuo candore ad librum noſtrum legendum accedent, rogo & obteſtor, quemadmodum *Ariſtarchus Homeri* verſus, quos non probavit, eſſe negabat; ſic vos id omne, quod non vero rectove conſentaneum in *Codd.* noſtris reperitis, ne putaretis meum. Etenim non *auctoris* errores ſunt, qui errores, quantum in ſe erat, vitare curavit; ſed *antiquarii*, cujus via tenebricoſa & lubrica; ſed *hominis*, cujus eſt errare, labi, falli, etiamſi nil niſi verum rectumque, quo nihil pulchrius & amabilius, ſemper ſcribere totis viribus contendat. Quamobrem omnibus, quibus à me ut antiquario vel homine erratum eſt, quo, ut alii errarent, forte commiſi, qua auctor iis abrenuncio; Deum hominesque teſtans me non conſilio, ſed caſu; non ſcienter, aut ex arrogantia, ſed ignoranter nihil non ſcripſiſſe, in quo allucinatus lectorem forte in errores ducam. Quinetiam ne aut ipſe fortè deciperer, aut alios errore aliquo præeuns deciperem, ſummam curam, & ſtudium adhibui; adeo ut quamvis ab erroribus non ſum liber, à culpa tamen immunis ſum. Æquo igitur animo errores, quotquot in ſcriptis noſtris inveneris, non modo ut excuſes; operamque des, ut alii illos Tuo exemplo mihi humaniter condonent, rogo: verum etiam, ut vobis indicantibus lapſus meos cognoſcam; & Te, & illos poſco flagitoque. Etenim cum animo corrigendi, emendandi, retrahendi, nihil non ſcripſi; lectoribus non ſolum concedens; ſed ab iis petens, ut in lapſus meos animadvertentes, eos libere caſtigent univerſos; modo humaniter id faciant, meræque veritatis cauſa, erranti, licet non erroribus, meo exemplo parcentes; qui (abſque invidia dictum velim) in aliis redarguendis non cavi modo ne quod offenderet, dicerem; verum etiam curavi, ut, illa dicendo quæ ad illorum laudes haud injuſte dici poſſent, mihi gratiam & benevolentiam conciliarem.

Errorum, quibus lapſus cunque ſum, *doctiſſime* OTTLEY, humanæ imbecillitatis excuſatione probrum apud Te deprecatus; ad ea addenda pergo, quibus aut operis noſtri defectus ſuppleri; aut quibus, tanquam novo accedente lumine, quæ obſcurè, dubieve in eo traduntur, illuſtrari poſſunt.

Primo igitur quatuor illas figuras *Saxonici* THETA nondum verſatis MS. codicibus, mihi prorſus ignotas, & in impreſſis non antehac expreſſas, gaudeo me ſub tabellæ notula numerali (III) exhibuiſſe; quod earum notitiam tyronibus æque gratam fore, ac mihi fuit jucunda earum inventio, haud ſine cauſa exiſtimem. Ex quo etiam caput primum *Gramm. Anglo-Saxonicæ* de literis & literarum *regg.* Typographo imprimendum dedi, dum in Bibliotheca *Bodleyana* Codd. *Saxonicos* perſcrutarer, inveni pervetuſtum librum MS. cujus nota, NE. D. 2. 19. in quo quidem libro nonnullæ lectiones è veteris teſtamenti LXXII. interpretum verſione *Græca*, cum *Latina* tranſlatione ex adverſo in alterâ columnâ ſcripta, *Saxonicis* literis deſcribuntur: è quibus à curioſo lectore nonnulla obſervari poſſunt, quæ literarum *Saxonicarum*, ſi non omnium, ſaltem quarundam oſtendunt poteſtatem; quam qui ante nos ſcripſerunt, quaſi intactam præterierunt. In hujus libri lectionibus *Græcis* per elementa *Saxonica* expreſſis (ꝺ) diphthongus *Græcorum* fere nunquam non exprimitur per (u) ſimplicem: ut in ᴛu, uɲanon, ᴛheu, ɣu. τῦ, ὐρανὸν, Θεῦ, σῦ. (η) fere ſemper exprimitur per [a] (ı) ut in ᴛın ʒın, τὴν γῆν. ı ᴅe ʒı, ἡ δὲ γῆ. ᴛıɣ ʒıɣ, τῆς γῆς. Ferè ſemper inquam, quia exprimitur aliquando per (e) ut in lectione *Iſaiæ* prophetæ, p. 32. epı ᴛeɣ ʒeɣ, ἐπὶ τῆς γῆς. Diphthongus (αι) fere nunquam non deſcribitur per (e) ſimplicem: ut in conjunctione ce, καὶ, ᴅıceÿ, δίκαιοι, &c. Eſt tamen ubi per (æ) & (ae) redditur: ut in lectione *Iſaiæ* prophetæ, p. 33. b. cæ, cae, καὶ. & in eɣᴛae, ἔχει. p. 30. b. ĸ, κάππα,

---

a Vide Tabell. *Grammaticæ Anglo-Saxonicæ* pag. 168.

ſemper per (c) exprimitur; unde conſtat (k) decimum elementum in Alphabeto recentiori *Anglo-Saxonum* eſſe adventitium, & ſupervacaneum. Diphthongus (ea) per (ı) ſimplicem etiam exprimitur, ut in ecne, ἐκείνη. ıpen, εἶπεν. eci, ἐκεῖ. ıȝ, εἰς; quæ occurrunt in ſubjectis lectionibus. verum quamvis (ı) ſimplex uſurpatur ad exprimendum longam (η) & diphthongum (ea), paſſim tamen adhibetur in exprimendo ıȣ̃πα brevi in ȣ̓πὸ, quod ſemper ſcribitur *Saxonicis* literis epı. pepı, ϖεὶ, &c. Diphthongus (oı) etiam ſæpiſſime exprimitur per (ẏ) *Saxonicum*, ut in *epẏıȝen, ἐπείησεν. y, ὀı. thıpıẏȝ, ϑηέλοις. aȝıẏ, ἅγιοι, &c. Uſurpatur tamen ad exprimendum (υ) ut in ẏıon, υἱῶν. in opẏxa, ὤρυξα. thẏgaterpon, θυγατέρων. (φ) ſemper per (ꝼ) exprimitur. Supra dixi (ȣ) ferè nunquam non exprimi per (u) quia nonnunquam exprimitur per (o) ut in pepıbalometha, πεȣβαλώμεθα. nonnunquam etiam per (oı) ut in boıle, βȣλῇ. (κυ) bis exprimitur more *Latino* per (qui) in lectione *Iſaiæ* Prophetæ, p. 33. b. in quıpıoȝ, κύȣλος; quıpıon, κύȣλον. Scribitur etiam kıpıoȝ, in lectione ejuſdem prophetæ, p. 32. b, cum κάπηα *Græcorum*. *More*, inquam, *Latino* ſcribitur per (qu) nam (q) & (qu) reapſe *Latinorum* ſunt, qui ſcripſere *cocus* & *coquus*; *cottidie* & *quotidie*, &c. Quos ergo *Anglo-Saxones* imitantes ſcripſere qual-ȝtop, *ſtragis locus*; qualu, pl. *internecio*; quean, *vacca ſterilis*; queaptepn, *carcer*; quebol, *dica*; quena, *fœmina*, *uxor*; quic-beam, *fraxinus*; quice, *gramen*; quiþa, *matrix*; quiþunȝ, *queſtus*; quulmepe, *peſtilentia*; pro cpeal-ȝtop, cpælu, vel cpalu, cpeaptepn, &c.

Hæc breviter: Ex quibus liquet (u) vocalem longam *Anglo-Saxonum* prolatam fuiſſe, ut hodie apud *Germanos*; ſcilicet prout (ȣ) vel (ου) *Græcorum*. (ı) vocali longæ idem valor erat, ac (η) *Græcorum*. (e) longæ eadem poteſtas, ac (αι) *Græcorum*, vel (æ) *Latinorum*. τȣ̂ (c) eadem plane poteſtas, quæ τȣ̂ (k) fuit. (i) longæ, quæ (ea.) (ꝼ) eundem valorem cum *Latinorum* (f) ac *Græcorum* (φ) obtinebat. (o) longum & craſſum, ob affinem cum (u) longo ſonum, idem fere valuiſſe ac ȣ, vel ου *Græcorum* conſtat; quemadmodum apud nos in **rood**, *crux*; **ſtood**, *ſtabam*; **mood**, *cujuſque mores*, *animus*, *genius*, *ingenium*, & id genus aliis, cum duplici (oo) vel (o) longo ſcriptis. quæ proferuntur rȣd, ſtȣd, mȣd: quibus adde **root** *radix*, quem pronuntiamus plane ut **rout**. Quod (y) attinet, triplex videtur apud *Anglo-Saxones* habuiſſe miniſterium. Nam primo vicem ὑψίλȣ *Græcorum*, vel (u) tenuis ſuſtinebat: ut in opẏxa. Secundo duplex (ij) combinatum exprimebat: ut in pẏc, *Iſlandice* **vík**, *vicus*; unde ob ſoni affinitatem ad exprimendum (oı) *Græcorum* ſumptum eſſe videtur. Tertio, (i) brevis valorem habuit: ut conſtat ex kıpıoȝ, quod ſcribitur pro kẏpıoȝ. Cui quidem, ex eo quod æquipollet quıpıoȝ, ſi quis contendat cȝa, cpe, cpı, cpo, cpẏ, pro quibus *Latino* ritu ſcribebant, *qua*, *que*, *qui*, *quo*, *quy*, *Anglo-Saxonibus* ſonuiſſe ka, ke, kı, ko, kẏ, non vehementer adverſabor. Certe à cpıþ, vel quıþa, *Angli Boreales* dicunt **kíte**. cpoþ, *dixit*, multi jam efferunt **coth**, **koth**: & à cpellan, *occidere*, fit *Anglicum* **kíll**. His adde quæ in *Libb. Vett. Septentrionalium* Catalogo deſcripſit *H. Wanley*, Cod. MS. Cott. qui inſcribitur *Domitian.* A. XVIII.

Hæc, Cl. OTTLEYE, de elementorum *Saxonicorum* valore, quibus Tu, cui Deus non magnum tantum ingenium, ſed otium literarium dedit, alia rectiùs addere poteris, ex ſubjectis lectionibus, quæ cum haud paucis aliis vetuſti Codicis, tam in *Græcis* majuſculis, quam in *Saxonicis* minuſculis exaratis, doctis viris, præſertim LXXII interpretum verſionis critice ſtudioſis, aliis uſibus eſſe poſſunt.

[Ex MS. Cod. *Bibl. Bodl.* cujus nota NE. 2. 19. p. 34. b. Geneſ. XXII.]

Lectıo ȝeneſeoȝ

[1.] O theuȝ epıȝaȝen ton habȝacham ce ıpen pȝoȝ auton habȝacham habȝacham ce ıpen ıdu ego [2.] ce ıpen labeto ẏon ȝu ton aȝapeton on egapeȝaȝ ton ıȝac ce poȝeutheti ıȝ ten ȝen ẏpȝelen ce pȝoȝenencon auton eci ıȝ olocaȝpoȝın ıȝ ena oȝoȝ on ȝẏ ıpo [3.] anaȝtaȝ de habȝacam to pȝohı------.

[*Ex eodem Codice* MS. *Pſalm.* XLII.]

Reſponſoȝium pȝalmı ϛ ϛ

[1.] On tȝopon epıpothıe elaȝoȝ epı taȝ peȝaȝ ton ẏdaton utoȝ epıpothı a pȝuche mu pȝoȝ theuȝ [2.] edıpȝıȝen e pȝẏche mu pȝoȝ ton theon ton zonta pote ıxo cae optheȝome tu pȝoȝopu tu theu [3.] egenethe mẏ ta dacȝẏa mu aȝtoȝ emeȝaȝ cae nẏctoȝ

[*Ex eodem Cod.* MS. *p.* 30, *b. Geneſ.* I.]

[26.] Phẏıȝomen anthȝopon cat ıcona ce cath omoẏoȝın ımeteȝan ce aȝcheto ton ıcthẏon tıȝ talaȝaȝ ce ton petınon tu uȝanu ce ton ctınon ce paȝȝeȝ tıȝ ȝıȝ ce panton ton heȝpeton ton heȝponton epı tıȝ ȝıȝ ce egeneto utoȝ [27.] ce ephẏıȝen o theoȝ ton anthȝopon cat ıcona theu epẏıȝen auton aȝen ce thılẏ epẏoeıȝen autoȝ [28.] ce euloȝıȝen autuȝ leȝon auxaneȝthe ce plıthẏneȝthe ce plıȝoȝate tın

* Quod etiam ſcribitur ephẏıȝen, & ephıẏoeıȝen.

ʒin ce catacẏɲieuʃate autiʃ ce aɲchete ton icthẏon tiʃ thalaʃʃiʃ ce ton petinon tu uɲanu ce ton panton ctinon tiʃ ʒiʃ ce panton ton eɲpeton ton eɲponton epi tiʃ ʒiʃ [29.] ce ipen o theoʃ ibu eboca ẏmin panta choɲton ʃpomonɲi (*lege* ʃpoɲimon) ʃpiɲon ʃpeɲma o eʃtin epano paʃʃiʃ tiʃ ʒiʃ ce pan xulon o echi en cauto capɲon ʃpeɲmatoʃ ʃpoɲimu ẏmin eʃtae iʃ bɲoʃin [30.] ce paʃʃin tẏʃ thiɲiẏʃ tiʃ ʒiʃ ce paʃin tẏʃ petiniʃ tu uɲanu ce panti eɲpeto eɲponti epi tiʃ ʒiʃ o echi en cauto pnoin zoiʃ ce panta choɲton cloɲon iʃ bɲoʃin ce ẹgeneto utoʃ [31.] ce ẏben o theoʃ ta panta oʃa ephẏiʃen ce ibu cala lian ce ẹgeneto heʃpeɲa ce ẹgeneto pɲohi himeɲa ecti

[*Ex eodem Codice* MS. *p.* 33, *b. Iſaiæ* LV.]
lectio Iſaiae pɲophetæ

[1] Y biɲʃonteʃ poɲeueʃthe eʃ ẏbop ce oʃẏ men uc ecethe aɲʒẏɲion badiʃanteʃ aʒopaʃete ce piete aneu aɲʒẏɲiu cæ timiʃ ẏnon ce ʃteaɲ [2.] imati timaʃthe aɲʒẏɲio ke ton miʃthon ẏmon uch i plifmoni acuʃate mu cae ʃaʒeʃthe ta aʒatha ce tɲiẏfiʃi en aʒathẏʃ i pɾẏchi ẏmon [3.] pɲoʃechete tẏʃ oʃin ẏmon ce epacoluthiʃate teʃ obẏʃ mu accuʃate mu cae ziʃte en aʒathẏʃ i pɾẏchi ẏmon cae chathiʃome ẏmin biathicin eonion ta oʃia bauid ta piʃta [4] ibu maɲtẏɲion auton bedoca ethneʃin aɲconta ce ɲoʃtaɲʃonta ethneʃin [5.] ethni a u eidiʃan ʃe epicaleʃonte ʃe ce ẏ laẏ ẏ uc epiʃtanto ʃe epi ʃe cataʃeuxonte enecen tu theu aʒiu iʃɲahel oti edoxaʃen ʃe.

[*Ex eodem Cod.* MS. *pag.* 32. *b. Iſaiæ* IV.]
lectio eʃaie pɲoʃhetae

[1.] Ce epilempʃonte epta ʒẏnecef enoʃ anthɲopu leguʃe ton aɲton emon ʃaʒometha ce ta imatia emon pefibalometha plen to onoma ʃu cechite ef emaʃ afele ton onidiʃmon emon [2.] te de emefa ecine empilampʃi o theuʃ en boile meta doxef epi tef ʒef tu ẏpʃoʃe ce doxaʃe to catalipthen tu iʃɲahel [3.] ce eʃte to ẏpoliptben en ʃion ce to catalipthen en hieɲuʃalem aʒiẏ cletheʃonte panteʃ ẏ enʒɲaphenteʃ iʃ zoen en hieɲuʃalem [4.] oti ecpluni kiɲioʃ ton ɲupon ton ẏion ce thẏʒateɲen ʃion ce to aema eccathaɲi ec meʃʃo auton en pneumati cliʃeoʃ ce en pneumati cauʃeoʃ 5.] ce exi ce eʃte apaʃ topoʃ tu oɲuʃ ʃion ce panta ta peɲi cẏclo auteʃ ʃciaʃi neɸele emeɲaʃ cae oʃ capnu ce ʃotoʃ pẏɲoʃ ceomenu nẏctoʃ paʃe te doxe ʃcepaʃthefete [6.] ce eʃte iʃ ʃcian apo caumatoʃ en ʃcepe ce en apocɲẏfo apo ʃcelefiotetoʃ ce ẏetu [*Iſaiæ* v. 1.]. Aʃo de to aʒapameno aʃma to aʒapeto to ampeloni mu Ampeloʃ eʒeneto to ecapemeno en cefiati en topo pioni [2.] ce ʃnaʒmon peɲietheca cae echaɲiacoʃa ce ephẏteuʃa ompelon ʃoɲiec ce ocodomeʃa pẏɲgon en meʃo autu ce pɲolenion oɲiẏxa en auto ce emina tu pẏefe ʃtaʃẏlen epẏefen de acantaʃ

Præterea librarios *Saxonicos* in ſcribendis, deſcribendiſve *Codd.* virgulam [ʹ] ad deſignandas vocales longas uſurpâſſe, dum caput iſtud contexerem, aut plane neſciebam, aut non obſervaveram. Verum in citerioris antiquitatis membranis notula iſta acutitona, ſyllabarum diſtinguendarum gratiâ, à grammaticis introducta non raro occurrit: ut in ʒóð, bonus; ʒeɲéfa, aliter ʒeɲeoɾa, *præpoſitus*; á & áá, *ſemper*.

Anglo-Saxones, *Danis Dominis*, diſcendis *Runis* operam dediſſe, iiſque in ſcribendo cum ſuis literis ſtudioſe uſos fuiſſe in Gramm. *Anglo-Saxonicæ* cap. XXII. non inidoneis argumentis probavimus. Ex quo vero caput iſtud conſcripſi, in MS. Cod. *Cott.* qui DOMIT. A. XVIII. inſcribitur, inveni *Saxonicam* crucis epigraphen, nempe, Rỳnaʃ Dɲihtneʃ, *myſteria domini*, literis *Runicis* deſcriptam. Quam in *H. Wanleyi* Catalogo libb. *Vett.* Septentrionalium exhibitam videre eſt. *Annulum* etiam *aureum* me vidiſſe contigit, in cujus exteriori perimetro cernitur inſcriptio *Saxonica*, in qua elementis *Saxonicis Runæ* immixtæ exarantur eo modo, quo in *Tab.* nota [VI] exhibentur. Annulum hunc jam poſſidet multis mihi nominibus colendus *Hans Sloan*, M. D. Soc. Reg. Secretarius, hujus ævi *Plinius*; non ſolum Hippocraticæ artis, in qua excellit; ſed rerum naturalium, & præſertim rei herbariæ Scientia per totum literarum orbem illuſtris. Inſcriptio autem Saxonicis literis expreſſa, ſic, me judice, legenda eſt:

ÆÞREDMEꞖAHEANREDMEꞖAGROFT

Sic autem in voces diſtinguenda:

ÆÞRED MEꞖA HEANRED MEꞖ [a]AGROFT.

Æthredus conjux Heanrædæ me cælavit. i. e.
cælari juſſit.

Dum exſcriberem quod in Gramm. *Anglo-Sax.* pagg. 181, 182, legitur epinicion, quo *Saxones* Angliæ *Æthelſtani* ſui R. & *Edmundi* Clitonis [b] victoriam canebant, quam ab *Anlafo* pagano, & *Conſtantino* Scotorum R. reportaverant, non in mentem mihi ve-

a Lectionem hanc confirmant quæ in teſtamento *Wynfledæ*, ſequuntur: anð hio becpiðð Æþelfɬæðe hỳne ðehtep hỳne aʒnaʃenan beah, *& Æthelfledæ filiæ ſuæ annulum* (ſive *armillam*) *ſuum cælatum legavit.* b Vide *Ingulphi* Hiſt. *Croyland.* Edit. *Oxon.* pag. 37.

nit antiqua illa ejus *latina* verſio, auctore *Henrico Huntindonienſi*, hiſt. lib. V. pagg. 203, 204, qui *Saxonicos* verſus verbum fere verbo reddidiſſe ſe affirmat.

Rex Adelſtan,
Decus ducum,
Nobilibus torquium dator,
Et * frater ejus Edmundus [* al. *filius*]
Longa ſtirpis ſerie ſplendentes,
Percuſſerunt in bello,
Acie gladii,
Apud *Brunesburh*,
Scutorum muros fiderunt.
[a] Nobiles ceciderunt,
[b] Domeſticæ reliquiæ
Defuncti Edwardi.
Sic namque iis ingenitum fuerat
[c] A genubus cognationum,
Ut bellis frequentibus [d] ab infeſtis
Nationibus * defendere [* l. *ut defenderent*]
Patriæ theſauros, & domos,
[e] Pecunias, & xenia
Gens vero [f] Hibernenſium,
Et [g] puppium habitatores
Fatales corruerunt.
[h] Colles reſonuerunt,
Sudaverunt armati.
Ex quo ſol mane prodiit
[i] Micans hilariter,
Lætificans profunda,
Dei luminare, fax creatoris,
Uſque quo idem nobilis ductor
Occaſu ſe occulit.
[k] Ibi viri jacuerunt,
Multi à Dacia oriundi
Telis perforati,
Sub ſcutis lanceati,
Simul & Scotti bello fatigati.
[l] Gens vero Weſtſexe
Tota ſimul die prius electi,
Poſt indefeſſi,
Inviſæ gentis
Globos ſtraverunt.
Viri elegantes haſtas cedebant.
[m] Viri Mercenſes acuta jacula mittebant
Duro manus ludo.
[n] Sanitas ibi nulla his, qui cum *Anlavo*
Trans maris campos
In ligni gremio
Terram petierunt
Marte morituri.
[o] Quinque occubuerunt in loco belli
Reges * juvenis [* lege *juvenes*]
Gladiis percuſſi;
Duceſque ſeptem Regis Anlavi.
Abſque numero ceciderunt Scoti.
Deperiitque Normannorum tumor.
Nec enim paucos ad litem belli
Duxerant ſecum. cum paucis vero
In maris fluctus Rex navi profectus
Intrinſecus gemebat.
Simul & *Froda*, ductor Normannus,
Cumque ſuis notis dux Conſtantinus,
De Martis congreſſu jactare nequierunt,
Ubi cognationis ſuæ fragmen apparuit,
Ubi amici ſui corruerant
In ſtatione Populi
Bello proſtrati,
Et filium ſuum in loco prælii
Vulneribus demolitum charum reliquit.
Nec *Gude* Dacus declamare potuit,
Licet verbis blandus, & mente venuſtus.
[p] Nec *Anlaf* ipſe cum reliquiis ſuis
Mentiri potuit, quod ad hoc negotium
Sui præſtiterint in campo belli,
Ictuum immanitate,
Telorum transforatione,
In concilio proborum.
Matres vero, & nurus planxerunt
Suos belli alea
Cum Edwardi filiis luſiſſe. [labefactus
Cum Normanni navibus clavatis, & Anlaf

Ultra

---

a *Sax.* heaþolinde, *alta vexilla.* b *Sax.* aſaran *comites, aſſeclæ.* c Id eſt, *à majoribus.* d *Sax.* ƿiþ laðra, *contra inviſos*, i. e. *latrones.* e *Sax.* hettend cynngun. *Invidiam exterorum.* f *Sax.* Sceottа, *Scotorum.* g *Sax.* Scipflotan, *navium claſſis.* h *Sax.* ƿelð, *campi.* i *Sax.* Mæne tungol, *magnum ſidus.* vel *princeps ſidus.* Integram vero pericopen ſic redde: *Ex quo ſol princeps ſidus, Dei Æterni Domini Candela clara, hilaris ſuper Horizontem oritur, donec nobilis illa creatura ſedem repetebat.* k Sic autem, qui ſequuntur, V. verſus emendandi ſunt: *ibi è Septentrionalibus hominibus multi milites telis perforati; &, tranſfixis ſcutis, vulnerati jacuerunt; quemadmodum & Scoti execrandum belli incrementum.* l Sic verte: *Weſt-Saxonum ſelectæ Copiæ profectæ ad prælium inſtabant veſtigiis inviſarum gentium, à tergo valde cædentes fugientem exercitum acutis & cruentatis gladiis.* m Redde, *Mercii non metuebant à duro manus ludo.* i. e. *à prælio.* n *Tum Salus nullis, qui cum Anlavo per mare mixtum in navis gremio terram petierunt prælio morituri.* o *Quinque occubuerunt in loco prælii juvenes Reges gladiis interempti; quemadmodum & ſeptem duces Anlavi, cum innumero exercitu navali & Scotorum, ibique fugatus eſt Nortmannorum dominus; et ad proram navis compulſus eſt parvus jam factus exercitus. Sonabat navis fluctu et Rex egreſſus in mare flavum, vivus evaſit. Sic etiam ſapiens ille Septentrionalis Conſtantinus dux veteranus ipſe ſuorum reliquiis fuga ad ſuos reverſus, qui caſtris proſtratus, et bello ſuperatus, filium ſuum vulneribus attritum in ſtragis loco reliquit, fruſtra comites ſuos plorabat, fruſtra amicos perditos lugebat.* p *Nec magis Anlafus dux flavicomus, cædis bipennis, in bello juvenis,* (tyro,) *ſenex ingenio, cum ſuis reliquiis merito gloriari, aut jactare potuit ſe ſuperiores in prælio fuiſſe, aut dum contra Edweardi comites telis miſſis certarent victores abiiſſe ex certaminis loco, ubi duces ſunt congreſſi, et ſigna ſignis adverſa, armaque viciſſim capta ſunt. Tum pudore ſuffuſi inde diſceſſerunt in clavatis navibus mæſtæ qui fuerant in reſono Abi* [Humbri] *Æſtuario telorum reliquiæ, aquilonares viri ad petendam trans profundum Dublinenſem urbem, ſuamque terram. ambo etiam fratres rex*

clitoque

Ultra profundum flumen
Terras suas mæsto animo repetissent.
Postea frater uterque
Rediit WESTSEXE belli reliquias
Post se deferentes,
Carnes virorum in escam paratas.
Ergo corvus niger ore cornutus,
Et buffo livens, aquila cum milvo,
Canis, Lupusque mixtus colore,
His sunt delitiis diu recreati. non fuit bellum
Hac in tellure majus patratum
Nec cædes tanta præcessit istam,
Postquam huc venerunt trans mare latum
Saxones & *Angli*, *Brittones* pulsuri,
Clari Martis fabri
Walenses vicerunt, reges fugaverunt.

Hæc HENR. HUNT. qui de versione sua sic loquitur. "*De cujus prælii magnitudine* "*Anglici scriptores*, quasi carminis modo proloquentes, & *extraneis tam verbis*, *quam fi-* "*guris usi*, *translatione* fida donandi sunt, ut pene de verbo in verbum eorum interpre- "tantes Eloquium, ex gravitate verborum gravitatem actuum & animorum gentis il- "lius condiscamus.

De extraneis illis verbis, figurisque quibus poetas *Saxonicos* usos esse dicit, egimus: de illis in Gramm. *Anglo-Sax.* cap. XXI. de his in cap. XXIII. Quorum vero cum ille neque sensum, neque vim, neque verum usum rite intellexit, versionem ejus emendatam in margine quasi novam feci, ut ex ea, lector *Philo-Saxo*, tanquam ex prælibamento quodam, *Anglo-Saxonicæ* poëseως ingenium persentisceret.

In condendo hoc opere, ita scribere imprimis curavi, ut è popularibus meis lectores, quotquot id diligenter legerint, patrii sermonis originem, & ad Henrici II. usque tempora progressum, & quas in progressu subiit mutationes, scirent. Ob eam præcipue causam non modo institutiones grammaticas *Mæso-Gothicas* cum *Anglo-Saxonicis* una serie contexuimus; verum tam in *Dissertatione Epistolari*, quam in Gramm. *Anglo-Saxonica*, specimina haud pauca *Dano-Saxonicæ*, & *Normanno-Saxonicæ*, sive *Anglo-Normannicæ* dialecti edenda diligenter etiam curavimus. Quapropter etiam ne Viris doctis, qui de origine, & progressu linguæ *Anglicanæ*, pro dignitate ejus, in posterum forte sive *Latine*, sive *Anglice* scripturi sint, desim, aut deesse videar; alia id genus exempla hic adjicienda censeo. Horum primum locum non immerito vendicat apographum chartæ literarum patentium *Wilhelmi Conquestoris*, quibus certa quædam jura & privilegia dedit Monasterio S. Augustini *Cantuar.* Quod cum antiqua earum literarum versione Latina ad me descriptum è folio 64. supra citati *Cod.* MS. Aulæ Trin. misit vir doctiss. *Tho. Baker* Coll. D. *Johan.* apud *Cantab.* Soc. dignissimus.

Charta Wilhelmi *Regis Conquestoris de* Saca ⁊ Socna.

Willm̄ Kinᵹ ᵹnet mine biscopes. ⁊ mina eorlef. ⁊ ealle mine þeᵹnaf fnencisce ⁊ enᵹlisce on þan scýnan þeſ sc̄us Auᵹustinus hefo land inne fneondlice. ⁊ ic cýðe eop ꝑ ic habbe ᵹe-unnan Gode and sc̄e Auᵹustine. ⁊ þam hipebe þe þenco hýneð. ꝑ hieo bien heore face peorðe ⁊ heora socna. ⁊ ᵹnidbnýcef. ⁊ hamsocna. ⁊ sorstallef ⁊ infanᵹenes þeofes. ⁊ flemenefenm̄de ofen heora aᵹene men binnan burᵹh and butan. tolles and teames. on stnande ⁊ on stneame. ⁊ ofen spa fele þeᵹna spa ic heom to ᵹe-leten habbe. ⁊ ic nelle þat anᵹ man anᵹ þinᵹ þeon on-teo butan heom. ⁊ hepe picnepes þe hpo hit beo-tecen pillan. fon þam þe ic hebbe fon-ᵹifen ᵹode. ⁊ sc̄e Auᵹuſtine þas ᵹenihte minne saple to alýfednesse. ealspa Eadpond kinᵹ min meᵹ æn efte. ⁊ ic nelle ᵹeþafian þæt ænᵹ man þis abnecan be minan fnendscipe. God eop ᵹehelð. amen.

Ego Wilhelmus rex saluto omnes meos epos̄ & comites, & omnes meos optimates francigenas & anglicos, in illis comitatibus ubi Sanctus Augustinus terram habet Notum vobis esse volo me annuisse Sancto Augustino suæque congregationi, ut habeant suum *Sake* & *Sockne*, & pacis fracturam & pugnam in domo factam, & viæ assaltus & fures in terra sua captos, & latronum susceptionem super suos proprios homines intra civitatem, & extra * ------ in litoribus & in marinis fluctibus, quod Anglice dicitur *teames* & super omnes *allodiarios* suos. Et ego nolo consentire, ut aliquis de aliqua re se intromittat exceptis semetipsis, & suis præpositis, quibus ipsi commiserunt, vel committere voluerunt. Concedo enim istas rectitudines Deo & S. Augustino, meæ animæ ad redemptionem, sicut Edwardus meus consanguineus, & sui antecessores reges fecerunt. Et ego nolo consentire, ut aliquis istud frangat, qui de mea amicitia curet. Valete.

Huic succedat altera haud dissimilis ejusdem *Wilhelmi* I. R. charta, cujus copiam mihi fecit vir clarissimus *Thomas Smithus* S. T. P. bibliothecæ Cottonianæ curator,

---

clitoque vel victoriam deplorantes, West-Saxonum terram patriam suam una repetebant, post se relinquentes cornicem carnivoram, liventem bufonem cædis avidam, nigrumque cornei oris corvum et raucum illum bufonem, aquilamque cum voraci milvo præliorum assecla, glaucaque fera illa, sylvestri lupo cum alba cæsorum esca saturandos. Nunquam antehac, quam commemorant veterum historicorum libri, major in hac insula strages, plureſve gladio prostrati, ex quo Angli et Saxones feroces belli auctores huc ab oriente profiſciſcentes, Britanniamque per salum latum petentes, Britannos honore præstantes superabant, terræque possessionem adepti sunt.

* Implenda videtur lacuna cum verbis, *et theloneum.*

quo nihil non clauſum patefaciente, ad diplomatum omnium notitiam perveni, quæ *Saxonicè*, *Dano-Saxonicè*, vel *Normanno-Saxonice* ſcripta in theſauro illo MSS. vere inæſtimabili, & jam publici juris facto, æternitati conſecrantur.

Wıllm̄ Kınꝯ ꝸnet Goꝺꝼꝼıeꝯꝺ Scıꝼꝯepeꝼan ⁊ eal-
le þa Buꝼh-þaꝼu bınnan Lunꝺene ꝼꝛeonꝺlice ⁊ ıc
beoꝺe eoꝼ þ ꝸe on Lanꝼꝛanceꝼ lanꝺe Aꝼcebıꝼceopeꝼ
þe ꝸebẏꝛaꝺ ınꝺo Heꝛꝯan ne nıman ne Heoꝛꝺ. ne
Hınꝺan. ne Hꝛan, ne ꝸe nateꝼ hꝼon ꝺæꝛınne æniꝯ
ꝺinꝯ huntıan butan ꝺam he ꝼẏlꝼ bebẏꝺ oꝺꝺe
leoꝼe toꝯẏꝼꝺ.

Willelmus rex Goisfredo Vicecomiti, & ceteris Lundonienſibus fidelibus ſuis ſalutem. Mando & præcipio vobis ne in terris *Lanfranci* Archiepiſcopi, quæ ad Hergam ſuum manerium pertinent, cervos vel cervas nec capreolos capiatis, nec omnino aliquam venationem in eis faciatis, præter eos quibus ipſe præceperit, vel licentiam dederit.

Ad chartas patris, accedat alia filii R. Henrici *Primi; quam etiam è membrana bibliothecæ* Cott. *deſcripſimus.*

H. dei gratia rex Anglorum epiſcopis, &c. ------- H. þuꝼh Goꝺeꝼ ꝸıuu Æniꝯlelanꝺeꝼ Kẏnınꝯ ꝸnet ealle mine Bıꝼcopeꝼ. ⁊ealle mine Eoꝛlef. ⁊ealle mine Scıꝼꝯepeuan. ⁊ealle mine ꝺeꝯenaꝼ. Fꝛæncıꝼce ⁊ Æniꝯlıꝼce on ꝺam Scıꝼan þe Anꝼelm Æꝛceb̄ ⁊ ꝼe hıꝛeꝺ æt Xp̄ eꝼ cıꝛcean on Cantꝼaꝛebeꝛıꝯ habbaꝺ lanꝺ ınne ꝼꝛeonꝺlice. ⁊ ıc kẏꝺe eoꝼ þ ıc hæbbe heom ꝸeunnon þ hi beon ælc þaꝛe lanꝺe ꝼuꝛþe þe hi Eaꝺꝼoꝛꝺeꝼ kẏnꝯeꝼ ꝺæꝯe. mineꝼ mæꝯeꝼ. ⁊ on ꝼıllelmeꝼ kınꝯeꝼ ꝺæꝯe mineꝼ ꝼæꝺeꝛ. ⁊Sac ⁊Socne. on ꝼtꝛanꝺe ⁊on Stꝛeam. Gꝛeꝺ-bꝛeceꝼ. ⁊hamꝼocne. ꝼoꝛtelleꝼ eꝛ hıꝼ eaꝯene mæn bınnan buꝛꝯan ⁊ butan. ꝼꝛa ꝼul ⁊ ꝼꝛa ꝼoꝛꝺ ꝼꝛa mineaꝯene ꝼıcneꝛaꝼ ꝺeꝯena ꝼꝛa ıc heom to ꝸe n habbe. ⁊ ıc nelle þ æniꝯ man æniꝯ ꝺine þæꝛ ẏo butan þe hıt bettecan ꝼıllaꝺ. ne Fꝛæncıꝼc ne Æniꝯlıꝼc. ꝼoꝛꝺan þıcꝯan þe ıc hæbbe Cꝛıꝼte mınꝛe Saꝛle to eceꝛe alẏꝼeꝺneꝼꝼe. ealꝼꝛa Eaꝺꝼoꝛꝺ Kẏnꝯ ⁊mın ꝼæꝺeꝛ æꝛ hæꝼꝺon. ⁊ ıc nelle ꝸeꝺaꝼıan þ æniꝯ man þıꝼ ꝸebꝛece be mınan ꝼullan ꝼꝛeonꝺꝼcıp. Goꝺ eoꝼ ꝸehealꝺe.

Chartis RR. *Wilhelmi* I, & *Henrici* I, adjiciatur non abſimilis alia pronepotis illius, hujus vero nepotis, *Henrici* II. quam infra exhibeo, accurate deſcriptam è membrana, & regio ſigillo munitam: cujus copiam mihi fecit ob ſummum pariter candorem, ac eruditionem notiſſimus *Georgius Harbin*, illuſtriſſimo D^no. D^no. THOMÆ THYNNE Vicecom. de *WEYMOUTH*, Mæcenati *Anglicano*, à Sacris.

H. þuꝼh ꝸoꝺeꝼ ꝸefu æniꝯlelanꝺeꝼ kınꝯ ꝸnet ealle mine bıꝼceopaꝼ. ⁊ ealle mine eoꝛlaꝼ. ⁊ ealle mine ꝼcıꝛꝛepeuan. ⁊ealle mine þeınaꝼ Fꝛencıꝼce ⁊ Enꝯlıꝼce on þan ꝼcıꝛan þe teobalt eꝛceb̄. ⁊ ꝼe hıꝛet æt x̄ peꝼ chẏꝛchen on Cantuaꝛıabꝛıꝯ habbaꝺ lanꝺ ınne ꝼꝛeonꝺlice. ⁊ ıc keþe eoꝼ þ ıc hebbe heom ꝸeunnen þ hi beon ælc þ ıꝛe lanꝺe ꝼuꝛþa þe hi eaꝺon en Eꝺwaꝛꝺeꝼ kınꝯeꝼ ꝺæꝯe. ⁊ on Wıllelmeꝼ kınꝯeꝼ mineꝼ ꝼuꝛþuꝛ ealꝺefaꝺeꝛ. ⁊ on Henꝛıceꝼ kınꝯeꝼ mineꝼ ealꝺefaꝺeꝛ. ⁊ ꝼaca ⁊ ꝼocne on ꝼtꝛanꝺe ⁊ on ꝼtꝛeame. on ꝼuꝺan ⁊ on felꝺan. tolleꝼ ⁊ theameꝼ. ꝸnıthbꝛıcheꝼ. ⁊ hamꝼocne. ⁊ foꝛꝼtalleꝼ. ⁊ ınfanꝯeneꝼ thıafeꝼ. ⁊ flẏmene fẏꝛmtha. ofeꝛ heoꝛe aꝯene men. bınnan buꝛꝯan ⁊ butan. ꝼꝛa ful ⁊ ꝼua foꝛꝺ ꝼꝛa mine aꝯene ꝼıcneꝛeꝼ hıt ꝼechan ꝼolꝺen. ⁊ ofeꝛ ꝼua fele þeınaꝼ ꝼꝛa ıch heom to leten habban. Anꝺ ıc nelle þ enı man eniꝯ þinꝯ þeꝛon theo. butan hi ⁊ heaꝛa ꝼıcneꝛeꝼ þe hi hıt bı-
techan ꝼıllaꝺ. ne Fꝛencıꝼce ne Enꝯlıꝼce foꝛ þan þın-
ꝯan þe ıch habbe cꝛıꝼte þaꝛ ꝸeꝛıchtan foꝛꝯıꝼan mın-
ne ꝼaule to eche alıꝼenꝺneꝼꝼe. ⁊ ıc nelle ꝸeþauıan þ eniꝯ man þıꝼ abꝛece bı mınan ꝼꝛenꝼcıpan. Goꝺ ꝸeau ꝸehealꝺe.

H. Rex Anꝯl. ⁊ dux Noꝛm̄. ⁊ Aquıt̄. ⁊ Com̄ Anꝺ. Epi'ſ. Com̄. Baꝛ'. Iuſtıc̄. Vıc̄. Ceti'ſq; ſuis fi-
ꝺelıbꝫ. fꝛanc̄. et Anꝯ. ı̄ omíbꝫ. Comıtatıbꝫ. ı̄q̄ bꝫ † teob̄. Archıe'pſ ⁊ monach̄ ecclǣ xpı̄ t'ꝛnaſ habent amıcabıl'eꝛ ſa̅l Not̄ uob̄. facıo me conceſſiſſe teob̄. Aꝛchıep'o ⁊ monachıſ Cantuaꝛ̄. Om̄ ſ t'ꝛnaſ qaſ tem-
poꝛ Reꝯ. Eꝺwaꝛꝺ ⁊ Reꝯ. Wıllı̄ ꝼꝛoauı mei et Reꝯ. H. aui mei hū eꝛt' ⁊ ſaca ⁊ ſocne. on ſtꝛanꝺe ⁊ ſtꝛeame. on ꝼuꝺe ⁊ felꝺe tolneſ ⁊ theameſ ⁊ ꝸnıth-
bꝛeceſ ⁊ hamſocne. ⁊ foꝛſtelleſ. ⁊ ınfanꝯeneſ thıofeſ. ⁊ flemenefẏꝛtha ſupeꝛ ſuoſ hō̄ıeſ ıſꝛa buꝛꝯoſ et ex-
tꝛa ın tanto et tā̄ plen're ſic̄ ꝼꝛopꝛıı mınıſtrı mei atqꝫeꝛe ꝺebent, et etıā̄ ſupeꝛ toꝛ thanoſ qꝰt eıſ conceſſit Rex Wılls̄ ꝼꝛoauuſ meuſ. Et nolo ut alıqꝫſ hō̄ıum ſe ınt̄ꝛomıttat nꝫ ıpſi ⁊ mınıſtꝛı eoꝛum qꝫbꝫ ıpſi Co̅mıtt'e uoluebꝛunt. nec fꝛancꝫ. nec Anꝯlꝫ. ꝼꝛoptebea qꝫa eꝯo conceſſi xpō̄ ⁊ ecclǣ Cantuaꝛ. ⁊ aꝛ-
chıepō̄ ⁊ monachıſ ſuıſ haſ lıb̄ tateſ ⁊ conſuetuꝺıneſ ꝼꝛo ꝛeꝺemptıone aĩæ meæ ⁊ ꝼꝛo anımabuſ anteceſ-
ſoꝛum meoꝛum. Et nolo patı ut alıqꝫſ eaſ ınfꝛınꝯat ſi non uult peꝛꝺeꝛe amıcıtıam meam. teſt' Ph̄ ep'o Baꝯoc̄. & Arnulfo Epiſcopo Lexovienſi, & Thoma Cancellario, & Reginaldo Comite Cornubienſi, & Ran. Comite. Legr̄: & H. de Eſſex Conſtabulario, apud Eboracum.

Ad hæc accedant, quæ *Anglo-Normannice* carminis magici formulæ *Semi-Saxonice* præmittuntur manu *Normannica* exarata in membrana Eccleſiæ Dunelmenſis.

Ure ꝺꝛıthın kam fra the flum Iuꝛꝺan metꝛe he ſante Peter ın the burch [a] Habraham. Coth ure ꝺꝛıhtın uuat ıſ te Peter. Wı bıꝯınneſ thu ſa. Lauerꝺ coth Peter I ſale neꝺe, for ıt ıſ the ꝺꝛıft me ꝺꝛıueſ. that uurthe the to bote coth ure ꝺꝛıhtın. ant alle ꝺa manne that thiſe uuoꝛꝺe for neꝺe cuetheſ.

Hæc dicat [[b]nue frebri]citans, zarizaro. zebita. pori. poro. ſinai. manai. albus vel niger &c.

Les plaies qui deu priſt
qui lunois li fiſt.
[c] Seit tumas les mania.
deu meime les charma.
qui plai ne deoille.
ne Ranche ne ceoille.
ne ſane new iſſe.
nu face il ici
de ceſt voſtre chaiſtif. N.
& Poſt dic Pater. N.

† Id eſt, *Theobaldus*. a Id eſt, *Hebron*. b *Omnis Febri--*. c *Seint Tomas*.

In

In Gramm. noſtris literas *Gothicas*, ſive *veteres Runas*, quibus utebantur antiqui *Scano-Gothi*, in diverſis alphabetis deſcriptas exhibuimus. His ut adjicerem antiqua priſcorum *Hunnorum* 34 elementa, quibus ad ſiniſtram in ſcribendo more orientalium utebantur, docti nonnulli me rogarunt. Illa igitur ante XXV annos *Joh. Harſanyi*, *Hungari*, manu delineata ſub tab. nota num. (VII) exhibenda rogantibus morem gerentes curavimus. Quod ſi, OTTLEYE, ſcalpta ea Tibi quoquo modo delectationi, ſeu etiam adjumento eſſe poterint, de beneficio illo non mihi, ſed operis noſtri fautori ſingulari, *Johan. Millio*, Aulæ S. *Edmundi* apud *Oxonienſes* Principali, literarum divinarum humanarumque ſcientia præclaro, cui ea accepta gratus refero, à Te agendæ gratiæ ſunt.

In Gramm. *Anglo-Sax.* pag. 152. XXIII. dixi multas voces *Gallo-Normannicas* in *Ælfrici* Gramm. *Latino-Saxonica*, quam MS. apud me habeo, inter lineas manu *Normannica* eſſe ſcriptas. Id genus ſunt ueiɲe, *vitrum*. mauueis *degener*. hoſtel af brebeƶ, *ovile*. reddeuable, *obnoxius*. aliance, *pignus*. uſurie, *foenus*. ic luƿiƶe, io aim. þu luƿaſt, tu aimeſ, &c. *amor*, ic eom ƶeluƿod, io ſui amet, &c. *utinam amer*, ceo auenƶe que io ſei amet. ic cẏɲɲe, io béiſ. ic adliƶe, io æſuaniſ. ic tæhte, io enſeignoe. *doceor*, io ſui enſeine. ic ƿede, io nuriſ. *ſerpo*, ic rampiſ. cum innumeris aliis. Cauſam autem hujusmodi interlineationum cognoſcere mihi contigit ex verſione, quam fecit *Joh. Treviſa*, *Ranulphi Higdeni* Polychronici. lib. 1. cap. 59. *de incolarum linguis*, cujus ex MS. bibliothecæ collegii *S. Joannis* ſua manu deſcriptæ copiam mihi fecit ſupra merito laudatus *Thomas Baker*, iſtius florentiſſimi collegii Socius. Et ad fidem illius apographi, dignam omnino quæ ederetur judicavi, quum quod Sermonis *Anglicani* primum ex *Anglico* in *Normannicum*, dein ex *Normannico* in *Anglicum* mutati cauſas exponat; tum maxime, quod illius egregium ſpecimen ſit, prout Anno M.CCC.LXXXV. majores noſtri eo loquentes utebantur.

[1] As it is knowe how meny maner Peple beeth in this Lond. There beeth alſo ſo many dybers longages and tonges. Notheles Walſche men and Scotts that bæth [2] nought medled with other nations, holdeth wel nyh hir firſte longage and ſpeche; but [3] yif the Scottes that were ſometime confederat, and woned with the Pictes drawe ſome what after [4] hir ſpeche; but the Flemynges, that woneth in the weſte ſide of Wales, habeth left her ſtrange ſpeche and ſpeketh Sexonliche now. Alſo Engliſhe men, they had from the bygynnynge thre maner ſpeche, Northerne, Sowtherne and Middel ſpeche in the middel of the Londe, as chey come of thre manner Peple of Germania. Notheles by comyxtion and [5] mellynge firſt with Danes, and afterward with Normans, in meny the contrary Langage is [6] apayred, and ſom uſeth ſtrong [7] wlafferynge chiterynge hartynge and gartinge grisbayting. this [8] apayrynge of the burthe of the tunge is bycauſe of tweie thinges, * oon is for children in ſcole agenſt the uſage and maner of all other nations bæth compelled for to lebe hire owne Langage, and for to conſtrue hir leſſons, and here thynges in Frenche, and ſo they habeth ſethe Normans come firſt into Engelond. Alſo gentilmen children bæth taught to ſpeke Frenſche from the tyme that they bæth rokked in here cradel, and [10] kunneth ſpeke and play with a childes broche, and [11] uplondiſſche men wil likne hym ſelf to gentilmen and † fondeth with græt beſyneſſe for to ſpeke Frenſche for to be told of. [[12] Trevisa. This maner was moche uſed to for firſt [13] deth, and is ſithe ſum [14] del changed. For John Cornwaile a maiſter of grammer changed the [15] lore in grammer ſcole, and conſtruction of Frenche into Engliſche: and Richard Pencriche lerned the manere techynge of him as other

---

1 Latine, *ut patet ad ſenſum*. 2 Lat. *impermixti*. 3 *Sax.* ƶif. 4 Infra **here**. i e. **their**. *Sax.* heopa, hiopa. 5 *Lat.* meðleð autem & mellyngе, ab antiquo Danico meðal, *quod medium eſt*, & ſecundario *mixtum*. Significat etiam *inter*, quod in medio duorum eſt. unde *i mille*, vel *i millum* in codd. veruſtis, *inter*. i. e. *in medio*. Hinc antiquum Anglo-Normannicum noſtrum to meðle, *miſcere*; & mellyngе, quaſi meðlyngе, *mixtio*. Hinc etiamnum to meðle, *alienis negotiis ſe intermiſcere*. Et *ardelio curioſus* apud nos dicitur a **medling fellow**, quippe qui omnium *negotiis ſe intermiſcet*. 6 *Lat.* corrupta, à *Sax.* pæþan, apæþan, *pervertere*. 7 Lat. *boatus*, & *garritus*. HARTINGE autem quaſi harðingе, *dure*, *aſpere*, & *ferociter loqui*. *Garryngе*, à veteri *Danico* vel *Norm.* **garru-gu-**, *ſcurra*, *morio*. GRISBAYTING, *Sax.* ƶniſtbitunƶ, *ſtridor dentium*, *ſtridula voce loqui*. 8 Lat. *Hæc quidem nativæ linguæ corruptio*. * Sic Ingulphus in hiſtoria Croylandenſis cœnobii, Edita Oxon. pag. 71. 10 *Sax.* cunnan, connan, *ſcire*. **Childesbroche**, nunc a **hobbyhorſe**. Sax. cild, *infans*, *puer*; & broce, *caballus*. 11 Lat. *Rurales homines*, **uplandiſhmen**. Sax. uplanð, *terra montoſa*, *regio mediterranea*; & uplandiſcman, *ejuſmodi regionis incola*. † *Sax.* ƿandian, *tentare*, *dare operam*. 12 Quod hic intra uncos concluſum vides, deeſt totum in polychronico à *Thoma Gale*, Oxoniæ edito, in libro quem inſcripſit *Hiſtoriæ Britanniæ ſcriptores* XV. 13 *Deth*, ni fallor ſignificat *tempus*, & derivandum eſt à Sax. tið. Unde *tith*, *teth*, *deth*. 14 Dæl. *Sax. pars*. 15 Læþe, *doctrina*, à læþan, *docere*, *erudire*.

men of Pencriche. So that now the yere of our Lorde a thousand thre hundred and foure score and fyve, and of the seconde kyng Richard after the Conquest nyne, and alle the Gramere scoles of Engelond children lereth Frensche, and construeth, and lerneth an Englische, and haveth thereby avantage in oon side, and disavantage in another side. Here avantage is that they lerneth her Gramer in lasse tyme, than children were woned to doo: Disavantage is that now children of Gramer scole conneth na more Frensche than can hir lift hæle, and that is harme for [1] hem, and they schulle passe the sæ and travaille in strange landes, and in many other places. Also Gentilmen habith now moche left for to teche here children Frenche.] R. Hit sæmeth a græt wonder how Englische men and her owne langage and tonge is so dyverse of sown in this oon ilond, and the langage of Normandie is [2] comlynge of another lande and hath oon maner soun amonge alle men that speketh hit arigt in Engelond. [†Trevisa. Nevertheles there is as many diverse maner Frensche in the ræme of France as is dyvers manez Englische in the ræme of Engelond.] R. Also of the forsaide Saxon tonge that is [3] deled athræ, and is abide scarceliche [4] with fewe uplonddisshe men is græt wonder. For men of the Est with men of the West is as it were undir the same partie of hevene acordeth more in sownynge of speche than men of the Norrth with men of the South. Therefore it is that Mercii, that bæth men of myddel Engelond as it were parteners of the endes, understondeth bettre the side langages Northerne and Southerne, than Northerne and Southerne understondeth either other. Wm. de Pont. Li°. 3°. [5] All the langage of the Northumbers and specialliche at York, is so scharp, slitting, and [6] frotynge and unschape that we Southerne men may that langage unnethe understonde. I trow that that is bycause that they bæth nyh to strange men and nations, that speketh strongliche, and also bycause that the kinges of Engelond woneth alwey fer from that cuntrey, for they bæth more torned to the South contray, and yif they goeth to the Northe contray they gooth with græt helpe and strengthe. The cause why they bæth more in the Southe contrey than in the North, for it may be better corne londe more peple, more noble citæs, and more profitable havenes.

Trevisa's whole Booke concludes thus, God be thonked of al his nedes this translation is ended in a thorsday the eygtenthe day of avril, the yere of our Lord a thousand thre hondred four score, and sevene. The tenthe yere of King Richard the second after the Conquest of Engelonde. The yere of my lordes age Sire Thomas of Berkley that made me make thys translation fyve and thrytty.

In *Anglo-Saxonicæ* Gramm. Cap. XXIII. multa diximus de præpostera vocum apud *Anglo-Saxones* in stricta oratione dispositione, metri & numerorum causa. quæ non solum à collocatione verborum in simplici sermone numeris carente; sed in oratorio, qui suos numeros habet, maxime aliena est. Poëtica hæc verborum transpositio ab ordine naturali maxime abhorrens se etiam ostendit æque in versibus veterum poetarum, qui *Scano-Goth.* cecinerunt, ut exemplis, quæ sequuntur, videre est.

3 2 1 4 5 10
* Sua fræ ek hitt at hova
11 16 18 17
horg-briotur i stad morgum
8 7 6 9 13
opt kom hrafn Þars heiptum
12 14 15
hloÞ val-kostu bloÞi

20 22 23 24
Endur let Jamta kindir
21 28 29 27
Allvaldur i stir falla
32 30 25 26
Vandist hann oc Vinda
31 34 35 33
Viggrimmur a Þat suimma.

Communis ordo vocum in soluta oratione.

Ek fræ sua hitt, at hrafn kom opt, Þars hova horgbriotur hloÞ heiptum valkostu bloÞi, i morgum stad: Endur allvaldur let Jamta kindir oc Vinda falla i styr, hann Viggrimmur vandist suimma a Þat.

---

1 Him Sax. *illis.* 2 *Lat.* adventitia. Comlynge autem à Sax. Cuma vel Cumling, *hospes, advena,* à cuman, *venire.* † Et hoc omne uncis inclusum desideratur in editione *Th. Gale.* 3 *Sax.* dæled. *divisus, partitus,* à dælan, partire, dividere, distribuere, unde in usu chartarum to deal, chartas distribuere. 4 *Lat.* in paucis agrestibus. vide not. 11. in priori pag. 5 *Lat.* tota lingua Northumbrorum maxime in *Eboraco* ita stridet incondita. 6 Fremitus à *Normannico*, vel *Scano-Gothico* frata *fremere.* * Historiæ Olai *Triguæ* filii editæ *Upsalæ* 1691. p. 267, 268.

VER-

VERSIO LATINA.

"Percepi quoque beſtias carnivoras una cum rapacibus volucribus in eum locum ſe congre-
"gaſſe, ubi Ethniciſmi templorum & idolorum Ethnicorum deſtructor cruentos cadaverum acer-
"vos multis in locis zelotypus congeſſerat. Celeberrimus ille rex, & Iamtas, & Vandalos bello
"ſuperavit. Idem Ethnicorum fanis infenſiſſimus in prima juventute id curavit faciendum.

7 9 12 11
*Onnar for oc einum
14 2 10
Vnn-viggs kongnr ſunnan
3 4 1 5 6
Sverþ rauþ mætur at morþi
8 13 15
Meiþi ſiotyio skeipa:

21 27 25
Þa-er hunlagar hreina
23 22 24
Hafþi Jarl ofkrafda
18 19 16 17
Satt geck ſeggia ættar
20 26 28
Sundar konunga fundar.

Ordo vocum in ſoluta oratione.

Mætur kongur (ſa er) ſverþ rauþ at morþi onnar meiþi for ſunnan einum oc ſiotyio unn-viggs skeipa; ſeggia ættar ſatt gecc ſundar Þa-er Jarl hafdi ofkrafda hreina konunga hunlagar fundar.

1 "Rex egregius, qui rubefecit gladios ſanguine cæſorum, è meridie profectus eſt navibus actuariis
"LXXI. Tum humanæ ſtirpis concordia rumpebatur, cum 2 Comes à 3 regibus puris impe-
"traſſet, ut navali prœlio congrederentur.

Grammaticam *Franco-Theotiſcam* cum orſus eſſem, nihil in *Libb.* vetuſtis, ſive *Francice*, ſive *Francica* aliqua manu *Latine* ſcriptis, ex quo, quæ literarum *Francicarum* poteſtas, ſciri poſſet, prorſus inveneram. Verum, OTTLEYE, ex eo tempore, quo exordium iſtius operis, in quo de elementis *Francicis* tractatur, typothetæ dedi imprimendum, MS. *Latinum* Bibliothecæ publicæ *Cantabr.* *Francica* manu exaratum, & nonnullis in locis *Francicis* verbis interlineatum verſavi, in quo *Oratio dominica*, *Doxologia*, *Symbolum*que *Conſtantinopolitanum*, vulgo *Nicænum* dictum, literis *Latino-Francicis* deſcribuntur, quemadmodum infra impreſſa cernuntur.

Oratio Dominica.

4 PAtir imon oen tiſ uraniſ agiaſtito to onoma ſu elitheto
iuaſſilia ſu. genithito to thelima ſu oſen uarno ke epitiſ
giſ. ton arton ton epiuſion doſ imin ſimeron. ke afeſ
iminta ofelimata imon oſ ke imiſ afiomentiſ ofileteſ
imon. ke mi imaſ iſ piraſmon. Alla riſe imai apotu
poniru. A ↄ—C I N:

Doxologia, ſive *hymnus Angelicus*.

DOxa enipſiſtiſ theo. ke epiſ giſ ÿrini enantropiſ euɒochia
enumenſe euloguménſe proſ kinumenſe ɒoxologuménſe
eucharíſ tu menſi ɒiatin megalinſu ɒoxan. kÿrrie baſileu
epuranie the epatir panto crator kÿrrie ÿe monogeni
iſu xpe. ke agion pneuma. kÿrrie otheoſ o amnoſ tutheu
oioſ tu patroſ. O erantiſ amartian tu coſmu eleiſon
imaſ. O erantiſ amartian tu coſmu proſ ɒexetin ɒeiſini
mon. O catimenoſ en ɒexian tu patroſ eleiſon imaſ. Otiſ
ſimonoſ agioſ. ſi monoſ kirrioſ. ſi monoſ ipſiſtoſ. ÿſoſ
criſtoſ. ſin agioſ pneumatin. iſ ɒoxan theu patroſ amin.

* In notarum cap. LXII. p. 87. per dictum *Olaum Trigguæ fil.* 1 *OlausTriggueſonus.* 2 *Sigvaldus.* 3 Scil. ab *Triggueſono* rege *Norregiæ*, *Olao Sanska Suecorum* rege, & *Suenone Danorum* Rege. 4 In *Codd.* Sacramentorum *Joſeph Mariæ Thomaſii*, qui *Romæ* prodierunt M.DC.LXXX. oratio dominica *Latinis* literis ſic deſcribitur: Pater. ymon. oentis. uranis. agiaſti. totonomaſu.eltato. ibaſili. aſu. geniti. totelimaſſu. oſſe. uranu. kae. pitiſgis. tonarton. ymin. omoyſion. doſymin. ſymero. kae.aphiſ. ymin. thaothelamata. ymon. us kae. ymin aphionem. tauphelemata. ymon. kae.mys. ymin. kis. ymas. ſpiraſmo. alariſſe. ymas. apotuponeru.

Symbolum *Conſtantinopolitanum*, vulgo *Nicænum* dictum.

PIſteuɣoıſenan theon patıran
panto cratoran pγıtın uranu ke ɣıſ oraton te
panton ke aoraton ke ıſena kγrrıon ıſon chriſton
ton ıon tu theu ton monoɣenın. ton ek tu patroſ
ɣenıthenta propanton ton eonon theon ek theu
foſ ek fotoſ theon alıthınon ek theu alıthınu
ɣenıthenta upγıthenta omo uſion to patrı ɒıuta
panta eɣeneto ton ɒimaſtuſ anthropoſ keɒıatını
meteran ſotırıan katelthonta ekton uranon keſ
ſarchothenta ekpneumatoſ aɣıo kemarıaſ tıſ par
thenu keen antropıſ anta ſtaurothenta te
γperımon. epı pontıu pılatu kepatonta ketafenta keanaſ
tanta tıtrıtı katataſ ɣrafaſ kenelthonta ıſtuſ
uranuſ ke kate zomenon en ɒoxıan tu patroſ kepalın
erchomenon meta ɒoxıſ krıne zontaſ kenecruſ utıſ baſılıaſ
ukeſteloſ ke ıſ topneumaton aɣıon. to kγrrıon kezo
opıon to ektu patroſ keıo ek poreuɣomenon ton ſin patrı
keıo ſinproſ kγnumenon keſin ſinɒoxa zomeno to
lalıſan ɒıaton prophıton ıſmıan aɣıan katholıkγn
ke apoſtolıcın eccelſian. Omo loɣo en baptıſma ıſa
pheſin amartıon. Proſ ɒoko anaſtaſin necron ke
zoıntumellontoſ eonoſ. A ɔ--c I N.

Codex MS. in Quarto, è quo hæc deſcribuntur, continet carmina varia & opera quædam miſcellanea omnium fere poetarum *Chriſtianorum*. Incipit à *Juvenci preſbyteri* hiſt. IV. Evangg. Fol. 421, habetur *doxologia*, *oratio dom.* & *ſymbolum Nicænum*. Fol. 422, habetur etiam *decalogus* Græce, literis *Latino-Francicis* ſcriptus, una cum Alphabeto *Græcanico*. Fol. 427, cernitur tractatus *de laude pudicitiæ* & *ſobrietatis*, *ſtudio Milonis* coenobitæ beati Chriſti præſulis. ut & *Hughbaldus* de *laude calvorum*, fol. 467.

In noſtro ſymbolo πιστεύω ſcribitur PISTEUGO, quemadmodum & in ſpecimine *Franco-Gallici* codicis, qui olim fuit *Dionyſiani* prope *Pariſios* monaſterii, quod exhibet [a] D. *Joh. Mabillon*, quem nominare maxime laudare eſt. Sic quoque in noſtro hoc ſymbolo πορευόμενον ſcribitur poreugomenon, ubi G non habet valorem τοῦ Γ tertii *Græcorum* & *Mœſo-Gothorum* elementi, ſed [b] τοῦ Ϛ ſeptimi *Mœſo-Gothorum*, quod eodem olim modo ſonabat ac I; quomodo & ipſum G, ante E vel I pronuntiant *Franco-Galli*; & in Ω exprimendo adhibetur ad producendum ſonum *Francici*, vel *Franco-Latini* O, perinde ac H apud Germanos uſurpatur ad producendum E. Quod cætera attinet, quæ ex his & id genus aliis ſpeciminibus ad eliciendam literarum Francicarum poteſtatem obſervare licet, ea doctis, præſertim *Franco-Germanis* & *Franco-Gallis*, qui noſtrum exemplum in illuſtrando *Saxonicorum* elementorum valore ſequi non gravabuntur, brevitati ſtudens relinquo.

In Gramm. *Iſlandicæ* Cap. I. elementa *Runica* undique quæſita & in variis alphabetis ſcalpta non ſine ingenti opera & ſumptu exhibuimus; ut ſi quid forte *Runicæ* ſcripturæ, ſive in pergamenaceis, ſive in ſaxeis, ſive in metallicis monumentis exaratum inciſumve lectori curioſo occurreret, id, inſpectis tabulis noſtris, ab illo facilius indagaretur. Verum ex quo caput iſtud impreſſum eſt, penſilem quandam icunculam auream, quoad formam haud nummis iis diſſimilem, quos in tabulis expreſſos edidit *Elias Brennerus*, à ſe delineatam mecum communicavit *Humphredus Wanleyus*. In cujus inſcriptione *Runæ* nonnullæ cernuntur, quarum notitiam neque ex alphabetis noſtris, neque aliunde hactenus aſſequi potuimus. Id ergo monilis, icunculæve cum ſua inſcriptione ad tab. literas numerales (VIII) exhibuiſſe operæ pretium me feciſſe ſpero. Quo Tu, Teve qui in *Runis* magis *Oedipi*, ſive in *Daniâ*, ſive *Sueoniâ* ſint, in ignotis iis characteribus explicandis operam veſtram felicius, quam ego meam, collocetis.

---

a Liber V. de re diplom. p. 366. b Vide *F. Junii* Alphabetum *Goth.* p. 3.

Differ-

Diſſertationis Epiſt. p. 29. illa pleniſſimam firmitatem habuiſſe apud *Anglo-Sax.* quæ in curiis acta & teſtata erant, oſtendimus. Paginaque 76, unam eandemque chartam pluribus exemplaribus apud eos in eadem membrana confici ſolitam; modumque, quo membrana iſta bipartiri, tripartiri, aut multipartiri ſolebat, docuimus. & in pag. 85. de vario jure, quod donans donatario contulit in prædiis, iiſque, quæ ad prædiorum exemplum dabantur, nonnulla diximus. Quæ omnia cum una charta illuſtret, & confirmet, illam ab exemplari *Cottoniano* deſcriptam hic *Philo-Saxonum* gratia exhibendam cenſuimus.

✠ Hep ꝛputelaƀ on ƀiꝛꝛum Leppite [þæt] Eþelꝛtan Biꝛceop ȝebohte æt Leoꝼꝛice æt Blacepellon ꝼiꝼ hiƀe lanƀeꝛ æt Intebyꝛȝan be Æþelheƀeꝛ Cyneȝeꝛ leaꝼe. ⁊ be Ælꝼeȝeꝛ Aꝛcebiꝛceopeꝛ ȝepitneꝛꝛe ⁊ be Pulꝼꝛtaneꝛ Aꝛcebiꝛceopeꝛ. ⁊ be ealha þæha Witena þe ƀa on Engla-lanƀe liꝼeꝛ pæꝛon. miƀ ten Punƀan heoƀeꝛ Golƀeꝛ ⁊ hpiteꝛ Seolhneꝛ. unꝼoꝛbobeh ⁊ unbeꝛacan. to ȝeoꝛene ⁊ to ꝛyllanne æꝛ ƀæȝe ⁊ æꝼteꝛ ƀæȝe. ꝛibban oƀƀe ꝼhemƀam þæꝛ him leoꝼoꝛt pehe :· And ꝛe Cinȝ het þone Aꝛcebiꝛceop Pulꝼꝛtan þæꝛ to Boc ꝛettan. ⁊ Æþelꝛtane Biꝛceope Boc anƀ Lanƀ betecan unnanƀeꝛe heoꝛtan :· þa æꝼteꝛ þýꝛan maneȝum ȝeaꝛum. ꝛoc Pulꝼꝛtan anƀ hiꝛ ꝛunu Pulꝼnic on ꝛum þæt Lanƀ. þa ꝼeꝛƀe ꝛe Biꝛceop to Scipe-ȝemote to Wiȝeꝛan-ceaꝛtꝛe. ⁊ ƀꝛaꝼ þæꝛ hiꝛ ꝛꝛhæce. þa ꝛealƀe Leoꝼꝛine Ealƀoꝛman ⁊ Hacc.. ⁊ Leoꝼꝛic. ⁊ eal ꝛeo Scip hiꝛ Lanƀ clæne þa he hit unꝼoꝛbobaꝛ ⁊ unbeꝛacan behæt ⁊ ꝛettan ƀæȝ to þæt man to ƀam Lanƀe ꝛcolƀe ꝼaꝛan. ⁊ þa ilcan þe him æꝛ Lanƀ Gemæne lædƀon hit E[þelꝛt]an. ⁊ cpæƀan ȝif ƀa Lanƀ-ȝemæne ealꝛꝛa pæꝛon ꝛꝛa man heo on ꝼꝛuman lædƀe þæt ꝛe Biꝛceop þæt Lanƀe ꝼul nihte ahte :· Ða com ꝛe Biꝛceop þæꝛ to. ⁊ ꝛe þe him Lanƀ ꝛealƀe. ⁊ þa he him to[pit]neꝛꝛe pæꝛon. ⁊ com Pulꝼꝛtan ⁊ hiꝛ ꝛunu. ⁊ þa þe hyna Geꝼeꝛan pæꝛon. ⁊ heo ealle þa þa Lanƀ ȝemæne. ȝeniƀan eal ꝛꝛa heo man on ꝼꝛuman þam Biꝛceope lædƀe. ⁊ heo ea le cpæƀan þe [hýne] pæꝛon þæt ꝛe Biꝛceop ꝼul nihte þæt Lanƀe ahte :· Ða ꝛe þæꝛ ȝeanþýnƀe pæꝛ þe him Lanƀe ꝛealƀe :· Spæcon ƀa Leoꝼꝛiceꝛ ꝼneonƀ ⁊ Pulꝼꝛtaneꝛ ꝼneonƀ. þæt hit beteꝛe pæne þ heoꝛa ꝛehte toȝæƀ[ƀne ƀý]ƀe þonne hý æniȝe Sace hým betpeonan heolƀan. ꝛohtan þa hýna ꝛehte. þæt pæꝛ þæt Leoꝼꝛic ꝛealƀe Pulꝼꝛtane ⁊ hiꝛ ꝛuna an Punƀ ⁊ tpeȝna þeȝna aƀ. ⁊ pæne hýmꝛýlꝼ ꝼniƀƀe. þæt he ƀam ilcan polƀe beon ȝehealƀen. ȝif ꝛeo ꝛpæc to Leoꝼꝛice eoƀe ꝛꝛa ꝛꝛa heo þa pæꝛ to Pulꝼꝛtane ȝeȝan. Ðiꝛ pæꝛ upe ealna Seht :· Pulꝼ-ꝛtan ⁊ hiꝛ ꝛuna ꝛealƀon þa þæt Lanƀ clæne Leoꝼꝛic. ⁊ Leoꝼꝛic ⁊ Pulꝼꝛtan ⁊ Pulꝼnic þam Biꝛceope clæne Lanƀe ⁊ unbeꝛacan. æꝛ ƀæȝe ⁊ æꝼteꝛ. to ȝyꝼanne þæꝛ him leoꝼoꝛt pæne :· Hep ꝛputelaƀ ꝛeo ȝepitneꝛ ⁊ ꝛe boꝛh þe þæꝛæt pæꝛon :· Ðæt pæꝛ æꝛeꝛt ꝛe Biꝛceop. ⁊ L[eoꝼꝛic]e. anƀ Pulꝼꝛtan. ⁊ Bꝛihtpine. ⁊ Cynꝛiȝ. ⁊ Wýnꝛtan. ⁊ Æȝelpiȝ munuc. ⁊ Ælpine mæꝛꝛe-ꝛꝛeoꝛt. ⁊ Ælmæꝛ mæꝛꝛe-ꝛꝛeoꝛt. ⁊ Pulꝼnic mæꝛꝛe-ꝛꝛeoꝛt. ⁊ Cýneꝛoꝛƀ æt Pebbeꝛuꝛƀý. ⁊ Ælehiȝ [æt] Sec[can]ham. ⁊ Eaƀꝛiȝ hiꝛ mæȝ. ⁊ Pulꝼnic æt Cloƀƀeꝛheale. ⁊ Sæꝛoꝛƀ æt Uꝛtuný. ⁊ Pulꝼnic æt Býnninȝtune. ⁊ Wulꝼniȝ Maƀƀinȝ. ⁊ mæniȝ ȝoƀ Cnihte to eacan þýꝛan :· Nu ꝛýnƀan þiꝛ-ꝛa Geꝛꝛiti ꝛꝛeo. An on Wiȝeꝛna-Ceaꝛtꝛe æt Sca Maꝛian þæꝛ þæt lanƀ to hæꝛƀ. ⁊ oþeꝛ on Hepeꝼoꝛƀa æt Sce Æþelƀꝛihte. anƀ ꝛꝛiƀƀe á miƀ þam þe þæt lanƀ on haaƀe ꝛtanƀe :· Goƀ ælmihtiȝ þone ȝehealƀe þe þiꝛ pille nihte ice healƀan. ⁊ ȝif æniȝ man þonne ꝛeo þe þiꝛ apenƀan pille. Goƀ ælmihtiȝ ⁊ Sca Maꝛia. ⁊ ealle hiꝛ leoꝼan halȝan þæne aniƀeꝛniȝe æȝþæꝛ ȝe heꝛ on liꝼe. ȝe þæꝛ þæꝛ he lænȝaꝛt punian ꝛceal. butan he hit þe ƀeoppoꝛ æꝛ ȝebete ꝛꝛa Biꝛceop him tæce :·

✠ CYROGRAPHVM

In *Diſſert. Epiſtolaris* p. 80. c. 2. Marg. hæſi in voce ꝛuanȝeneꝛa, cujus ſenſum me latere tum confeſſus ſum. Verum ex eo tempore mihi in mentem venit, vocem illam pro ꝛuȝanȝeneꝛa eſſe ſcriptam, quæ *Suibus* vel *porcis præfectum* denotat. ꝛuȝa enim, in obliquis ꝛuȝan, *ſuem* apud *Anglo-Saxones* ſignificat.

Monetæ ſpecies cum enumerare & explicare ſatagerem *diſſert. epiſt.* pagg. 109. 110, *&c.* Neſcio quo caſu contigit me nullam SICLI mentionem feciſſe: qui apud *Anglo-Saxones* nummus certe vel *cuſus* vel *computatitius* erat. *Ecgbertus* in [a] dialogo ſuo de Eccleſiaſtica inſtitutione ſic ſcribit: *Quiſquis vero* fratrum *contra interdicta venerabilium canonum transfugam clericum, vel monachum, ſine literis pacificis ſuſceperit, & conventus in hac obſtinatione perduraverit, reddat quod ſtatutum eſt,* XXX *quidem* SICLOS. XV. *vero Epiſcopo loci,* XV. *Abbati. Quicunque vero ex laicis, qui monaſteriis præeſſe noſcuntur, taliter aliquem ad ſe minime pertinentem ſuſceperit, reddat debitum ſtatutum, regi quidem* X. SICLOS, X. *vero Abbati.* Quod ad valorem autem hujus nummi attinet, illum duobus denariis argenteis valuiſſe idem [b] *Ecgbertus* innuere videtur: *Sed duplicata* XXX *Siclorum pecunia, hoc eſt,* ſexaginta argenteos *volumus dare Eccleſiæ adulterantes.* At in

a Edit. Londinenſis, quæ prodiit MDC.XC.III. p. 272. b Dialogi p. 273.

charta *Æthelſwithæ* reginæ, quam citat *Edwardus Cocus* in præfatione ante Sextam partem commentariorum juris, quindecies centum SICLI, mille quingentis ſolidis argenti & auri valuiſſe dicuntur. *Dabo* Cuthwulfo ----- *terram quindecim manentium in loco, qui dicitur* Laking, *pro ejus obedientia, atque pecunia pacabili*, hoc eſt, *mille quingentis ſolidis argenti & auri, vel quindecies centum* SICLIS. Per hanc ergo chartam *Siclus* valebat ſolido argenti & auri apud *Anglo-Saxones*, hoc eſt, undecim ſolidis argenteis, ſi aurum apud illos decuplo tantum valore argentum ſuperabat. Tu, OTTLEYE, pro perſpicaci Tuo ingenio judicioque, perpendas quid de immani hac differentia de SICLI *Saxonici* valore inter *Ecgberti* dialogum & chartam *Æthelswithæ* ſtatuendum ſit. Ego enim in re tam difficili, aleæque plena, vix audeo ſententiam meam interponere, nodum neque ſolvere ſciens neque volens ſcindere.

Multa etiam in ejuſdem *diſſertationis* p. 50, iiſque quæ ſequuntur, de *teſtamentis*, & *teſtamentorum* factione apud veteres *Anglos* tradidimus; quæ quia vim & lucem ex aliqua parte à *teſtamento Wynflædæ* accipiant, id quoque ex *Cottoniano* exemplari deſcriptum exhibere operæ pretium me facturum ſpero.

✠ Ꝑẏnfl æð cẏð hu hio þile ẏmbe þæt hio hæfð ofep hẏne dæg. hio becþ into Cẏncan hẏne Ofþing-f...u. ⁊ hẏne betepan Ofþing-rceat. ⁊ hẏne Rode. ⁊ into Bedepn-hipun tpa Seleſnene cuppan. ⁊ hẏne to ꝑaul-rceatte ælcon Lodep þeope Mancoſ Goldep. ⁊ butan þam Ceoldnẏþe i Mancuſ. ⁊ Oðelbẏnhte ⁊ Elfe ⁊ Æþelſ..eþe. ⁊ an punð to þiltune þam hipum. and Fuge le anne Mancuſ: And hio becpið Æðelflæde hẏne dehtep hẏne agnafenan Beah. ⁊ hẏne Mentel pneon. ⁊ þ land æt Ebbelefbupnan ⁊ þa boc on ece ẏnfe. to ateonne ꝑa hẏne leofoꝛð ꝛy: ⁊ hio [a]n [hẏ]ne ðana manna ⁊ þæꝛ ẏnfeꝛ ⁊ ealleꝛ þæꝛ þe þæp þanne on bið. butan þæt man ꝛcel fop hẏne Saulle þæp of·don æghep ge an mannon ge an ẏnfe: ⁊ æt Ceoplatune hio hẏne an ealꝛpa þepe manna ⁊ þæꝛ ẏnfeꝛ b..an þam Fneot mannon. ⁊ þæt man finde of þam ẏnfe æt Ceoplatune [healfeꝛ] Pundeꝛ pẏnðne Saul-ꝛceat to Mẏlenbupnan. ⁊ healfeꝛ Pundeꝛ pẏnðne Saul-ꝛcet fnam Lẏnnuc to Gẏfle ⁊ Eadmæne þæt land æt Coleꝛ [h]ẏlle ⁊ æt Inggeneꝛhamme: ⁊ hio an him eac þæꝛ landeꝛ æt Faccancumbe hẏne Mongen-gifu peꝛ hiꝛ dæg. and ofep hiꝛ dæg gẏf Æþelflæd leng lẏbbe þonne he. þonne fo hio to þam lande æt Faccancumbe. ⁊ ofep hẏne dæg [g]a hit eft an Eadpoldeꝛ hand. ⁊ gif God pille þæt Eadpold peonþe to þam gepexen an hiꝛ fædep þæt he land healdan mæge. þene bid ic Eadmep þæt he him læte[an] þapa tpega landa ofep to. ofþe æt Colleꝛhẏlle oð æt Eadbupggebẏnig ⁊ ofep hiꝛ dæg buta: ⁊ hio pile þæt man finde æt Inggeneꝛham[me h]ealfeꝛ Pundeꝛ pẏnþne Saul-ꝛceat to þanetinge fop hẏ. ⁊ æt Colleꝛhẏlle. ⁊ finde man of þam ẏnfe. LX. penegga-pẏnð to Scnifenanhamme. LX. to Colle[ꝛhẏ]lle. LX. to Cillapið e. ⁊ fneoge man Ꝑulfpape folgẏge þam þe hẏne leofo[ꝛt ꝛẏ]ttẏþe eal ꝛpa. ⁊ fneoge man Ꝑulflæde on þæt genað þæt hio folgige Æþelflæde ⁊ Eadgẏfe: ⁊ hio becpeð Eadgẏfe ane Lpencep tpan. ⁊ ane Semeꝛ[tpan] ofep hatte Edgẏfu. ofep hatte Æþelẏfu: ⁊ fneoge man Lenbupg ⁊ Mifcin ⁊ hiꝛ.....el, ⁊ Bunhulfeꝛ dohtup æt Cinnuc. ⁊ Ælfꝛige ⁊ hiꝛ pif ⁊ hiꝛ ẏldpan dohtop. ⁊ Ceolꝛtaneꝛ pif: ⁊ æt Ceoplatune fneoge man Pifuꝛ ⁊ Edpẏne ⁊ ..e..an pife: ⁊ æt Saccancumbe fnioge man Ædelm ⁊ Man ⁊ Iohannan ⁊ Sppop ⁊ hiꝛ pif. ⁊ En[e]fætte ⁊ Genꝛande ⁊ Snel: ⁊ æt Colleꝛhẏlle fneoge man Æþelgẏþe ⁊ Biccan pif ⁊ Æffan ⁊ Bedan ⁊ Gunhanneꝛ pif. ⁊ fneoge man Ꝑulfpaneꝛ ꝛpẏꝛtop Bnẏhtigeꝛ pi[f] ⁊i.... þẏrne pẏnhtan. ⁊ Ꝑulfgẏþe Ælffpẏþe dohtop: ⁊ gif þæp hpẏlc pite þeop man ꝛẏ butan þẏꝛon þe hio gedeopede. hio gelẏfð to hẏne Beapnon þæt hi hine pillon lẏhtan fop hẏne Saulle: ⁊ Ælfpolde hẏne tpegen pepend Hopnaꝛ. ⁊ an Hopꝛ. ⁊ hẏne neade Gitelð: ⁊ hio becpẏð Eadmæne an hliðfæꝛ þe Cuppan. Ofþe Æðelflæde. ⁊ bit þæt hi finden betpeox him tpa ꝛmicepe ꝛcencing Cuppan [i]nto Beodepn fop hi ofþe hẏne ahgene ienedan Cuppan geiccon hẏꝛẏn .....ec..an anon Punde. þonne polde hio þæt man dẏde innon æghepe Cuppan healf Punð Penega. ⁊ agẏfe man Eadpolde hiꝛ agene. II. ꝛẏlepenan Cuppan: ⁊ hio becpið him hipe golð Fagan Tneopenan Cuppan þæt he ice hiꝛ Beah mid þam Lolde ofþe hi mon æt him gehpeopfe mid. XVI. Mancuſſum neadeꝛ Goldeꝛ ꝛpa micel þæp iꝛ to gedong: and hio becpiþ him tpa Mẏdpecan ⁊ þæp an innan an Bed-neaf eal þæt to anum Bedde gebẏne ð: ⁊ agẏfe Eadmæn Eadpolde ꝛpa micel ẏnfe ⁊ ꝛpa fela manna ꝛpa [to] him æp æt Hafene becpæð, ⁊ [n]e hiꝛ Fædep ꝛẏðdan ꝛpa he pille ⁊ be þan Lande æt Cinnuc hit agon þa hipan æt Sceaftepbẏnig ofep hẏne dæg. ⁊ hio ah þæt ẏnfe ⁊ þa men þenne an hio þan hẏpum þapa gebupa þenn þam Gafol-lande ꝛitta ð ⁊ þepa þeoppa manna hio an hẏne ꝛẏna dehtep Eadgẏfe. ⁊ þæꝛ ẏnfeꝛ butan þam Saul-ꝛceatte ðe man to gifle ꝛẏllan ꝛceal: ⁊ hio pile þ man læte on þan Lande ꝛtandan. VI. Oxfan. ⁊. IIII. Cẏ mid feopep Cealfon: ⁊ of [þa]m ðeopan mannan at Cinnuc hio·becpið Eadpolde Ceolꝛtan Ettaneꝛ ꝛunu ⁊ Æffan ꝛunu. ⁊ Bupbpẏnne Mæptin ⁊ hiꝛ fig: ⁊ hio becpiþ Eadgẏfe þæp angean Ælffige þene Coc ⁊ Tefl paneburgan dohtop. ⁊ Hepeꝛtan ⁊ hiꝛ pif. and Ecelm ⁊ hiꝛ pif ⁊ hiopa Cild. ⁊ Cẏneꝛtan. ⁊ Ꝑẏnfige. ⁊ Bꝛẏhtꝛiceꝛ ꝛunu. ⁊ Edpẏnne. ⁊ Buneleꝛ ꝛunu. ⁊ Ælffepeꝛ dohtop: ⁊ hio becpið Æþelf[læde] Elhhelmmeꝛ dehtep Ælffepeꝛ dohtop þa geonpan. ⁊ hẏꝛi tpili bꝛocenan Cẏnꝛtel ⁊ oðepne Linnene ofþe linnen-peb: ⁊ Eadgẏfe tpa Mẏdpetan

ðnetan ⁊ þæp Aninnan hýpe betýþe Beð-pahpiſt ⁊ Linnenne-ſupan. ⁊ eal þæt Beð-ſeſ þe þæpto ȝebype ð. ⁊ hýpe betýtan ðunnan Tunecan. ⁊ hýpe betepan Mentel. ⁊ hýpe tpa tpeopenan ȝeꝛplottuðe Cuppan. ⁊ hýpe ealðan ȝepipeðan ppeon ir an. vi. Mancuſſum. ⁊ ſýlle man hýpe. iiii. Mancuſſaſ oþ hýpe Saule-ſceatte . . . . . beȝe ⁊ an lanȝ heal þahpiſt. ⁊ oþep Sceopt. anð þpio ſet Hpæȝl :· ⁊ hio an Ceolðpýþe hýpe blacena Tuncena ſpa þep hýpe leoſpe beo. ⁊ hýpe betýð Halipýſt. ⁊ hýpe betýþan Binðan [⁊ Æþelſ] læðe þiſſe hpitan hýnecine ðaðe nan Cýntel ⁊ Cuſſian ⁊ Binðan :· ⁊ ſinðe Æþelſlæð ſýððan an hýpe Nun-ſcnuðe. loce hpæt hio betýð mæȝe þulſſlæðe ⁊ Æþelȝiſe ⁊ ice miþ Golðe. þæt hýpa æȝþep hýpu hæbbe. lx. Penenȝ . . . . p. ⁊ Ceolpýnne. ⁊ Eðbuþȝe. þæt ſý. xxx. peneȝa pýnð. ⁊ þæp ſýnt tpa micle Mýðep can. ⁊ an hpæȝl cýſð. ⁊ an lýtulu Top mýðepce. ⁊ eac tpa ealðe Mýðepcan :· þenne an hio Æþelſlæðe on ælcum þinȝum þe þep unbecpeðen bið on Bocum :· ⁊ an ſpilcum lýtlum :· ⁊ hio ȝelýſð [þ]æt hio pille hýpe Saulle ȝeþencan. ⁊ þæp ſýnt eac ſahpiſtu ſum þe hýpe pýnþe bið. ⁊ þa lætan hio mæȝ ſýllan hýpe pimmannon :· ⁊ hio becpið Cýneluſe hýpe ðæl þepa pilðepa Hopſa þe miþ Eaðmepe ſýnt :· ⁊ hio an Æðelſlæðe hýpe Hýſa . . . . . Cuppe ⁊ þapa Anðlumena. ⁊ ealpa þepa ȝetæſa þet þæp binnan beoð. ⁊ eac ðæſ popþiȝeſ ȝiſ hiſ hype ſe Cinȝ an ſpa ſpa Eaðpeapð Cinȝ æp hiſ Býhtpýnne hýpe meðep ȝeuðe. ⁊ hæbbe Eaðpolð ⁊ hiſ ſpeoſtop hýpe taman Hopſ ȝemæne . . . . . .e hiſ aȝene toſopan :·

In ejuſdem diſſertationis p. 149, & deinceps, ſpecimina nonnulla dedimus errorum, in quos lapſi ſunt viri doctiſſimi, qui *Vett. Septentrionales* linguas, aut plane nullas, aut non omnes, aut ſi forte aliquam, eam tamen non ſatis bene, intellexerunt. Illis, *Philo-Saxonum*, *Philo-Gothorum*que gratia, viſum eſt & alios adjicere, qui, in rep. literaria, quamvis magni nominis homines, in quibuſdam allucinati ſunt. In quibus tamen, ſi linguas iſtas ſciviſſent, minime aut ipſi erraſſent, aut errorum aliis auctores fuiſſent. Horum primas tenet operibus ſuis inter doctos clarus JOHANNES HARDUINUS, qui in *pagg.* 34,35, *chronologiæ* ſuæ *veteris teſtamenti*, quæ Amſtælodami edita erat An. MDCC. ſic de *Anglo-Saxonica* noſtra ſcribit: *At* Saxonica, *quæ in quibuſdam dubiæ* (*ut* Coptica) *fidei monumentis extat, nihil aliud, quam* Germanica *illius ævi eſt, quo ſunt hæc* (Coptica) *exarata characteribus ab artifice excogitatis, diverſis certe ab his, quibus* OFFA REX *ſuos olim nummos inſcripſit; qui ſunt omnino Latini, quales ii, quibus id nomen hic exhibemus. Ejus autem linguæ eſt* Saxonica Ælfrici *nomine homilia de* Euchariſtia, Ratramni *ſenſu, ſtilo, atque ipſo ſubinde ſermone conſcripta, hoc eſt* hæretico. *At* Ælfricus *non* Anglicum, Saxonicum*ve nomen eſt, ſed* Hebræum, DEUS REDEMPTOR. Nam אֵל deus *eſt: quod nomen, quoniam nihil intereſt, utrum* ÆL *an* AL *efferas, ideo &* ÆLFRICUS & ALFRICUS *in libris ſcribitur.* פָּדָה redimere *eſt ex vulgato interprete, pſalm.* CXXXV, 24. *quem tum ob peritiam viri ſingularem, tum aliis de cauſis, talium nominum architecti ſequuntur.*

In *Harduini* iſtis, tot fere ſunt errores, quot lineæ. Primo enim *Gallus* iſte in bibliothecis noſtris hoſpes in hoc fallitur, quod *Anglo-Saxonicam* non niſi in paucis quibuſdam monumentis extare putet; cum contrà ingentem *Codd.* MSS. numerum, ut illos, qui impreſſi ſunt, ſilentio tranſeam, *Grammatica* noſtra *Anglo-Saxonica*, & *diſſertatio epiſtolaris* citatos ſupereſſe oſtentat, quos *Harduinus*, cum Indicem tertium perluſtraverit, præproperam hanc cenſuram ſuam protinus retractabit. Secundo autem in illo fallitur, quod monumenta noſtra *Saxonica* dubiæ fidei eſſe ſcribat. Etenim extare apud nos & dubiæ fidei, & commentitia quædam monumenta *Saxonica*, præſertim *chartas*, ſive *diplomata*, adeo non negamus, ut quæ id genus aut ſunt, aut eſſe cenſemus, in opere noſtro paſſim notaverimus: quod & *Wanleyus* noſter in *libb. Sax.* catalogo; in quo etiam alia occurrunt quamplurima exploratæ fidei notæque præſtantiſſimæ, ad quæ doctum hunc virum mittimus. Tertio in eo errat, quod monumenta *A.S.* omnia ejuſdem ævi cum *Copticis* affirmet; ſiquidem nonnullos *Codd. Saxonicis* characteribus habemus ante annos DCCCC. ſcriptos, quorum nonnullos in Grammatica *Anglo-Sax.* citavimus, ut *Codd.* evangeliorum *Rushworthianum* & *Cottonianum* verſionibus *Dano-Saxonicis* interlineatos; Codicem bibl. Bodl. Oxon. cujus nota NE. D. 2. 19. è quo ſpecimina veteris manus *Saxonicæ*, quæ apud Anglos ante Ælfredi R. tempora in uſu erat, exhibuimus p. 168. Codicem *Philippi presbyteri*, cujus ſpecimen dedimus p. 176. Denique, qui mille annorum antiquitatem ſpirat, codicem *Evangg.* Eccleſiæ Licetfeldenſis, librum S. *Ceadæ*, dictum cujus ſpecimen Grammaticæ Franco-Theotiſcæ p. 2. videre eſt expreſſum; præter alios, quos *Humphr. Wanleyus* in catalogo ſuo notavit. Qui quidem *Codd.* omnes, cum cæteris ſive genuinis, ſive ſpuriis, qui temporibus *Anglo-Saxonum* diverſi generis & non unius ſeculi manibus exa-

rati ſunt, *Harduinum* quoque immanis, & tantum non ridiculi erroris arguunt, qui monumenta *Saxonica*, quæ pauca, quæ dubiæ fidei eſſe prædicaverat, etiam characteribus ab artifice pro arbitrio excogitatis ſcripta temere, & abſque omni judicio non erubuerit affirmare. *Anglo-Saxones* autem ſcribendi rationem ſuam, perinde ac ſuam *Gallos*, habuiſſe non uno loco obſervat hiſtoriæ *Croylandenſis* auctor, qui ritus & conſuetudines *Anglicanas*, quas *Nortmanni* innovaverant, recenſens ita ſcribit: *ipſum etiam idioma tantum abhorrebant* [Normanni] *ut modus etiam ſcribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis & in libris omnibus admitteretur.* Et alibi: *detuleram etiam mecum Londonias, chartas & chirographa, & præcipua monumenta noſtri monaſterii, quæ cuncta manu Saxonica ſcripta erant. Chartas etiam - - - quæ partim duplicate tam · anglicana manu, quam Saxonica ſcribebantur.* At pro arbitrio & ingenio artificis excogitatas eſſe literas *Saxonicas* vult *Harduinus*, quod diverſæ ſunt ab his, quibus OFFA REX ſuos olim nummos inſcripſit, qui ſunt omnino *Latini.* Quod ſi *omnino Græci* eſſent, an igitur ſequetur & monumenta *Saxonica*, ſcilicet diplomata, & codices ab eruditis *Anglo-Saxonibus* eſſe ſcriptos characteribus ab artifice excogitatis? Membranæ veteres *Franco-Gallorum* ſcriptæ ſunt literis longe diverſis ab iis, quibus numiſmata eorum inſcripta ſunt, an igitur characteribus incertis, & pro arbitrio artificis excogitatis exaratæ ſunt? Verùm quarto, in eo errat *Harduinus*, quod *Offæ Regis* nummos literis inſcriptos dicit, qui *omnino Latinæ* ſunt. Tantum enim abeſt, ut omnino *Latinæ* ſint; ut ductum paulo diverſum habeant ab iis, quæ omnino ſunt *Latinæ*, ſpeciem præ ſe ferentes invenuſtam, à majuſculis iſtius ævi *Latinis*, etſi non plane abhorrentem, plane tamen haud parum alienam.

Quod *Ælfrici* homiliam *paſchalem*, *Saxonice* ſcriptam, hæreticam inique vocat, id non moror, quippe qui non ut Theologus, ſed ut *Saxonicæ* linguæ præceptor, hic cum illo controverſiam habeo. Verùm cum ÆLFRICVM non *Saxonicum*, ſed *Hebræum* nomen eſſe dicit, eo ſe deridendum omnibus propinat, qui *Saxonicis*, *Franco-Theotiſcis*ve literis eruditi, ſciunt *Ælfricum* (haud ſecus ac *Ælfredum*, vel *Aluredum*, *Alricum*, *Alredum*, *Aldredum*, *Alberhtum*, *Alwinum*, cum id genus aliis) eſſe nomen proprium *Saxonicæ* originis, non *Alfrico* homiliſtæ Archiepiſcopo Cantuarienſi ab aliquo nominum architecto ob peritiam viri ſingularem inditum; ſed illi cum aliis *Anglo-Saxonibus* commune: ut *Ælfrico*, cui cognomen *Bata*, *Ælfrico* Merciorum duci, *Ælfrico* Eaſt-Anglorum Epiſcopo, & *Ælfrico* Archiepiſcopo Eboracenſi.

A nominum architectis, quos apud *Saxones* noſtros fuiſſe ſomniat *Harduinus*, occaſionem ſibi oblatam arbitratur ad monendum lectorem de fraude artificum, qui unam literulam mutando ad diſſimulandam malitiam, voces ignotas interdum confingunt. *Quod* (inquit) *eſt inprimis à non nemine præſtitum, cujus librum ante annos ſex didicimus manuſcriptum alicubi aſſervari ſub ementito nomine* Ασιδαιε, *cum ſcriptor ſit ſæculi* XIII; *Qui poſtquam captum* à Francis Byzantium *eſt*, *in* Galliam *appulit*, *ubi eodem*, *quo* Calviniani *hodiè aguntur adverſus ſacrum Epiſcoporum ordinem*, *odio agitatus*, *ac præſertim in eos*, *qui titulos quoſdam habent in* Gallis *honorum*, *ac dignitatum illuſtrium*, *ſcripſit eos multo delectari magis* [a] Δεκεναεἰε, *quam Epiſcopi nomine. Quo de vocabulo interrogati*, *amico conſulenti patefecimus hominis improbitatem*, *qui*, *ne ſtatim ea pateret*, *mutata litera* Π *in proximam conſonantem* N, *pro voce Gallica ex duobus conflata* Δεκεπάεἰ, DVC & PAIR, *ſcripſerit* [a] Δεκεναεἰ. Hæc ille, criticæ laudis ſtudio vehementer nimis affectus, inepte, temere, & fidenter. Nam tantum abfuit, ut *Aſidæus* ille Δεκλωάεἰον pro compoſito vel potius decompoſito *Gallico* Δεκεπάεἰον prave & malitioſe ſcripſerit, ut [b] antiſtites, qui *Paulo Samoſateno* Epiſcopatum ſuum abrogârunt, criminibus ejus id annumeraverint, quod Δεκλωάεἰος quam Ἐπίσκοπος mallet vocari.

Ad *Harduinum* accedat P. *Franciſcus Giambullarius* à nobis antea laudatus. Qui, cum prius floreret, quam *Septentrionales literæ* notæ eſſent, in erroribus multis verſatus eſt, quos, ſi jam in vivis eſſet, quiſque *Philo-Teuton*, *Philo-Gothus*ve illi facile poſſet oſtendere. Id genus eſt, quod de *Tuiſcone*, quem Tacitus *Tuiſtonem* vocat, gigante dicit, à quo ortos *Germanos* ſcribit, p. 59. *Il ſecondo anno di coſtui cominciarono ad abi-*

---

a Lege Δεκλωαεἰε & Δουκηνάεἰος. b *Euſeb.* hiſt. Eccleſiaſt. lib. VII. c. XXX. p. 229. edit. *Pariſiis*, MDCLXXVIII. v. etiam vocem Δεκηνάεἰ in Gloſſario *Car. Dufreſnii* ad ſcriptores mediæ & infimæ *Græcitatis*, & in appendice ad *gloſſarium*.

tarſi

tarſi la Spagna, & la Francia. il XV°. *la Germania per Tuiſco gigante, uno de figlivoli di Noe, nato dopo il diluvio, da'l quale duro ancor oggi il nome Todeſco, quaſi Toëſco, poco alterato da 'l primo ſono.* Pag. 117, & deinceps multas voces *Italicas* quæ plane ſunt *Gothicæ* & *Teutonicæ* originis ab *Hebræo* fonte derivat, ut Ambaſciata: *diciamo noi adunque, Ambaſciata, Ambaſciatore, & Ambaſceria, da Baſcer, che à loro ſignifica nunziare.* Quum tamen, *Ambaſciata* à Gothico ΛNΔЬΛhTS: Apud *Cæſarem* in commentariis, *Ambactus*, miniſter; unde *Anglo-Saxonibus* embiht, embihtan; *Alamannis* ambaht, ambahtan, *miniſter* & *miniſtrare* accerſendum eſt.

Giambullarium ſequatur vir doctiſſimus *Angelus Rocca*, qui ſextam columnam paraſtaticam bibliothecæ *Vaticanæ*, *Gothicæ* linguæ inventorem nimirum ULPHILAM repræſentantem deſcribens, ſic loquitur; *prima hujus paraſtaticæ columnæ facies Ulphilam Gothorum epiſcopum habitu epiſcopali indutum*, Gothicarumque literarum inventorem *repræſentat. Hinc ſupra ejus caput Alphabetum conſpicitur, & ad ejuſdem pedes hæc legitur inſcriptio*; ULPHILAS EPISCOPUS GOTHORVM LITERAS INVENIT. Alphabetum autem, quod ſupra caput *Ulphilæ* in bibliotheca Vaticana conſpicitur, non iſtud eſt à *Græcis* & *Latinis* literis ſumptum, in quo *Evangg.* Gothicam ſuam verſionem exaravit; ſed ut ex literis delineatis conſtat, Alphabetum quoddam *Runicum*, ſive *Scano-Gothicum*, quod aut ipſe *Angelus Rocca*, aut aliquis alius bibliothecæ Apoſtolicæ ante eum præfectus, inter linguas, literaſque *Scano-Gothicas*, & *Mæſo-Gothicas* quid diſcriminis eſſet nondum ſciens, ſupra caput Epiſcopi *Mæſo-Gothorum* nec ſcite, nec convenienter depinxit.

Ad *Angelum Roccam* accedat *Gul.* noſter *Camdenus*, quo auctore, morem donandi terras *ſine ſcripto*, cum gladiorum, & id genus ſymbolorum ſolemni traditione, *Anglis* veteribus ante ingreſſum *Nortmannorum* fuiſſe probavimus in diſſert. epiſt. p. 48. exemplo R. *Canuti*, qui prædium *Puſeyenſe* tradito cornu dediſſe fertur. Quod, à majoribus de *Puſey* nuncupatis acceptum prædii dominus, *Carolus Puſey*, poſſidet. id nimirum ante aliquot annos, cum Cancellariæ præſideret honorabilis dominus *Georgius Dom. Jefferyes*, cauſa in foro acta, conſecutus. In illa lite, ut accepi, exhibitum in *Cancellaria* fuit ipſummet *cornu*, de quo controverſia erat; & cum magnâ omnium admiratione, ut illud ipſum *cornu*, quo, veluti *charta*, terras *Puſeyenſes* ante DCC fere annos *Canutus* donaverat, acceptum, admiſſum & probatum. Cornu autem quod attinet, *bovinum* eſt, mediocris magnitudinis, quod in medio habet cingulum argenteum auro oblitum, duobus pedibus *canis venatici*, quibus ſepoſitum ſuſtentatur, affabrè commiſſum. In illo cingulo ſcalpitur inſcriptio, quæ hæc eſt.

I kyng knowd yeve WIlyam Pecote
pys horne to hold by þy lond.

In apice etiam habet *canis venatici* caput cochleati operis ex argento deaurato factum. Quo per ſtrias circumverſo, clauditur os apicis; reverſo vero & exempto, aperitur. Hinc binos in uſus deſtinatum id cornu exiſtimo. Nam aperto apice in flatum buccinæ *venatoriæ* ad homines, & canes convocandos; operto vero, *poculi* vices ſuſtinuiſſe videtur: ſed in venationis uſum id primario fabricatum eſſe, non ſolum *venatici* canis caput pedeſque ſupra deſcripti; ſed duo annuli, per quos à loro intromiſſo, cornicinis ad latera pendebat, ut credamus, faciunt.

Hæc obiter, Ornatiſſime OTTLEY, de Cornu, quod oſtentant domini de *Puſey*. Quod tamen non eſſe, ſaltem non poſſe evinci eſſe illud ipſum cornu, quo *Canutus* R. prædia *Pyſeyenſia* donabat, inſcriptionis *Sermo*, quo ante tercentum vel CCCL. annos *Angli* locuti ſunt; & *Characteres*, quibus ea circiter tempora uſi ſunt, in Tab. notâ numerali [IX] exhibiti demonſtrant. Equidem quam primum illos delineatos conſpexi, Epigraphen cornu collegii *Reginæ* apud Oxonienſes florentiſſimi, non potui non in mentem revocare. quæ cum illa *Puſeyenſis* cimelii non ita diſſimilibus literis exarata eſt, ut qui utramvis norit, ambas noverit.

Denique agmen claudat ingenio excellens, & humaniorum literarum, præſertim dramaticæ poëſeως ſcientia clarus *Thomas Rymer*, qui literaturæ *Saxonicæ* prorſus ignarus, commentitium inſtrumentum ante ducentos circiter annos fictum, ſigilloque *Malcolmi* R. Scotorum munitum eſſe ſimulatum, quo rex ille S. *Eadwardo* II. Anglorum regi, tanquam *Scotiæ* ſuperiori domino, homagium, ligium & fidelitatem ſpoſpon-

diſſe, & profeſſus eſſe dicitur, cælatura ſplendidè expreſſum, quaſi ad pompam, edidit. Quod tamen, non dicam, ſi linguam, antiquitates & ſolennia verba; ſed ſi vel literas, manuſque *Saxonicas*, typorumque ſcutariorum originem cognoviſſet, adeo tanquam genuinum & verum edere noluiſſet, ut id plane uti figmentum primo intuitu, & omni procul dubio damnaſſet. Etenim manus ipſa, qua inſtrumentum ſcriptum eſt; vox [a] PARLIAMENTUM, quod ante annum XXVIII. *Henrici* III. regnantis, in monumentis *Anglicanis* non ſcriptum occurrit; voceſque feudales, *ligii ſubditi, litis, gia fidelitas, homagium ligium, jus directum, recorda coronæ*, omnes ante victoriam Normannicam *Anglis* ignotæ; ut de ſigillo, quod ſcuti regii ſymbolum gentilitium eſt; ut de tempore in quo eſſe confectum & ſigillatum fingitur, nihil dicam; id falſum eſſe evincunt. Equidem viri cæteroquin doctiſſimi non potui non dolere vicem, qui membranam iſtam publicando, ſe Scotis caſtigandum expoſuit. Quorum unus vir eruditus *Georgius Ridpath* clientelarem illam *Malcolmi* Regis profeſſionem merum eſſe commentum oſtendit in præfatione, quam præmiſit libro, quem **Scotlands Soveraignity aſſerted**, inſcriptum Londini edidit, A. 1695.

Denique adde huc quæ obſervare fas eſt de [b] TROPERE, facto à *Latino* [c] TROPARIUM vel Troparius, *Græce* [d] TROΠΑΡΙΟΝ, quod *hymnarium, hymnologium*, ſive librum *hymnorum* ſignificat. Id genus eſt Cod. ille Latinus MS. bibl. *Bodleyanæ*, qui in col. 1. p. 135 catalogi librorum MSS. qui in magnum reip. literariæ beneficium Oxoniæ prodiit An. Dom. MDCXCVII. ſic inſcribitur: Codex elegantiſſimè ſcriptus, qui TRO-PARIUM appellatur: continet quippe *tropos* ſive hymnos ſacros, viz. *Alleluia, tractus, modulamina, Proſas per anni circuitum in feſtos & dies dominicos: omnia notis muſicis antiquis ſuperſcripta.* Pro hac verò voce antiqua *tropere*, ſive librarii, ſive typothetæ errore mendoſe TOPER excuditur in *R. Hovedeni* annalium p. 283. Quem locum exſcribens cl. *Johan. Seldenus* in pag. 147, [e] libelli, qui inſcribitur *Jani Anglorum facies altera*, vocem ſibi ignotam nigris in literis deſcripſit, eam lectori notandam & explicandam relinquens. Verba hiſtorici hæc ſunt: *In craſtino colloquii venit Thomas Archiepiſcopus ad curiam regis in capella ejus, & ſtatim petiit ab eo licentiam transfretandi ad Alexandrum papam, qui ea tempeſtate moram faciebat in Francia, & habere non potuit. Dixit enim ei Rex, tu prius reſpondebis mihi de injuriâ, quam feciſti* Johanni Mareſchallo *meo in curia tua. Conqueſtus enim erat regi idem* Johannes, *quod cum calumniatus eſſet in curiâ Archiepiſcopi terram quandam de illo tenendam jure hæreditario, & diu inde placitaſſet, nullam inde potuit aſſequi juſtitiam, & quod ipſe curiam Archiepiſcopi ſacramento falſificaverat ſecundum conſuetudinem regni. cui Archiepiſcopus reſpondit: nulla juſtitia defuit* Johanni *in curia mea: ſed ipſe, neſcio, cujus conſilio an propriæ voluntatis motu, attulit in curia mea* [f] *quendam* TOPER, *& juravit ſuper illum, quod ipſe pro defectu juſtitiæ à curiâ meâ receſſit, cum ſtatutum ſit in regno veſtro, quod qui curiam alterius falſificare voluit, oportet eum jurare ſuper ſacraſancta evangelia: Rex quidem non reſpiciens ad verba hæc juravit, quod ipſe haberet de eo juſtitiam. Et Barones curiæ Regis judicaverunt eum eſſe in miſericordia regis.* Verum anonymus ille, ſive is *Adamus Littleton* S. T. P. ſive quis alius fuit *Saxonicæ* linguæ rudis, qui [g] *Janum Seldeni* in *Anglicum* convertit, in vocem ſic abſurdè ſcribit: **I know what the Adverb** [h] **TOPER ſignifyes amongſt the Antient Latines, but what the word means here, I confeſs I am in the dark. it doth certainly ſtand for ſomething (I was thinking a TAPER) which he brought with him into court, and ſware upon it, as he ſhould have done upon the holy Goſpels. I cannot imagine that by** quandam TOPER, **ſhould be intended ſome woman or girl, whoſe name was** TOPER, **whom he brought along with him, and in defyance to the court, laying his hand upon her, took his oath as formally, as if he had done it upon the holy Evangeliſts.**

In *differt. epiſtolaris* p. 121. *Britanniæ Saxonicæ*, & *Romano-Saxonicæ* topographiam à nemine niſi qui literaturæ & antiquitatis *Anglo-Saxonicæ* peritus eſt, literato orbi,

---

a *R. Bradei* liber qui inſcribitur, **An Anſwer to Mr. Petits Rights of the Commons aſſerted. p. 71, 72.**
b Quod vide in librorum vett. Septentr. Cat. p. 80.
c Quod vide in *Du-freſnii* Gloſſario *Latino-barbaro.*
d Vid. *Watſii* gloſſarium ad finem operum *Matthæi Paris.* excuſ. Londini. 1640. Et *Du-Freſnii* Gloſ. *Græco-Barbarum.* e Edit. Londini. 1661. f In *Seldeni* libro male *quandam.* g In libro *Londini* edito, Anno. MDCLXXXIII. cui titulus **Traus written by John Selden of the inner Temple Eſquire.** h *Topper*, Feſt. ex *Næv.* i. e. *cito, celeriter*, quaſi toto opere, πάχα, ἀυτάκα, **immediatly, quickly, in all haſt.** Linguæ *Latinæ* dict. opera & ſtudio *Adami Littleton.* Londini, 1681.

qui

qui illam jam dudum desiderat, dari posse ostendimus. Ibi quoque de iis, quæ typographici hujus operis conditori curanda & facienda sunt, sententiam nostram breviter explicuimus. præsertim quo pacto locos ab illo describendos existimamus uno atque altero exemplo monstravimus. Verum dum de exemplis dandis cogitaremus, in mentem mihi non venerat *Joh. Seldeni* in *Cygneam* suam *cantionem* commentarius, in quo egregia multa, eaque locorum descriptorum luculentissima exemplaria, alphabetico ordine digesta, inveniet, quisquis ille fuerit, Britanniæ *Anglo-Saxonicæ* & Romano-Saxonicæ descriptor, quæ ei ad imitandum propono. Id genus opus animo molitus est L. *Noel*, vir in literatura *Saxonica* versatissimus, ut par est conjicere ex *Angliæ Saxonicæ* tabula chorographica, quam illius manu delineatam, *Saxonicis*que locorum nominibus descriptam cernere est in bibl. *Cott. Domit. A.* XVIII.

Cum ea, quæ de etymis & origine linguæ *Anglicanæ* tradiderim *dissert. epist.* p. 255, scriberem, OTTLEYE, constituebam aliquot centenas supra mille voces, quæ nobis in usu sunt, alphabetico ordine digestas, & à sermone *Cimbrico*, seu *Scano-Gothico* solo petitas, in *præfatione* nostra, quasi in prospectum producere. Verum illius magnitudo, quæ jam nunc ad majorem quam credideram, molem surrexit, facit ut consilium mutarem, ne porta vegrandis domum superaret.

In omnibus ferè partibus, quæ opus nostrum constituunt, tantum abfuit, ut aliquam omitterem, ut nullam non occasionem, quam mihi ad danda vetustarum manuum specimina arbitrabar oblatam, captaverim & amplexus sim. Verum *Humphredus Wanleyus*, qui ea pauciora esse censet, quam majorum nostrorum honos, operisque dignitas postulat; sparsimque insuper, & sine ordine hic illic posita dolet; auctor mihi esse voluit, ut nova specimina à se secundum seriem Temporum delineata exhiberem. Quæ ergo *Tui*, omniumque φιλαρχαίων gratia, *Colendissime mî* OTTLEYE, non sine magnis impensis ad calcem præfationis in tabulis scalptis vobis cum delectatione aspicienda adjicere non gravatus sum.

Hactenus in iis scribendis operam posui, quæ ad corrigendos errores majoris momenti, quibus forte fui lapsus; & ad supplendos operis nostri defectus, maxime conducere ratus sum. Jam ergo ad confirmanda aliqua, quæ tradidimus, aliorum scriptorum auctoritate; & quæ ab aliis scribuntur nostris contraria redarguenda progredior; in producenda paulo ulterius præfatione, neque Tibi, neque iis qui Tuo affectu venerabilem antiquitatem colunt, quod spero, molestiam creaturus.

In *dissertatione Epist.* Literaturæ & antiquitatis *Saxonicæ* quam utilis scientia est, ut ex aliis, sic ex eo præsertim ostendimus, quod *Chartularium* vel *Cartarium Anglo-Saxonicum* & *Normanno-Saxonicum* rite condere, vel *Britanniæ Anglo-Saxonicæ*, & *Dano-Saxonicæ Topographiam* recte scribere nemini fas est, qui id genus literarum scientiam non bene assecutus fuerat. Utriusque futuris auctoribus, chartarum veterum usum perinde necessarium fore monstravimus. Speciatim pag. *Dissert. Epist.* 81. quemadmodum *tempus*, sic & *locos* in chartis suis solitos esse notare *Anglo-Saxones*, *Dano-Saxones*que, præcipuè *Reges* & *Episcopos*, nonnullis exemplis probavimus. Quamobrem meo inducere consilio velim illorum alterutrum, qui fortè primus ad scribendum surrexerit, ex Regum & Episcoporum *Angliæ* veteris diplomatibus, de eorum *Aulis* & *Villis* tractatum scribere, *Johannis Mabillonii* ad exemplum, qui *de regum Francorum palatiis, villisque regiis*, quorum notitiam ex vetustis eorum chartis hausit,[a] librum φιλαρχαίοις gratissimum conscripsit.

Præterea cum literarum *Septentrionalium* utilitatem ostendere satagens, de libris faciendis aut recudendis agerem, qui in *Saxonicis* versatissimos auctores postulant, nescio quo casu *Chronici Saxonici* oblitus sum, quod tertiam editionem, *Edmundi Gibsoni* secundâ illâ multo quidem auctiorem desiderat. Adsurgat ergo Vir ille literaturæ *Saxonicæ* scientissimus, & ad recensendum *Chronicon suum* sine mora se accingat. Id literarius orbis, id annales omnes, & chronica, sive *Latine*, sive *Anglo-Sax.* & *Gallo-Normannice* scripta, tam quæ excusa sunt, quam quæ in archivis delitescentes nondum excuduntur, flagitant & expectant; quasi gestientes ab illo diurnâ nocturnaque manu versari & pervolvi; ut ex iis diligenter perlectis *Chronici sui* lacunas, sive vacuos annos, ut & semiplenos res gestas decerptas addendo impleat, plenosque dictos etiam pleniores, quatenus licebit, pleniissimos reddat. Hoc pacto opus *historico-politicum* & reip. literariæ gratissimum, & suo nomine dignum facturus erit. Cujus

a Quartus est de re *diplomaticâ*.

perficiendi, dum anni, dum vires ſinunt, utinam nolit committere, ut illi uſque, & forſan uſque craſtinanti, fortè quis alter gloriam præripiat.

Ea in parte *Diſſert. epiſt.* ubi de *Donationibus Anglo-Saxonum* tractavimus,ab homine, qui in literis, & antiquitatibus veteris *Angliæ* eruditus eſt, & à nemine alio, cæteroquin doctiſſimo, *Panchartarium Anglicum*, modo quem deſcripſimus, ſcribendum eſſe oſtendimus. Interea vero dum quis talis, Mecænatem ſuſcœpto parem nactus, ad Herculeum id opus ſe accingat, utinam aliquis literaturæ *Septentrionalis* ſcientia præclarus ad chartarum veterum *cenſuram*, ſeu *librum criticum* componendum exurgat. In quo *cenſoris diplomatici* officio fungens, *inſtrumenta* à veteribus *Anglo-Saxonibus*, *Anglo-Normannis*que, quovis ſermone, ſermoniſve dialecto confecta, tam ex iis, quæ excuſa, quam quæ nondum excuſa ſunt, dubia à certis, falſa & falſificata à veris, apographa ab auctographis, denique converſa ex alia in aliam linguam ab Originalibus, & corrupta, adulterata, interpolata à puris, & ſinceris, pro virili ſuo & ſine partium ſtudio diſtinguat & ſecernat. Hujus generis quis ſcribendo librum literaturæ *Septentrionalis* utilitatem ſimul oſtendet, & literatum orbem ſibi devinciet; gloriam immortalem inſuper acquiſiturus id faciendo, quod omnes antiquitatis cultores maximè deſiderant; planeque nullus, qui *rem diplomaticam* hactenus apud nos coluit, aut præſtitit aut præſtare potuit. Homini critica iſta manuum, ſermonumque, pro loco & tempore differentium, & id genus rerum ad antiquitates *Anglicas* ſpectantium notitia inſtructo, *Chartarum omnium*, ſive regum, ſive epiſcoporum, ſive monaſteriorum, ſive denique privatorum hominum, quas *Marculfus* PAGENSES vocat, cenſuram paucis, crede mihi, expedire licebit.

Ex. gr. Chartam *Bertulphi* R. *Merciorum* quam in hiſtoria ſua *Croylandenſi Ingulphus* exhibuit ad examen vocanti ſic paucis breviter damnare fas erit: *Charta* Bertulphi *R. Merciorum*, *quam* Ingulphus *confectam eſſe dicit anno incarnationis* DCCCLI. *ex eo commentitia eſſe conſtat, quod in illa Abbati & Monachis Croylandenſis Monaſterii Rex confirmaſſe dicitur* regulam S. Benedicti. *Confirmo* (inquit) *vobis & ſucceſſoribus veſtris regulam S. Benedicti* ſub habitu veſtro *tam nunc profeſſis, quam poſt vos profeſſuris. Per habitum intelligit Ingulphus habitum* Nigrorum monachorum, *quorum mentionem facit in Charta Æthelbaldi R. ficta, Hiſtoriæ ſuæ p. 3. ut & in p. 5. ubi tradit Offam R. Merciorum fundaſſe monaſterium* Nigrorum *monachorum in Verolamii civitate. In iſtis vero temporibus regulam S.* Benedicti *habitumque nigrum à quo monachi* Nigri *appellabantur nondum innotuiſſe ipſe Mabillonius* concedit de re diplomaticâ lib.1. p.30. Præterea Chartam hanc non eſſe Bertulphi evincunt voces phraſeſque plane Nortmannicæ, in his quæ ſequuntur: *De dono Fregiſti* [a] *militis. De dono Algari militis. Ad Seweram de Aſendyk. De eodem feodo. Mariſcum duarum leucarum. Octo quarentenas in latitudine.* Quibus forte addas *feriam ſextam in hebdomada Paſchæ.* Siquidem *feriæ* rara aut nulla mentio in deſignationibus Temporum, quibus ſaltem vetuſtiores *Anglo-Saxonum* chartæ confectæ eſſe notantur.

Ibidem chartam confirmationis *Ædredi* R. fictam eſſe hæc monſtrant: *Cœnobium nigrorum monachorum ordinis S. Benedicti à nobili rege Merciorum* Ethelbaldo *fundatum, in perpetuam & puram eleemoſynam illis monachis, & omnibus ſucceſſoribus eorum ſub eadem regula, & eodem habitu S. Benedicti ibidem Deo ſervientibus.* Quibus adde WEIF & STRAY, quæ ad *Saxonica* SOCHA, SACHA, TOL & TEM accedunt. Ut &, *Mariſcum duarum leucarum. Sex maneriis. Cum advocatione eccleſiæ. A ſecta in ſchyris. Affidare ſuos nativos. Omnibus catallis. Pro quo catallo. Centum librarum legalis monetæ.* Quæ omnia *Saxonibus* nondum ſaltem audita, *Nortmannici* fori & ſermonis eſſe judicanda ſunt.

Chartam etiam à *Thoroldo*, anno Dominicæ incarnationis MLI factam eſſe dictam, falſitatis arguunt *Nortmannica*, quæ ſequuntur. *Totum manerium. Tenementis & averiis. Bonis & catallis. In villa de Spaldyng. In liberam & perpetuam eleemoſynam. Lef-*

---

a Iſtiuſmodi multa ſunt in chartis ab *Ingulpho* exhibitis: ut in *Beorrhedi* chartâ, *De dono Mercardi militis mei.* Cum tamen *Militis* titulo, quatenus equitem denotat, nemo inſigniri ſolebat apud *Anglo-Saxones*, apud quos RIDER, *eques*, *miles*, non cenſus, civiliſque conditionis & *Dignitatis*, quemadmodum apud *Nortmannos*; ſed potius *Emancipationis* nomen erat; plane ut apud veteres *Germanos*, ſecundum *Tacitum*, qui in libro de moribus Germanorum, ſic ſcribit: *Tum in ipſo conſilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaqve juvenem ornat. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videtur, mox reipublicæ.*

ſtanium

ſtanium carpentarium. Quibus accedant homines binomines, ut *Gunterus Liniet. Outy Grimkelſon. Turſtanus Dubbe. Elmerus de Pyncebek. Gouſe Gamelſon.* Quæ *Nortmannicos* mores, ne quidem inoleſcentes, ſed jamdudum prævalentes plane ſapiunt.

Sic chartam *Ædgari* R. primam, quam exhibet *Ingulphus*, fictam eſſe probant Nortmannica: *Meremium Regalibus maneriis in perpetuam eleemoſynam. Communa paſturæ. Pro tenentibus ſuis.* Wlaif and Strays. *Omnia tenementa.*

Denique chartam *exemptionis*, quam *Ædgarum* R. monaſterio *Petroburgenſi* conceſſiſſe tradit *Ingulphus*, ſi non falſam, ſupſectam ſaltem eſſe evincit ipſa *exemptio*, quæ ſic ſe habet: *Ego itaque per gratiam S. Petri, tantique patris charitatem, atque animæ redemptionem, concedo gratantiſſime illud Sanctum & Apoſtolicum coenobium in perpetuum eſſe liberum ab omni ſeculari cauſa & ſervitute, ut nullus eccleſiaſticorum, vel laicorum ſuper ipſum, vel ipſius Abbatem, ullum unquam habeat dominium . . . . . Ab omni mundiali jugo tam ſecurum æternaliter conſiſtat, quam liberum ab Epiſcopali exactione & inquietudine, ex apoſtolica libertate, & reverendiſſimi Archiepiſcopi noſtri Dunſtani auctoritate.*

Dixi ſi non falſam eſſe evincere, ſaltem ſuſpectam reddere hanc chartam *exemptionem ipſam*, quâ non tantum ab omni ſeculari cauſa liberum redditur coenobium *Croylandenſe*; ſed etiam ab omni Epiſcopali inquietudine, ita ut *nullus eccleſiaſticorum*, ſive Epiſcopus, ſive quis ejus vices gerens, in ipſum, vel ipſius Abbatem *ullum unquam* habeat dominium. Quo quidem ab epiſcopali juriſdictione libertatis genere, ante adventum *Nortmannorum*, *Anglorum* coenobia non gaudebant. Accedat dicundi juris planè abſoluta, & ἀνάπυξις poteſtas in *Undale* ejuſque hundredo, qua donatus eſſe dicitur Abbas. A cujus ſententia neque ad epiſcopum & vicecomitem, neque ad regem ipſum, neque ad ullam majorem minoremve perſonam appellare licebat. Huc adde voces phraſeſque *Nortmannicas*: *Præter* Chriſtianitatem *attinentium parochiarum. Telonium de tota* WILLESMERE. *Ad hundred de* NORTMANNESCROS. *Ad aquam de* NEENE. *Aqua de* OPBETHE, &c.

Hæc ex *Ingulphi* hiſtoria *Croylandenſi*, qui non ut *Anglo-Saxo* natus, ſed ut *Nortmannus*, vel *Anglo-Nortmannus*, *Saxonicarum* literarum rerumque imperitus nihil non ſcripſit: ſic *Saxonicum* CROYLAND, *crudam* & *cœnoſam terram* ſignificare dicit.

Præſertim vero in deſcribendis ſtatutis & ordinationibus, quas *Turketulum* Abbatem in monaſterio ſuo *Croylandenſi* obſervandas dediſſe ſcribit, omnia pro moribus *Nortmannicis*, & temporibus *Turketuli*, qui mortuus eſt anno Chriſti incarnati DCCCCLXXV, prorſus aliena tradit.

Etenim in iis recenſendis, tertiæ claſſis monachos ſeniores, ſcilicet *quinquagenarios*, SEMPECTAS eſſe vocandos *Turketulum* ſtatuiſſe dicit. cum tamen vox illa *Anglo-Saxonibus* ignota, in nullis inſtaurati monachiſmi regulis vel monumentis, ante conqueſtum occurrat; ne quidem in iis, quorum *Edgarus* & *Dunſtanus* fuerunt auctores, quibus *Turketulus* erat coævus. Id genus multa alia vocabula *Franco-Nortmannica* in *Turketuli* ſtatutis *Ingulphianis* ſcripta leguntur: ut, *Pitanciarus. Garcion, Froccus.* Quibus adde *Indenturam*: in his: *Turketulus quarto die lecto decumbens totum conventum in cameram ſuam convocavit, & coram omnibus Dominum Egelricum tunc proviſorem ſuum ſtatum domus tam in theſauris quam in jocalibus aliis juſſit oſtendere, & de univerſis poſt obitum ſuum per* INDENTURAM *conventui reſpondere.* Indenturæ vero ſive *Chartæ indentatæ* non niſi poſt adventum *Nortmannorum Anglis* notæ erant. *Henricus Spelmannus* chartarum *indentationem* apud nos ſe non reperiſſe ante *Henrici* III. ætatem, qui regnare cœpit anno MCCXVI, & tunc quidem rariùs, ſcribit. Nos *indentatas* chartas alias protulimus *diſſert. epiſt.* p. 77. quarum prima eſt *Stephani* Archiep. Cantuarienſis, qui electus erat regnante *Johanne*, anno MCC.VIII. & diem obiit ſupremum anno MCCXXVIII.

Hæc *Amiciſſime* OTTLEYE ex *hiſtoria Croylandenſi.* Quæ, cum aliis alibi à nobis animadverſis, faciunt ut tantum non credam, aut *Ingulphum* falſarium & chartarum corruptorem fuiſſe, aut coenobium *Croylandenſe* hiſtoriam *Croylandenſem*, ejus nomine honeſtatam in indocto ſæculo orbi obtruſiſſe.

Prodiit nuper *Londini* Liber FORMULARE ANGLICANUM inſcriptus. In quo Auctor THOMAS MADOX, magna cum diligentia, nec minori judicio, vetuſtas diverſi generis chartas ſecundum ſeriem temporum ab adventu *Nortmannorum*, & ſub XVIII. titulis digeſtas & diſpoſitas, in rei antiquariæ illuſtrationem, archivorum juris *Anglicani* honorem, ejuſque ſtudioſorum beneficium, ſuique laudem edidit. In præfatione libri populares ſuos ad antiquorum inſtrumentorum ſtudium magnopere ad-

hortatur. Illis præſertim, qui legibus noſtris ſtudendis operam navant, auctor eſſe velit, ut in antiquitatum Anglicarum ſtudiis ſe diligenter exerceant, quarum notitiam iis ad multas res utilem fore non ſine ratione pollicetur. Id fecimus in Diſſertatione noſtra Epiſtolari, in qua plurimis argumentis, & præcipuè exemplis multorum, qui vetuſtatis Anglicanæ rudes in multis lapſi ſunt, veterum *Angliæ* & linguarum & monumentorum cognitionem, juris imprimis ſtudioſis & profeſſoribus idcirco contendi fore neceſſariam, quia admodum fructuoſam. Quod de donatione terrarum ſine ſcriptis dicit præfationis ſuæ p. 1. id corroborat quod ſcripſimus noſtræ diſſertationis epiſt. pagg. 83, 84. Nomina, ſive appellationes, quibus *Anglo-Saxones* inſtrumenta donationum inſignire ſolebant, notavimus diſſertationis noſtræ pag. 43. in marg. quemadmodum ille in ſuæ præfationis pag. 2. niſi quod appellationum numerus, quem nos dedimus, eo, quem ipſe exhibuit, multo major eſt. Quod ille de *feudorum inveſtitura* per ſymbola donationis ſcripſit, ſuæ præfationis p. 9. à nobis traditum eſt noſtræ diſſert. epiſt. pagg. 83, 84, 85. Quod de factione chartarum, aut factarum conſignatione in curiis, quibus prædia donabantur, recte obſervat præfationis ſuæ p. 24. nos non de donatione ſolum, ſed de emptione & venditione terrarum, & de teſtamentorum factione paſſim in noſtra diſſertatione animadvertimus. Eamdem chartam apud *Anglo-Saxones* duobus vel tribus codicibus confici eſſe ſolitam, & quo id ritu factum erat *diſſertat. noſtræ* pagg. 76, 77. oſtendimus; quod ille pluribus verbis deſcribit præfationis ſuæ pagg. 28, 29. De temporis notatione, in quo chartæ confectæ & conſignatæ ſunt multa (ſecus tamen ac ille in præfationis ſuæ pag. 30.) noſtræ diſſertationis pagg. 79, 80 ſcripſimus: alibi etiam & chartas multas *ſine temporis deſignatione* confectas eſſe oſtendentes; quod ille quoque in loco citato obſervat. Illa quæ ad *Ingulphum* redarguendum protulimus diſſert. epiſtolaris pagg. 74, 75. confirmat ille prælationis ſuæ p. 32. ubi probat in conficiendis ſuis diplomatis veteres *Angliæ* ex *Nortmannica* ſtirpe oriundos reges ſingularem non rarò teſtem adhibuiſſe. Teſtamentum *Leofwini*, *Wulſtani* filii, Saxonice factum An. Dom. DCCCCXCVIII. quod primum exhibuit ſub *titulo teſtamentorum*, id confirmat, quod tradidimus *diſſertationis* noſtræ epiſtolaris p. 57. nempe in ordinandis teſtamentis morem inſtituendi curatores, ſive adminiſtros exequendæ ultimæ voluntatis, quos EXECUTORES vocamus *Anglo-Saxonibus* non fuiſſe. Pagg. 77, 78, diſſertationis epiſtolaris, chartas *Anglo-Saxonico* ritu aliquandiu poſt *conqueſtum* confectas pluribus exemplis demonſtravi. Idem ille etiam probat aliis exemplis *præfationis ſuæ* pagg. 27, 28. Verum ut in his ſententiam noſtram cum ſua roborat: ita aliis in nonnullis à nobis forte differt, ut in præfationis ſuæ p. 3. ubi auctoritate *Ingulphi* fretus, vocem *forenſem* ſeu diplomaticam, *chartam* vel *cartam*, non uſu receptam fuiſſe apud *Anglo-Saxones* ſe exiſtimare ſcribit. Sed *Ingulphum* erroris arguimus in margine diſſertationis noſtræ p. 63. ubi duorum regum *Saxonicorum* diplomata citavimus, quæ *cartæ* nuncupantur; quibus addi poteſt iſtud Eadgari R. cujus in fine ſic legitur ſcriptum: *Anno dominicæ incarnationis* DCCCCLXX.VIII. *ſcripta eſt hæc* CARTA. Neque crede mihi, OTTLEYE, vel fingere animo poſſum τὸ *charta* uſu ſatis receptum non fuiſſe apud *Anglo-Saxones*, quibus *cartula* vel kartula maxime in uſu erat. quod tamen ille affirmat, non niſi rarò occurrere in codicibus donationum, qui *Anglo-Saxonum* temporibus Latine facti erant. *Cartula*, inquam, frequenter legitur in codicibus diplomaticis *Anglo-Saxonum*, præſertim in iis Eccleſiæ *Roffenſis*, qui in *textu Roffenſi* deſcribuntur; & quorum exemplaria haud pauca in bibliotheca *Cottoniana* etiamnum conſulenda extant. Quamobrem, me judice, non obſtare debet *Ingulphi* auctoritas, quo minus & diplomaticum iſtud *Carta* ſatis in uſu *Anglo-Saxonibus* fuiſſe credamus. Siquidem *Croylandenſis hiſtoriæ* ſcriptorem iſtum (ſive is *Ingulphus* fuit, ſive potius aliquis *Ingulphi diſcipulus*) in rebus *Anglo-Saxonicis* hoſpitem, & in iis quæ antiquos *Anglo-Saxonum* mores ſpectant, erraſſe non loco in uno probavimus. Verum *Madoxus H. Spelmannum*, quemadmodum ille *Ingulphum* ſecutus, videtur putare *Latinâ Anglo-Saxonum* diplomata, in quibus legitur *Carta*, non exemplaria eſſe habenda; ſed *Saxonicorum* exemplarium verſiones *Latinas* poſt conqueſtum ſcriptas. Verum quo minus in hanc ſententiam eam id facit, quod membrana *Cottoniana*, quam citavi in *diſſertationis epiſt.* p. 63, *originalis inſtrumenti* ſpeciem præ ſe omnino ferat; videatque, ſi velit, *Madoxus*, an *Eadgari* illam, quam ille exhibet libri ſui p. 174, in *Eadgari* temporibus ſcriptam eſſe manus non oſtendat? ficta quidem charta eſſe poteſt; ſed eſſe *Latinam* è *Saxonico* converſam ut credam, à me non poſſum impetrare. Collatis,

Collatis iis,quæ de chartis Anglo-Saxonum ſcripſimus,cum *Madoxi formularum* libro; illa etiam conferenda cenſemus cum libris *de re diplomatica*, quos ſcripſit *Joh. Mabillonius*; quocum ut in multis convenimus; in nonnullis etiam diſſentimus.

In lib. primi c. 1. de veterum inſtrumentorum ratione,formulis & auctoritate agens magnam illum à re publica gratiam initurum dicit, quiſquis certas & accuratas conditiones ac regulas tradiderit, quibus inſtrumenta legitima à ſpuriis, ab incertis ac ſuſpectis certa & genuina ſecernantur. Quapropter, OTTLEYE, me in colenda materia, & argumento non vulgari tractando laboraſſe gaudeo, quo, ſi de Re noſtra Publica benè non meritus ſum, ſaltem ſtudui bene meruiſſe. Etenim multo veterum chartarum, atque archivorum noſtrorum uſu, perinde ac linguarum antiquarum ſcientia inſtructus *Canones*, ſeu potius criteria nonnulla dedimus in *diſſertatione epiſtolari*, quibus in re noſtra diplomatica vera à falſis, certa & indubitata ab incertis, & ſuppoſititia ac interpolata à genuinis ac ſimplicibus diſtingui poſſe exiſtimabam. Hos canones vel regulas cum ſparſim, ubi de ſingularibus forte inſtrumentis à me agitur; tum in peculiari commentatione de *donationibus Anglo-Saxonum* tradidimus. Ad quos tanquam ad tot indices, chartas haud paucas revocatas, damnavimus alias; earum alias vero liberavimus.

In laude ergo noſtra, quantumvis exigua, ponatur, me rem arduam, & antehac propemodum intactam tractâſſe, meoque exemplo iis præiviſſe, qui noſtros defectus ſupplere volentes, erroreſque emendare, ad ſpartam hanc fæliciùs exornandam tandem aliquando ſurrecturi ſunt.

Quæ in lib. 1. cap. II. ſcribit *Mabillonius* de *Pariclis*, ſive chartis *Pariculis* veterum *Franco-Gallorum*, maxime cum iis conveniunt, quæ pluries obſervavimus in [a] *diſſert. Epiſt.* ſcilicet idem inſtrumentum eodem tenore in duobus vel tribus membranis ſcribendi morem fuiſſe apud *Anglo-Saxones*. In eodem loco oſtendit ex *pariclis*, *indentatarum* chartarum natam eſſe originem, iiſque ſucceſſiſſe apud *Franco-Gallos*. A quibus valde probabile eſt *Franco-Nortmannos*, quos INDENTURARUM auctores apud *Anglos* fuiſſe [b] diximus, primum illarum uſum recepiſſe. Quod vero vir maximus chartas *indentatas* ſæculo nono apud *Anglos* in uſu fuiſſe ſcribit, in eo *Ingulphi*, ſeu malis, *Pſeud-Ingulphi* autoritate fretum erraſſe ſupra probavimus.

In eodem cap. ne ex coenobiorum & eccleſiarum archivis ſæpius *autographa* efferre neceſſe eſſet, notat inventos fuiſſe duos libros, qui autographorum vice fungerentur. Horum primus fuit codex CHARTULARIUM vel CHARTARIUM dictus, in quem diplomata, aliæque chartæ integre referebantur, aliquando in *rotulum* redactæ. Alius fuit liber CENSUALIS, POLYPTYCHUS dictus, qui eccleſiæ, ſeu monaſterii prædia annuoſque cenſus ſummatim exhiberet. Id genus vetuſtiſſimum librum cenſualem habere coenobium *S. Germani à pratis* dicit, ſibique *polyptycha* antiquiora videri *chartulariis*, ex quibus nullum invenit conditum ante ſæculum X. verum è tot tantiſque MSS. naufragiis, quæ *Anglia* noſtra paſſa eſt, nullum, quod ſcio, decimi ævi *chartarium*, nulluſque omnino *polyptychus* liber reſtat ante adventum *Nortmannorum* ſcriptus. Habuiſſe tamen ante illud tempus id genus cenſuales libros, qui in illorum archivis perdiu extiterunt, monaſteria vetera *Anglo-Saxonum*, nulli dubium eſſe poteſt, qui conſideraverit magnam chartarum ſegetem, quas poſt *conqueſtum* monachi ubique commenti ſunt; quas tamen illos comminiſci potuiſſe abſque iſtiuſmodi monumentis, aut chartis autographis, quæ fugientibus literis laceræ reſtabant, fidem omnem ſuperat.

Quæ de donationibus terrarum apud *Anglo-Saxones* ſine ſcripto tradidimus *diſſertationis epiſtolaris* p. 83, 84, confirmat ille libri ſui primi cap. v. p. 21. Præterea quæ de conficiendarum chartarum antiquitate apud *Anglo-Saxones* contra *Joh. Marſhamum* ille ſcripſit,pluribus chartarum exemplis corroboravimus *diſſert. epiſtolaris* p. 79. Verba *Marſhami* in propylæo Monaſtici *Anglicani* hæc ſunt: *Cautè itaque intuendæ ſunt iſtiuſmodi chartæ, quæ fidem habent eo minorem, quo majorem præ ſe ferant antiquitatem. Rudis olim & iners gens noſtra abſque ſcripto donationes conferre ſolebat. Ex Beda ſane non conſtat ſcripturam adhuc illius ætate in transferendis prædiis, aut concedendis privilegiis uſurpatam eſſe.* Contra autem loco citato *Æthelberhtum* I. R. *Cantwarorum*, *Sebbi* R. orientalium *Saxonum*, *Lotharium* & *Witharedum* RR. etiam *Cant.* ſeptimo ſæculo terras ſcriptis de-

---

a Pag. 8. 57. 76. 77. b Pag. 77.

disse commonstravimus. Hunc etiam *Marshami* errorem ex *Bedæ* ipsius epistola ad *Ecgbertum* refellit *Mabillonius*, ad cujus [a] verba mitto lectorem.

In lib. I. cap. VIII. de veteribus instrumentis in membrana scriptis duo observanda dicit vir clarissimus. I. *Aliquando unum idemque instrumentum duabus constare membranis simul consutis.* Sed inter diplomatum, testamentorum, idque genus Instrumentorum reliquias, quæ *Latine*, vel *Saxonice* ante adventum *Nortmannorum* scripta apud nos supersunt, sive ea autographa, sive apographa sunt, ne quidem *unum* mihi videre contigit, quod in duabus pluribusve membranis consutis, aut alio modo conjunctis exaratum est. Alterum est, *Paucas admodum, sed tamen aliquas reperiri chartas* OPISTHOGRAPHAS. i.e. *quæ scripturam præferant in posteriori, seu aversâ parte.* Contra autem è chartis *Anglo-Saxonum*, tum *Latinis* tum *Saxonicis* multæ cernuntur, quæ in tergo seu aversa parte exaratæ scripturæ portionem, cum consignantium testium nominibus contineant. Id genus haud paucæ extant in chartarum Sylloge magna *bibl. Cott.* Augustus A. 2. Ut & inter eas, quas collectas magno rei antiquariæ beneficio servat honorificè mihi semper nominandus vir ille summus Honorabilis *dom.* JOHANNES *dom.* SOMERS, Baro de *Evesham*, non solum juris scientia, sed humaniorum literarum, veterumque instrumentorum cognitione celeberrimus.

Variam vero *materiam* quod attinet, in *qua* diplomata, librosque suos *Anglo-Saxones* scribere solebant, una illa eademque videtur fuisse, nempe *Membranacea.* Nihil enim ab illis exaratum vidi in *Corio* vel *pellibus piscium*; multo minus in peregrina materia, ut in *corticibus ligneis*, vel *papyro Ægyptiaca*, de quibus multa *Joh. Mabillon.* l. I. cap. VIII. Præterea quoad materiam, quâ instrumenta *Anglo-Saxonum* scripta sunt, ea ex iis, quæ supersunt, solum *Atramentum* esse videtur. Nihil enim instrumentorum, quod verum & genuinum est, in rubris, viridibus, aut splendentium colorum literis ab illis scriptum conspexi. Adeo in splendentibus literis integra exarare diplomata illis mos non erat, ut vel in subscribendis nominibus, aut pingendis crucis signis, *minio*, aut *argenteo*, *aureove liquore* usos esse illos ego minime censeam, qui tot illorum *chartas* explorante oculo inspectas diligenter animadverti & scrutatus sum. Verum *Johannes Mabillonius* Carolum Calvum insigne diploma, non solum *aurea bulla*, sed etiam *rubris* literis muniviss lib. I. c. x. scribit. Sed Imperatorem hoc feciss suggerit, non tam ex more *Francorum*, quam quod *Græcas* sectaretur glorias, qui modo *Francico*, modo *Græcanico* habitu utebatur. De cætero se nullum apud suos vidisse instrumentum *rubricatum* ait, præter chartam GALTERI cujusdam militis datam anno MCLXXXIV. cujus prima litera N minio scripta est.

Porro neque *aureo* vel *argenteo* liquore, quod supra dixi, in scribendis diplomatibus usi sunt *Saxones* nostri ante tempora *Nortmannorum.* Perinde neque *Mabillonius* ex auro scripta ab antiquis *Francis* vel *Franco-Gallis* ulla profert. Sed aureis exaratum literis diploma quoddam *Ariperti* Longobardorum Regis fuisse, testante [b] *Paulo Warnefridi*, dicit; & ex [c] monastico *Anglicano* Eadgari R. *Anglorum* diploma *aureis* characteribus scriptum citat, quod nos meritò damnavimus *dissert. epist.* p. 82. Ubi nunquam non suspectas esse habendas chartas *Anglo-Saxonum* esse putatas ostendi, quæ rubris aureisve literis, vel rubris aureisve crucis signis splendentes imperitorum oculos delectant.

In cap. XI. libri I. Ubi de veteris scripturæ variis generibus agit vir antiquariæ artis peritissimus, *Romanam* duplicem esse dicit. Una constabat literis majusculis, quæ *unciales*, *grandes* & *quadratæ* ab antiquis appellatæ sunt. Alia constabat *minoribus* literis, licet ejusdem essent formæ cum uncialibus, non tamen ejusdem magnitudinis. Hinc *minutæ* literæ apud veteres dictæ, imò, ut quibusdam placet, *minutissimæ* & *rotundæ*; quæ scilicet ob celeriorem scriptionem conformatæ essent. Hæc duo scripturæ genera in usu erant ante mille, imo ante nongentos annos apud nostros *Anglo-Saxones*, qui à *Romanis* ad fidem Christianam conversi, cum religione salvifica *Romanas* literas, *Romanumque* scribendi genus acceperunt. Operosâ *uncialium* scripturâ in exarandis librorum inscriptionibus, primisque forsan & secundis paginis describendis utebantur, deinde usque ad fines librorum minoribus literis ejusdem formæ cum uncialibus utentes; ut videre est in *Latinis* codd. MSS. *Evangg.* præsertim *Liccetfeldensi*; in *Cottoniano* interlineato cum versione *Dano-Saxonica*; & *Rushworthiano* Oxoniensi cum

---

a De re diplomatica, p. 18. b In Hist. Longobard. lib. 6. c. 28. c Tom. I. p. 211.

Dano-

Dano-Saxonica verſione pariter interlineato. Tertia etiam multo minutior à celeriter ſcribentibus uſitata erat apud vetuſtiores *Anglo-Saxones*, quam, cum rudior eſſet, & lectu difficilis, in elegantiorem & magis delectabilem & politam manum reformavit, teſtante *Croylandenſis* hiſtoriæ ſcriptore, Rex *Ælfredus*, *Romano* ſui temporis *Gallicoque* ſcribendi more inſtitutus, quemadmodum oſtendimus *Gramm. Anglo-Sax.* cap. XXII. & *diſſert. epiſt.* pp. 65, 66. *Romano* ſcripturæ genere uſos eſſe ad fidem converſos *Anglo-Saxones* dixi, quæ tamen nonnihil veteris characteris *Runici* habebat intermixtum, quo ut videtur nondum converſi in ſcribendo utebantur. Sic in ſpecimine ſcripturæ vetuſtiſſimi Cod. *Liccetfeldenſis*, quod exhibuimus *Gramm. Franco-Theotiſcæ* p. 4. nonnulli *Runicæ* formæ characteres cernuntur.

Libri II. c. XXII. p. 169. apud *Anglos*, tam Reges, quam Epiſcopos, ac privatos homines ante *Wilhelmum* Conqueſtorem ſigno crucis uſos eſſe oſtendens, cruces *aureas* manibus regum depictas in principiis Inſtrumentorum aliquando fuiſſe poſitas, auctore *Matth. Pariſio* in vitis Abbatum S. *Albani*, probat *Mabillonius*. Verba *Matthæi*, quæ citat, hæc ſunt: *Cumque inſpicerentur Regum Anglicanorum* Offæ *ſcilicet ac cæterorum ſcripta, in quibus pro ſigillis novo more dependentibus, veteri conſuetudine*, cruces aureæ *manu regum depictæ in principio poſitæ erant, &c.* Verum, auctore *Pariſio*, qui *Saxonicæ* linguæ & antiquitatis expers & ignarus erat, à ſententia diſcedere non poſſum, quam *diſſert. epiſt.* p. 82. mihi inſidere animo declaravi: ſcilicet ſemper pro ſuſpectis habendas eſſe *Anglo-Saxonum* chartas, quæ aureis crucis ſignis nitent. Etenim OFFÆ R. aliorumque haud paucorum regiæ dignitatis apud *Anglo-Saxones* inſpexi chartas; ſed exceptis iis, quas commentitias eſſe conſtabat, plane nullam contigit mihi videre, quæ in initio depictum minio aurove crucis ſignum habebat.

Ex eodem loco, quæ ſequuntur exſcribenda propterea duximus, quod quæ *diſſert. epiſt.* pp. 63, 77, 78, à nobis, pluribus exemplis probata ſunt, confirmant. *Hanc demum ſigni crucis ſubſcriptionem mutavit* Wilhelmus Conqueſtor, *referente* Ingulpho *Abbate in hiſtoria Croylandenſi. Nam Chirographorum* (ſic *diplomata* vocabant) *confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Edvardi tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus, cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firmæ fuerant, Nortmanni condemnantes, chirographa chartas vocabant, & chartarum firmitatem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum ſub inſtillatione trium vel quatuor teſtium adſtantium conficere conſtituebant. Et tamen poſtea idem Wilhelmus ſigno crucis uſus eſt, ex* [a] *Orderico Vitali, & ex Monaſtici Anglicani* [b] *Tomo I. tum Henricus primus R. Anglorum anno* M.CXIII. *chartam pro Uticenſibus monachis ſigno crucis ſignavit cum aliis, teſte eodem* [c] *Orderico. Ejuſdemque diploma ſignis crucis munitum refertur in eodem Tomo* [d] *Monaſtici. Item Henricus ſecundus in quodam diplomate quod refertur in Monaſtici Anglicani* [e] *Tomo III. Has donationes confirmarunt, & cruce ſignarunt Henricus rex, & Mathilda regina, & quidem regio ſigillo, ut puto, inſuper adhibito. Apud* [f] *Matthæum Pariſium Robertus Abbas S. Albani ad literas de ejus ſubjectione erga Epiſcopum Linc. ſibi objectas reſpondet: Se quidem literas iſtas nec ſcripſiſſe nec ſcribi juſſiſſe, nec crucem antepoſitam propria manu annotaſſe. Quod argumento eſt crucis ſignum etiam tunc, id eſt, ſub finem ſæculi XII. in ſubſcriptionibus uſitatum eſſe.* In *diſſertatione epiſt.* p. 79. *annum* INDICTIONIS ſemper ſolum, aut tantum non ſemper ſolum, in datione chartarum ſeptimi ſæculi adhibitum fuiſſe dixi. Quam meam conjecturam à *Mabillonio* in operis ſui *de re diplomatica* p. 178, invenire confirmatam gaudeo: *Indictionis uſus Romanis ab initio*, i. e. *à tempore Conſtantini; apud Anglos à miſſione Auguſtini per Gregorium magnum; à Caroli magni imperio invaluit apud Francos.* qui etiam primus omnium regum *Franco-Gallorum* ſecundæ ſtirpis, *anno incarnationis* uſus eſt in epiſtolis ſuis, ut ex epiſtola ejus quæ capitulis ad legem *Longobardicam* anno DCCCI. præfixa eſt, præſtantiſſimus ille vir probat operis ſui p. 189. F. *Karolus divino nutu coronatus eſt*, &c. *anno ab incarnatione Dom. noſtri Jeſu Chriſti* DCCCI. *Indict.* IX. *Anno verò regni noſtri in Francia* XXXIII. *In Italia* XXVIII. *Conſulatus autem noſtri primo.*

In *diſſert. epiſt.* pp. 79, 80, plurium diplomatum teſtimoniis annum incarnationis apud *Anglos* ad indictionis annum acceſſiſſe, exeunte ſeptimo, vel inito octavo ſæculo oſtendimus. Quod idem, vir doctiſſimus Galliæ maximum ornamentum ſuo calculo comprobat in operis ſui p. 208. ubi ſic ſcribit. *Quo tempore Angliæ reges diplo-*

---

a Lib. 6. p. 602, 603. b. P. 230. c Lib. 11. p. 840. d P. 161. e P. 7. f In Vitis Abbatum p. 49. col. 2.

matibus ſuis annos incarnationis appoſuerint, non conſtat inter eruditos. [a] Spelmannus *exiſtimat defuiſſe chartis, & privilegiis* VII *ſæculi, quemadmodum in epiſtolis ſancti Gregorii, & in diplomatibus regum Franciæ. At regibus Anglicanis longè prius quam Romanis pontificibus, & regibus Francorum hunc calculum veniſſe in morem pro comperto eſſe debet*: nec valet alterorum ad alteros comparatio. *Annos incarnationis ante venerabilem Bedam in diplomatis locum raro aut nunquam habuiſſe veri ſimile eſt. Withredus quippe tantum regni ſui annos cum indictione adhibet apud* [b] *Spelmannum. At ſæculo octavo tritus eße cœpit calculus ab incarnatione, ut patet ex diplomatibus relatis ab* Ingulpho, Dubleto, *& aliis. Atque ut præteream concilium* Cloveſhovienſe, *cui præfigitur annus dominicæ incarnationis* [c] DCCLVII. *ſicuti* Celichitenſi [d] *annus* DCCCXVI. *Certe in* Celichitenſis cap. IX *ſtatuitur*, ut unuſquiſque Epiſcoporum debeat deſcribere judicium illud, quod in qualicunque ſynodo conſtitutum eſt, vel ad illius parochiam pertineat, ut & cum ratione & ordine deſcribat, QUALIS ANNUS DOMINI computatur. *Cum ergo in chartis apud Ingulphum alioſque relatis legamus annos incarnationis à ſæculo octavo; non minus in Regiis, quam in Epiſcopalibus actis hunc ritum viguiße dicendum eſt.*

In *Diſſert. Epiſt.* p. 23, 24, 25, 26, &c. de ratione & origine *cognominum* apud *Anglos*, & de tempore quo primum nominibus addi cœperunt, diſſertavimus. Ille pariter tempus, quo cognomina obtinuerint apud *Francos*; & undenam peti atque imponi ab illis ſolerent in libri ſui II, cap. VII, ſolerter inveſtigavit. Quo in capite quæ ab illo dictæ ſunt, cum iis, quæ de hac materia ex noſtræ nationis vetuſtis monumentis ſcripſimus, per otium cum licuerit, ſi contuleris, OTTLEYE, id Te & cum delectatione, & cum fructu facturum audeo Tibi ſpondere.

Deniq; quoad regulas, quas in veterum inſtrumentorum cenſura obſervandas tradit [e] *Mabillonius*, eas rite explicatas comprobo, & amplector omnes; utpote quas ipſe in examinandis chartis veteribus noſtris, quarum nonnullas damnavi, operam dedi obſervare.

Nam PRIMO concedo *Magna prudentia ac moderatione opus eſſe doctis viris, qui vetera inſtrumenta legitime examinare velint; nec cuivis in re antiquaria ut ut erudito, id temere tentandum.* Sed ex parte altera etiam cavendum eſt ne doctiſſimi viri exemplum ſequentes, ſub *prudentiæ, moderationis*, & *æquitatis* prætextu inſtrumenta falſa aut corrupta liberemus, quæ merito damnari debent: ſequentes, inquam viri doctiſſimi exemplum, qui in lib. III. cap. II. contra fortiſſima quidem argumenta cum argumentorum umbris, *Dagoberti* de immunitate Monaſterii S. *Dionyſii* diplomatis *Dubletianum* exemplar, tanquam verum & genuinum, æquitatem & moderationem obtendens, propugnat.

II. *Semper cum favore judicandum eſſe, ubi res longâ poſſeſſione firmata eſt, ut leges civiles & canonicæ præcipiunt.* Verum regula hæc OTTLEYE judicem forenſem præcipue, & *quà* forenſem ſpectat. Qui non obſtante charta donationis, quam forſan ut *antiquarius* ſpuriam corruptamve eſſe noſcit, res tamen in eâ datas, ſive mobiles, ſive immobiles, propter *uſucapionem*, vel longi temporis *præſcriptionem*, aliamve juſtam acquiſitionis cauſam, *reo* in jus ab *actore* vocato adjudicare, & jure confirmare poteſt. Monachi enim aliquando neceſſitate adacti, ad propugnandas, quas *ſine ſcriptis* datas longo tempore poſſediſſent terras, diplomata, ut poſſeſſionis cauſas, quas adverſarii poſcebant, ſine *ullo dolo malo*, quia ſine alterius damno aut injuria, fingebant. Ad tutandas etiam terras *ſcriptis* datas, quæ tamen caducitate ſua, vel gravi aliquo caſu, ut bello, vel incendiis periiſſent, diplomata *citra tamen crimen falſi*, aliquando machinabantur. Quæ ſanè diplomata, etſi ab *antiquario* ut commentitia & ſpuria rejicienda ſunt, quippe quæ quoad *formam* mera figmenta ſunt; tamen cum *veræ* eſſe conſtant quoad materiam, judex forenſis, nulla fictionis habita ratione, pro rerum vere donatarum dominis, qui, tantum ad ſe ſuaque defendenda contra malorum injurias, chartas effingebant, ſententiam ferre debet. Id genus figmentum *Ingulphianam* chartam fundationis cœnobii *Croylandenſis* eſſe exiſtimo, quam monachi fundatoris ſui nomine *Æthelbaldi* R. *Merciorum* ad id à Nortmannis chartas requirentibus coacti comminiſcebantur. Nam *Nortmanni*, qui pro ſuo ſatis imperio aliam ferme nullam poſſedendi terras juſtam cauſam præter chartas à Monachis accipere voluerunt, *Chartas*, inquam, *Chartas* ab iis poſtulabant. Qui igitur alio pacto prædia ſua propugnare neſcientes, aut novorum dominorum

---

a Conc. Tom. I. Pag. 125. b Ibid. p. 193, 198. c Non DCCLVII ſed DCCXLII. vide Spelmanni Concitior Tomum I. pag. 230. d Ibid. 327. e Libro III. capite VI.

inju-

injurias propulsare,illos facile commentitiis instrumentis,sine fraude tamen decipiebãt. Verum progrediente tempore à machinandis instrumentis, quibus aliorum injurias vitabant, processerunt ad fingendas & corrumpendas chartas, quibus aliis injurias faciebant. chartas nimirum privilegiorum, quibus se à potestate regum & episcoporum immunes esse voluerunt. Id genus esse constat chartam [a] INÆR. quam ad cœnobium suum liberandum à jure, quod in illos habebat Episcopus *Fontanensis*, Monachi *Glastonienses* post Conquestum commenti sunt. Præterea exemplaria chartarum tam verarum, quam quæ fictæ fuerant, *privilegiorum*, *immunitatum* & *exemptionum*, clausulas adjiciendo ampliarunt, & vitiaverunt. Cujusmodi technarum haud pauca in Archivis *Angliæ* supersunt exempla.

Longe hic plura dicenda forent, *Colendissime mî* OTTLEY, si controversiæ, quam cum *Papebrochio Mabillonius* de vetustorum instrumentorum privilegiis habuit, me intermiscere liceret. Qui in antiquitatibus *Franco-Gallicis* hospes cum sim, istius litis competens judex nec esse, nec haberi possum. Præeunte tamen [b] *Baudeleto* domino *Daiwalensi*, qui à *Papebrochii* & *Petiti* partibus stat, liceat mihi pace maximi viri dicere,illum de immunitate Monasterii Dionysiani *Dubletianum* diploma male defendisse, tum quod affirmat id *Thuanei*, à quo immane quantum differt, ratihabitionem, & confirmationem esse; quod quidem de corrupto quovis diplomate dici potest; tum quod *Marculfi* formulam tertiam, quæ *EMUNITAS Regia inscribitur, æque disciplinæ Ecclesiasticæ repugnantem esse dicit, ac *Dubletianum* exemplar diplomatis *Dionysiani*; tum denique quod ad vindicandam *Dubletiani* exemplaris clausulam, quâ *Dionysianum* cœnobium à Regia & Episcopali auctoritate immune declaratur, appellat ad privilegium chartæ, quam [c] Edwardus R. concessit *Westmonasterio*, eo pacto: *Ut*

---

a Monast. *Angl.* Tom. I. p. 13. b De l' utilité des Voyages Tom. II. pp. 440, 441, &c. * *Emunitas hæc* nihil aliud est quam id genus chartarum una, quibus Reges *Anglo-Saxonum* privilegia forensia Episcopis concedere solebant. Scilicet ut in terris suis haberent SAC & SOC, GRIÐBRYC, HAMSOCN, &c. Sic hac immunitatis formula indulgetur Episcopo, ut ipse & ejus successores villis Ecclesiæ soli valerent dominari, & ut præter illos nemo ingrederetur ad audiendas causas,aut ad *fredam* de qualibet causa exigendam, &c *Statuentes ergo jubemus, ut neque vos, neque juniores vestri, aut successores, neque ulla publica judiciaria potestas quoquo tempore in villas - - - - Ecclesiæ ad audiendum altercationes ingredi, aut fredam de aliqua causa exigere, vel mansiones, vel* paratas *tollere præsumatis*. Quid hæc ad *Dubletianum* monasterii S. *Dionysii* privilegium, quo *Dagobertus* R. non se solum & successores suos, sed Episcopos & Archiepiscopos legitima in monachos spoliat potestate. Verba sunt: *Jubemus atque constituimus, ut neque nos, neque successores nostri, nec quilibet Episcopus, vel Archiepiscopus, nec quicunque de Judiciaria potestate accinctus in ipsam Sanctam Basilicam vel immanentes in ipsa nisi per voluntatem Abbatis & suorum monachorum ullam unquam habeat potestatem. Sed sit hæc sancta mater,Ecclesia videlicet peculiaris nostri domini & magni Dionysii, libera & absoluta ab omni invasione, & inquietudine omnium hominum cujusque ordinis, vel potestatis esse videantur.* c Ad chartam hanc, quam *Reynerus Apost. Benedict.* p 60, *secundam*; & *Henricus Spelmannus* I *Vol. Conc.* p. 632. *tertiam Edweardi* chartam vocat, perperam appellat vir doctissimus Siquidem clausula immunitatis, qua ab episcopali potestate monachi *Westmonasterienses* eximuntur in diplomate, quod confectum esse dicitur, exeunte fere undecimo sæculo ob ficta chartarum privilegia famoso, ad corroborandam id genus clausulam diplomatis, quod septimo sæculo datum esse legitur, nullo argumento adhiberi potest, etsi ab omni dubio & suspicione,quam quod maxime, tam remotum esset. Verum enimvero charta hæc (quemadmodum & duæ aliæ, quas *Spelmannus* primam & secundam S. *Edwardi* confessoris vocat, eodem loco & tempore datæ esse dictæ) adeo certa non est, ut jure meritoque in dubium vocetur; & corruptionis, si non falsitatis suspicione laborare quis eam sine temeritate affirmare potest. Etenim fere nihil non in ejus stylo *Nortmannica* tempora sapit E. gr. fabulosa illa historia dedicationis Ecclesiæ *Westmonasterienses* per ipsum B. *Petrum* Angelorum satellitio stipatum, *Bedæ*, quamvis miraculorum facile scriptori, prorsus ignota, prout traditur à monachis *Anglo-Nortmannicis*, à rege *Eadwardo* recitatur. *Bullatæ* pontificis *Romani* literæ ad regem datæ esse dictæ *Bulla* Papæ *Nicolai* in ipso diplomate inscribuntur. propter quod, ne in suspicionem charta veniret, *Reynerus* eas *Rescriptum Nicolai Pontificis ad regem* in margine inscripsit

In exordio Epistolæ Regis ad Pontificem sic legitur: Eadwardus dei gratia *Anglorum* Rex *Summo universalis Ecclesiæ patri Nicolao debitam subjectionem*, & OMNIMODUM SERVITIUM. Quod ne epistolam suspectam redderet, *Reynerus* OMNIMODUM SERVITIUM in OBEDIENTIAM convertit. Propterea quod sciebat pontificem *Romanum* verbis adeo officiosis salutandi regibus nondum morem fuisse. In rescripto Papæ leguntur voces *Nortmannicæ*, *Barones*, & *Advocatio* ecclesiarum, ut *jus patronatus* in communi jure *Anglo-Nortmannico* post Conquestum dici cœpit. Adde quod *Leo* Papa vocatur APOSTOLICUS, quemadmodum & APOSTOLUS in prima charta: regisque ista: *Ter beati Petri*, de tres heureux Pierre; *Parentum meorum*, des mes parents; phrases *Gallo-Nortmannicæ* sunt. Huc etiam adde, quæ de *Westmanasterio* loquitur Pontifex,*quia regia antiquitus sedes est, ---- concedimus ut amplius in perpetuum regiæ constitutionis & consecrationis locus sit, atque repositorium regalium insignium*: & quod precatur *Deum*, *ut regem confirmet in paterno Solio, & propria hæreditate*, qui tamen regni *Anglicani* hæres non erat. Huic concinit illud primæ dictæ chartæ non minus in suspicionem vocandæ: *Adeo ut periclitata sit hæreditaria regum successio*: &, *Ne forte in via deficerem hæreditariis regibus Angli carerent*.

Præterea chartam in suspicionem merito inducit, quod Papa dicitur *concessisse regi & posteris suis non solum Ecclesiæ Westmonasterienses, sed omnium totius Angliæ ecclesiarum advocationem, ut vice sua in concilio episcoporum, & abbatum, quæ justa sunt, constitueret*. Porro neque prætereundus est *militis* titulus, quo quatuor ultimi testes, qui chartæ subscripsisse dicuntur,

Ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, nec quilibet Epiſcopus, nec quicunque de judiciaria poteſtate in ipſam Sanctam Baſilicam, vel in manentes in ipſa ullam unquam habeat poteſtatem.

III. *Non ex ſola ſcriptura, neque ex uno ſolo characteriſmo, ſed ex omnibus ſimul, de vetuſtis chartis pronuntiandum.* Sed hic maxime cavendum eſt, ne chartam plures characteriſmos habentem, unum ſolum habere dicamus ad *auctoris* hujus regulæ exemplum, qui in Cap. VII. Lib. I. vindicare volens *Ingulphianas Æthelbaldi* & *Eadredi* chartas, in quibus *Monachorum* NIGRORUM fit mentio, ſic ſcribit: *vocem* NIGRORUM *additam indubitanter exiſtimo, non ab ipſo quidem Ingulpho, ut veriſimile eſt, cujus tempore necdum recepta fuiſſe videtur; ſed à recentiori quodam monacho*; quem in exſcribendis iſtis diplomatibus vocem illam temerè adjeciſſe, non minùs temerè arbitratur. Nam diplomata iſta pluribus characteriſmis eſſe commentitia, *diſſert. epiſt.* p. 66, 67, 68, & 73, demonſtravimus; ut & ſupra in hac præfatione, quo remitto lectorem.

IV. *Unum aut alterum defectum, modo eſſentialis non ſit, legitimis autographis obeſſe non debere.* Hujus etiam regulæ incertus utique ſenſus tantiſper erit, dum inter rei di-

---

more etiam *Anglo-Nortmannico* ſe conſignantes inſigniebant. Quamvis enim bonæ fidei diplomata ante adventum *Nortmannorum* confecta, quæ ab aliis falſitatis aut ſuſpicionis notis immunia ſunt, *Miles ſubſcriptus*, quod *Sithcundum hominem*, Saxonice ȝiþcunðman, vel ȝeȝiþcunðman, *exercitus ductorem*, ſignificare poteſt, per ſe non afficit; in judicandis tamen *Anglo-Saxonum* chartis, quæ aliunde vocantur in ſuſpicionem, pondus ſuum habet.

Diſplicent quoque iſta ob eandem rationem ab *Anglo-Saxonico* foro, ſtyloque diplomatico aliena: *Reinbaldus regis cancellarius relegi & ſigillavi.* ---- *Ego Alfgeatus notarius ad vicem Reinbaldi regiæ dignitatis Cancellarii hoc privilegium ſcripſi & ſubſcripſi.* Quin etiam neque veri ſpeciem præ ſe fert, regem *Eadwardum* tribus ſimul diplomatibus Eccleſiæ *Weſtmonaſterienſis* ab integro inſtauratæ, eodem ſolenni loco & tempore datis, privilegia muniviſſe. Quorum ſecundum, tertiumque, demptis Regis Papæque literis, fere idem ſunt, ut quæ datum *exemptionis* privilegium in prorſus eadem verborum formula ſcriptum concedunt. Præterea Wulfricus, Sywardus, Godricus, quorum quiſque *tertio* diplomati, ut ſupra obſervatur, teſtimonium adhibere dictus, ſe MILITEM (hoc eſt *equitem*, Saxonice & Nortmanno-Saxonice Riðeȝ) appellat: *ſecundum* conſignantes, quaſi titulum iſtum aſpernantes, *ſimpliciter* ſubſcripſiſſe cernuntur. Integra etiam paragraphe tertii diplomatis, quam lunulis notatam uncis incluſit *Spelmannus*, apud *Binium* deſideratur, qui aut eam præterire voluit, aut ab exſcriptore ſcienti forte præteritam non deſcribere voluit, qui eam prætermittendam duxit, quod ſequiora ſæcula oleret. Charta quoque, quæ in *Spelmanni* Conc. Vol. I. *prima* dicitur, primam utique non fuiſſe iſta oſtendunt: *Novam à fundamentis baſilicam conſtruxi, & conſtructam dedicari feci.* v. *Calend. Januarii.* Quum tamen AD ULTIMUM & cætera quæ ſequuntur ad finem ſecundæ chartæ his intercluſa notulis †‡ ſubjunguntur in fine chartæ primæ, quaſi partes ejus eſſent.

Hæc omnia quamvis animadvertere non poſſent non *Reynerus* & *Mabillonius*, ſilere tamen voluerunt, quod per chartarum iſtarum, præſertim per tertiæ exiſtimationem, ab aliis ea ſciri non liceret. Quapropter etiam *ſecundæ* chartæ, quæ, quoad exemptionis privilegium à rege concedi dictum, quum verbis, tum re cum tertia convenit, nullam mentionem ſeu hic, ſeu ille fecit. Inſuper hic, quænam charta *Eadwardi* illa eſſet, quam citabat; quonamve in codice, archiove quærenda eſſet; vel denique quis regum omnium iſtius nominis, qui *Angliam* tam ante, quam poſt adventum *Nortmannorum* rexerunt, *Eadwardus ille* erat, qui *chartam exemptionis* ab epiſcopali poteſtate Monaſterio *Weſtmonaſterienſi* dediſſe perhibitus eſt, dicere prætermiſit; plane quod illius data opera id erat celare, cujus non intererat notum facere.

Hæc de tribus chartis, quas eodem *loco*, nempe in *Weſtmonaſterio*; eodemque *tempore*, ſcilicet v. Kal. *Januarii*, die SS. *Innocentium*, anno dom. incarn. MLXVI, indictione tertia, annoque regni ſui vigeſimo quinto S. *Edwardus Confeſſ.* Eccleſiæ *Weſtmonaſterienſi* dediſſe fertur. Quas quidem omnes poſt *Conqueſtum* Monachos *Weſtmonaſterienſes* finxiſſe, tribus ab aliis chartis, quas idem rex eidem Eccleſiæ, eodemque loco & tempore dediſſe dicitur, inducor, ut procul omni dubio credam.

Harum UNA in archivis Eccleſiæ *Weſtmonaſterienſis* extat, ejuſdem plane tenoris cum tertia *Spelmanniana*. Sed tamen ab ea in multis differens; præſertim in hoc, quod amplior, & auctior, multis additis, eſt, ſpeciatim his, quæ ſequuntur.

Nomina Conſuetudinum Anglice præcepi ponere. Scilicet Munbþýce. Fuhhbnice. Miskænninȝe. Sceapinȝe. Hlæſtinȝe. Fniþſokne. Flymenaſýnmþe. Feȝelðeoſ. Uthleap. Foſſrænȝe. Fýhſrænȝe. Fýnðpite. Fihtþýte. Feaðþýte. Hænȝepýte. Hamſokne. Foſtall. Inſanȝeneþeoſ. Saka. Socna. Tol ȝ Team. ---- *Comitum, vicecomitum, procuratorum, ſeu aliorum regum clientium, vel alia quælibet magna, vel parva perſona, paſtum, cenſum, vel impenſionem caſtrorum, vel pontium reædificationem, Xenia, ſeu munuſcula, vel aliud quidlibet ab eccleſia illa, vel à terris ad eam pertinentibus, per vim, aut per conſuetudinem exigat. Non opera, non tributa, vel expeditiones ad ſe trahat; ſed excluſa penitus exactione vel angaria cunctarum conſuetudinum, omnia ſicut in manu mea habueram, melius, plenius, & liberius, ita cum omnimoda libertate ſunt conceſſa eidem eccleſiæ in terra & in aqua, in urbe & extra, in domo & extra, in villa & extra, in* Placito, *in Soka et Saka, in Theloneo, in furis apprehenſione et emiſſione, in Sanguinis effuſione*, &c.

Hanc ergo cartam meæ donationis & libertatis in die dedicationis prædictæ Eccleſiæ recitari juſſi coram, &c. *Idoneos teſtes annotare, atque ſigillo noſtro juſſi ſigillare.*

Sigillum vero ab hac charta pendet per funiculum tortum bombycinum coccinei coloris, qui membranam in ſcriptura penetrat: & ſummo margini conſutam etiam cernitur fimbria, vel lacinia involucri bombycini, ſuper quod carta circumplicari ſolebat. Quæ omnia novitatis aut ſequioris ſæculi, & proinde falſitatis, ſigna ſunt.

Præterea poſt nomina teſtium ſcribitur aliena manu, alioque atramento; *Conſentientes ſubſcripſimus. Stabilita apud Weſtmonaſt. An. dom. Incarn.* M.LXVI. &c.

ALTERA, non ita pridem bibliothecæ *Hattonianæ* peculium, habetur impreſſa in *Monaſt. Angl.* vol. I. p. 59. quam quatuor ultimi teſtes, qui in tertia *Spelmanniana*, *militis* titulo inſigniti cernuntur, nominibus ſuis ſimpliciter ſcriptis conſignaſſe oſtenduntur.

TERTIAM in bibliotheca *Cottoniana*, quæ jam clauſa eſt, me vidiſſe memini magno ſigillo pendente munitam. In cujus fine tempus, locuſque datæ chartæ in ſimili, ſi non prorſus eadem verborum formula quæ *tertiam Spelmannianam* concludit, & ſi non male memini, in *aliena* pariter manu ſcribuntur.

plomaticæ

plomaticæ peritos non convenerit, quinam chartarum habendi ſunt *defectus eſſentialis*, qui vero non. Utinam vir egregius, ſi quis unquam alius, *nigrorum Monachorum* clypeus, & ornamentum, *eſſentialem defectum*, ſive *lethale vitium*, cum quo ſolo diploma conſtare nequit, definiendo explicuiſſet; ut in diſceptando de veteribus inſtrumentis, illorumque fide, ipſe ſua definitione poſſet eſſe definitus. Privilegium Epiſcoporum pro *Curbionenſi* monaſterio conditum dicitur *tempore Theoderici regis*, quod tamen ille conditum eſſe fatetur tempore *Chilperici*. Id vero, illo judice, non eſſentiale vitium diplomatis eſt, quo perimitur privilegium; ſed error ſcriptoris non admodum periti, cui proclive fuit errare.

V. *Hiſtoricorum aut inſcriptionum teſtimonia legitimis chartis non ita præjudicare debere, ut illorum præferatur auctoritas.* Hanc autem regulam ſanius in his verbis versùs finem ſectionis exprimit: *non ſemper in diplomatum præjudicium citari debent hiſtorici & tituli, quamvis authentici & æquales.* Quod quidem de hiſtoricis & titulis publicis dici verè poteſt, qui tamen, experientia docente, ferè ſemper in diplomatum præjudicium citari ſolent à criticis, qui ad illos in causâ diplomaticâ rarius fruſtra appellant.

VI. *Additiones incarnationis, indictionis, gloſſematum, aliorumque ſimilium, maxime in exemplis, ſeu apographis non officere inſtrumentorum veritati.* Sed meo judicio, OTTLEYE, fallax & doloſa eſt hæc regula. Primo in hoc, quod dicit, *additiones* incarnationis, &c. Secundo in hoc, quod ait, maxime in apographis. Quibus via ſternitur ad vindicandum quodvis falſiſſimum, corruptiſſimumve donationis diploma, etſi *autographum*, in quo forte neque annus incarnationis cum tempore donatoris; neque indictionis annus cum anno incarnationis convenit. Hoc enim cum accidat, facile tamen ab omni mala fide diploma liberatur, dicendo cum *Mabillonio* inſtrumentum iſtud vitioſum eſſe apographon, in quo imperitus exſcriptor annos incarnationis & indictionis temerè de ſuo adjecit. Tertio, in illo fallax videtur regula, quod non conſtat an de additionibus iſtis ſeorſim, vel omnibus ſimul ſumptis illam intellectam eſſe velit: præſertim ſi phraſin (*aliorum ſimilium*) conſideres, quæ ad tot, quot quiſque vult, diplomatis vitia ſignificanda ampliari poteſt. Idem etiam, ait, dicendum eſſe de nominibus propriis male in aliquo inſtrumento ſcriptis. Siquidem ex veris, *unius primæ literæ compendio* ſcriptis, à ſciolo aliquo exſcriptore illa male eſſe reddita docet. Ut verbo dicam, ita libri ſui *de re diplomatica* à doctiſſimo auctore comparati ſunt, ut nullum ferè tam grave crimen in *reum diploma* intentari poteſt, quod illo patrono, aut illius artibus facile depelli nequit. Si ex *manu* forte, conſtat diploma aliquod eo tempore, quo confectum eſſe atteſtatum eſt; non eſſe ſcriptum, tum ex ſola ſcriptura de vetuſtis chartis non eſt pronunciandum, quia non unum eſt in uno ſæculo unaque provinciâ ſcripturæ genus. Si Hiſtoricorum, & titulorum teſtimonia tempori vel loco datæ chartæ contradicant, illorum tamen auctoritas, non præferenda eſt, quantumvis ſint authentici, & æquales, quippe quod errata non levia auctoribus aliquando ſubrepunt. Si voces, phraſeſque, vel forte utræque non in uſu fuerunt, quo tempore chartam eſſe conditam teſtatum eſt, tum charta iſta *Apographa* dicenda eſt, in qua ex imprudentia & levitate librarius nonnulla exemplaris vocabula immutavit; aut forte ſciolus tranſcriptor *exemplaris* verba non capiens, alia ſui temporis pro illis ſubſtituit; aut gloſſemata falſa adjecit. Si quando chartæ, quæ in iis ſæculis confecta erant, in quibus per *annos regni*, vel per annos regni, *annoſque indictionis*, tempus ſcripti ſemper denotari ſolebat; annus *Chriſti*, & aliquando cum illo concurrentis, & epactæ anni objiciuntur: depellitur ſtatim objectio, dicendo interpolatorem inſtrumenti, ſtudio juvandi poſteros, aut forte ex imprudentia & levitate annos iſtos adjeciſſe. Dici inſuper cum *Mabillonio* poteſt, addendi annos Chriſti maxime occaſionem dediſſe *Chartulariorum* uſum. In quibus inſtrumenta cujuſque Eccleſiæ aut Monaſterii ſecundum ſeriem temporum ordinata ſunt; obque id vetuſtioribus literis adjecti ſunt anni incarnationis ad ſeriem iſtam demonſtrandam. In *reum* aliquod diploma, ſi fraudis crimen ex falſo quopiam proprio nomine intentetur, illo etiam magiſtro, proclive eſt dicere, falſum, ſeu per errorem male ſcriptum nomen, factum eſſe à vero per compendium exarato, ab imprudenti & ignaro aliquo exſcriptore, qui veri nominis compendium non intelligebat. Si falſum eſſe inſtrumentum conſtat ex vitioſis ſubſcriptionibus, ſeu teſtium nominibus, quorum duo forte pluresve, in nullo eodem tempore ſimul vixerunt; vel ſaltem tempore, quo factum inſtrumentum eſt; cuivis ad ejus exemplum tale quodpiam inſtrumentum defendere vo-

lenti in promptu erit dicere, id non originale, ſed originalis exemplum ſeu apographum eſſe, in quo librarius ex imperitia, temerè, & inconſulto aliqua teſtium nomina addidit; aut alia pro aliis, quorum forte fugientes literas non potuit dignoſcere, ſine conſilio, ſed ſine dolo malo ſubſtituit. Eo pacto & evitantur argumenta, quibus impugnatur quodvis diploma, in quo unus aliquis, pluresve teſtium, anno quo dabatur inſtrumentum, iis non gaudebant dignitatibus, quorum titulis inſigniti diplomati ſubſcripſiſſe leguntur. Quinetiam hoc pacto, & eludi poteſt argumentum, quo quis probatum it quamlibet chartam eſſe commentitiam, in qua vel tempori, quo floruit auctor chartæ, vel ſaltem quo dignitate illa gaudebat, cujus titulo in illa ſua charta inſignitur, *dationis* annus adeo non convenit, ut illi maximè repugnet. Denique ſi à materia, ſcilicet à [a] *cortice arboreo*, in quo diploma ſcriptum eſt, contra ipſum ſumatur argumentum, tum ad tanti magiſtri exemplum facile erit reſpondere, pleroſque recentiorum corticem ex ligno cum papyro Ægyptiaca, quæ corticis ſpeciem habet, confundere: dein magna eruditionis ſpecie, & dicendi pompa, probatum iri, papyrum Ægyptiacam, quæ corticis nomine comprehendi poteſt, in codicibus, & diplomatis antiquis ſcribendis adhibitam aliquando fuiſſe.

His regulis hanc addit obſervationem: nempe *Multas eſſe chartas falſas, quarum notæ chronologicæ veræ ſunt; multas item veras, quarum notæ ſunt vitioſæ.* & primum quidem deprehendi poſſit diverſitate ſtili ab eo tempore alieni, aut aliquâ circumſtantiâ hiſtoricæ veritati repugnante, quæ obſervatio non levis eſt momenti, multiſque exemplis illuſtrari poſſet. Unum hîc affero ex Hiſtoria *Parthenonis* beatæ Mariæ Sueſſionenſis; nempe deſcriptionem bonorum ejuſdem *Parthenonis*, in Synodo Epiſcoporum, Carolo Calvo præſente, factam: cujus tenor ac ſeries nonnihil bonæ antiquitatis ſapit, convenitque prorſus cum genio ſæculi noni: tametſi Chronologici characteres, & quædam ſubſcriptiones vitiatæ ſint. Hæc deſcriptio facta dicitur, *anno dominicæ Incarnationis* DCCCLVIII, *Indictione* VI, *regni verò domini Karoli Imperatoris* XXXII. Ubi annus regni Caroli Calvi Regis, non Imperatoris, haud convenit cum anno Chriſti DCCCLVIII, ſed cum anno DCCCLXII. Vitioſæ ſunt etiam aliquæ ſubſcriptiones, ut noſter *Michaël Germanus* in ea hiſtoria obſervavit: inter quas cenſenda eſt ſubſcriptio *Adelardi Abbatis Corbeienſium. ubi expungenda eſt vox* Corbeienſium, cùm longè ante id tempus *Adalhardus* Abbas Corbeienſis deceſſiſſet; tunc vero ageret in vivis Adelardus Abbas Sancti Vedaſti, aliique ejus nominis; ex quibus unus hîc reſtituendus eſt. Cæterum optimæ notæ eſt (ut jam dixi) [b] contextus ipſius monumenti, & omnium eruditorum judicio genuinus, tametſi alicubi vitiatus. Ex hoc facilis eſt æquis ac doctis hominibus aliorum ſimilium conjectura. Hæc *Mabillonius*.

Denique (inquit) hîc addenda eſt alia regula ex tomo ſecundo Martii Bollandini, expoſita his verbis: *Falſa charta continet veram aliquando expoſitionem, vera falſam.* Fit enim ſæpe, ut chartarum conditores in commemoranda vetere hiſtoriâ hallucinentur: contra vero falſarii rem accuratiùs enarrent. Neque verò ſolum in chartis, etiam originalibus, errata ſubrepere poſſunt, ubi facti alicujus poſt multa ſæcula fit mentio: ſed etiam in rebus haud ita pridem elapſis falli, aut fallere poſſunt Notarii etiam imprudentes. cujus rei exemplum eſt in variis chartis, maximè in iis quæ de prima eccleſiarum ſeu monaſteriorum conditione agunt, in quibus nonnunquam incerta referuntur de tempore, aliiſque circumſtantiis conditionis, maxime quando monumenta illa longo poſt intervallo facta ſunt.

Hactenus de effugiis *Mabillonii*, ſive eludendis & evitandis criteriis aut characteriſmis ſeorſim ſumptis, ex quibus in diplomata falſitatis crimen impingi ſolet. Quod ſi dices, OTTLEYE, ex iis omnibus ſimul ſumptis de chartis eſſe pronunciandum concedere *Mabillonium*; quæſo dic mihi per rei diplomaticæ ſcientiam, quam in Te maximam eſſe ſcio, ubi terrarum, inſtrumentum etſi falſiſſimum reperire eſt, in quo non dicam omnes ſimul falſitatis notas, ſed tantum non omnes videre eſt. Supponamus vero aliquam talem quam deſidero, chartam, in qua omnes fraudis characteres concurrunt. Propter omnes tamen coeuntes famoſa iſta charta, ſi *Mabillonii* excuſationes juſtæ & legitimæ ſunt, non rejici aut damnari debet. Quemadmodum enim

---

a Vide lib. I. c. VIII. *de re diplomatica.* b De contextu hoc viſo gemino, & ſtylo à ſæculo quo charta data fuiſſe ſcribitur non alieno fruſtra hoc obſervatur à *Mabillonio*, qui infra docet falſarios ſæpe res accuratius enarrare, quam verarum chartarum conditores.

in

in cauſa capitis, ſi ex ſingulis accuſationis articulis læſæ majeſtatis crimen probari nequit; neque omnes ſimul ſumpti ad id in judicio aſſurgent: ſic plane in cauſa *rei* diplomatis quis in id actor perperam univerſas fraudis notas in judicio ſimul proferet, ſi ſingulæ illius ſinceritati non officere poſſunt. Equidem non poſſum quin fatear *Mabillonium* eſſentiales defectus, propter quos damnandæ chartæ ſunt, à non eſſentialibus diſtinxiſſe. Sed hoc quidem diſcrimen, quod *verbo* ponit, *re* tollit; ſiquidem, illo auctore, nullus defectus adeo eſſentialis eſſe poteſt, quem per *notarium*, *librarium*, vel *exſcriptorem* diplomati *accidiſſe* dicere non licebit. *Interpolationes*, *vitioſæ ſubſcriptiones*, *gloſſemata*, *mutationes*, *alia pro aliis ſubſtituta*, eaque non ex mala aliqua intentione, dolove malo; ſed *imprudentia*, *imperitia*, *temeritate*, & non raro ex *ſtudio juvandi poſteros* nata: ad hoc *prudentia*, *moderatio*, & *æquitas*, quibus in examinandis chartis opus eſſe dicit: hæc omnia *pharmacopoea* Mabillonii ſunt, ex qua ad ſananda, ſi liceret, vel lethalia ſui ordinis diplomatum vitia, medicamenta deprompta velle videtur.

Hæc ego, OTTLEYE, contra *Mabillonium*, qui plus ſatis verſutus, quibus technis, & ſubterfugiis commentitiæ ſuæ chartæ propugnandæ ſunt, monaſtici ordinis homines docuit. Hæc, inquam, contra *Mabillonium*, nihilo fere minus *Mabillonii* cultor, & prorſus ab omni in monachos malevolentia immunis. qui monaſteria in *Anglia* non cum religione reformata, ſed cum ſuis archivis, omni auro magis pretioſis, everſa, & ſacrilegis manubus direpta periiſſe doleo.

In diſſert. epiſtolaris p. 110, 111. de valore *Thrimſæ* apud veteres *Anglos* egi, occaſionem amplexus, quæ mihi oblata fuit, à *Weregildo* regis, qui apud illos communi jure æſtimabatur (nam apud *Mercios* alia regis æſtimatio erat) *triginta mille Thrimſis*, i. e. *tringinta mille tremiſſibus*. Nam *Thrimſam* à *tremiſſe* derivatam etiamnum judicamus. Recte etiam ex LL *Burgund.* & *Rip.* tertiam partem *ſolidi* fuiſſe *Thrimſam* ſtatuimus. Sed cum ſolidus eſſet vel aureus, vel argenteus, in eo jam hallucinatus mihi videor, quod argentei ſolidi tertiam partem, ſeu trientem, illam eſſe affirmabam.

Hujus erroris (ſi certe tamen error eſt) notitiam acceptam refero *Claudii Boterovei* Galli excellentiſſimo libro, Pariſiis edito, MDCLXVI, qui inſcribitur *Recherches curieuſes des Monnoyes de France.* In quem quidem librum ſumma diligentia à nobis fruſtra quæſitum fortè incidi ferme poſt annum, à quo tempore *diſſert. epiſtolaris* impreſſa eſt. Auctor ille libri ſui p. 175, & deinceps, aureo de ſolido *Francorum* & *Franco-Gallorum* veterum diligenter tractans, eum valuiſſe [a] *quadraginta denarios argenteos* ex lege *Salica* demonſtrat. Cum *Boteroveo* de ſolidi aurei valore convenit etiam rei nummariæ peritiſſimus *le Blanc*, in libri ſui de *Galliæ* nummis, cujus epigraphe *Traitte hiſtorique des Monnoyes de France*, editionis Amſtelodamenſis pag. 40.

Semiſſis ergo ſolidi aurei valebat xx denarios argenteos; Tremiſſis, unde Anglorum *Thrimſa*, tredecim cum tertia parte unius denarii, qui valebat noſtræ monetæ argenteæ duos denarios & ½. *Solidus* ergo vett. *Francorum aureus* valebat noſtræ monetæ argenteæ XIII. ſolidos duoſque denarios; Semiſſis ejus VI ſolidos & ſeptem denarios; Tremiſſis vero, apud priſcos *Anglos thrimſa*, IV ſolidos & IV denarios cum tribus denarii partibus. *Thrimſarum* ergo triginta mille, regis apud *Anglos* æſtimatio, valore æquabant noſtræ monetæ argenteæ ſex mille, quingentas, nonaginta & tres libras cum quindecim ſolidis. En vero, OTTLEYE, calculum noſtrum prout, me rogante, in tabulas illum retulit aurifex quidem *Gallus*, rei nummariæ ſcientiſſimus.

Monnoyes de Francois				*Monnoyes d' Angleterre.*			
Le ſol d'or fin. -------	8	7	10	Le ſol d'or fin ----------	0	13	2
Le demi ----------	4	3	11	Le demi ----------	0	6	7
Le tiers ----------	2	16	0	Le tiers ----------	0	4	¾
Le denier d' argent ----	0	2	6	Le denier d' argent ----	0	0	2½

Soiſante & douze grains d'or, ou d'argent, pois de *Marc*, ne peze que 60 grains de pois d'argent, ou d'or en Angleterre. L'once pois d' Angleterre peze plus de

---

a Le ſol d'or Francois par la Loy ſalique valoit quarante deniers d' argent. au 1. *art. ſi eum ſunnis non detinuerit*, DC. *denariis*, *qui faciunt ſolidos* XV. *culpabilis judicetur.* Quinze fois quarante font ſix cens. Les demy ſols valoient vingt deniers, & les tiers en valoient treize & un tiers. au Tit. 40. *Art.* 10. In Cod. LL. antiquarum, quas edidit Frid. Lindenbrogius *art.* XIII. *ſi quis admiſſarium alienum ſine conſenſu domini ſui ſpadaverit* DC *denariis*, *qui faciunt ſol.* XV. *culpabilis judicetur*, *& per unumquodque jumentum*, *quæ ille continere conſueverat*, *trianen* (*tria en*, in dicto LL. antiquarum codice) *componat*, *quod eſt tertia pars ſolidi*, id eſt, XII *denarii*, *et tertia pars unius denarii.*

11 grains que celui de France. En France l'once peze 576 grains. En Angleterre l'once peze 480 grains.

Hæc Tecum, quem ad lectoris vicem in præfatione noſtra gerendam ſelegi, operæ pretium communicare duxi de tremiſſis, vel *Thrimſæ* valore apud veteres *Anglos*, quibus cum antiquis *Franco-Gallis* frequens commercium intercedebat. Adde quod tremiſſis aurei ſolidi apud hos nummus percuſſus erat, cujus in citatis ſupra auctoribus icones videre eſt. apud illos vero, aut ſummam computatitiam fuiſſe; aut ſi ſignatus, & commercii nummus erat, quemadmodum jam nunc moneta *Galliæ* tam *aurea*, quam argentea, cujus uſus apud nos eſt, tum ad *Anglos* à *Francia* advenarum, præſertim mercatorum interventu, allatum illum fuiſſe affirmandum eſt.

Ad me in præloquio provectum opportune allatum eſt JOH. O. STIERNHÖÖK *De Jure Sueonum & Gothorum vetuſto*, opus vere aureum, quod ex variis monumentis, inſtrumentis, hiſtoricorum fragmentis, cum primis vero ex *legg.* provinciarum particularibus condidit, illuſtriſſimo domino MAGNO GABRIELE DE LA GARDIE, Comite de Lackdd, Cancellario regni, auctore. In hoc opere nihil fere occurrit, quod antiquitates *Anglicas* non illuſtrat. Libri primi caput 11. omne illud in *diſſertatione epiſt.* de curiis *comitatus*, *trithingorum*, & *hundredorum*, vel centenarum traditur, multa luce perfundit. Illis, quæ ſcripſimus de cauſarum *duodecimvirali* judicio, multum lucis accedit ab iis, quæ ille de NEMBDÆ initio & conſtitutione tradidit in libri 1. cap. IV. Ubi quæ nos ex aliis auctoribus, de NEMBDA diximus *diſſert. epiſt.* p. 37. ille illuſtrat & confirmat. Sententiam quoque noſtram corroborat de *duodecim juratorum* origine *Nortmannicâ* his verbis: *hæc* nembdæ *ratio etiam hodie non in Dania tantum, ſed etiam in Anglia ſuperſtes eſt, ex eo proculdubio jure, quod Dani, & Normanni in Angliam invexerunt.* Perinde *etiam ut nos, eligunt ex viris ſcilicet honeſtis, qui in vicinia habitant; perinde etiam ut nos, & habent, & nominant*, Tolfman. Alibi etiam in illo capite oſtendit *officium* Nembdæ *in vetuſtis temporibus fuiſſe, factum tantum examinare, explicare, & judici certum reddere. Quamvis in initio tam de jure, quam de facto judicaſſe* Nembdarios arbitratur. quæ noſtræ de duodecim juratorum inſtitutione, & origine opinioni minime repugnant. Cum illis etiam, quæ *diſſert. epiſtolaris* p. 8. diximus de cauſis, ſummariè ſimplicique modo agi ſolitis apud *Anglo-Saxones*, ſine cauſidicis, aut ſolennioribus juris formulis, concordat, quod in libri 1. cap. VI. ab illo ſcriptum eſt. ſcilicet *vett. Sueonibus* procuratores, & advocatos prorſus ignotos fuiſſe, tam in civilibus cauſis quam criminalibus, & quod tam citantibus, quam citatis ad curiam in perſona comparendi neceſſitas in civilibus erat. Maxime autem conjecturæ noſtræ de origine *brevium originalium* favent, quæ in illo capite dicit de modo citandi, quo partes litigantes in judicium apud *vett. Sueones* vocabantur. Etenim apud illos judex aliquando, ſed rarius; ſæpius actor ipſe citationem edebat, non per ſcripturam, ſed per teſtes, utpote qui ad domum rei cum binis teſtibus profectus *dicam, diem*que dixit. In cap, VII. luculentiſſime ſcribit de *duelli judicialis* origine. quibus in cauſis, & quibus conditionibus, ac modis admiſſum; ac quando, ac quare ſublatum oſtendit. De *ordalii*, ſive ferri igniti contrectatione non minus perſpicue, docteque ſcribit in VIII. capite; ut & in nono de probatione per *Sacramentales*, quæ *vadiatio legis* apud nos dicitur. De modis exequendi ſententiam, & pœna veterum, ſpeciatim de executione, quam veteres *Sueci* NEMA, Anglo-Saxones NAM, unde *Withernamium*, quod nos *repreſſalias*, vel *repriſalias* vocamus, agit in cap. X. In cap. XI. de poena pecuniaria, atque obiter de ſpeciebus, & ratione veteris monetæ *Suecicæ* tractat. ubi omnia ab iis, quæ de generibus nummorum *Saxonicorum* ſcripſimus, fere toto, quod aiunt, cœlo differunt. In libri II. cap. 1. de nuptiis veterum *Sueonum* & jure conjugali præclare ſcribit. ubi multa occurrunt, quæ donum *Morgengabicum*, de quo in ſuperiori præfationis parte, amplius explanant, & mirifice illuſtrant morem, quo *Anglo-Saxonum* ſponſos in futuri conjugii contractibus ſponſis prædia ſimpliciter, & ut *feodum ſimplex*, ſolitos eſſe dare oſtendi. *Dotalitium* (inquit) *fuit in mobilibus vel immobilibus, allodialibus vel acquiſitis - - - - Quicquid autem ſic datum fuit, non tempore vitæ, aut ad uſum fructum tantum manſit, ut in Regum, principum hodie, & nobilium* Morgennaticis; *ſed abſolute tranſlato plene dominio, ut mulieri eſſet facultas de iis pro libitu diſponendi, eaque mortua inteſtata, tranſiret ad ejus hæredes.* In ejuſdem libri cap. II. pulchre agit de jure parentum, & liberorum. In cap. III. de Succeſſionibus. In cap. IV. de jure dominorum & ſervorum, ubi oſtendit emptionem,

hem, & venditionem ſervorum, ut pecudum, per *mediatores*, & *teſtes* fieri eſſe ſolitam, ut ſemper fiebat apud *Anglo-Saxones*. Quod emptionis, & venditionis ſervorum chartæ à nobis exhibitæ commonſtrant. In capp. v. & vi. de contractibus, & eorumdem ratione, & differentiis tractat. In cap. vii. de fundorum cultu. In viii. de veneratione. In ix. de jure ſuppetiarum in caſibus paupertatis ex incendio, naufragio, morbo, *&c.* accurate ſcribit. Pars poſterior libri ii. quæ in octo *capp.* de criminalibus agit, apprime iis utilis eſt, qui leges *Saxonicas* recte ſcire, & intelligere cupiunt. Præſertim illi neceſſaria erit, qui legum Saxonicarum novam, ſeu tertiam editionem iſto, quem præſcripſimus, modo reip. literariæ daturus eſt. Hæc de STIERNHOOKII opere, quod ob ejus præcellentiam, Tibi, cunctiſque, qui in ſtudendo jure *Angliæ Saxonicæ* vetuſto proficere cupiunt, præcipue vero juris noſtri civilis ſtudioſis notum facere, & commendare volui, ne libri iis tam utilis ingenti beneficio carerent.

Dum hæc ſcriberem (Cl. OTTLEYE) allatæ etiam à R. viro *Geo. Harbin* ad me ſunt duæ epiſtolæ, altera *Sim. Dewesii*, altera *Fr. Junii FF.* ad *Joannem Seldenum* datæ. Quarum illam integram, hujus partem, quia ex iis cognoſcamus quanti literaturam Saxonicam faciebant excellentes illi viri, & quam bene in ea diſcenda, & amplianda ſe operam poſuiſſe, credebant, ego, qui de Septentrionalium literarum utilitate diſſertationem ſcripſi, non potui non publicare.

Viro clariſſimo, amico colendiſſimo, JOANNI SELDENO.

AB exegetico illo, Clariſſime Seldene, opera induſtriaque *Alexandri Noëlli* pridem concinnato, tantum Lexico noſtro *Theutonico-Latino-Anglico* duobus comprehenſo tomis acceſſit incrementi; ut tam inſigni à Tuâ humanitate accepto beneficio indignum me omninò æqui æſtimarent arbitri, niſi gratitudinis noſtræ hoc Te penes reſideret teſtimonium: imo ut cumulatiùs nos Tibi devincires, vetus illud ex pergamenâ fragmentum MS. Regum *Edgari* & *Canuti* leges *Anglo-Saxonicas*, aliaque eodem continens idiomate, generosè nobis nec expectantibus dono dediſti; unde pars non contemnenda vigiliarum noſtrarum in bonum publicum ſuſceptarum lucem eo maturiùs aſpectura eſt; nec parum id mihi fuit volupe, quod vir eruditione modeſtiâque eximius *Franciſcus Junius* Te conatus noſtros animitùs probare nuper teſtatus ſit. Incluſum hunc *Tiberii* Imperatoris aureum indubiæ vetuſtatis nummum, non compenſationis vice, ſed grati duntaxat animi ergô, Tibi deſtinatum, inter Tua reponere dignator cimelia. Vale, vir clariſſime, & labores in re antiquaria noſtros fovere pergas.

Viſimonaſterii, poſtridie Kal. Feb.
CIↃIↃCXLIIX.
Juliani --- CIↃIↃCXLIX.

Tibi devinctiſſimus

SIM. DEWESIUS.

To my much honored freind, Mr. John Selden.

..... The long ſtay I made the laſt year in Germany, occaſioned me to take ſome pains in excuſſing ſome old *Francick monuments*, though I lighted but on very few: but haveing met here in theſe our parts with four *MS. gloſſaria*, beſides 26 *Hymnos veteris eccleſiæ cum antiquâ interlineatione Theotiſca*, I begin to think my ſelf now ſo wel inſtructed with good ſubſidyes, as that I ſhal be bold to try how to ad ſomething to what *Goldaſtus* and *Freherus* have commented in that kind. In the meane while have I here *Anglo-Saxonick types* (I know not whether you call them Punchons) a cutting, and hope they will be matriculated, and caſt within the ſpace of ſeven or eight weeks at the furtheſt. As ſoon as they come to my hands, I wil ſend you ſome little ſpecimen of them, to the end I might know how they will be liked in England, and afterwards goe in hand with the forementioned *gloſſaries*, illuſtrateing and comparing them one by another; but eſpecially with the *Anglo Saxonick*; and ſo goe in hand with ſome of theſe *Anglo-Saxonick* monuments I tranſcribed by your favour out of divers Cottonian *MSS.* The mutual collation of both, I am ſure, will give much light to both. As for *STROZZA* or *SFORZA de condenda urbe novâ*, I could not meet with him any where, neither found I here as yet any Stationer that knew him. I ſhall not forbear to continue looking after that book; and you may be ſure to have it, if it be to be found here, or at Leiden. Elzevier meaneth ſhortly to begin with

that great work of *Vossius* his *Origines*, and his *Pelagiana historia* much augmented. But I thinke ye stayeth till my Kinsman be returned out of Suede, we looking for him to be here within four, or five weeks: as yet no great matters is printed of old *Vossius*: but (as it seemeth) they will shortly fall to it with better times, which God grant us to meet with.

Amsterdam. the 8 May.
St. Novo. 1654.

Your assured Freind,
and most Humble Servant,
Fr. Junius.

O Utinam superstites etiam nunc essent inclytus ille doctorum triumviratus, qui *Septentrionalium* literarum nihilo secius, quam *Græcarum* & *Latinarum*, studio gaudebant. O utinam, inquam, me jam scribente illos florere contigisset, quos non modo ingentis operæ, quam promovendo *Arctôarum* literarum studio dedi, socios haberem; sed operis etiam nostri excudendi fautores & patronos: quos cum haud exiguo præstantissimorum hominum numero, quibuscum me eodem ævo vixisse gaudeo, posteritati, & quantum tam mediocris scriptor potero, sempiternæ gloriæ commendarem. Illos intelligo, qui patriarum antiquitatum amatores ad imprimendum grande hoc opus, non suos solummodo nummos liberaliter contulerunt; sed ut alii tam è clero, quam è populo, bonarum literarum, & literatorum *Mæcenates*, suis etiam symbolis juvarent, auctores esse voluerunt. Etenim de antiquis linguis Septentrionis, illarumque utilitate & præstantia, scribendi institutum nostrum sic omnibus commendarunt; ut qui diligentissime, valdeque ex animo res aliorum, quibus bene volunt, commendare solent. Idcirco cum eximiorum horum virorum commendationes tantum nobis ad hanc rem utilitatis, quantum & ipse sperabam, nec ipsi dubitabant, attulerint; gratum & benefactorum memorem animum in me quum illi, tum boni omnes merito requirerent, si, qui tales sunt, silentio præterirem. Id etiam si facerem, ingrato mihi succenserent *Musæ* meæ *Septentrionales*; dolerentque graviter *Asæ*, & *Asiniæ* omnes, qui arctôas terras primi *runas* docuerunt. Quinetiam non tantum illorum, qui in linguis *arctôis* ante multa sæcula libros scripserunt; verum illorum etiam, quorum studio in lucem apud nos, & exteros olim prodierunt, infensos manes haberem.

En igitur, OTTLEYE, chariſſima nomina, quæ eo ordine, quo in *albo* nostro fortè scripta sunt; eoque consilio heic tanquam in tabulas publicas refero; ut doctis nota, maximis suis in remp. literariam meritis, laudem idoneam consequantur.

R. admodum pater supra laudatus *Gulielmus* Episcopus *Carleolensis*, scriptis suis in magnam rei antiquariæ beneficium, & amplificationem editis celeberrimus. R. vir *Joseph. Kelsey*, S. T. B. Archidiaconus *Sarum* & Ecclesiæ Cathedralis *Sarisburiensis* Canonicus residentiarius, non solum divinarum literarum sed Matheseως, præsertim Algebræ scientiâ summâ præclarus. R. vir *Gulielmus Grahm*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedr. *Carleolensis* Decanus dignissimus, & Ecclesiæ Cathedr. *Dunelmensis* Canonicus. RR. viri, *Georgius Wheler*, eques auratus, & S. T. P. *Johannes Moreton*, S. T. P. *Johannes Smith*, S. T. P. Ecclesiæ Cathedr. *Dunelmensis* tres Canonici; omnes ob merita sua in rempublicam literariam, meumque hoc susceptum memorandi. R. & doctissimus vir *Richardus Parsons*, LL. Professor, Dioeceseως *Gloceſtrienſis* Cancellarius dignissimus, disciplinæ Ecclesiasticæ labascentis strenuus vindex, & scientia antiquitatum Pagi, & Ecclesiæ Cathedralis *Gloceſtrienſis* præclarus, operis nostri promotor eximius. R. & eruditus vir *Henricus Hickes*, A. M. Ecclesiæ Paroecialis de *Stretton* in Com. *Warwic.* Rector dignissimus. R. & doctissimus vir *Edwinus Sandys*, S. T. B. Archidiac. *Wellensis*, & Ecclesiæ Cathedralis *Wellensis* Canonicus. Cl. vir *Richardus Healy*, LL. Professor doctissimus, Decani & Cap. Wellensis Cartophylax, & Seneschallus, operis nostri cum primis fautor. Honorabilis admodum Dom. *Richardus* Dom. *Annesly*, Vicecomes de *Altham*, Ecclesiæ Cathedralis *Exonienſis*, non ita pridem Decanus. Doctissimus, & Reverendus admodum pater in S. *Ceaddæ* Cathedra sedens *Johannes* Episcopus *Licetfeldenſis*, & *Coventrienſis* Episcopus, non ita pridem cum Ecclesiæ Cathedr. Canonicus esset, à nobis in maxima existimatione habitus. Qui, pro summa sua humanitate, amorisque stabilitate, & constantia non vulgari, idem mihi in adversis, qui in prosperis rebus amicus fuit, etsi de rep. tam Ecclesiastica, quam Civili non

idem

idem prorſus ſentiremus. Quo nihil laudabilius, nihil præclaro viro dignius, qui cum vere magnum animum, & excelſum gerat, ab amico circa res ſacras civileſque forte ſecus, ac ipſe, ſentiente non ſolum ſine diſſidio, ſed ſine acerbitate poteſt diſſentire. R. & doctiſſimus vir *Carolus King*, A. M. Ædis Chriſti apud *Oxonienſes* Socius, omne genus literaturæ, & imprimis *Saxonicæ* peritiſſimus. R. vir *Humphredus Prideaux*, S. T. P. Eccleſiæ Cathedralis *Norwicenſis* Decanus, qui ad augendam rempublicam literariam, in qua magnam ſibi gloriam operibus ſuis comparavit, ut noſtrum accederet, id comprobando fecit. Cl. vir *Hans Sloan*, M. P. Regiæ Societatis Londinenſis Secretarius, multis nominibus nobis & reipub. literariæ maxime colendus. R. vir *Jonathan Kimberley*, A.M. Eccleſiæ Parœcialis S. & individuæ Trinitatis in Civitate *Coventrienſi* vicarius, & Eccleſiæ Cathedr. *Liccetfeldenſis* Canonicus doctiſſimus. Cujus in opus noſtrum beneficia, quæ contulit, ut commemorem gratus jubet animus. R. vir *Willhelmus Higden*, A. M. Eccleſiæ *Anglicanæ* Presbyter (forenſi noſtra voce utor) *deprivatus*. qui reip. literariæ & Eccleſiaſticæ, deo volente, operibus ſuis profuturus, in hoc faciendo nos interdum languentes, & ferme animum deſpondentes magnopere confirmabat. Prænobilis, & humaniſſimus vir *Franciſcus Anneſly* de Interiori Templo *Londinenſi* armiger, cauſarum actor juris peritiſſimus, de nobis, & opere noſtro præclare meritus. Honorabilis admodum Dom. *Johannes* Dom. *Somers*, Baro de *Eveſham*. cujus amicitia firma, conſtans, ſtabiliſque res proſperas noſtras ſplendidiores fecit, & adverſas leviores. Doctiſſimi, & RR. viri *Daniel Hill*, & *Johannes Wyville*, Eccleſiæ Cathedr. *Roffenſis*, ſeu Hroffenſis Canonici A. MM. ambo ſuis vicibus in Synodis provinciæ *Cantuarenſis*, quæ *Londini* nuper convenerunt, Decani & Capituli *Roffenſis* Procuratores. *Rogerus Sheldon* Armiger, Reverendiſſimi in Chriſto patris, *Gilberti* non ita pridem Archiep. Cantuar. τῦ μακαρίτυ ex fratre nepos, amicus mihi ob præclaras virtutes plurimum colendus. R. vir *Gulielmus Cave*, S. T. P. Eccleſiæ *Vindeſorenſis* Palatinæ Canonicus, libris ſuis in reip. literariæ beneficium ingens editis ſempiternam gloriam adeptus. Cl. vir *Bartholomæus Shower*, eques auratus, medii Templi *Londinenſis* non ita pridem Socius, nuper vita defunctus. cujus deſiderio, etſi me moveri fatear tali amico orbatum; illius tamen non plango deceſſum: quippe cui immortalitatem aſſecuto nihil mali accidiſſe puto. *Mihi autem accidit id mali, quod accidit*. verum ſuis incommodis graviter angi non amicum, ſed ſeipſum amantis eſt. Doctiſſimi, & RR. viri *Gulielmus Hopkins*, S. T. P. non ita pridem Eccleſiæ Cathedr. *Wigornienſis* Canonicus; & *Johannes Jephcott*, S. T. P. ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, Par amicorum clariſſimum, tum amoris vinculo, tum etiam virtutum ſocietate inter ſe junctorum. quorum ille mihi, quanquam eſt ſubito ereptus, vivit tamen, ſemperque vivet: hic mihi ſemper plurimum colendus. Doctiſſimus & R. vir *Gulielmus Biſhop*, Coll. *Baliolenſis* apud *Oxonienſes* Socius, ante duodecim annos cum magno Collegii detrimento *deprivatus*. R. vir *Radulphus Lowndes*, A. M. Eccleſiæ *Anglicanæ* Presbyter *deprivatus*. qui in umbra & ſeceſſu degendo non poteſt facere, quin virtute & eruditione ſua ſplendeſcat, quæ celari non poſſunt. R. vir *Edmundus Gibſon*, S. T. P. pluries à nobis in hoc opere, de quo optume meruit, honorifice memoratus. R. & doctiſſimus vir *Whiteus Kennett*, S. T. P. Archidiaconus *Huntingdonenſis*, & Eccleſiæ S. *Botulphi* juxta portam *Londinenſem*, ALDGATE vocatam, parochus. qui ſæpe mecum ante ſeptennium agebat, ut de antiquis literis *Septentrionalibus* ad hoc operis me accingerem. quæ cum omnium cognitione dignæ illi viſæ ſint, in illius ædibus libros noſtros ſine mora inchoabam. in quibus tandem ad finem perductis, ſi, quo reip. literariæ profuerim, quid fecerim, id illi, tanquam auſpici, omne tribuendum eſt. Ornatiſſimus vir *Thomas Bowdler* armiger, nobis tum propter cauſam amicitiæ, *Virtutem*; tum propter ejuſdem non mediocre condimentum, *Morum ſermonumque ſuavitatem*, inprimis charus. qui in nonnullis obſcuris & difficilibus nobis Oedipus fuit. Digniſſimus vir *Richardus Snow* de *Clipſham* in agro *Rutland*. armiger, & in officina Magna Cancellariæ ſcribarum unus, forenſium negotiorum ſcientia & humanitate ſumma clarus, operis noſtri fautor & promotor maximus. Honorabilis vir *Carolus Holt*, de Aſton in Com. *Warwicenſi* Baronettus, eruditionis cum pietate & humanitate ſingulari junctæ magnum exemplum. cujus veterem initam mecum amicitiam non poſſum, quin commemorem, quod ejus memoriam vellem fore ſempiternam. Ornatiſſimus vir, nobilitate ſtirpis, & humanitate ſumma clarus, *Gulielmus Longueville*

armiger, Interioris Templi *Londinenſis* Socius, & cauſarum patronus Juriſconſultiſſimus, inter primos, qui literis *Septentrionalibus* à nobis excultis bene voluerunt, cum grato animo, & ſummo honore memorandus. R. vir *Thomas Turner*, C. C. C. apud *Oxonienſes* Præſidens, & Eccleſiæ Cathedr. *Elienſis* Canonicus digniſſimus, qui eruditionis, virtutis, ingenii, morum, ſtudiorum, omniſque denique præſtantiæ ſuæ ut fructum caperem, ab incunabulis noſtræ veteris amicitiæ ſemper facere voluit. *Johannes Forteſcue* de Medio Templo *Londinenſi* armiger, cauſarum actor, juris, & literaturæ *Saxonicæ* peritiſſimus. qui à *Johanne Forteſcue* milite, *Regii Banci*, regnante Henrico Sexto, Juſtitiario capitali, & dein magno *Angliæ* Cancellario, ob ſingularem juris peritiam, & librum *de laudibus legum Angliæ* ſcriptum, longe celeberrimo, recto ſtemmate genus ducit. R. vir *Johannes Younger*, S. T. P. Eccleſiæ Cathedr. *S. Pauli Londinenſis* Canonicus Reſidentiarius, nobis fere à juventute ob conſtantis fidei amicitiam, moderationem animi, morum candorem, & eruditionem præcellentem, maximi æſtimatus ſemper, & inter primos charus. *Charlwood Lawton* armiger, juris conſultus: Qui ſepoſito partium ſtudio, ex omni populo bonos diligit, à bonis omnibus dilectus. Qui etiam pro amicitia, ſeu potius charitate ſua, quæ non anguſta aut contracta res eſt, *miſeros*, perinde alienos, quam *propinquos*, tam qui diverſum, quam qui idem ſecum de *rep. & religione* ſentiunt, adjuvare ſtudet. Qui denique animum tam moderatum, beneque conſtitutum habet, ut aliorum ferre opiniones, qui ſuas nequeunt, facile poſſit. Ornatiſſimus juvenis *Alexander Denton* armiger, Medii Templi *Londinenſis* alumnus, juris ſtudioſus, linguæ *Saxonicæ* cum primis peritus. Doctiſſimus, & R. vir *Thomas Brown*, S. T. P. Collegii *D. Johannis* apud *Cantabrigienſes* Socius. cujus auctoritas, quæ apud eruditos omnes plurimum merito valet, multos operis noſtri fautores conciliavit, qui ad id excudendum argentum liberaliter contribuebant. Doctiſſimus, & reverendus admodum in Chriſto Pater *Franciſcus Turner* non ita pridem Epiſcopus *Elienſis*, ὁ Μακαρίτης. cujus amicitiæ recordatione ſic ſuperſtes fruor, ut beate vixiſſe videar, qui cum illo conjunctiſſime vixerim. Ampliſſimus, & antiqua virtute, fideque vir *Robertus Atkins* de *Pinbury-park* in pago *Gloceſtrienſi*, eques auratus, cujus amicitiam meminiſſe hic juvat, quod maxime è raro illo, & pene divino genere hominum eſſe eum ſum expertus, qui in amicitia ſe graves, ſtabiles, & conſtantes præſtant. Nam abſque ulla amoris & benevolentiæ remiſſione, perinde in adverſa, ac proſpera fortuna per triginta jam continuos annos me diligere perſiſtit Clariſſimus, & ampliſſimus vir *Samuel Pepys* armiger, Matheſeωs, reique navalis longe peritiſſimus, non ita pridem ſub Carolo II. & Jacobo II. Angliæ Regg. Admiraliæ à ſecretis, de bonis literis, & de patria, hoc eſt, de regno & eccleſia *Anglicana* optume meritus. Venerabilis canitiei vir *Robertus Jones*, S. T. B. Eccleſiæ paroecialis *Leckhamptonenſis* in pago *Gloceſtrienſi* per multos anteactos annos rector, & archipresbyter ruralis vigilantiſſimus. cui tantum quidem me debere fateor, quantum fere fas eſt hominem homini debere. R. & Doctiſſimus vir *Nath. Spinckes*, A. M. Eccleſiæ Cathedr. *Sarisburienſis* Canonicus *deprivatus*, linguæ & antiquitatis *Saxonicæ* ſcientiſſimus, propter veterem & ſinceræ fidei amicitiam mihi chariſſimus. cujus doctrina & conſilio in faciendis his libris ſæpe uſus ſum. R. & doctiſſimus vir *Georgius Martin*, S. T. B. Eccleſiæ paroecialis S. Mildredæ de *Poultrey* in Londino Rector, & Eccleſiæ Cathedr. *Norwicenſis* Canonicus. cujus promptiſſimam erga me benevolentiam ſine ingrato animo, non poſſum ſilentio præterire. R. & doctiſſimus vir *Gulielmus Moore* A. M. Eccleſiæ paroecialis *Aldburienſis* in Com. *Oxonienſi* Rector digniſſimus, nobis ſemper honorifice memorandus. R. vir *Wilhelmus Thornton*, S. T. B. Aulæ *Cervinæ* in Academia *Oxonienſi* præfectus, Eccleſiæ *Anglicanæ*, fidei Catholicæ, Apoſtolici regiminis, & diſciplinæ, quæ omnia Chriſto aut Apoſtolis gaudent auctoribus, contra innovatores propugnator ſtrenuus, veterum dogmatum, & ſcriptorum Eccleſiaſticorum, ſi quis alius, ſcientiſſimus. Cl. vir *Johannes Lawſon*, M. P. *Saxonicæ* & *Runicæ* literaturæ peritiſſimus. qui, cum vehementer ægrotans ante XXVIII annos illum *Æſculapium* feliciter haberem, in convaleſcentis animo mirabilem *vett.* Septentrionis linguarum amorem adeo excitavit, ut, quam primum otium *Wigorniæ* nactus fuerim, ad illarum ſtudium me diligentiſſime converterem. Reverendus, & doctiſſimus vir *Nicolaus Martin*, A. M. Aulæ *Cervinæ* apud *Oxonienſes* Viceprincipalis. cujus in *libb.* hos noſtros excudendos maxima merita meminiſſe mei muneris eſſe exiſtimo. Accedant RR. & doctiſſimi

viri,

viri, *Curateres* proeli Academiæ *Oxonienſis* de bonis literis, & rep. literaria, quam *libb.* potiſſimum MSS. excuſorum ingenti copia amplificaverunt, optime meriti, mihique ſemper honorifice gratoque cum animo memorandi, quod ad excudendum hoc opus typos ſuos *Junianos*, ſine quibus quidem excudi non poterat, roganti facile accommodarent. Ampliſſimus & Nobiliſſimus Dominus Carolus Dom. *Fanſhaw* Vicecomes *Donoghmore* ob humanitatem ſummam, antiquos mores, bonarum literarum ſcientiam præclarus. qui viginti mihi *nummos argenteos Saxonicos* rari generis, in numiſmatum tabellis ſculpendos, liberaliter dono dedit. R. & præſtantiſſimus vir *Johannes Robinſon*, non ita pridem Coll. *Orielenſis* in *Oxonia* Socius, rerum Anglicarum in *Aula Suecica* per multos præteritos annos adminiſtrator feliciſſimus. cui ego *libb. vett. Sueo-Gothicorum* notitiam *Peringskioldianam*, & Academia *Oxonienſis* monumentum *Runicum* unum atque alterum acceptum fert, quod dignum cenſui quod Gramm. *Iſlandicæ* p. 3. ſculptum exhiberetur. Prænobilis & illuſtriſſimus vir *Robertus Harley* de *Bramton-Brian* in agro *Herefordenſi* armiger, rerum civilium uſu, & bonarum omne genus literarum ſcientia inſtructiſſimus. qui Senatus *Anglicani* Cathedram petiit nunquam, gaudente tamen populo *Anglicano*, factus eſt *Orator* ter: qui non ſolum ſtudia mea ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit; ſed opus hoc noſtrum cum vetuſtis multis, quæ mihi voluit impertire, auxit & exornavit. Nobiliſſimus & honorabilis vir, Patricio genere natus, *Heneage Finch* armiger, Jacobi II. R. non ita pridem cohorti prætoriæ præfectus fideliſſimus, cui unum atque alterum rariſſimum nummum *Saxonicum* publici juris in tabb. faciendum mecum communicare placuit. Prænobilis & ampliſſimus vir, *Robertus Cotton* de *Gidding* in Com. Huntingdon. armiger, nepos Roberti & filius Joannis Cotton, Baronettorum, ab avo & patre, duo conjuncta & ampliſſima virtutis & honoris patrimonia nactus. Qui pro gentilitio ſuo in antiquas literas, & præcipue in rem nummariam amore, decem e rariſſimo genere denarios Sax. numiſmatum tabellis inſculpendos mecum communicare voluit. Huc etiam accedant tres lectiſſimæ, atque ornatiſſimæ fœminæ, ſiquidem libri noſtri, cui plus quam illis debeant, habent fere neminem. Prænobilis matrona *Dorothea Grahme*, apud ſuperos ante annum immortalitatem conſecuta, *Jacobi Grahme* de *Levins* prope *Kendall*, in Com. *Weſtmorlandiæ*, armigeri conjux optuma, virtutibus clariſſima, & memoria ſempiterna digna. Nobilis & veneranda matrona *Suſanna Hopton* de *Kington* in Com. Hereford. *Chriſtianæ* pietatis præclarum exemplum, & Eccleſiæ *Anglicanæ* magnum decus. quæ rerum divinarum, & præcipue ſacrarum literarum ſcientiam non vulgarem aſſecuta, libros nonnullos anonymos edidit, qui in piorum piarumque manibus teruntur. quibus tamen editis clareſcere noluit, pro modeſtia ſua inexpugnabili, utpote quæ mallet doctam & bonam ſe eſſe quam videri. Præſtantiſſima & honeſtiſſima matrona *Catherina Bovey* de *Flaxley* in argo Gloceſtrienſi, *Angliæ* noſtræ *Hypatia Chriſtiana*. de qua nulla laus tam modice, quin ejus ſummam graviter offendat modeſtiam; nec tam alte & magnifice dici poteſt, quin eam virtutes ejus æquent, ſi non exſuperent. Præſtantiſſimorum hominum hoc agmen claudat vir vere Apoſtolicus, & reverendus admodum in *Chriſto* pater *Wilhelmus LLoyd*, Epiſcopus *Norwicenſis* ante XIII annos, cum Eccleſiæ *Anglicanæ* magno damno, gregiſque ſui graviſſimo dolore, diœceſi ſua deprivatus. cujus ſummæ quidem eruditionis & ſapientiæ præſulis cum amicitia, quod poſſum comparare, ex omnibus rebus, quas mihi aut natura aut fortuna dedit, equidem fere nihil habeo.

Hæc apud Te (Clariſſime vir) quem exiſtimavi dignum, qui lectoris perſonam ſuſtineres, de libro meo præfanda putavi. qui in longe majorem, quam credebam, molem accrevit, cum meo quidem magno damno; ſed doctorum, qui *Ἀρετῶν* literaturæ ſtudioſi ſunt, ni male auguror, non minori tum emolumento futuro, tum etiam voluptate. Magno, inquam, cum meo damno detrimentoque, ſive bonæ valetudinis jacturam, quam in eo ſcribendo feci, conſiderem; ſive ingentes proeli ſumptus, in quos, præter magnam pecuniam, quam ad illum imprimendum bonarum literarum *Mæcenates* contulerunt; quod *deprivato* ſuſtentando ſupererat, tantum non integrum abiit peculium. Verum enim vero, quamvis ea eſt, quam vides, operis noſtri nimia, ut multis forſan videbitur, magnitudo, id tamen non majus prodiiſſe non poſſum quin doleam. Etenim conſtitueram *Scaccarii*, *Arcis*que *Londinenſis* archiva diligenter perſcrutari, & quæ in illis deliteſcunt *Saxonicorum* & *Normanno-Saxonicorum* inſtrumentorum, quotquot antiquitatibus noſtris illuſtrandis inſervirent, ſeu in-

tegre, ſeu partim, pro re natâ deſcripta, cum id genus monumentis, quæ *Bibliothecæ* nobis ſuppeditarunt, è tenebris ſuis in lucem protuliſſe. Verum id volenti facere, cum neque per labefactatas vires, neque per graveſcentem ætatem, neque per numerorum defectum liceret; nil reſtat, quin D. O. M. ſupplex precer, ut aliquem *Philo-Saxonem* rei antiquariæ peritum excitare velit; qui, quæ præſtare aut perficere non potuimus in hoc opere, in alio tandem ſuppleat, & perfecta reddat. Quinetiam faxit immortalis idem triunus Deus, ut grande hoc opus, in quo ſtruendo ſex annos poſuimus, *Septentrionalis* literaturæ ſaltem æque placeat cultoribus, ac, ex quo natum & cretum eſt, grammaticale illud opuſculum, tyronibus etiamnum perutile, quod ante XV annos *Oxoniæ* edidi, placebat. Cui *Teſtimonia* & *Eulogia*, quæ docti, cum è *Noſtris* tum *Exteris*, dederunt, ſubjungere propterea volui, quod ad novos hos exantlandos labores iis mirifice excitatus eſſem. Denique finem Præfationis facturus, Deum ſervatorem pro incolumitate, vitaque Tua longæva non poſſum non orare, illumque etiam atque etiam fuſis precibus rogare, ut Te genere, modeſtia, vitæ ſanctitate, ſuavitate morum, prudentia, rerumque tam divinarum quam humanarum ſcientia clarum; ut Te, inquam, *Sacerdotii* ornamentum, ad *Sacerdotii* faſtigium, hoc eſt, ad Eccleſiæ gubernaculum, quo nihil citra cœlos ſanctius; non Tui, qui privatam vitam agere cupis; ſed Eccleſiæ ſuæ cauſa, quæ tanquam navis in procelloſo mari jactatur, provehere dignetur. Vale.

Londini Calend.
anuar. MDCC.II
III.

TESTI-

TESTIMONIA
DE
Georgii Hickeſii
GRAMMATICA ANGLO-SAXONICA, *&c.*

Teſtimonia Exterorum Latine.

Supplementum ad Acta Eruditorum edita Lipſiæ, *Tom.* I. *p.* 522.

Inſtitutiones Grammaticæ Anglo-Saxonicæ & Mæſo-Gothicæ, auctore GEOR. HICKESIO *Eccleſiæ Anglicanæ Presbytero.* Oxonii è Theatro Sheldoniano. 1689 *in* 4to.

QUALEM jamdudum eruditus orbis deſideravit, & *Thomas Mareſchallus*, collegii Lincolnienſis in academia Oxonienſi, dum viveret, rector clariſſimus promiſerat, Grammaticam Anglo-Saxonicam atque Gothicam *Georgius Hickeſius* tandem laudando ſtudio compoſuit, publicique juris fecit. Cum enim vir hic doctiſſimus deprehendiſſet, antiqua Saxonum Gothorumque monumenta, quorum in Anglia inprimis haud exigua copia hodieque ſupereſt, à theologis æque ac jureconſultis & philologis legi merito debere; pauciſſimos vero eſſe, qui ſine Grammaticæ adminiculo facere id ſeu velint, ſeu cum ſucceſſu poſſint: id laboris in ſe ſuſcepit, ut linguam, quam barbaram & incultam plerique putant, ipſe vero diſertam & ad elegantiam Græci ſermonis aſpirantem laudat, certis diſciplinæ regulis ſubjiceret. Sed de hoc inſtituto ſuo ipſe in præfatione uberius diſſeruit, harum rerum ſtudioſis omnino legenda. Cæterum Grammaticam hanc, de qua in compendio plura dici non poſſunt, excipiunt in eodem hoc volumine tria adhuc opuſcula alia. 1. *Runolphi Jonæ* rudimenta Grammaticæ Iſlandicæ, A. 1651 Hafniæ jam edita: ſed quibus nunc dictionariolum ab *Hickeſio* noſtro concinnatum acceſſit. 2. Catalogus veterum librorum Saxonicorum atque Gothicorum, tum qui typis exſcripti ſunt (quorum quidem illos, qui à *Joſſelino*, *Somnero*, *Mareſchallo* & *Junio* editi fuere, puros ac emendatos; reliquos vero omnes, etiam quos *J. Seldenus* & *H. Spelmannus* ediderunt, mendoſos prodiiſſe, in præfatione ductor noſter monuerit) tum qui in bibliothecis, Angliæ inprimis, manuſcripti magno ſatis numero aſſervantur. 3. *Edwardi Bernardi*, celeberrimi ſæpiuſque nobis laudati viri, Etymologicum Britannicum, è diſſertatione, quam de orbis eruditi literatura apparat, decerptum; quod ſpecimen tale eſt, ut diſſertationem integram non poſſint non docti omnes quam avidiſſime exſpectare.

JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS, *in vita Franciſci Junii F. F.*

POST *Junium*, cum ille viam muniiſſet ad has quatuor linguas, longo ſitu ſqualidas & ſepultas, revocandas in lucem rei literariæ bono, vir pereruditus *Georgius Hickeſius* eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, ſemitam à *Junio* factam ingreſſus, inſtitutiones Grammaticas Anglo-Saxonicas & Gothicas conſcripſit, quibus adjecit *Runolphi Jonæ* Grammaticam Iſlandicam, & catalogum veterum librorum ſeptentrionalium *&c.*

Multi præterea ſcriptorum Anglo-Saxonicorum veteres codices, ut & multorum ἀνεκδότων, quæ ipſe *Junius* manu ſua ex veteribus membranis excerpſit & deſcripſit, in illa Biblio:heca Oxonienſi cuſtodiuntur, quorum indices habes in appendice *Cl. Hickeſii* ad Grammaticam Iſlandicam, *p.* 139, & ſequentibus.

Teſtimonia Noſtrorum Latine.

EDMUNDUS GIBSONUS *Coll. Reg. apud Oxonienſes Socius, in præfatione ante* Chronicon Saxonicum *ab ipſo editum.*

SUMPTO in manus opere, facile ſtatim perſpexi, qua præſertim difficultate, præter cæteras, implicaretur. Ante iſtud tempus nemo Grammaticam Saxonicam ediderat: adeoque circa ſingulas pœne voces hæſi, veritus ne iis ſubeſſet idiotiſmi neſcio quid, mihi adhuc non quidem plane incogniti, ſed tamen haud ſatis bene intellecti. Verum cum re prope deſperata totum conſilium tantum non abjeciſſem, omne hoc incommodum opportune ſuſtulit *Cl. Georgius Hickeſius*, edita Grammatica, quæ iſtius linguæ arcana luculenter aperuit. Magnum hoc erat beneficium, ſed mecum orbi commune.

Reverendus vir THOMAS SMITHUS *S.T.P. in Bibliothecæ Cott. hiſtoria & ſynopſi.* p. 37.

NEQUE hic Conſilium illud, cum id mihi hac de re ſerio deliberanti ſumma ratione niti videatur, quod juvenibus quibuſdam ingenuis ac bonæ indolis, quorum animi hiſtoriæ Anglicanæ Amore & ſtudio incenduntur, qui me in ædibus Cottonianis in catalogo contexendo occupatum, Bibliothecam videndi cauſa, adibant, inter alia dederam, propalare piget pudetque, ut ſi penitiorem noſtrarum rerum, præſertim ante Normannorum adventum, cognitionem aſſequi voluerint, ante omnia & quaſi fundamenti vice, uſum linguæ Anglo-Saxonicæ ſibi familiarem reddant: aliter vix antiquariorum cenſu reponendos; aliter nobilem hiſtoriæ Anglicanæ partem mancam fore, & plane deſiderandam; ne tempora quidem Normannorum

TESTIMONIA.

Angliæve ſtatum, quando illorum præda & lubibrium fieret, omnino patefieri; nec ſe linguæ Anglo-Saxonicæ addiſcendæ difficultates & anguſtias, quas tanquam tot ſpectra & terriculamenta timidiuſcule objiciunt, abſque injuria & ingrati animi nota cauſari poſſe, quibus tot ſubſidia & quaſi manuductiones, quæ viam ad illius abditiſſima penetralia apertam, planam ac facilem muniunt, ex D. *Somneri dictionario*, & D. *Hickeſii* Grammatica ſuppeditantur.

EDWARDUS THWAITES *Coll. Reginæ apud Oxonienſes Socius, in Epiſtola, qua* Heptateuchum *Ælfrici à ſe editum auctori dedicat.*

CUI vero dono hunc libellum? *Hickeſi*, tibi, literaturæ hujus omnis inſtauratori maximo. Cujus unius præceptionibus factum, ut ſcripta iſta, reliquaque id genus oculis paulo doctioribus contemplemur, & expromamus in publicum. Nempe——— ita cum hiſce literis actum eſt, ut tibi uni Grammaticas debeant inſtitutiones; hoc eſt, vitam & immortalitatem. Utramque enim conſecutæ ſunt ex nobiliſſimo tuo opere grammaticali; docto, ſi quid uſquam, & laborioſo. Sed neque *Anglo-Saxonicis Gothiciſque* duntaxat excolendis ſiſtitur; etiam *Francicæ* ſeu *Francotheotiſcæ* veteris elementa tradidiſti, juſto volumine; quod una cum aliis quibuſdam tuis in hoc genere locubrationibùs nobiſcum jam communicatum voluiſti.

Teſtimonia Noſtrorum Anglice.

The Reverend Dr WHITE KENNET *in the Life of* Mr William Somner, *p.* 29.

WE have had methodical, and accurate inſtructions of Grammar by the learned Doctor GEORGE HICKES, *ſo that now to be ignorant of that Tongue is not the misfortune of a Scholar, but his fault. Common induſtry, and an eaſie application ſerves.* See other ample Teſtimonies of the Saxon-Grammar from the ſame hand, *p.* 30, 31, 54, 55.

The Right Reverend Dr WILLIAM NICOLSON *Biſhop of* Carliſle, *in his Engliſh Hiſtorical Library*, Part. I. p. 101.

BISHOP FELL *was earneſt with Doctor* MARSHALL (*late Rector of Lincoln Colledge,*) *to draw up a* (Saxon) *Grammar; and he devolv'd the work upon* †*one much more unfit for the Employment, who had made ſome Collections to that purpoſe. His endeavours were ſuperſeded by the excellent performance of Doctor* HICKES, *who has publiſhed his* Inſtitutiones Grammaticæ Anglo-Saxonicæ, &c. *The book diſcovers an accuracy in this Language beyond the attainments of any that had gone before him in that Study; and will be of moſt neceſſary uſe to ſuch, as ſhall apply themſelves to the right underſtanding of the Antient Hiſtory, and Laws of this Kingdom.*

† The learned Author himſelf.

Teſtimonium ſingulare Doctiſſimi CHRISTIANI WORMII *Olai nepotis, de* GEORGII HICKESII *Gramm.* MS. *Francica, in Literis ſuis ad Auctorem datis Id. Nov.* M.DC.XC.VI.

LEGI, iterumque relegi Grammaticam tuam Francicam, per errorem, ut patet, ad me delatam. Placuit hercle mihi hiſce in Sacris non omnino hoſpiti, reddidiq; eam demum invitus; reddidiſſem ſane ægerrime, niſi ſpem foviſſem certiſſimum fore, ut eam typorum beneficio publici juris factam propediē uſurparem.

Teſtimonium ſingulare J. P. PALTHENII *Grypeſwaldenſis, in Literis ſuis ad amicum Oxonienſem datis*, Feb. 18. 1699.

GRAMMATICAS *Hickeſii* dici non poteſt quantopere videre cupiam, cum plurimis noſtrorum hominum, qui iſta Studia linguarum Septentrionalium amant. Ego ipſis commemorare non deſiſto, quantum Auctori doctiſſimo debituri ſumus, ut Grammaticæ emendatiſſimæ denuo prodeant, ampliſſimis pulcherrimiſque ſupplementis exornatæ.

Ordo

Ordo hujus Operis.

I.

LInguarum Vett. Septentrionalium Thesauri &c. Pars Prima, seu *Institutiones Grammaticæ Anglo-Saxonicæ, & Mœso-Gothicæ.*

II.

Ejusdem Pars Secunda, seu *Institutiones Grammaticæ Franco-Theotiscæ.*

III.

Ejusdem Pars Tertia, seu *Gramm. Islandicæ Rudimenta.*

IV.

De Litteraturæ Septentrionalis Utilitate, sive de Linguarum vett. Septentrionalium usu Dissertatio Epistolaris, cum Numismatibus *Saxonicis.*

V.

Antiquæ Litteraturæ Septentrionalis Liber alter, seu librorum vett. Septentrionalium &c. Catalogus Historico-Criticus &c. Cum totius operis sex Indicibus.

VI.

Addenda & Emendanda.

Linguarum Vett. *SEPTENTRIONALIUM* THESAURI GRAMMATICO-CRITICI ET ARCHÆOLOGICI

PARS PRIMA:

SEU

Institutiones Grammaticæ *Anglo-Saxonicæ*, & *Mæso-Gothicæ*:

Auctore *GEORGIO HICKESIO*, S. T. P.

Semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habui. Bed. Eccl. Hist. pag. 492.
Me ꝑymble ꝑꝑete ⁊ ꝓinꝑum ꝑæꝛ. ꝧ ic oððe Leoꝛnode oððe Læꝛde. oððe ꝑꝛite. *Regius interpres.*



OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCIII.

A D

Ampliſſimum & Honorabilem Virum,

JOHANNEM PAKINTON,

De *Weſtwood* in pago Wigornienſi, Baronettum,

GEORGII HICKESII

De Inſtitutionibus ſuis Grammaticis *A. Saxonicis, & Mœſo-Gothicis,*

PRÆFATIO.

IN conficiendis Grammaticis hiſce Inſtitutionibus, *Nobiliſſimè Johannes Pakintone*, pro ingenii mei modulo maximopere laboravi, ut *Popularibus* meis, *Scotiſque*, quos etiam *Populares* dici velim, diligentia mea ſtudioque ad linguæ *Anglo-Saxonicæ* ſcientiam facilis aditus pateret. Imprimis autem iis texendis eò operam dedi, ut ex utroque populo *Nobiles* liberaliter inſtituti, quotquot patrias antiquitates, vernaculique ſui ſermonis origines ſcire cupiunt, auſpiciis, ductu, & laboribus meis uſi, abſque magno nimis ſtudio, multave ſua opera ad illarum cognitionem quàm celerrime pervenire poſſent. Abſque magno nimis, inquam, ſtudio; quoniam ad diſcendam linguam *Saxonicam*, quæ communis noſtra mater eſt, legenti Inſtitutiones noſtras paululum admodum induſtriæ ſtudioſo viro ſufficiet. Deinde illa bonis avibus cognita, ad *aviam Mœſo-Gothicam* intelligendam, negotiorum duntaxat intermiſſiones, &, qui multi dantur à muneribus vitæ, ad ſtudia reditus, ad ſuperiorem doctrinæ Septentrionalis gradum ſcandere volenti abunde quidem erunt. Quinetiam illis, quibus linguas diſcendi facultas eſt, ipſæ pene ſubſecivæ horæ ad ſuperandas non unam, alteramve; ſed plane omnes antiquas Septentrionis linguas, quod ſatis eſt temporis ſuppeditabunt. Quod cum apud Patrem Tuum, virum ingenio præſtantiſſimum ſæpius dicerem; Ille, qui quid in re quaque veriſſimum eſſet, acutiſſime potuit videre, rationibus meis adductus, quam primum per editas Inſtitutiones *Grammaticas* liceret, linguæ *Saxonicæ* ſtudere ſtatuebat; quippe quod *nobili Anglo*, bonis literis erudito, tam commode, laboreque tam exiguo linguam nolle diſcere, quæ vernaculæ ſuæ fons eſſet, turpe ducebat. *Hen.* & *Joh. Spelmanni, Roberti Cottoni, Sim. Deweſii*, & *Rog. Twiſdeni*, ſui cenſus & ordinis hominum exempla & auctoritatem illi proponebam. quibus ad *Saxonicorum* ſtudia, quorum egregii illi viri incredibili cum labore, quia ſine Inſtitutionibus Grammaticis, ſcientiam ſunt adepti, animum ejus accendebam. Utebar etiam argumentis, quæ maximam partem faciunt præfationis, quam Inſtitutionibus noſtris *Grammaticis Anglo-Saxonicis* tum primum in lucem proditurus præmitti oportere duxi. Verum Illo præpropera morte nobis ante abrepto, quam Inſtitutiones iſtæ ederentur, divinus ejus animus è cuſtodia, vinculiſque corporis liberatus, neque antiquum iſtum ſermonem, quem intelligere ſtudebat, neque hodiernum, quo æqualium ſuorum nemo aut purius, aut dulcius, aut ornatius, aut denique aptius copioſiuſve dicere potuit, amplius curans, immortalitatem in cœlis aſſecutus, linguis angelorum loqui cœpit, par angelis factus.

Doluit Illius mortem non civitatis tantum, ſed totius pagi *Wicciorum* quum populus, tum maxime clerus. Qui quam mirifice Patrem Tuum, ſeu potius GENTEM PAKINTONIAM amarent, eo teſtificabantur, quod Illius filium unigenitum, hujus ſpem unicam, & reliquias, Te, quamvis minorennem, XIX annos, aut eo minus natum, eligere voluerunt *Procuratorem*, cui per ſyngrapham datæ auctoritatis vices ſuas in *Communium* ſenatu demandarent. Doluit, inquam, Patris Tui obitum *Wicciorum* quum populus, tum maxime clerus; quem quod gentilitia obſervantia ſemper coleret, ſingulari pietate diligeret, & auctoritate ſua dignitatem ſacerdotii tueretur, eo fecit, ut tanquam Eccleſiæ & cultus divini apud *Wiccios* propugnator maximo cum honore, & conſtanti fide à clero pariter coleretur. Imprimis autem Illum Eccl. Cath. *Wigornienſis*, Epiſc. & clerus ſemper diligebant. Quibus cum vicina PAKINTONIA *gente* à reformata religione ad mea uſque tempora conſtantes amicitiæ, & perpetuæ, eæque conjunctiſſimæ familiaritates, atque neceſſitudines intercedebant.

Majoribus Tuis nihil illis charius; *Illis* nihil Majoribus Tuis aut magis in amore, aut exiſtimatione, aut deliciis erat. Mutua charitas, mutua benevolentia, mutua hoſpitia, mutua conſilia, auxilia mutua, & ut verbo dicam, mutua, honeſtaque officiorum certatio ſacram Eccleſiæ familiam Veſtramque vicinam *Weſtwoodenſem* ſtabili amicitia conjungebant. Ante omnia vero una in religione utriuſque mens, unus in cultu divino mos & conſenſus, idemque prorſus tuendæ, amplificandæ, quidni dicam, & manumittendæ Eccleſiæ *Anglicanæ* ſtudium alteram olim alteri perfecto amore conglutinabat. Tu pariter majorum veſtigiis inſiſtens, & quaſi traducem in Eccleſiam charitatem, quæ omnes omnium fidelium charitates una complectitur, in corde gerens, Comitiis non ita pridem in Publicis Eccleſiæ ſuam libertatem à ſervitute, qua ante longinquum tempus per Regem *Henricum* VIII. mancipata fuit, ſumma cum laude Tua vindicare tentaſti. Id alio forſan magis opportuno tempore Tibi, Tuique ſimilibus, qui Eccleſiæ ſua primæva jura reſtituta velint, denuo tentandum erit. De quibus quidem juribus conſervandis *privilegium latum* etiam num extat legendum in *Chartæ, Magnæ* dictæ, primo Capite, ubi imprimis Rex *Henricus* ille III. perinde ac regis Chriſtiani officium requirebat, *Confirmat pro ſe, & hæredibus ſuis in perpetuum, quod Eccleſia Anglicana libera ſit, & habeat omnia jura ſua integra, & libertates ſuas illæſas.*

Hæc de Patre Tuo dicere mihi fas ſit, quocum amantiſſime & conjunctiſſime vixit; quanta aliquorum hominum eſſet admiratio, vel querela, qui in laceranda omni ſcelere Eccleſia, eaque funditus, quoad poſſent, delenda tum occupati erant. Hæc etiam de Illo ſcribere per leges amicitiæ mihi quaſi parentanti liceat, cui omnia, ut ſecum, loqui ſolebat, animique ſui penetralia aperire: quem Sibi ægrotanti à ſacris eſſe voluit; & à quo porro in ſepulchrali majorum cavea, ut conderetur, moriens præcipiebat. Præterea neque quis non iniquus cenſor à præfationis inſtituto prorſus alienum putet, Genitorem Tuum me commemoraſſe, qui *Philo-Saxo* à me prius factus erat, linguæque *Saxonicæ* voto ſtudioſus, quàm diem obiit ſupremum. Accedat, quod amicitiæ noſtræ *memoriam ſempiternam* eſſe velim; & quod in laudibus Ejus prædicandis *vicinitatis* etiam ex officio ac jure recte apteque feciſſe me ipſe mihi videar. Addo ex vicinitatis jure, quam cum Terentiano illo ſene *in propinqua parte amicitiæ*, ego puto; qui tribus & viginti abhinc annis *Eccleſiæ Wigornienſis* Canonicus, deinde, haud tribus aliis interjectis, à Canonico factus *Decanus*, Penatibus veſtris *Weſtwoodenſibus*, ad quos hoſpes gratus nunquam non adveni, *vicinus* longo tempore degebam. Neque vero hoc à me arroganter dictum à Te exiſtimari velim, ſed *propter dulcem loci recordationem*, quem *Hammondo*, *Gunningo*, aliiſque multis, *quibus non dignus erat mundus*, tam è populo, quam è clero præſtantiſſimis viris, adverſus perduellionum furorem, ſalutis perfugium Avus Tuus, Aviaque fecerunt. *Avus Tuus*, qui erga CAROLOS reges Magnæ *Britanniæ* omni officio & pietate ſtabilis, & illuſtris, in regia cauſa ſuſtentanda propugnandaque per XIX annos plus facultatum impendit, quam aut filio reliquit, aut Tibi nepoti jam nunc, etſi ſatis large, ſuperſunt. In *Avia* vero Tua illuſtriſſimi *Thomæ* domini *Coventry*, magni ſigilli cuſtodis, filia, virtutum omnium, imprimis illarum, quæ in actione vitæ *Chriſtianæ* conſiſtunt, ſplendor maximus erat cum ſummo ingenio, & pure, apte, diſtincte, ornateque dicendi facultate conjunctus. Quibus adeo excelluit, præſertim in æquabili & temperato ſcribendi genere, ut libri de OFFICIO HOMINIS *Anglice* ab anonymo Editi, & ob mirificam operis in ſuo genere perfectionem per totum orbem Chriſtianum notiſſimi, auctrix & dici, & haberi mereretur. Sacras literas, rerumque divinarum ſcientiam, omniaque quæ à Philoſophis ſive profanis, ſive Chriſtianis de *Officio* gravia & utilia tradita ſunt, æque ac ſe ſcire dicebant viri doctiſſimi *Hammondus*, *Morleyus*, *Fellus*, & *Thomaſius*. In patriis etiam antiquitatibus adeo Illam hoſpitem non fuiſſe audivi, ut eas fere cum primis ſciret. Neque id adeo mirum, cum virum longe doctiſſimum *Nortonem Knatchbull* Baronettum, Tutorem & inſtitutorem Adoleſcens haberet; & conjux facta clariſſimum *Hammondum*, alioſque illius æquales, maximos viros, ſibi quos audiret, adſciſceret.

Neque porro hæc de Genetrice Tua ad rem minus dicta à ſapienti quoquam putari velim: quando nullum majus, naturæve hominis aptius ad virtutem, & vitæ honeſtatem incitamentum eſſe poſſit, quam poſteris majorum, & præcipue liberis, imitanda parentum exempla, & memoriam colendam prodere. Denique adeo non præter inſtitutum, horum quicquam à me dictum arbitror, ut plane nihil iis aptius, magiſve ad propoſitum ſcribere poſſe mihi videar, quibus Tibi ſuadere aut poſſim, aut velim ita facere, ut in Paternis ædibus, ubi humanæ, & divinæ literæ non ita pridem floruerunt, *Saxonicæ*, & *Dano-Saxonicæ*, tum literæ, tum antiquitates, Te auſpice, apud *Wiccios* refloreſcant. Qui olim legendis *Hebræis*, *Græcis*, *Latiniſque* literis fauſtus, & amicus erat; ſtudendis *Saxonicis* adverſus, & contrarius non poteſt eſſe locus. Ibi porticus, atria, propylæa, horti, ambulacra clauſa & ſubdialia, recta & ſinuoſa, omnia ſtudiis commoda. Ibi luci, ſylvæ, nemora, prata, ſaltus, planities, paſcua, & nihil non, quod animum pene à literis abhorrentem ad legendum, audiendumve, & quoviſmodo diſcendum componere & conciliare poteſt. Ibi igitur cum neceſſariis negotiis, curiſque vacuus aut ſis, aut eſſe cupias, Inſtitutiones has *Grammaticas* in manus Tibi ſume. Lociſque beatis in iſtis Tuis, *Daphnes Antiochenſium*, aut *ipſius Elyſii* æmulis, Muſarum quidem domiciliis, natura & arte ad ſtudia comparatis, finge *Saxonicas Muſas* Tibi ſemper propitias adeſſe. Finge in illorum viretis, & quaſi ſacris umbraculis, *Cuthberhtum*, *Cædmonem*, *Bedam*, *Guthlacum*, *Ælfredum*, *Ætheldrytham*, *Æthelſwitham*, *Æthelfledam*, *Edgitham*, & imprimis *Wigornienſes* veſtros Epiſcopos *Oſwaldum* & *Wulfſtanum*, tanquam tot præſentes deos, deaſque Tibi *Saxonicis* literis operam danti ſemper præſentes fore.

Ad

Ad harum ſtudium Te, per illorum Sacros manes ; & Tecum, quorum perſonas hac in præfatione ſuſt ines, *nobiles Anglos*, ut meo ductu animos Veſtros appellatis, hortor & obteſtor. Meminiſſe Vos oportet, Vobiſque ob oculos ponere, majorum & minorum gentium populares, qui in hoc ſtudio, ſive potius palæſtra, ſine inſtitutionum grammaticarum ullo, ſi dicam, *Ariadnæo filo*, ſuis exemplis Vobis præluxerunt. Turpe ſibi duxit Patricius vir *Chriſtophorus* Dominus *Hatton*, ut *Robertum Cottonem Brucæum*, alioſque præteream, Saxonicam literaturam, quaſi contemptui habendam, ignorare. *Henricus Spelmannus* è re familiari ſua minerval annuum dedit *Abrahamo Wheloco*, ut in Academia *Cantabrigienſi* literas *Saxonicas*, publice legendo, & *Codd.* MSS. edendo, quaſi ab orco revocaret. Exteri quoque præclari homines & auctores, *Gerard. Johan. Voſſius*, *Olaus Wormius*, *Patricius Junius*, *Johan. De Laet Antuerpenſis*, Alterque *Caſaubonus*, *Saxonicas* noſtras literas & antiquitates, ut, quoad ipſis liceret, intelligerent ; & ad *Græcas* & *Latinas* adjungerent, omnibus viribus contenderunt. Vobis autem ad illarum cognitionem aditu facto, non amplius jam difficilis, multo minus inſuperabilis, ſed facilis, plana, & expedita via eſt. Facilis, inquam, recta, & expedita via *Saxonicæ* literaturæ opere hoc noſtro ſtrata eſt. Cujus pars hæc prima ad literarum *Saxonicarum* ſcientiam ; totuſque liber ſecundus, quem meo auſpicio ductuque curavi ſcribendum, ad librorum, qui *Saxonice* ſcripti ſunt, notitiam ducit ; tam eorum, qui in lucem emittuntur ; quam qui in membranis exarati jacentes opem Veſtram flagitant, qua tandem aliquando typis edantur. Surgite igitur quotquot eruditi eſtis & Inſtitutionum *Grammaticarum* præceptis generoſos Veſtros animos imbuite ; iiſque ſufficienter parati & muniti, ad libros *Anglo-Saxonum*, *Dano-Saxonum*que, à quibus magna Veſtri pars genus ducitis, evolvendos, qua par eſt diligentia, procedite. Id Vobis faciendum eſt, ſi ſermonis *Anglicani*, in quo tot è Vobis dicendi magnam vim, & facultatem aſſecuti eſtis, origines ; ſi vocum, quibus loquimini, cauſas ; quibus gaudetis libertatum, legum, morum, & conſuetudinum magnæ partis ſi primordia rect e ſcire velitis ; id Vobis omni ſtudio laborandum eſt. Quid enim per Majorum monumenta & imagines, per ſigna, tabulas, & toreumata, cæteraque inſignia gentilitia Veſtra Vobis dignius, quam honeſtiſſima ea ſtudia præcipue colere, quibus maxime ab humilis & agreſtis generis hominibus, *bubulcis*, *paſtoribus*, ac *idiotis*, viri generoſi ac nobiles diſtinguuntur? Nam inter nobiles, & vulgus hominum hoc maxime intereſſe videtur ; quod hi tantum, quantum ſenſu moventur, ad ea ſolum, quæ adſunt, & quæ præſentis uſus ſunt tanquam pecudes ſe accommodant : Nobiles autem, qui liberales, & ſublimes animos bonis artibus, & diſciplinis inſtitutos habent, principia, & cauſas rerum vident ; earumque progreſſus, & anteceſſiones facile perſpiciunt, ſimilitudines comparant, vetuſta novis, præſentibus præterita adjungere ſcientes, atque etiam quæ ventura ſunt. Hæc autem in avitarum literarum ſtudiis, quibus Vos Voſmet exercere velim, potiſſimum feceritis. Quæ quam jucunda, quam libero homine digna, & quam fructuoſa ſunt ; in *diſſertatione* ſingulari, quæ hujus operis pars quarta eſt, multis argumentis oſtendi. Hanc in *Saxonicis* aliquouſque progreſſi, ut diligenter, & æquo animo legatis, à Vobis impetrare velim ; & ſi de antiquæ literaturæ Septentrionalis utilitate ; & imprimis ſi de fructibus ex *Saxonicæ* linguæ ſtudio capiendis in meam pedibus eatis ſententiam ; tum per ſacros Majorum manes, per *Aſas Aſiniaſ*que omnes, per *Angliæ Scotiæ*que *Saxonicæ* notitiam, per jura, moreſque vetuſtos, per veterum codicum pretioſas membranas, &, quæ *Chriſtiano* homine obſecratio magis digna eſt, per *Evangelia Saxonica* vos oro, & obteſtor, quotquot vel in palatio, vel in ſenatu auctoritatem aliquam habetis, & Te imprimis, *Johannes Pakintone*, id omni ope & opera eniti, ut *Collegium aliquod antiquitatum*, quale *Holmiæ* apud *Suecos* eſt ; ſaltem ut prælector aliquis in altera, vel utraque potius Univerſitatum (quibus Orbis pares non habet) quamprimum inſtituatur, qui juventutem *Anglicam* antiquas *Septentrionales* linguas, & præcipue *Saxonicam* doceat, Codiceſque *Saxonicos* MSS. publicandos curet ; & cujus porro curæ fideique poſthumi quorundam doctorum libri rem *Saxonicam*, & antiquitates *Anglicas* ſpectantes, & præſertim quos *F. *Junius* F. F. Academiæ *Oxonienſi* legavit, impenſis publicis edendi demandentur. Crede mihi, Vir ornatiſſime, nihil *Anglicano* nomine indignius, gentive doctæ honeſtæque turpius opprobrium nullum eſſe poteſt, quam, majorum codices, antiquitate ſua venerandos, mucorem & ſitum contrahere, aut pulvere fœdari, aut blattis rodi, aut carie corrumpi ; aut, quod reip. literariæ perinde damnoſum eſſet, tanquam malos angelos in æternis vinculis ſub caligine ſervari, æquo animo ferre poſſe. Quod quidem neque *Galli*, neque *Batavi*, neque *Dani*, neque, qui monumentis ſuis *Sueo-Gothicis* vetuſtis publicandis ad gloriam ſui nominis maxime operam dant, *Sueci* tolerare vellent, id ferre, id pati, id ſinere poſſe *Anglos*, qui eruditione, ac ingenio præſtant, *Anglum* quidem piget dicere. Quamobrem, *clariſſime Pakintone*, cum antiquæ *Septentrionis* literaturæ, & potiſſimum *Saxonicæ* inſtauratio, res tam pulchra, tam honeſta, & liberaliter eductis hominibus tam digna ſit ; pene nunquam quicquam fingere animo licet, quo aut Vobis majorem laudem, aut majorem patriæ Veſtræ gloriam comparare poteritis, præſertim qui *Senatores* eſtis ; quam ita agere, ut per Vos literæ iſtæ quaſi poſtliminio in *Angliam* ſuam revocentur. Illarum theſaurum omnium longe locupletiſſimum *Cottonianum* lege lata ſalvum, ſtabilem, ſecurumque reip. literariæ fore voluiſtis :

---

* Linguæ Anglicanæ Etymologicum magnum. Tatiani Harmon. Evangelic. Francice. Lexicon Saxonicum, Gothicum, Runicum, Iſlandicum, Francicum, *&c.*

ſupereſt pariter privilegio de illis lato, ut cum *Hebræis*, *Græcis*, & *Latinis* à publicis prælectoribus doceri eas faciatis. Id a Vobis ſuaviſſima Majorum memoria; & ab AUGUSTA magnum, à quo genus ducit, *Ælfredi* nomen videtur flagitare. cui parem in animi magnitudine, omne genus eruditione, dicendi, ſcribendique facultate, diligentia, conſtantia, patientia, pietate in deum, numeroque etiam victoriarum, quas de bellicoſiſſimis hoſtibus reportavit, ſi unum excipias *Julium Cæſarem*, antiqua tempora neminem habuerunt.

Verumenimvero, *Johannes Pakintone*, Te non tantum ut *nobilem Anglum*, ſed etiam ut *nobilem Wiccium*, cum omnibus *Wiccii pagi* nobilibus, quos pariter ac Te in hac præfatione compello, ad *Saxonicarum* literarum ſtudium, ſimul & patrocinium *maxime adhortor*. Etenim ut †*Wiccius pagus*, qui **Merciæ*, omnium *Angliæ Saxonicæ* regni longe ampliſſimi, pars, incolarum frequentia, Eccleſia Epiſcopali, & conciliis, quæ GEMOTAS dicebant, celebris erat: ſic *Saxonicæ* literaturæ & vetuſtatis reliquiæ & veſtigia ad *Wiccium* populum ſpectantes; oppidorum, vicorum, fluminum, ſylvarum, camporum, viarum nomina; adhæc voces, phraſeſque, quas à locis, in quibus uſurpantur, *topicas* vocamus; denique chartæ, teſtamenta, acta curiarum, obituaria, terminorum prædialium chorographicæ deſcriptiones; & id genus quidem multa pretioſa, nobilium *Wicciorum* indagatione imprimis digna, quæ in *Saxonicis* verſatum lectorem requirunt; rapinæ *Nortmannorum*, bellorum civilium vaſtationibus, everſis Monaſteriis, factæque etiam contra *Carolum* I. regum optumum rebellionis furori, etiamnum ſuperſunt. Cum de his Sermones cum *Johanne* Patre Tuo haberem, memini quam erant Illi dulces, & *literarum Saxonicarum* quam mirabiles amores in illo excitabant. Me tum primum locorum nonnullorum nomina *Saxonica* recitantem, vocabulumque unum atque alterum *Wicciorum* & finitimorum populorum ad origines *Saxonicas*, rogatu ſuo, revocantem incredibili voluptate audiebat. Nomina locorum, quæ recenſebam, hæc & hujuſmodi fuerunt: Pigopenaceaſtep, *Wigornia*, *Britannis Cear-Wrangen*, vel *Caer-Gorangon*, una ex XXVIII civitatibus nobiliſſimis, quibus, ut Beda loquitur, *Britannia* inſignita erat, *antiquitate*, *longa Epiſcoporum ſucceſſione*, *comitumque ſerie*; *Eccleſia Cathedrali*; *monaſterio in collegium Decani & Canonicorum converſo*; *ſitu ad Sabrinam fluvium amœniſſimo*; *platearum nitore*; *pavimentorum æquabilitate*; *civium humanitate & induſtria ſumma*; *aere ſaluberrimo*; *victuum omne genus copia*; *pannificio incomparabili*; *ſideque ſua in Carolum* II *regem*, *cum perduellionibus de regno armis decertantem*, *urbs cum primis celebris*. Pipia *ſylva* quernea, ſic vocata; Nunc **Pirrywood**, prope Wigorniam arboribus ſpectabilis, juxta quam Rex Carolus II. in adverſo prælio cum perduellionis *Cromwelli* copiis congreſſus eſt. Eouepham, nunc *Evesham* municipium antiquum, olim ob majorum gentium monaſterium celebre; nunc titulo Baronis, quo inſignitus eſt *Johannes* dominus *Somers*, nobilitatum & illuſtre factum. Benning-peopð, Benning-popð, (forſan à Pending-peopð) **Benning-worth**, **Benning-wyrth**, **Bening-wurthe**, nunc **Benge-worth**, olim caſtellum, nunc viculus ad caput pontis *Eoveshamenſis*. Fleotan-bypig, Flodan-bypig, Flodan-bupgh, Fledanbypg, *Fledanburh*, *Fledibiry*, nunc **Flatbury**, vicus ob amœniſſimum ſitum in ripa *Avonis* fluminis celebris. Heanbypig, *Heanbyri*, nunc **Hanbury**. Enihta-tun, **Cnihton**. Eapdulfep-tun, **Earlſton**. Momela, **Bamble**. Epoh-leag, Epohleah, **Crowle**. Snodep-leag, Snodep-leah, nunc **Snodesbury**. Oding-leag, Odinc-leah, *Oduncaly*, *Oduncley*, **Ddingley**. Sceappep-tun, *Sceapweaſtun*, *Scipeſton*, **Shipſton**. Hepe-fopd-tun, *Hereforton*, *Hertfortune*, nunc **Herbington**. Scipenac, **Shurnock**. Lapenn, *Latine Lauuerna*, *Lawern*, **Lauhern**. CROMBA, *Crombe*, **Crome**. Tres loci ſunt in pago *Wicciorum*, qui hoc nomine gaudent: **Crome youngs**, **Crome earls**, & **Crome hill**, alias **Youngs Crome**, **Earls Crome**, **Hill Crome**: Omnes, illuſtriſſimæ *Coventreyorum* familiæ ampliſſimi patrimonii pars. Quorum unum hic *Saxonice* deſcriptum gratia honoratiſſimi Domini, *Thomæ* Dom. *Coventrey*, qua par eſt obſervantia, exhibeo.

V. Hiba æt CROMBAN.

Of pintepbupne onblanz þæf oð hit cymeð to þam Mæpeheze. onblanz þam of þ hit cýmeð upon þa bune. of þæf pertpeapð oð þ hit cýmeð to þæpe ealdan dic peartpeapdpe.

† A *Saxonico* Fic, Fice *ſinus*, vel *angulus terræ latus breviſque*, *ripa* vel *littus incurvum*, *ſive fluminis ſinus*. Wiccii, *Saxonice* Ficpapa, Fic-rætan nomen ſumpſerunt. A Ficpapa vero, & ceaſtep, *urbs*, Wicciorum Civitas Ficpapnaceaſtep, Ficpapenaceaſtep, & abinde per corruptionem Figopa-ceaſtep, Figepa-ceaſtep, Figpa-ceaſtep (unde *Nortmannis* **Wirecester**, à quo **Wurcester**, **Worcester**) Figopena-ceaſtep, Fiagopen a-ceaſtep, Feogopena-ceaſtep, Feogopna-cea ſtep, Figopna-ceaſtep, unde urbs *Latine Wigornia* vocata eſt.

* *Saxonice* Mýpce, Mýpcan, *Mercii*. Mýpcenaland, Mýpcnaland, Mýpcenelanð, *Mercia*. Mýpcenapice, Mýpcnapice, Mýpcene-pice, *Merciorum regnum*. Et Mýpcenalage, Mýpcnalage, Mýpcenelage, *Merciorum ditio*, vel ea Angliæ pars, quæ *Merciorum* legibus regebatur. Mýpce autem, vel à Meapc *terminus*, *finis*, quòd reliquorum *Heptarchiæ* regnorum, ut quod mediterraneum regnum eſſet confinis *Mercia* fuit; vel à Mæpe, *Dano-Gothicè* Mior, *magnus celebris*, & Rice *regnum*, quod *magnum* κατ' ἐξοχὴν *regnum* eſſet, dictum aliqui putant.

þ hit cýmeð on þone mæþepeig. onðlanг þæг þ hit cýmeð on Bicceгettan. onðlanг þæг þ hit cýmeð on þ litle niþig. on þæг a be nolðan þ hit cýmeð on þone aceгhæge. onðlanг þæг on nippanleag. onðlanг þæг miðpeaгðpe þ hit cýmeð to þam lýtlan pege. onðlanг þ oð þ hit cýmeð on Ægleгlonan. onðlonг þat oð þ hit cýmeð eгt in þa bnгnan:.

Bpegneг-гoгð, **Braunford.** þulгeгðeг-hlæpe, *Wulferdeſlawe, Wulferdilea, Wulferieſlay*, nunc **Wulverley.** Loððan-hpicge, *Coddaricge, Coddaricce*, **Codderige, Cotherige.** Biccег-гoгð, Beccег-гoгð, **Beſſeford.** Cujus incolæ, ut puto, in *Crombæ* deſcriptione Biccег-гetan vocantur. Prænobili *Seabrihtorum* familia clarus jam diu eſt hic locus; quam à *Saxonibus* genus duxiſſe vel nomen ipſum oſtendit: quod à *Saxonicis* Se beopht, vel Se bipht, in compoſitione per literarum metatheſin *Sebriht*, omni fere proculdubio derivatum videtur. Idque nominis, vel cognominis, quod *Illuſtrem Illum* ſignificat, præclarus aliquis Saxo, forſan hujus familiæ princeps, præclaris ſuis moribus, rebuſve geſtis apud ſuos meritus eſt. Hpeoð-Mæг-leag, *Hrydmærlege, Hrydmarlege*, **Redmarley.** Týnðebicga, nunc **Tarbeck.** pitleag, pitleah, *Witlaege*, **Witley.** In occidentali parte *Com. Wigorn.* ultra Sabrinam flumen, qua Septentrionem ſpectat, duo propinqui hujus nominis loci ſunt: Quorum alter viri ingenio, doctrina, & humanitate præſtantiſſimi, *Thomæ Foley* armigeri, *Stratfordiæ* in Senatu *Comm. Angliæ* procuratoris digniſſimi, ſedes paterna eſt. Quam per antiquos ſuos limites *Saxonice* duobus modis deſcriptam, ut ſummam erga dominum obſervantiam cognitam facerem, hic exhibitam eſſe volui.

Pitleag. Oг þþim gemæpan peгtpiht on þa ðic. onðlanг þæг on cýllanhpicg. oг þam on Sýlpeg. onðlanг þæг on þa Næþihtanleag ⁊ гpa on þæt гule гluh. oг þæг oгeр buttingaгpaг on Ecclegbnoc. onðlanг þæг on Dopepic. *Iterum.* Oг . . . . mæpun on Sihгeгð. oг þam on гeapnhæge. oг þam on ginðpege. oг ðam to гicacan. oг þam to þnigemæpum. oг þam to cýllanhpicge. onðlanг þæг to þæpe ealðan ðu. oг þæг on гtanbnoc. onðlanг þæг on tæcleгbnoc. oг þam on Bæгepic. oг þam on ðoгepic. onðlanг þæг on гæгepn.

Saldeгeг-Foгða, Saltegeг-Foгða, **Sawford.** Beonet-leag, Beonetleah, **Bentley.** Heopt-lanbýnig, nunc **Hertlebury**, Bpaðincota, **Bradicott.** Pipitun, **Pirton.** Ludileag, Ludileah, *Cuddilea*, **Cudley.** pulгpintun, **Wulvertun.** Accatun *ultra Tamedam fluvium*, nunc **Acton-Beauchamp.** Teoðingtun, **Tedington.** Meapanclif, **Warnclibe, Warncliff.** Uгepabýnig, **Overbury.** Fepretna-tun, **Fepſinton, Fepſton.** penðleг-clif, **Wendlefcliff.** Biphtanpýlla, **Brihtwell.** pica, **Wic.** Gpiman-leag, **Grimley.** Morleag, **Mauſley.** Canulгegtun, nunc **Alſton.** Decег-leag, **Dexley.** Æpfleag, **Apſley.** Hymeltun, *Humeltun, Himmelton*, **Himbleton.** Hpita-hlinc, **Whitelenche.** Hlinc apud *Saxones aggerem limitaneum* ſignificat, quo agri ſive privatorum, ſive publici diſterminantur. hinc tot nomina locorum, præſertim in pago *Wicciorum*, ſumpta: ut **Whitelench, Athlench, Churchlench, Hoblench, Rouſlench.** Elm-*retan, incolæ vici, ut ego judico, qui olim Elmlaege, nunc vocatur **Elmley.** Ombeгretenan, incolæ vici, cui nomen **Ombergley**, Tuo qui *Weſtwoodo* propinquus eſt. Apepe, fluvius ſic dictus, qui oppidum à ſe *Arvechurch*, vulgo **Alchurch** appellatum, noſtras non ita pridem delicias, præterlabitur. pic, **Wyche**, alias **Droit-wyche**, quod à *Dritwyche*, (*drit* autem vox *Nortmannica*, idem nunc ac **dirt** denotat) municipium antiquum ſalſis aquis celebre; & **Wychebolle**, *Saxonice* picanbottle, vel picanbyttle, vel picanbolð, i. e. *villa* vel *aula Wicenſis*, proximo Tibi notiſſima. Hægleag, Hægleah, **Hagley**, vicus prænobili & antiquæ virtutis ac fidei homine, *Carolo Littleton* Baronetto, domino ſuo clarus. Salepeappa, Salopoppa, **Salewearp**, vicus Tuo *Weſtwoodo* proximus, nobiliſſimo domino ſuo ob antiquos mores, & antiquam gentem, unde genus ducit, celeberrimo, *Johanne Talbot* Baronetto clarus, cujus avita ſedes eſt. Locum hunc, qui à vicino fluvio nomen ſortitus eſt, per limites ſuos *Saxonice* deſcriptos hic quin exhiberem, non potui; ut teſtificarem honorem, in quo illum ab amicitiæ noſtræ incunabilis ſemper habui, & habiturus ſum.

Salepeappan. Onðlonг þæpe ea Salopeappe in Lolгoгð. oг þæг in Nælegbnoc. onðlonг þæг Sihtpan in þone Ealðan Secgmop. oг þam onan betpenan ac-puðu ⁊ pulleleah. ⁊ гpa æгpe betpýx þam tpam puðan in Alnabnoce. onðlonг þæг in þone oðepne Lolгoгð. ⁊ гua eгt on Salopoppan:. *Iterum.* Æt Lolгoгða onðlanг þæг гtpeameг. onðlanг þ oð þ hit cýmeð þæp Doгepðæl ⁊

---

* Apud *A. Saxones* aliaſque gentes *Septentrionales*, per Setan & Setenan *Incolæ* exprimuntur, unde nata mihi eſt opinio *Urbes An-ſetenſes* vel *Aen-ſætenſes* non à noſtro Ans vel Anſt, *Goth.* ANSTS, *favor, gratia*, ut olim ſentiebam; neq; à *Franciſci Junii* hANSA, ita dictas eſſe: ſed à *Cimbrico* A, *flumen, aqua*, in regimine Aen, (cujus gen. plur. Anna) & Seat vel Sæt, *ſedes, habitaculum.* unde in compoſitione An-ſæt, An-ſeat, *urbs maritima* vel *fluminea*; Latino-Barbare, Urbs *Anleatica* & *Hanſeatica.* Etenim alias *Germanice* Urbes iſtæ *Anſeaticæ*, An-geſteeden vel Aen-geſteeden dicuntur. Sæt autem vel Seat ſignificare ut Steð, ſtað, ſtæð, ſtat, *ſtationem, ſedem, habitaculum*, & per ſenecdochen *urbem, oppidum, Saxonica* Sumurſætar, *Sumur-ſetenſes*, Doг-ſætar, *Dor-ſætenſes*, vel ſi uſus vellet, *Sumur-ſeatici, Dor-ſeatici*, luculente demonſtrant. Doг-ſæt autem eſt ejuſdem plane ſignificationis ac An-ſæt, Aen-ſæt, Aen-ſeat, ſcil. *oppidũ maritimum* vel *flumineum*, ex *Brit.* Dwr vel Dur, *aqua*, & *Sax.* Sæt, compoſitum. Huc quoq; ſpectant *Sax.* Dun-ſæta, *habitacula in montibus*; Dene-ſæta, *ſedes* vel *manſiones in vallibus*; & *Germanicum* Holt-ſata, *Holtſatia*, vulgo *Alſatia*, quod *Sedes* aut *Habitacula in ſylvis* denotat. *Græce* καθήμενος, οἰκούμενος.

Salepopp tozebepe licgað. onblonz þæp Dopepdæleр onzean rtpeam to Picpopda. rua onblanz þæp dicep onbutan þone pudu. ꝧ rua onblanz þæp dtpæte ymb Lollhill ꝧ rua on Salepeappan. † onb æt Hunizbupnan tpezen Feopþiap. ⁊ xi æcepaр Eaпþlandeр. ⁊ æt Heanleaz iiii æcepaр. ⁊ æt Bipnebupnan ꝧ medpelande to Bæplæzepice. ⁊ on Bpadanmedpad xii æcepaр medlandeр. on Pictune ꝧeopðа dæl pudulandeр: V hida to Fæperleaze. of þæpe rtpæte ðe rceot to Heoptlabýpiz on þa dic. onblanz þæp on þone mop. of þam onblonz zeapdeр on ꝧ lipzeat. of þam on Elmeretene zemæneр. onblanz þæp on Ombepretene zemæneр. onblanz þæp on þa Poptrtpæt. onblanz þæp on Hacedeр-rtubbe. of þæp on Lumbpanpylle. of þæp on Fazan-rtane. of þæp on Æþelnoþeр-cnopt. of þæp anblanz þæp zemæneр ept on þa dic:.

Alii *Saxonicæ* appellationis, ſi non originis, vici, viculique ſunt plurimi in Wicciorum pago, ejuſque confiniis, qui in legendis *Saxonicis* mihi occurrerunt: ut Pulfepdeрhlæpe, *Wulferdiſlea*, *Wulverdeſlawe*, *Wulwardelege*, *Wulfarieſlay*, **Wulverley.** Halleз, *Halleg*, **Hallow.** Spoecр-leaz, Spoercleah, **Spæchley.** Pepercope, Peperсopa, Peprcope, Peprcopa, **Perſhore.** Alii etiam loci multi ſunt, *Saxonicis* nominibus gaudentes, quos in vetuſtis *Sax.* membranis aut non repperi, aut non obſervavi: ut in regio cenſu, **Domesday-book** inſcripto, Bpameр-Lpæf, **Bromeſgrove. Grafton**, in *Saxonicis* ſeculis citra controverſiam Lpæf-tun, vel Lpaf-tun, inclytæ gentis TALBOTORUM ſedes, nunc Carolo, illuſtriſſimo *Salopiæ*, mihi liceat potius dicere, *Scrobisburiæ*, duce, ſplendidior facta & ornatior. Holm, unde *Holm-Caſtle*, vulgo **Hamcaſtle**, nobilis familiæ *Jeffreyſiorum* antiqua ſedes: quæ jam gaudet *Henrico Jeffreys* armigero domino ſuo pererudito. qui privatam vitam publicæ anteponens, avitas ædes, quaſi in Muſæum convertit, ubi reip. adminiſtrandæ poteſtatem aliis laudemque concedens, nobili otio, bonarumque & optimarum artium, & ſcientiarum ſtudio ſe totum quietus & ſuo contentus dedit. Accedant Hind-hlip, *i. e. curſus cervarum*; **Hindlip**, *Thomæ Abington* armigeri, ob *Anglicarum* antiquitatum, & potiſſimum *Wicciarum* Scientiam præclari, avita ſedes. De qua mentio facta eſt in deſcriptione loci *Saxonica* Pendleр-Lliр vocati, quam cum aliis exſcriptam penes me habeo. Fepretnatun, *Fepſinton*, **Fepſton.** Eoplanzelade, i. e. *Compitum* [bivium, trivium, vel quadrivium] *Eowla*. Hujus loci etiam deſcriptionem *Saxonicam* habeo; *Eowla* vero vel *Eowlæ Compitum*, an idem ſit, ac **Yewell**, illuſtriſſimi *Otheri* domini *Windſor*, Comitis de *Plymouth*, paterna ſedes, ex ejus deſcriptione judicent è *Wiccii*, quibus locus iſte notus eſt.

EOPLAN-LELADE.

Of Eoplan-zelade onblanz þæp Bladene. of þæp niðizeр ꝧ rua on Fuzelmæne. of þam on Lilðbeorh. of þam onblanz þæp Sealrtpæt to þan rtan. of þan to þan oþepan rtan. ꝧ rua to þan þniddan rtan. ⁊ to þan reoppðan rtan. of þam to þæne zpenan rtize. of þam to Laxepcanbeorh. of þam on þone aldan peze ꝧ rua oxep þone bpoc. ꝧ ept on þone ealdan pez. of þæp ꝧ rorð onblanz dune a bi heaxdan. onblanz ꝧ oð ꝧ hit cýmeð to þan ealdan rlo. of þam to þam lytlan beorh. of þam on ꝧ ric. anblanz þæp oxep þone bpoc to Heoptpellan. of þæp to Hpetepellan. of þæp a bi þan eaþðland to þan tobpocenan beorz. of þam rorð on zeniht on ꝧ ric. of þam be þan heaxdan, onblonz ꝧ oð ꝧ hit cýmeð to Bladene. onblanz ꝧ oð ꝧ hit cýmeð ept to Eoplanzelade:.

Hactenus, *Johannes Pakintone*, tum ut nobilem *Anglum* Te, tum ut *Wiccium* adfatus, *Saxonicas* literas utrovis nomine à Te addiſcendas eſſe, quod illarum Scientia quàm jucunda, tam utilis; tum maxime quod honeſta, & liberali homine digna ſit, plurimis verbis contendi. Verum enim vero hic mihi temporare nequeo, quin ulterius progreſſus experiar etiam, an Te ut Nobilem, *ſtirpis antiquitate* illuſtrem, ad literaturæ *Septentrionalis*, & potiſſimum ad *Saxonicæ* ſtudium, per Majorum Tuorum manes provocare poſſim? Quanto enim quiſque vetuſtiori ſtirpe ortus eſt; tanto magis illi omni ope, & opera enitendum eſt, ut ſermonem, moreſque temporum, in quibus majores ſui floruerunt, aut à quibus prope vixerunt, ſciat; quippe quos ſane neſcire liberali homini & illuſtri loco nato tantum non turpe, certe indecorum, & natalibus ejus prorſus indignum eſt. Quid in longinquis terris, & temporibus, apud Græcos Romanoſque dictum, factumve ſit, illorum libris diligenter incumbentes nobiles noſtri liberaliter inſtituti, ut cognoſcant, quaſi æmuli certant. Quid vero domi ante ſexcentos, vel octingentos annos ab atavis ſuis, quove ſermone dictum eſt; quid ab iis factum, quove linguarum genere, vel quibus in membranis, quas geſſerunt res poſteris proditæ ſcribuntur, adeo ſcire non avent, non curant, ut ea plane quaſi à ſe penitus aliena nonnunquam maxime aſpernentur. *Romulum*, *Numam*, *Brutos*, *Scipiones*, *Catones*, *Cæſares* crepant, qui à quibus ortum & nobilitatem ſuam ducunt ignorant, veteraque *Græcorum*, *Romanorum*que *Codd.* fragmenta mirantes auro pretioſiora habent; dum monumenta à majoribus ſibi relicta, antiquaſque literas, quibus committuntur, parvi & fere nihili æſtimantes, tineis & blattis turpiter dedunt; &, quod pudet dicere,

† Hic deſcripti *Salewearpæ* finis eſſe videtur. Quæ ſequuntur aliorum prædiorum locorumque adjacentium deſcriptiones, meo judicio habendæ ſunt.

non

non raro piſtoribus, & cocis, non ſine maximo majorum contemptu, ſuique ingenti dedecore, illorum copiam faciunt; aut ſi facta ſit ab aliis, graviter non ferunt. Ita qui foras aquilæ eſſe cupiunt, domi eſſe talpæ contenti ſunt; & contra id, ad quod natura hominis comparata eſſe videtur, è nobilibus noſtris multi, qui ſtirpium ſuarum vetuſtatem, & propter eam, ſe magni faciunt; vetuſtos tamen majorum *Codices*, vetuſtos mores, vetuſtique ſermonis progreſſus, quo locuti ſunt, tantum abeſt, ut ſcire ſtudeant; ut illorum ſcientiam modico ſtudio aſſequi, neque operæ pretium, neque dignitatis ſuæ, neſcio quomodo quaſi prava opinione ducti, arbitrentur. Verum longe ſecus, ac hujus ingenii nobiles, *Chriſtoph.* Dominus *Hatton*, cæterique *Philo-Saxones*, quos è noſtris ſupra memoravi, claris & antiquis familiis oriundi, de rerum iſtarum ſtudio ſentiebant. Idem cum illis minime ſentiebat nunquam ſatis laudandus *Dufreſnius* Gallus, Dominus *du Cange* ex antiquo & nobili genere profectus. Porro longe ſecus, ac illi, de literatura *Septentrionali* jam ſentit *Sparvenfeldus* Suecus, ſuorum decus, exterorum admiratio & deliciæ, claris parentibus ortus, qui ad *Gothicas* literas & antiquitates illuſtrándas, illarumque remp. ampliandam, magnam antiqui orbis partem ſub auſpiciis ſui Regis nuper peragratus eſt. Denique, ut par eſt credere, neque prænobilis ille *Gulielmus Pakinton*, qui fortiſſimo illi imperatori ante trecentos & triginta annos, *Richardo Burgidalenſi*, NIGRO dicto, principi quum à ſecretis, tum ab ærario fuit, literarum *Saxonicarum* notitiam quantum hujus ſeculi nobiles, tantum contemnere potuit, aut tam pingui, & plane plebeio more de illis cogitare & loqui. Ille enim qui Regum *Angliæ*, *Johannis*, *Henrici* III. & *Edwardi* II. vitas ſcribere, reſque ab iis geſtas *literis Gallicis* prodere voluit, quibus uſa eſt *Anglia Saxonica*, & *Nortmannica*, Sermones Sermonumque dialectos non potuit, me judice, non intelligere, atque ſuperiorum temporum membranas ſcrutari. At neque à doctiſſimo *Gulielmo* illo *Pakintoniam gentem* originis ſuæ initium ſumpſiſſe Tu bene noſti, qui in archivis habes duas antiquas chartas; alteram *Roberti Specheſl* pictoris *Wigorn.* quæ, ut ex manu conjicere licet, ante cccc. annos confecta erat; alteram autem *Roberti* de *Witinton* clerici, quæ quingentorum annorum antiquitatem, tum in ſcriptura, tum in cera pendente nondum cum ſcuto gentilitio ſignata, præ ſe fert. Ambæ hæ chartæ antiqui ſplendoris, & nobilitatis familiæ tuæ monumenta ſunt. Nam illa obſignata erat, præſentibus, cum aliis, teſtibus *Ricardo* de *Specheſl*, & Hugone de PAKINTON *militibus*. Hæc vero præſentibus (verba chartæ pono) *dominis Petro de Wike*, *Hugone* de PAKINTON, *Alexandro* de *Abbetot militibus*. Ex horum *Hugonum* juniore *Gulielmus ille* ante memoratus ortum duxiſſe, quemadmodum à ſeniore, cujus nepos pronepoſve fuit, junior ille Hugo genus traxiſſe videtur. Præterea neque Hugo ille grandior ætate familiæ veſtræ Caput magis exiſtimandum eſt, quam ſuæ fuit *Alexander ille* de *Abbetot*, qui citra controverſiam ab *Urſo* de *Abbetot* Vicecomite *Wigorniæ*, quem ſecum *Gulielmus Conquæſtor* dictus, in *Angliam* duxit, oriundus eſt. Huic ſententiæ noſtræ id maxime favet, quod, regnante *Henrico* I. *Conquæſtoris* filio, cum *Angli Saxonice* loquerentur, ex charta fundationis Monaſterii *Kenelworthenſis*, quam in archivis ſuis ſervat rei antiquariæ magiſter ſupra laudatus *Th. Abigtonus*, gentem *Pakintoniam* floruiſſe conſtat. Mitto dicere de avo Tuo *Johanne*, Baronetto. quem adeo dilexerunt *Wiccius* populus, ut cum perduelliones in illum coram quæſitoribus ſuis litem capitis ob id intenderent, quod in exercitu, quem Rex *Carolus* II. prope *Wigorniam* luſtrabat, turmæ præfectus equitaret; nemo tamen ex iis reperiri potuit, qui minis, præmiiſve denuntiatis adductus, contra illum de hac re teſtimonium ferre voluit, unde liberatus erat. De majoribus Tuis, viris, in ſuis temporibus, ampliſſimis, qui regnantibus *Elizabetha* Regina, & *Henrico* VIII Rege claruerunt, mitto etiam loqui. Quorum ex numero erant *Johannes Pakinton*, eques auratus, & *Johannes* ejus filius, quos forte commemoravit R. *Bradeyus* p. 35. adpendicis ad librum ſuum de *Burgis* Anglice Scriptum, & inſcriptum. Hi originem traxerunt à *Johanne Pakinton* equite aurato, cui Rex *Henricus* VIII Sanctimonalium *Weſtwoodenſium* prædia conceſſit. Quæ Ille *Thomæ Pakinton* equiti etiam aurato ex fratre nepoti ſuo reliquit. Cujus filius *Joh. Pakinton* eques etiam auratus, ædibus *Weſtwoodenſibus* ſtructis, hæredem reliquit *Johannem Pakinton* ex filio nepotem ſuum, qui factus Baronettus eſt. Genus, ſtemmata, majorum monumenta, imagines, ſigna, vix Tua Te vocare ſcio, qui non ex fortunæ donis, quæ ſapientibus cum inſanis communia ſunt; ſed ex ſolis animi bonis, quæ auferri, quæ eripi, quæ amitti non poſſunt, homines æſtimandos putas: qui etiam laude dignum gerere animum, quam ex antiqua & ampliſſima familia fortuito eſſe natum, multo nobilius, & clarius ſemper exiſtimaſti. Hoc etſi cognoſcerem, de proſapia Tua aliquid tamen mihi dicendum eſſe cenſui, quod ad antiquiſſimam & nobiliſſimam majorum colendam linguam hortari antiquiſſimi & ampliſſimi generis hominem ad præfationis inſtitutum maxime fore judicavi.

Quamobrem cum ex ſtirpe tam antiquâ profectus ſis, & jure ſucceſſionis tot præclaros viros repræſentes, quibus *lingua Saxonica*, & *Normanno-Saxonica* vernacula erat: jus ipſum repræſentationis, tot tantorumque ſuperiorum memoria, quæ officio vacare non poteſt; pium illud, & laudabile ſtudium cognoſcendi qui illorum mores, quis qualiſque ſermo, & quis *genius* illorum, tam ante, quam poſt conquæſtum fuit; ut verbo dicam, illud ipſum, quod ex his rebus conflatur, & efficitur *honeſtum*, Te ex atavis ſeu *Anglo-Saxonicis*, ſeu *Anglo-Normannicis* editum, ut utriuſvis populi literis, & antiquitatibus intelligendis des operam, flagitare videntur. Quemadmodum igitur *Gulielmus* ille *Pakinton*, neſcio à quoto cognationis gradu Superior Tuus, iis in ſtudiis, ut opinor, Suo Tibi anteivit exemplo: ſic Tibi id curandum eſt, ut *Tuos* Tuo

in iisdem præcedas. *Tuos* dico imprimis natos & nepotes; tum etiam Populares *Wiccios* universos, tum maxime ex iis, qui ad hæc studia ætate aptiores sunt, summæ spei adolescentem *Thomam Seabriht* Baronettum, & ornatissimos fratres *Littletonos*. Surge igitur, & ad legendam Grammaticam nostram *Anglo-Saxonicam*, Te, quamprimum à negotiis vacaveris, accinge. *Anglo-Saxonicam*, inquam, Grammaticam lege usque ad finem XVII, seu potius XVI Capitis, ubi in literarum *Saxonicarum* studio tyronibus sistendum est. In istis etiam legendis *Capp.* omnia quæ ad *Mœso-Gothicas* literas docendas traduntur, studiose Tibi prætereunda sunt, ut solis *Saxonicis* discendis sine perturbatione animum adpellas, quam incommodus, & sine ordine confusus utrasque simul discendi mos Tibi certissime creabit.

Perlectis istis *Capp.* præceptisque in iis traditis mediocriter instructus, ad legenda Evangelia *Saxonica*, quæ *Th. Mareschallus* Dordrechti edidit, quamprimum Te confer, ut quæ *Foxianis* multo castigatiora, magisque discentibus commoda sunt. His facile superatis, ad Psalmos *Saxonicos* à *Johanne Spelmanno* editos procedas. Quorum justa parte explicita, ad Heptateuchum *Saxonicum*, quem *Edw. Thwaitesius* noster purissimum *Oxoniæ* publicavit, cum spe & animo pertendas. Deinde *Ælfrici* dissertatiunculam de veteri & novo testamento, & ejusdem homiliam paschalem ordine ad legendam pergas. Hinc ad Regis *Ælfredi* versionem Ecclesiasticæ historiæ *Bedæ* paraphrasticam summa cum expectatione progrediaris, utpote quâ nunquam ipse *Cæsar*, *Cicero*ve in mediocri dicendi genere quicquam perfectius scripsit. Ab hac ad aliam sive ejusdem Regis, sive *Werefrethi* Episcopi *Wigornienſis* Paraphrasticam translationem, scilicet librorum *An. Man. Sever. Boetii* de Consolatione Philosophiæ, quam accuratissimam *Oxoniæ* in lucem emisit *Christoph. Rawlinson* Armiger, *Plantagenetiades*, imperterritus proficiscaris. Qua tandem perlecta Canones & Leges, quas in primo Conciliorum tomo *Saxonice* edidit *Henricus Spelmannus*, facile percurras; inde ad Archaionomian *Lambardi*, sive quam *Ille*, sive potius quam *Whelocus* denuo edidit, bonis avibus ascensurus.

His tandem non indiligenter lectis, ad harum Institutionum præcepta *Mœso-Gothica* perlegenda constanti animo progredere. Quibus sufficienter eruditus, ad Evangelia *Gothica*, quæ cum *Anglo-Saxonicis* excudi curavit *F. Junius* F.F. cum summa delectatione perlegenda ut properes jubeo, si linguæ *Anglo-Saxonicæ*, *Francicæ*ve causas scire, aut illarum cognitionem, quam Logici *demonstrativam* vocant, adipisci velis. Harum enim linguarum & dictæ *Mœso-Gothicæ* eam senties esse cognationem, ut alterarum alteram *Communem matrem* esse habendam mecum non poteris, quin propterea judices, quod veteris Angliæ Germano-Saxonicus sermo, Francicusque, quem Franci in Germania Galliaque usurparunt, Gothicam istam, quam magnis viris auctoribus, *Mœso-Gothicam*, & *Ulphila-Gothicam* vocavi, tum forma & facie, totiusque quodammodo corporis specie, tum moribus, si dicam, & ingenio, quemadmodum filia parentem, refert. Quod cum apud me diligenter sæpius, & attentius perpenderem, existimare cœpi aut ULPHILAM Mœsiæ Antistitem, ejusque populum à Græcis fortasse *Gothos* dictos, reipsa *Teutones* fuisse; aut, quod magis credo, *Teutonem* aliquem Uphilæ sive æqualem, sive illo forsan superiorem, *Argentei Codicis* esse Auctorem. Dico *forsan superiorem*, quia Germanos doctrinam Christianam ante *Irenæi* tempora amplexos esse constat ex ejus verbis lib. I. cap. III. Καὶ ὅτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρύμεναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασι. Verum præterquam quod istius codicis sermo, à *Bon. Vulcanio*, *Usserio Armachano*, F. *Junio*, & *Mareschallo* Gothicus vocatus, pervetustus *Teutonicus* esse videtur, accedunt rationes, propter quas Teutonicus homo istius Græcorum *Evangg.* traductionis auctor haberi; & probabiliter dici potest. Nam Primo, † *Monasterii Germanici* liber, Codex Argenteus erat. Secundo, nulla in illo *Areianæ hæreseos* vestigium, cujus *Ulphilam Mœso-Gothicum* fuisse suspectum historici tradunt. Tertio, Argentei Codicis literæ *Runis* Scandinaviæ & circumjacentium regionum, unde Gothi in Mœsiam profecti sunt, & *figura*, & *ordine*, & *numero*, *numeraliumque notarum* usu longe diversæ sunt. Quarto multis in locis liber is convenit cum Græco Evangeliorum Codice * *Bezæ Cantabrigiensi*, quem Latinæ Ecclesiæ librum fuisse, tum *Latina* versio, tum manus in qua describitur, tum etiam plurimæ lectiones, ab omnibus Ecclesiæ Græcæ vetustis *Evangg.* Codicibus differentes, ostendunt. De-

---

† Vid. lib. qui Anglice inscriptus **The life of the most Reverend Father in God** JAMES USHER, *&c. Londini* prodiit MDCLXXXVI. p. 563. Argenteus ille codex membranaceus, qui quatuor Evangelia aureis & argenteis literis *Gothice* descripta continebat, ad *Werdeni* sive *Werdinensis* monasterii bibliothecam pertinuit in regione *Bergensi* quatuor fere à *Colonia* Germanicis miliaribus distantis. * Sed Codex *Bezæ* vetustissimus, cujus lectionem non raro noster imitatur, habet ὕδατος ψυχροῦ. *Mareschalli* observat. de versione *Gothica*, p. 403. Firmat tamen hanc nostram conjecturam, quod vetustiss. *Bezæ* Codex, cujus vestigia hic noster frequenter premit, in Gr. legerit διὰ τῶν μαθητῶν. Latine *per discipulos*. *Ibid.* τὰς τελέους αὐτοῦ *Goth.* **STAIGRS GRÞS ÞNSARIS**, *Semitas Dei nostri*, sic Codex *Bezæ* vetust. in Gr. τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. In Lat. *Dei nostri*. p. 413. Inter variantes Codicum Evangeliorum lectiones in Bibliorum Polyglottorum Tomo VI notatas me Codice *Bezæ* vetustissimo haud parum adjutum fuisse in lectione illa *Græca*, quam ob oculos habuisse videtur *Interpres Gothicus*, discernenda, & ego libenter recognosco, & citationes pervetusti illius monumenti frequentiores abunde testantur. p. 484

nique

nique ſi curioſus lector literas Argentei Codicis cum *Græcis* & *Latinis* Codicis *Laudenſis* Actorum SS. Apoſtolorum, qui in Bibl. *Bodleyana* adſervatur, conferre velit, ſentiet illas exceptis ⊙ & ψ ex iſto, vel alio id genus Latinæ Eccleſiæ libro omnes eſſe ſumptas, quemadmodum in Gramm. *Anglo-Saxonicæ*, & *Mæſo-Gothicæ* cap. I. oſtendimus. Dico *ex iſto*, vel *alio* id genus *Latinæ Eccleſiæ libro*, quippe quod codicem illum haud ſecus ac *evangg.* Bezanum *Cantab.* quum *Latina* verſio, tum manus tam *Græca* quam *Latina Latinæ* Eccleſiæ librum fuiſſe probant. Ad *Germanicam* etiam bibliothecam perinde ac *Codicem Argenteum* olim pertinuiſſe, atque ex *Germania* ad ſempiternæ memoriæ Archiepiſcopum codicem *Laudenſem* eſſe tranſmiſſum, in una literarum quas ad Univerſitatem *Oxon.* dedit ὁ Μαικήνας, ſe legiſſe me certiorem fecit *Humphr.* noſter *Wanleyus*. Quod porro ut argumentum, meo quidem judicio, non contemnendum, adduci poteſt, ad probandum Græcorum *Evangg.* Gothicæ dictæ verſionis doctum, qui illam patriæ temporiſque ſui literis partim ad *Græcas*, partim ad *Latinas* formatis deſcripſit, *Teutonem* aliquem fuiſſe auctorem.

Verum ut eo revertatur, unde paululum declinavit oratio, Evangeliis his ſive *Mæſo-Gothicis*, ſive *Teutonicis*, ſtudioſe perlectis, Grammatica *Iſlandica* Tibi diligenti manu verſanda eſt, ſi huc uſque progreſſus ad purioris *Anglo-Saxonicæ*, & Argentei Codicis antiquiſſimæ linguæ ſcientiam, & *Dano-Saxonicæ* doctrinam velis adjungere. Hujus Grammaticæ regulis recte inſtitutus ad ſtudioſe legendam juſtam aliquam *Bibliorum Iſlandicorum* partem pergendum eſt; imprimis Evangelia, quæ cum *Ulphilæ* putata Evangeliorum *Græcorum* verſione *Gothica Latinis* literis impreſſa, *Stockholmiæ* excudit doctiſſimus *Georgius Stiernhielmus* Anno MDCLXXI. Hinc progredere ad legendam EDDAM *Iſlandorum* à *Petro Johanne Reſenio* Hafniæ publici juris factam, vel quamvis SAGARUM, *i. e.* hiſtoriolarum, quas in haud exiguo numero *Dani*, *Suecique* cum magna ſua laude publicaverunt.

Præcipue vero liber Heims Kringla inſcriptus verſione gemina per *Johann. Perinskioldum* illuſtratus Tibi cum primis legendus eſt. quippe qui continet hiſtorias Regum Septentrionalium à *Snorrone Sturleſonio Iſlando-Gothice* conſcriptas. Quas quis *Gothicæ* linguæ rudimentis mediocriter tantum inſtructus non ſolum ſine tædio, ſed cum magna voluptate poſſit legere. Etenim crede mihi, *Johannes Pakintone*, in id genus librorum lectione aliquo modo exercendi ſunt, qui *Dano-Saxonicam* dialectum, & quæ *Dano-Saxonice* ſcripta apud nos ſuperſunt, recte intelligere cupiunt. Imo linguæ *Gothicæ*, ſive ea *Iſlandica*, ſive *Scandica*, ſive *Norvegica*, *Suecica*ve dicenda eſt, non tantum admodum utilis, ſed quodammodo neceſſaria aliqua ſcientia illis eſt, qui illorum cognitionem aſſequi volunt, quæ de dialecto *Dano-Saxonica*, partim ligatam metricamque orationem, partim ſolutam ſpectanti in Inſtitutionibus noſtris tradidimus. Quibus à lectore rite lectis, & intellectis, cum fructu, & delectatione facile leget tam quæ in ſtricta, quam quæ in ſoluta oratione *Dano Saxonice* ſcripta, poſteris majores noſtri prodiderunt.

In illo genere ſermonis ſcripti ſunt verſus veri illius *Cædmonis*; quorum ſpecimen, quod *Beda* nobis reliquit, deſcriptum ex antiquiſſimo Codice cernas in *Humphredi Wanleyi* Catalogi p. 287. Quod Tibi obſervandum eſt, propterea quod Specimen iſtud *Bedanum*, ſeu potius *Ælfredanum* in multis ab illo differt, quod ex impreſſo *Wheloci* libro deſumptum exhibuimus Grammaticæ *Anglo-Sax.* p. 187. In illo, inquam, ſermonis genere ſcripta erant veri *Cædmonis* Carmina; ſcilicet in ſermone *veterum Anglorum*, qui *Jutis* tum confines, tum cognati erant, ac quorum proinde Sermo ad veterem *DANICUM proxime accedebat, ut *Cædmonis* verſus à *Wanleyo* deſcripti & aliquibus vocibus *Danicis*, & voces ſcribendi ratione demonſtrant. Hinc fit, ut veterum *Anglorum* Sermonis, qui in Borealibus *Angliæ* partibus conſederunt, tam ſimilis ſit poſteriorum temporum *Dano-Saxonica* dialectus, in qua etiam ſcripta eſt *Geneſeos paraphraſis poetica*, quam editor ejus *F. Junius* & Sermonis metrique, & argumenti ſimilitudine deceptus *Cædmoni* adjudicavit. In hac etiam dialecto, quæ *Angliam* fere omnem perſonabat, multa alia condita ſunt poëmata, quorum haud paucorum, quæ jam extant, notitiam, *Humphr. Wanleyi* librorum Catalogus Tibi ſuppeditabit.

Quoad dialectum, quam in his Inſtitutionibus *Nortmanno-Saxonicam*, & nonnunquam *Anglo-Nortmannicam* dixi, nihil plane aliud eſt, quam *Dano-Saxonicæ* corruptior pars. Etenim *Nortmanni*, qui *Angliam* à *Danis* dominis *Dano-Saxonicam* factam ſibi ſubjecerunt, quamvis à *Neuſtria* huc profecti, origine *Dani* & *Norvegi* erant, ante à majoribus ſuis depravatam *Saxonicam* linguam vocibus novis exoticis, tam *Danicis*, quam *Gallicis*, & *Franco-Gallicis*, data opera, contaminabant; & quoad poſſent, & liceret, extinguere conabantur.

Supereſt, *Johannes Pakintone*, ut quæ in hac altera Inſtitutionum *Anglo-Saxonicarum* editione acceſſerunt, paucis dicam. In capitibus ſingulis à principio primi ad decimi ſeptimi finem, plurima tum præcepta Grammatica, tum lectiſſima exempla lectoribus imprimis utilia, tum vero tabellæ *ſculptæ* haud paucæ adduntur. Quæ, ſi illarum primam cum ſecunda hac editio-

---

*DAN & ANGUL, à quibus *Danorum* cœpit origo patre HUMBLO procreati. - - - ex quibus *Angul*, à quo Gentis *Anglicæ* principia manaſſe memoriæ proditum eſt. --- cujus ſucceſſores poſtmodum *Britannia* potiti priſcum Inſulæ nomen novæ patriæ ſuæ vocabulo permutarunt. *Saxo Gr.*

ne

ne diligenter contuleris, non ſine aliqua voluptate clariſſime cernes, quantum hæc illam ſuperat; opuſque ipſum ad incudem revocatum, quod non arroganter dictum puta, ſingulari opera & non abſque laudabili quadam artis ſpecie jam tandem elaboratum dicas.

A capite *undevigeſimo* ad finem omnia nova ſunt. Verum in hæc parte nonnulla quæ dicuntur capita tractatus juſti ſunt, præcipue vigeſimum tertium de *Poëtica Anglo-Saxonum* inſcriptum, quod in *beßalibus Chartis* ſi cum præfatione per ſe foret excuſum, juſtum librum putares. Quod *tabellas, chartas, characteres ſeu typos novos*, aliaque *vetuſtatis Saxonicæ* monumenta attinet, quæ hanc alteram Gramm. *Anglo-Saxonicæ* editionem, & imprimis nova illa capp. exornant, & illuſtrant, ſi non omnia prorſus neceſſaria, magno tamen uſui diſcentibus fore; lectoreſque, præſertim qui curioſi ſunt, fructum cum animi oblectatione ex iis capturos, niſi me de meis fallat augurium, cenſebitis & Tu, & quotquot Tui candore ſimiles, æqui rerum arbitri ſunt. Qui aliter ſentiunt, ſiqui forte tam duri cenſores ſunt, oratos illos velim, ne exiſtiment me inani gloria, aut aliqua oſtentationis cupidine ductum, illa eam ob cauſam exhibuiſſe, ut ſplendidior, & auguſtior iis facta Grammatica noſtra prodiret; multo minus ut illorum ſplendore captos iri lectores putarem; ſed quod φιλαρχαίοις, præſertim *Anglis Scotiſque* fore illa jucunda ſimul, & utilia ſpectatu judicarem; tum maxime quod tot præclara majorum monumenta, ut in tenebris perire ſinerem, à me non facile poſſem impetrare.

Præterea monendus es, ſi *harum Inſtitutionum* lector eſſe velis, illarum quaſi partem haberi debere de *antiquæ literaturæ Septentrionalis utilitate diſſertationem epiſtolarem*, quam ut ſcriberem *Bartholomæus Showere*, eques auratus, vir juris *Anglicani* prudentiſſimus, plurimis argumentis ſuadebat. Imprimis autem illam à me ita comparatam eſſe voluit, ut ſi mea ars id efficere poſſet, in ea legenda ad linguarum *vett.* Septentrionalium ſtudium juris noſtri civilis ſtudioſi potiſſimum excitarentur. Quem ad finem auctor etiam mihi eſſe voluit, ſi unquam quidquam in monumentis ſive *Anglo-Saxonicis*, ſive *Anglo-Nortmannicis* obſervaſſem, quod rem noſtram foreſem, judiciariamque ad illuſtrandam aliquo modo conduceret, ut id omne in iſta diſſertatione proferrem. Quamobrem de *Curiæ Comitatus* dignitate & auctoritate, quæ apud *Anglo-Saxones, Dano-Saxonesque* fuit, & *duodecimvirali* cauſarum judicio, ejuſque apud nos origine, tanto viro morem gerens ibi multa diſputavi; verum an recte apteque, an ſecus, candori Tuo judicandum relinquo. Tum, cum de his ſcriberem, actorum in Curia Com. *Cantiana*, regnante *Stephano* Rege, hanc tabulam non vidiſſem, quam hic porro exhibere viſum eſt, quod rei antiquariæ ſtudioſis non poteſt non eſſe grata, & quod in illa acta eſſe dicta *juratorum duodecimviralium* de exordio, & origine quæ ſcripſimus illuſtrare, & confirmare videntur.

Ælwardintune eſt terra Monachorum aeccleſiae Chriſti Cant. & de menſa eorum. Iſta terra dat 4 lib. & 10 ſol. ad victum eorum, & 3 ſol. ad altare Chriſti pro omnibus ſervitiis & conſuetudinibus quae ad terram pertinent. De iſta eadem terra, quidam Vicecomes Radulfus Picot nomine, Scottum & Denegeldum & de Murthru & cetera quae de terris reddi ſolent, exigebat injuſte. Tandem autem poſt multos ſermones & Placita inde habita, ventum eſt in Comitatum quod idem Radulfus apud Caſtainers tenuit. Et ibi *per judicium totius Comitatus* oſtenſum & diratiocinatum eſt à *Juſticiis vel miniſtris Regis*, vel ab alio aliquo nichil omnino de praedictis exigi vel accipi debere, nec aliquam poteſtatem ſuper eandem terram habere praeter Monachos aeccleſiae Chriſti Cant. quia Dominica terra eorum eſt. Iſti nominatim praeſentes fuerunt in Comitatu ubi hoc diratiocinatum fuit. Actum eſt autem hoc tempore regis STEPHANI, & Archiepiſcopi THEODBALDI ſub praedicto Vicecomite apud Caſtaners, anno ab incarnatione domini noſtri IHV̄ Chriſti M°. C°. L. III°. Radulfus Picot, Aſcketinus de Retlinga, Ricardus Caſtel, Thomas de Sancta Margareta, Malgierus, Willelmus de Ticheſei, Reginaldus Dapifer, Willelmus filius Ansfridi, & Radulfus frater ſuus, Hunfridus de Wotringeburgh, Philippus de Tanga, Rogerus Folet, Turſtanus Dapifer Epiſcopi, Gerardus de Hardes, Rodbertus de Cloevile, Guido le Napier, Willelmus de Heſetesford, Stephanus de Kennardintune, Thomas de Eſſendune, Rodbertus le Vethel, Petrus de Otteham, Hugo Brutin, Thomas de Ledeſinge, Heielnoth praepoſitus de Hollinga, Florent de Boſentune, Alanus de Retlinga, Remberd, Hugo filius, Thomas de Bockynga, Rodbettus le Arbleſtir, Rodbertus Pel de Du, Æielwinus de Cliva.

Accedunt etiam ad *Diſſertationem Epiſtolarem*, tanquam ſupplementum ejus, ſeu magnum potius decus, viri humaniorum literarum maxime gnari *Andreæ Fountaine*, equitis aurati, numiſmata *Saxonica*, quæ Tibi tam grata fore ſpero, quam quod gratiſſimum, & *Saxonicæ* literaturæ amore accenſura eſſe lectoris animum.

Denique Te rogo, ut *Gramm. Anglo-Sax.* p. 88. l. 5. poſt *Extat*, addere velis *nonnullas iſtorum temporum Chartas*. Quæ verba, qui autographum noſtrum exſcripſit, caſu prætermiſit. Quod reſtat, D. O. M. obnixe precor, ut Te patriæ diutiſſime conſervare velit; & cum poſt plurimos annos tandem è corpore exceſſeris, ut facilis Tibi ſit ad Superos curſus. Inſuper Familiæ Tuæ dignitatem & amplitudinem ut Pater cœleſtis ſemper etiam conſervet, tueatur & augeat, quotidianis precibus ab Illo ſupplex petit Tuus *Georgius Hickeſius*. Vale.

Londini IV idus Jun.
A. D MDCC.III

Index *Capp.* Grammaticæ Anglo-Saxonicæ & Mœso-Gothicæ.

Cap. I. *De Literis & Literarum regulis.* pag. 1.
Cap. II. *De Articulo* definito, *ſive Pronomine demonſtrativo.* p. 6.
Cap. III. *De Nomine.* p. 9.
Cap. IV. *De Adjectivis.* p. 16.
Cap. V. *De Pronominibus.* p. 20.
Cap. VI. *De Nominibus Numerorum.* p. 31.
Cap. VII. *De Verbo.* p. 35.
Cap. VIII. *De Verbo Activo Regulari.* p. 39.
Cap. IX. *De Verbo Paſſivo.* p. 48.
Cap. X. *De Verbo Impersonali* p. 52.
Cap. XI. *De Verbis Anomalis, ſive Irregularibus.* p. 53.
Cap. XII. *De Adverbiis.* p. 56.
Cap. XIII. *De Conjunctionibus.* p. 61.
Cap. XIV. *De Præpoſitionibus.* p. 63.
Cap. XV. *De Interjectionibus.* p. 71.
Cap. XVI. *Regulæ Syntaxeωs.* p. 72.
Cap. XVII. *Supplementum ad Grammaticam.* p. 78.
Cap. XVIII. *Paralleliſmi lingg.* Goth. & Sax. *cum* Iſland. p. 82.
Cap. XIX. *De Linguæ* Anglo-Sax. *Dialectis.* p. 87.
Cap. XX. *De Dialecto* Dano-Sax. *in Soluta Oratione.* p. 88.
Cap. XXI. *De Dialecto Poetica, præſertim de Dialecto Poetica* Dano-Saxonica. p. 101.
Cap. XXII. *De Dialecto* Nortmanno-Saxonica. p. 143.
Cap. XXIII. *De Poetica Anglo-Saxonum.* p. 177.
Cap. XXIV. *De Poetica* Semi-Saxonica, *ſive corrupta Poeſi* Anglo-Saxonum. p. 222.

CAPUT PRIMUM.

De Literis, & Literarum Regulis

UEMADMODUM philoſophi, qui corporum naturam tradunt, primum de elementis, ac poſt de iis, quæ ex elementis naſcuntur, ordine ſolent auditores ſuos inſtituere: ſic *Grammaticis*, quos non minus quam philoſophos, ſive phyſicos, ſive mathematicos, ut ordine quæque tradant, docendi ratio requirit, prius de literis, quæ ſunt elementa vocum, & primordia orationis, & de earum numero, forma, & poteſtate tractandum eſt, quam ad orationis partes, & partium orationis ſyntaxin procedere eis liceat: nempe quia una omnium artium, & ſcientiarum præceptoribus lex eſt, ut iſta ſemper, quamvis parva, primo loco tradenda ſint, ſine quibus magna, & cognitu digniora, nec ſciri, nec conſiſtere poſſunt.

legitur ꝼeꝺoꝼeꝼ, in gen. ſing. Math. XXVIII, 20, cod. interl. evang. *Cott.* ubi quoque vide Joh. VI, 39. [1] Leꝼcẏ, *calcei*, eſt plurale monoptoton. Sic bꝛoþoꝛ, *frater*, & moꝺoꝛ, *mater*, ſunt heteroclita, quæ faciunt in obliquis ſing. num. bꝛoþoꝛ, & bꝛeꝺeꝛ, moꝺoꝛ, & meꝺeꝛ. bꝛoꝺoꝛ autem in plur. ſequitur formam tertiæ declinationis, reddens bꝛoꝺꝛu & ȝebꝛoþꝛu. Hiſce addantur ꝼoꝳ, *pes*, boc, *liber*, quæ faciunt in recto & accuſ. plur. ꝼeꝳ, [2] bec. Monoſyllaba in æ deſinentia ſunt quoque monoptota in ſing. num. ut ꝼæ *mare*, æ, *lex*. Man, *homo*, cum compoſitis, facit in dativo ſing. & in nom. & accuſ. plur. men: ut, nıꝼ na ȝoꝺ þıꝼum men ana to punıanne, *non eſt commodum, ut hic homo ſolus ſit*, Gen. II, 18. ⁊ ȝepoꝛhte ꝑ nıbb to anum pıꝼmen, *& ædificavit coſtam in mulierem.* men puꝛꝺon þa ȝemenıȝꝼılꝺe. þa ȝeꝼapon ȝoꝺeꝼ beaꝛn, *quum homines multiplicati eſſent, viderunt filii dei*, Gen. VI, 1. æg, *ovum*, cealꝼ, *vitulus*, faciunt in nom. & accuſ. plurali æȝꝛu, cealꝼꝛu: ut, þa þe on þaꝳ halȝan tıꝺe cẏꝛe. ⁊ æȝꝛu. ⁊ ꝑın. ⁊ ꝼıꝛc ꝼoꝛȝan, *qui vero hoc ſancto tempore, caſeo, & ovis, & vino, & piſcibus abſtinere poſſint*, Spelm. concil. p. 614. ẏmbꝺꝛẏmꝺon me cealꝼꝛu manıȝe, *circumdederunt me vituli multi*, Pſalm. XXI, 22. luꝳ, *pediculus*, muꝳ, *mus*, in plur. faciunt lẏꝳ, mẏꝳ: ȝıꝼ nu ȝe ȝeꝳapen hpelce muꝳ. ꝑ pæꝛe hlaꝼoꝛꝺ oꝼeꝛ oþꝛe mẏꝳ, *jam vero ſi murem quempiam videretis, qui dominus eſt aliorum murum*, Boeth. p. 32. cu, *vacca*, in plur. facit cẏ. ⁊ aȝeꝼe men to Lımınȝe L eapa. ⁊ X cẏ, *& dabuntur Limingi* L *oves*, *&* X *vaccæ*. Anꝺ men ꝳelle hım to þæm lanꝺe IIII oxan. ⁊ II cẏ, *& dabuntur in uſum prædii* IV *boves*, *&* II *vaccæ*, teſtament. cujuſdam *Abbæ* vicecomitis MS. quod incipit, IC Abba ȝenoeꝼa. bibl. *Cott. Auguſtus*, A. 2. Ratio autem horum anomaliæ patet ex *Iſlandicâ* Grammaticâ *Runolphi Jonæ*, ad quam mitto lectorem.

Nota etiam, quod nomina propria *Latina* non raro immutata, & ſuo more finita inveniuntur apud *Anglo-Saxones*, tam in recto, quam in obliquis: ut, Laıuꝳ ꝛe Laꝳepe oþꝛe naman Iuliuꝳ. Llauꝺıuꝳ ꝛe Laꝳepe ꝛe pæꝳ ꝼeoꝛþa ꝼꝛam Auȝuꝛto. þone æþelan Albanum ꝛe peꝛtmbenꝺe Bꝛẏton ꝼoꝛþbepeꝺ. ꝛeo hepȝunȝ pæꝳ þuꝛh Alapıcum cẏnınȝ ȝepoꝛꝺen. He ealꝺeꝛlıcneꝛꝛe onꝼenȝ ꝼꝛom Bonıꝼatıo þam papan. Excipe ab hâc regulâ caſum genitivum, qui fere ſemper exit in eꝳ: ut, þa comon þa æpenꝺꝛacan to Albaneꝳ huꝛe. ꝛe pæꝳ acpealꝺ ꝼoꝛ Lnıꝛteꝳ ȝeleaꝼan. & unum nominativum Lnıꝛt, nam Lhꝛıꝛtuꝳ, quantum quidem mihi obſervare contigit, haud legitur in avitâ linguâ.

Non rarò etiam appellativa *Latinorum* leguntur in ſermone *Anglo-Saxonico*, more *Latino* terminata: ut, þẏ tpelꝼtan ꝺæȝe kalenꝺaꝛum Auȝuſtaꝛum, *die XII. calendarum Auguſti*, Bed. H. E. p. 130. ꝛe mæꝛꝛe-ꝑꝛeoꝛt opatıonem apæꝺꝺe, *presbyter orationem dabat*. ȝoꝺ hẏꝛꝺe pæꝳ Petꝛuꝳ, anꝺ ȝoꝺ hẏꝛꝺe pæꝳ Paulus, anꝺ ȝoꝺe pæꝛon þa Apoꝳtolı, *bonus paſtor erat Petrus, bonuſque paſtor Paulus, bonique erant Apoſtoli.*

X. Terminationes ſubſtantivorum in lingua *Anglo-Saxonica* plures ſunt, quàm quæ regulis ſubjici poſſunt; ne tamen hâc in re penitus deſim curioſis, ſequentes obſervationes ſubjungendas duxi. Quædam exeunt in ꝺom, vel ꝺome, quod primò *munus*, & *officium* denotat cum *ditione*, & *dominio*: ut in cẏn-ꝺome, vel cẏnınȝ-ꝺome, *regnum*. ealꝺoꝛ-ꝺome, *præfectura comitis*. bıꝛceop-ꝺome, *munus epiſcopale*. abboꝳ-ꝺome, *abbatia*, &c. unde in hodierno ſermone *Anglorum*, **popedome**, *papatus*. **dukedome**, *ducatus*. **Chriſtendome**, *Chriſtianiſmus*. ſecundò denotat *ſtatum, conditionem, qualitatem, proprietatem*: ut ꝼꝛeoꝺom, *libertas*. ꝑeoꝛ-ꝺom, *ſervitus*. ꝺẏꝛıȝꝺom, *ſtultitia*. halıȝꝺom, *ſanctimonia*. huꝛe-ꝺom, *meretricium*. ꝑıccunȝꝺom, *magia*. ꝛꝑıcꝺom, *fraus*. ꝑıꝛꝺom, *prudentia*. ꝑıtıȝꝺom, *ſapientia*. ꝑıteꝺom, *prophetia*. inde noſtratia, **thraldome**, **wiſdome**, **whoredome**, & ſimilia.

XI. Quædam etiam *munus*, & *dominium* ſignificantia producuntur in ꝑıce, vel ꝑıc: ut, cẏnꝑıc, *regnum*. bıꝛceop-ꝑıc, *epiſcopatus*. unde noſtrate **biſhop-rick**. ſed hæc & hujuſmodi potius pro compoſitis habenda ſunt; quia ꝑıce, vel ꝑıc *dominium, ditionem*, & *imperium* ſignificat.

XII. Non pauca producuntur in haꝺ, vel haꝺe, quod etiam *ſtatum, conditionem*, & *qualitatem* ſignificat: ut, [3] mæȝꝺ-haꝺe, vel mæꝺen-haꝺ, *virginitas*, &c. hinc noſtratium terminatio in **head**, & **hood**: ut in **maidenhead**, **childhood**, **knihthood**, *virginitas, pueritia, dignitas equeſtris*. ſed ſi quis hæc & alia hujuſmodi potius ad compoſitorum claſſem reducenda contenderit, eo quod haꝺ *ordinem, ſexum, gradum, ſtatum, & qualitatem* ſignificet, non reclamabo.

XIII. Nonnulla terminantur in ꝛcẏꝑ, vel ꝛcẏꝛe: ut ȝeꝼeꝑ-ꝛcẏꝛe, *ſodalitas*, tun-ꝛcẏꝛe, *villicatio*, vel *villici munus*. niſi hæc etiam & alia hujuſmodi quoque compoſita potius cenſenda ſint, quia ꝛcẏꝑ, vel ꝛcẏꝛe *præfecturam, curam, munus, negotium*, & *occupationem* ſignificet.

XIV. Quædam deſinunt in ꝛcẏp, vel ꝛcıpe: ut ȝeꝼeꝑ-ꝛcẏꝛe, *ſocietas*. þeȝn-ꝛcıpe, *thani dignitas*, vel *munus*. ȝebeoꝑ-ꝛcẏpe, *convivium*. peoꝑꝺ-ꝛcẏpe, *dignitas*, &c. hinc noſtratium terminatio in **ſhip**: ut in **ſteward-ſhip**, *villici munus*. **alderman-ſhip**, *munus ſenatoris urbani*, &c.

XV. Multa terminantur in a: ut cempa, *miles*. oxa, *bos*. ȝeþaꝼa, *fautor*. ȝepeꝼa, *comes*. ȝeꝼepa, *ſocius*. nama, *nomen*. pana, *defectus*. æmta, *otium*. quorum non pauca fiunt *Anglica*, abjiciendo a finalem, vel mutando a in e.

XVI. Alia à ſubſtantivis profecta finiuntur in ꝑeꝺen, pæꝺen, ꝑeꝺenn, pæꝺenn: ut, ȝeꝼeꝑ-ꝑeꝺenn,

---

[1] *Goth.* ΓΛSKȤh, in gen. ΓΛSKȤhЄ. [2] Boc etiam reddit bec, in dativ. vel abl. ſing. ut, on ꝺæꝛe ılcan bec, *in eodem libro*. [3] A *Gothico* MΛΓΛΨ, *virgo*. *Iſlandice* meẏ, *virgo*. *ſocietas*.

ſocietas. mæʒ-ɲeƀen, *cognatio.* ƫeon-ɲæƀen, *injuria.* hıp-ɲeƀenn, *familia.* ʒecpıƀ-ɲæƀenn, *pactum.* Quædam exeunt in elƀe: ut, à ƿæɲ, *iter*, ƿæɲelƀe, *via, iter, greſſus.* Nonnulla ab aliis quoque derivata exeunt in elƿ: ut ɲecelƿ, *thus*, à ɲec, *fumus, vapor, ſuffitus.* ƿæƫelƿ, *pera, marſupium*, à ƿæƫ, *vas.* ɲæƀelƿ, *ænigma*, à ɲæƀ, *conjectura.* Quædam more *Francico* terminantur in ƿceaƿƫ: ut hẏʒeƿceaƿƫ, *animus, mens*, ab hẏʒe. meƫoƀƿceaƿƫ, *deitas, divinitas*, à poetico, meƫoƀ, *deus.* exempla; ƿɲẏnƀ ƿınƀ hie mine ʒeoɲne holƀe on hẏɲa hẏʒeƿceaƿƫum, *hi ſunt maximè amici mei, ſuis animis fideles*, Cædmon VII, 15. ɲınƫɲa hæƿƀe ƫpa hunƀƫeontıʒ] ƿıƿe eac. ƿa he ƿoɲ'ðʒepaƫ mıƿƿeɲum ƿɲoƀ meƫoƀƿceaƿƫ ƿeon, *annos natus erat ducentos & quinque, quum longævus ad videndam deitatem ex hac vita diſceſſit*, Cædm. XXXIX, 7. Nonnulla fœminina terminantur in ẏƿƿ, ıƿƿ, eƿƿ, ẏƿƿe, ıƿƿe, eƿƿe: ut, cneoɲıƿƿe, cneoɲẏƿƿe, *generatio, familia.* ælmeƿƿe, *eleemoſyna.* blıƿƿe, *lætitia.* Quædam etiam occurrunt in o terminata, ut ƿɲeoh, vel ƿɲeo, maſc. *liber, dominus.* ƿeoh, vel ƿeo, neut. *pecunia, pecus, opes.* quæ flectuntur in hunc modum:

Numerus ſingularis.	*Numerus pluralis.*	
Nom. ƿɲeoh, ƿɲeo.	Nom. * ƿɲeoƿ.	* Eodem modo declinatur ƿeoh, niſi quod in nom. & accuſ. plur. facit ƿeo: & o in a verſo, ƿea.
Gen. ƿɲeoƿ.	Gen. ƿɲea.	
Dat. ƿɲeo.	Dat. ƿɲeum.	
Acc. ƿɲeoh, ƿɲeo.	Acc. ƿɲeoƿ.	
Abl. ƿɲeo.	Abl. ƿɲeum.	

Exempla. Gehlobon him to huðe hoɲðpeaɲðna ʒeƫɲeon. ƿea] ƿɲeoƿ ʒelæððon, *onerabant ſe, ut ſpoliis, quæſtorum theſauris, nummos etiam & dominos* [nummorum] *abducebant*, Cædm. LXXVI, 17. hpæt ƿu ƿonne mæne mıð ƿæɲe ʒıƫɲunʒe ƿæƿ ƿeoƿ, *quid tu igitur pro avaritiæ tua doles propter pecuniæ* [opum] *jacturam?* Boeth. p. 69. mıð hu micclan ƿeo, *quanta cum pecunia?* mıð unaɲımeðum ƿeo, *innumeris cum nummis.* p. 88.

XVII. Plurima verbalia terminantur in anʒe, ınʒe, onʒe, unʒe: ut, bıʒanʒe, *cultus.* onbɲẏɲðınʒ, *compunctio.* ƿoƫoɲunʒ, *ploratus.* bırmeɲunʒe, *illuſio.* hæƿƫnunʒe, *captivitas.* leaɲunʒe, *mendacium.* quibus adde [1] onƿƫınʒ, cujus ſenſum non ſatis aſſequutus clariſſimus *Spelmannus*, tanquam inexplicabilem præteriit in [2] epiſtolâ *Agathonis* papæ, quâ certas quaſdam immunitates conceſſit monaſterio *Medeshamſtedenſi*, vel *Petroburgenſi*; ubi hæc verba, ƿaƫ ne kẏnnınʒ. ne bırcop. ne eoɲl. ne nan man have nan onƿƫınʒ, ſic vertit: *ut nec rex aliquis, aut epiſcopus, aut comes, aut quiſquam alius* onƿƫınʒ *exigat, vel percipiat*: ex adverſo tamen in margine addit, fortè *hoſpitium.* Somnero eſt *tributum, vectigal.* certè STIΓUΛN apud *Gothos*, ƿƫınʒan *Sax.* unde vox derivata videtur, ſignificat *cum magno comitatu & pompa procedere*; unde forſan onƿƫınʒ ſignificat *dominium* vel *jus hoſpitii ad dominum pertinens*, quod rex, epiſcopus vel alius aliquis dominus ſibi & ſuis vendicat, vel *tributum*, & *viaticum*, quod miniſtrare ſolent vaſalli domino, quum magno ſtipatus comitatu proficiſcatur. Hæc obiter. Nota autem, quod nomina terminata hoc modo ſunt fœminina omnia.

XVIII. Haud pauca fœminina ab adjectivis nata exeunt in neƿ, neɲɲe, vel nẏɲɲe: ut, ðẏɲʒneɲɲe, *ſtultitia*, ƿɲıneɲɲe. *trinitas.* ʒelıcneɲɲe, *ſimilitudo.* ɲoƿƿæɲƫnẏɲɲe, *veritas.* Retinetur adhuc fœminina hæc terminatio apud noſtrates, in **whiteneſſe**, *albedo.* **hardneſſe**, *durities.* **newneſſe**, *novitas*, **greatneſſe**, *magnitudo*, & mille aliis. apud *Gothos* multa fœminina terminantur in NS, quod per primi capitis reg. 2. valet NES: ut, ΓΛΛΛΠΒEINS, *fides.* ΓΛMEΛEINS, *ſcriptura.* ΓΛKΛIhTEINS, *juſtitia.* ΓXΛEINS, *ſalutatio.* hinc, ni fallor, neɲɲe *A. S.*

XIX. Quædam verbalia exeunt in ƿ vel ƿe: ut, mæʒƿ, *poteſtas.* mæʒðe, *provincia, cognatio.* ɲɲẏmƿe, *principium.* ƿıeƿƿe, *furtum.* ʒeɲıðe, *viſio.* ʒeɲælƿe, vel ʒeɲẏlƿe, *fœlicitas.* mẏnƿe, *hilaritas.* hinc terminatio *Anglica* in **th**, vel **the**: ut in **drougth**, vel **drought**, *ariditas.* **growth**, *incrementum.* **mouth**, *os, oris.* **tithe**, *decima.* **mowth**, *demeſſio.* **tooth**, *dens.* **broth**, *juſculentum.* **oath**, *juramentum.* [3] **death**, *mors.* [4] **heath**, *planities inculta, ericetum.* **breadth**, *latitudo.* **depth**, *profunditas.* Apud *Gothos* quoque Ψ, & ΨΛ eſt terminatio nominum; ut in ΓXΨ, *Deus*, Guð *Anglo-Saxonicè.* UIΨ, *uterus.* MΛΓΛΨ, *virgo.* ΛIΨΛ, *artus*, lið *Anglo-Saxonice.*

---

[1] *Gul. Nicolſonus* archidiaconus *Carleolenſis*, in ſeptentrionalibus literis vir maximus, putat hanc vocem potius contrahi ab onƿettunʒ, quod ab onƿettan, *inhabitare*; unde *Northymbris* **onſet** idem eſt, quod *manſus, toftum.* hæc ille. ſed quo minus ab opinione meâ recedam, facit uſus verbi ƿtınʒan, in chron. *Sax. Gibſ.* anno DCXCIV. ƿat nan læɲeðe man nah mıð ɲıhte to ƿtınʒan hine an anɲe cınıcan. na anan ƿaɲa ƿınʒan ƿe to cẏɲcan belımpð. quod ſic verto: *quod nullus laicus jure debet ad eccleſiam quamvis, aut aliquam poſſeſſionem, quæ ad eccleſiam ſpectant, militari ordine, aut magno ſtipatus comitatu, ut dominus, procedere.* Ratio, propter quam, ſic locum vertimus, ſumitur ab iis quæ ſequuntur: anð ƿoɲ ƿı ƿtɲanlıce pe ʒeɲettað] ðemað] on Guðeɲ naman ƿeɲ ealmıhtıʒeɲ] on ealɲa halʒena pe ƿoɲbeoðað ... eallan læɲeðan mannum æuɲe ænne hlauoɲðɲcıpe ouep cẏɲcan, *idcirco nos firmiter conſtituimus, ac decernimus, & Dei omnipotentis nomine, omniumque ſanctorum interdicimus omnibus laicis in perpetuum dominatione omni in eccleſias.* [2] Concil. tom. 1. p. 164. [3] *Goth.* ΔΛnψnS, *mors.* [4] *Goth.* hΛIψGR, *ager.*

ᚪᛁᚴᚠᚪ, *terra*, cujus *Anglo-Saxonice*, **earth** *Anglicè*. ᛗᛖᚴᛁᚠᚪ, *rumor*. Et quis dubitare potest, quin þ, & þe *Anglo-Saxonum* orta sit à *Goth.* ᚠ, & ᚠᚪ.

XX. Multa masculina exeunt in ep, vel epe: ut, ᵹoᵭᵹpellep, *evangelista*. ꝼulluhtep, *baptista*. ꝛæᵭepe, *seminator*. hic, ut alicubi observat *Thomas Marescallus*, monendum est particulam finalem ep forsan per aphæresin euphonicam fieri à voce [1] pep, quæ *virum* significat; ac si ꝼulluhtep, v. gr. contraheretur ex ꝼulluht-pep. equidem non video, quin *baptista* dici possit ꝼulluht-pep eodem sensu, ac *agricola* dicitur æcep-man: ac apud [2] *Cimbros* veteres *jurisperitus*, laga-madur. *prædo*, stiga-madur, **an high-way-man.** viderint critici, quid de hâc re statuendum sit. certè huic conjecturæ favet, quod *Scoti* in multis *Saxonizantes* vocant *jurisperitum* **a law-wer,** ac si olim *Saxonicè* scriberetur laᵹ-pep. & in nostrâ etiamnum linguâ omne verbum format substantivum agentis in **er**: ut in **builder,** *ædificator*. **pleader,** *causidicus*. **swearer,** *dejurator*. **drinker,** *compotator*, &c.

XXI. Haud pauca (quorum magna pars sunt diminutiva) etiam formantur in linᵹ: ut, hæꝼtlinᵹ, *captivus*. helꝼlinᵹ, *dupondium*. ꝑæplinᵹ, *captivus, seditiosus*. cnæplinᵹ, *adolescens, puellus*. æþelinᵹ, ut videtur, per crasin, ab æþel-linᵹ, *princeps, nobilis juvenis*. & lẏtlinᵹ, pro lẏtel-linᵹ, *parvulus*. retinetur & hoc affixum finale apud *Anglos*: ut in **nestling** (à **nest,** *nidus*) *pullus tenellulus* postremo excluſus, & nido, postquam cæteri pulli avolarint, adhærens. **hireling,** *mercenarius*, ab **hire,** *merces*. **suckling,** *lactens*. nisi quis talia potius in adjectivorum classe ponenda censeat. quædam etiam ab adjectivis, quæ in negativum vel privativum leaꝛ finiuntur, venientia, terminantur in leaꝛt vel leꝛte: sic à beaꝛn-leaꝛ, *improles*, baꝛn-leꝛt, *orbitas liberorum*. manᵹe habbaᵭ ᵹenoᵹ ᵹeꝛællice ᵹepiꝼoᵭ. ac ꝼoꝛ beaꝛnleꝛte eallne þone pelan ᵭe hi ᵹeᵹaᵭepiᵹaᵭ. hi lætaᵭ ꝼꝛæmᵭum to bꝛucanne, *multi satis fæliciter uxores ducunt, sed præ orbitate liberorum, opes, quas corradunt omnes, alienigenis relinquunt*, Boeth. p. 19.

XXII. Nomina masculina apud *Anglo-Saxones* formant sua fœminina in eꝛtpe, ıꝛtpe, ẏꝛtpe. ut nomina masculina apud *Latinos* in *or* exeuntia formant fœminina in *ix*. ex. gr. ꝛẏnᵹeꝛtpe, *cantrix*. ꝛæᵭẏꝛtpe, *seminatrix*. ꝑæᵭẏꝛtpe, *lectrix*. læꝑẏꝛtpe, *doctrix*. bæceꝛtpe, *pistrix*. ꝑeccꝛtpe, *rectrix*.

XXIII. Patronymica desinunt in ınᵹ: ut, Ɛleꝛınᵹ, [3] *Elisides*, vel *filius Elisæ*. Lenꝼuꝛınᵹ, *Cenfusides*, vel *filius Cenfusi*. Iᵭa pæꝛ Ɛoppınᵹ. Ɛoppa pæꝛ Ɛꝛınᵹ. Ɛꝛa Inᵹınᵹ. Inᵹın Anᵹenpıtınᵹ. Anᵹenpıt Alochınᵹ. Aloc Beonocınᵹ. Beonoc Bꝛanᵭınᵹ. Bꝛanᵭ Bælᵭæᵹınᵹ. Bælᵭæᵹ Ẏoᵭenınᵹ. Ẏoᵭen Fꝛıþopulꝼınᵹ. Fꝛıþopulꝼ Fınnınᵹ. Finn Loᵭpulꝼınᵹ. Loᵭpulꝼ Leatınᵹ. *Ida fuit Eoppæ filius: Eoppa Esæ: Esa Ingini: Inginus Agenwitæ: Agenwita Aloci: Aloc Beonoci: Beonoc Brandi: Brandus Bealdægi: Bealdægus Wodeni: Wodenus Frithowulfi: Frithowulfus Finni: Finnus Godulfi: Godulfus Geatæ.* chron. *Sax.* ad calcem histor. eccles. *Bedæ*. p. 510. anno DXLVII. vid. quoque p. 514. an. DCXXVI. & p. 510. an. DLII, DLX. & p. 512. an. DXCVII. *Bedæ* hist. eccl. p. 6, 7. Notandum autem hic est terminationem patronymicorum in ınᵹ secundum *Olaum Rudbeckium* deducendam esse ad **iung,** vel **ing,** *juvenis*. unde *Cimbrice* at **ynga,** *parere*, & **ungar,** vel **yngver** *pulli, fœtus*. unde de quavis fœmella gravida ex brutis animalibus *Angli* dicunt, **she is with young.** & in *Snorronis* Edda, *Niordi* quidam filius occurrit dictus **ynge,** à quo tota regia stirps vocata est **ynlungar.** & in *Suedia* primorum liberi, si mares sunt, **yngwar, yngkarar,** & **iungkarlar;** sin fœmellæ, aut virgines, **yngfruer, iungefruer,** vocantur. Atlanticæ cap. IX, p. 366. certe apud *Islandos* **unge** est *pullus*, **ungr,** *juvenis*, **iungkiære, iunckiære, iunkr,** *generosus juvenis*, & **iungfru,** *virgo eximia intacta*. notandum quoque est multa verbalia terminari in ınᵹ: ut, tæcnınᵹ, pıꝛcınᵹ, quod supra docuimus in reg. 17.

XXIV. Participia præsentis temporis absolutè posita substantivè significant: ut, ᵭemenᵭe, *judex*.

XXV. Si quis perpendat summam illam cognationem, quæ *Anglo-Saxonicæ* cum *Mæso-Gothicâ* est, dubium ei esse non potest, quin, ut illius, sic & hujus linguæ substantiva regulariter per sex casus, & sub diversis inflectendi formulis varientur. sed quum *Ulphila-Gothicæ* versionis, quæ extant, reliquiæ ne satis quidem exemplorum ad colligendas regulas grammaticales suppeditent, rogandus est pro humanitate suâ curiosus lector, ut quantillum in hâc re præstitero, æquo animo accipiat. en, perlustratis iterùm atque iterùm *Gothicis* evangeliis, unum atque alterum integrum exemplum; cætera manca sunt vel casu, vel numero, vel utroque.

Exemplum I. **himins,** *cœlum*.		Exemplum II.	Exemplum III.
Num. sing.	*Num. plur.*	*Num. sing.*	*Num. sing.*
n. [4] himins.	n. [5] himinas.	n. ꝛaaanᵹeins, *fides*.	* hnnsastaps, *altare*.
g. himinis.	g. himine.	g. ꝛaaanᵹeinais.	g. hnnsastadis.
d. himina.	d. himinam.	d. ꝛaaanᵹeinai.	d. hnnsastadai.
a. himin.	a. himinans.	a. ꝛaaanᵹein.	a. hnnsastad.
v. ᛟ himins.	v. ut nom.	v. ut nom.	v. ut nom.
a. himina.	a. himinam.	a. ꝛaaanᵹeinai.	a. hnnsastadai.

* ankaknastaps *candelabrum*, facit in ablativo ankaknastapin, *Matth.* v, 15.

---

[1] *Goth.* ᚹaiᚱ, *vir*. [2] Vide Lexicon *Runicum Olai Wormii*. [3] Haud diſſimiliter apud *Latinos*: ut in *libertinus, Auguſtinus*, i. e. *filius liberti, Auguſti*. [4] *Cælum. Iſl.* Himen, *Suec.* Himmel. [5] Neutra terminantur in a. ut in ᚹanᚲdaa, *verba*. ᚹanᚱstᚹa, *opera*.

Exem-

Exemplum IV.

Num. sing.	
n. ᚦᚨᚾ, *dominus.*	
g. ᚦᚨᚾᛁᚾᛋ.	
d. ᚦᚨᚾᛁᚾ.	
a. ᚦᚨᚾ.	
v. ᚦᚨᚾ.	
a. ᚦᚨᚾᛁᚾ.	

Exemplum V.

Num. sing.	*Num. plur.*
n. hᚨᚾᛞᚢᛋ, *manus.*	n.* hᚨᚾᛞᚢᚾᚾᛋ.
g. hᚨᚾᛞᚨᚾᛋ.	g. [1] hᚨᚾᛞᛁᛃᛖ.
d. hᚨᚾᛞᚨᚾ.	d. hᚨᚾᛞᚢᛗ.
ac. hᚨᚾᛞᚢᚾ.	ac. .....

* ᛋᚢᚾᚾᛋ facit ᛋᚢᚾᚷᚢᛋ in nom. plurali.

Exemplum VI.

Num. sing.
n. ïᚨᛁᛋᚢᛋ.
g. ïᚨᛁᛋᚢᛁᛋ.
d. ïᚨᛁᛋᚢᚨ.
a. ïᚨᛁᛋᚢ.
v. ïᚨᛁᛋᚢ.
a. ïᚨᛁᛋᚢᚨ.

Exemplum VII.

Num. sing.	*Num. sing.*	*Num. plur.*
n. hᚨᛁᚱᛏᛉ, *cor.*	n. ‡ ᚨhᛗᚨ.	n. ᚨhᛗᚨᚾᛋ.
g. hᚨᛁᚱᛏᛁᚾᛋ.	g. ᚨhᛗᛁᚾᛋ.	g. ᚨhᛗᚨᚾᛖ.
d. hᚨᛁᚱᛏᛁᚾ.	d. ᚨhᛗᛁᚾ.	d. ᚨhᛗᚨᛗ.
Num. plur.	a. ᚨhᛗᚨᚾ.	a. ᚨhᛗᚨᚾᛋ.
n. hᚨᛁᚱᛏᛉᚾᚨ.	v. ᚨhᛗᚨ.	v. ᚨhᛗᚨᚾᛋ.
d. hᚨᛁᚱᛏᚨᛗ.	a. ᚨhᛗᛁᚾ.	a. ᚨhᛗᚨᛗ.

Exemplum VIII ᚨᛗᛗᚨ, *ſpiritus*

‡ huc refer.

n. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᚨ, *villicus.*
g. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᛁᛋ.
d. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᛁᚾ.
a. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᚨᚾ.
v. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᚨ.
a. ᚦᚨᚾᚴᚨᚱᚨᚱᚷᛁᚾ.

Exemplum IX.

Num. sing.
n. †ᛋᛏᚨᚾᚨ, *judicium.*
g. ᛋᛏᚨᚾᛉᛋ.
d. ᛋᛏᚨᚾᚨᛁ.
a. ᛋᛏᚨᚾᚨ.
a. ᛋᛏᚨᚾᚨᛁ.
Num. plur.
n. ᛋᛏᚨᚾᛉᛋ.
† huc refer
n. hᚨᛁᚠᚷᛉ, *ager.*
g. hᚨᛁᚠᚷᛉᛋ.
d. hᚨᛁᚠᚷᚨᛁ.

[2] Exemplum X.

Num. sing.
n. ᚨᛁᚠᚨᚱᛏᛖᛚᚷᛉ, *evangelium.*
g. ᚨᛁᚠᚨᚱᛏᛖᛚᚷᛉᚾᛋ.
d. ᚨᛁᚠᚨᚱᛏᛖᛚᚷᛉᚾ.
huc refer, *Num. sing.*
n. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉ, *parabola.*
g. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉᚾᛋ.
d. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉᚾ.
ac. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉᚾ.
Num. plur.
n. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉᚾᛋ.
d. ᚱᚨᚷᚾᚴᛉᛗ.

Exemplum XI.

Num. sing.
n. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᛁ, *pax.*
g. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᚷᛁᛋ.
d. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᚷᚨ.
a. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᛁ.
a. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᛁ.
Num. plur.
n. .....
g. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᚷᛖ.
d. ᚱᚨᚠᚨᛁᚴᚠᚷᚨᛗ.
ac. .....
ab. .....

Exemplum XII.

Num. sing.
n. * ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᚷᚨᚴᚨᛁ, *regnum.*
g. ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᚷᚨᚴᚨᚷᛉᛋ.
d. ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᚷᚨᚴᚨᚷᚨᛁ.
ac. ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᚷᚨᚴᚨᚷᚨ.
* huc refer, n. ᛗᚨᚠᛁ, *puella.*
g. ᛗᚨᚾᚷᛉᛋ. d. ᛗᚨᚾᚷᚨᛁ.

Exemplum XIII integrum.

Num. sing.	*Num. plur.*
n. ᛋᛁᚾᛉᚾᛖᛁᛋ, *diſcipulus.*	n. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᛉᛋ.
g. ᛋᛁᚾᛉᚾᛖᛁᛋ.	g. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᛖ.
d. ᛋᛁᚾᛉᚾᛁ.	d. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᚨᛗ.
a. ᛋᛁᚾᛉᚾᛁ.	a. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᚨᚾᛋ.
v. ᛋᛁᚾᛉᚾᛖᛁᛋ.	v. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᛉᛋ.
a. ᛋᛁᚾᛉᚾᛁ.	a. ᛋᛁᚾᛉᚾᚷᚨᛗ.

Exemplum XIV.

Num. sing.	*Num. plur.*
n. [3] ᚢᛁᚾᛉ, *mulier.*	n. ᚢᛁᚾᛉᚾᛋ.
g. ᚢᛁᚾᛉᚾᛋ.	g. ᚢᛁᚾᛉᚾᚷ.
d. ᚢᛁᚾᛉᚾ.	d. ᚢᛁᚾᛉᛗ.
a. ᚢᛁᚾᛖᛁᚾ.	a. ᚢᛁᚾᛉᚾᛋ.
a.	a. ᚢᛁᚾᛉᛗ.

Exemplum XV.

Num. sing.	*Num. plur.*
n. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁ, *turba.*	n. ᛗᚨᚾᚨᚱᚨᛁ.
g. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁᚾᛋ.	g. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁᚾᛉ.
d. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁᚾ.	d. .....
a. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁᚾ.	a. .....
a. ᛗᚨᚾᚨᚱᛖᛁᚾ.	a. .....

XXVI. Horum exemplorum alia creſcunt in genitivo, & faciunt declinationes imparisyllabicas; alia non creſcunt, & faciunt pariſyllabicas; & quantum quidem conjicere licet, haud multa occurrent, quæ ad aliquod XV exemplorum non reduci queant. Ad primum inflectuntur ᚴᚨᛁᛋᚨᚱ, ᚴᚨᛁᛋᚨᚱᛁᛋ, ᚴᚨᛁᛋᚨᚱᚨ, *Cæſar.* ᚨᛁᚾhᚨᚠ, ᚨᛁᚾhᚨᛞᛁᛋ, ᚨᛁᚾhᚨᛞᚨ, *lux.* ᚱᚷᚠ, ᚱᚷᚠᛋ, pro ᚱᚷᚠᛁᛋ, ᚱᚷᚠᚨ, *Deus.* ᛞᚨᚱᛋ, ᛞᚨᚱᛁᛋ, ᛞᚨᚱᚨ, *dies.* ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᛋ, ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᛁᛋ, ᚠᛁᚾᛞᚨᚾᚨ, *rex.* ᛒᚱᚷᚠᚨᚱ, *frater*, à cujus nominativo plurali ᛒᚱᚷᚠᚴᚨhᚨᚾᛋ vel ᛒᚱᚷᚠᚴᚾᚾᛋ deducitur brethren, in noſtro ſermone. ᛋᚴᚨᚨᚴᛋ, *ſervus.* ᚨᚾᚠᛁᛞ, *eremus, ſolitudo.* ᛒᚨᚱᛗᛋ, ᛒᚨᚱᛗᛁᛋ, ᛒᚨᚱᛗᚨ, *arbor.* ᛉᛁᛏᚷᚠ, ᛉᛁᛏᚷᛞᛁᛋ, ᛉᛁᛏᚷᛞᚨ, *lex*, &c. Secundum exemplum ſequuntur omnia deſinentia in ᛖᛁᚾᛋ. ut ᚨᚾᚨᛋᛏᚷᛞᛖᛁᚾᛋ, *principium.* ᚱᚨᚴᚨᛁhᛏᛖᛁᚾᛋ, *juſtitia*, &c. Ad quartum variatur ᚦᚷᚾ, ᚦᚷᚾᛁᚾᛋ, ᚦᚾᚾᛁᚾ, *ignis.* Quintum ſequuntur exeuntia in ᚾᛋ, ut ᚷᚱᛁᛋᛏᚾᛋ, *Chriſtus.* ᛋᚾ-

---

[1] Sic leguntur ᚦᚷᛏᛁᛉᛖ, ᛋᚾᚾᛁᛉᛖ, ᚠᚨᚾᚴᚾᛁᛉᛖ, ᛉᛁᚾᛏᚴᚨᛁᛉᛖ, & ᚨᛁᚠᛁᛉᛖ, à ᚨᛁᚠᚨ. [2] Vide exempl. XIV. perfectum. [3] Ad illam formam, perficiendum eſt exempl. imperf. X.

NNS, *filius*. ΠRΛNÞETNS, *propheta*. NÞΛRΛSSNS, *abundantia*. hϪKINΛSSNS, *meretricium*. ГNΔGINΛSSNS, *ſacerdotium*. ψINΔΛNΛSSNS, *regnum*. KΛΛKINΛSSNS, *adulterium*. Item ЦIψ, *uterus*, & NΛBΛNΔ, *camelus*. Ad ſeptimum variatur ΛNГϪ, *oculus*. Ad octavum ΛTTΛ, ΛTTINS, ΛTTIN, ΛTTΛN, *pater*. ϒΛTЄ, ϒΛTINS, ϒΛTIN, *aqua*. Ad nonum ΛIKψΛ, *terra*. Ad undecimum ÞΛNKΛГΛГГGI, *villici munus*. ϒΛΛΔNÞNI, *poteſtas*. Ad XIV. BKINNϪ, *febris*, &c.

XXVII. Nomina diminutiva, & blandientia apud *Gothos* occurrunt formata in [1] ΛΛ, & ΛϪ. ſic à MΛГNS, *puer*, fit MΛГNΛΛ, *puerulus*, Joh. VI, 19. à MΛϒI *puella*, MΛϒIΛϪ, Marc. V, 41. à BΛKN *infans*, BΛKNIΛϪ. & ſic forſan à ϒNΛÞS, *lupus*, ϒNΛÞIΛΛ nomen epiſcopi *Mæſo-Gothorum*, quod *Græci* ſcripſere οὐλφίλας. Sic etiam apud *Iſlandos* à blað, *folium*, bleðell, *foliolum*, cum multis aliis. Nec non apud *Francos*, ut videre eſt gram. *Francicæ* cap. III, 19.

Genitivus pluralis ſemper formatur in Є: ut MΛNNЄ, *hominum*. ÞϪTIϒЄ, *pedum*, à ÞϪTNS, *pes*. SIПϪNGЄ, *diſcipulorum*. ΛhMΛNЄ, *ſpirituum*. Excipe tamen genitivos plurales nominum exeuntium in Ϫ, vel ϪNS. ut NNhNΛψϪNϪ, *dæmoniorum*, ab NNhNΛψϪ. UINϪNϪ, *mulierum*, à UINϪ. & [2] ГΛBKNKϪ, *fragmentorum*. ПΛΛПGϪ, *platearum*. Math. VI, 5.

De generibus nominum, quæ per articulos, adjectiva, participia, & pronomina indicantur, hic nihil tradimus. obiter tamen obſervet lector, ut ut minuta res ſit, *ſolem*, [ſunna, vel ſunne] in *Anglo-Saxonicâ* eſſe fœminini generis, & *lunam* [mona] eſſe maſculini. ſeo ſunna ȝeteacnaþ uſne Hælend Chriſt. ſe mona þe peaxþ. and panaþ. ȝeteacnaþ þaſ andþeaſtan ȝelaþunȝe. *Sol noſtrum S. Chriſtum, luna quæ creſcit, & decreſcit, eccleſiam præſentem deſignat*, Bed. H. E. *p.* 144. ſic apud *Cimbros* ſol, & ſunna ſunt fœminini generis, mane vero maſculini, ſecundum iſtud *Volu-ſpæ*. ſtroph. 5.

Sol Þad ne viſſe huar hun ſal atte — *Sol neſcivit, ubi palatia poſſideret,*
Mane Þad ne viſſe huar [3] han megne atte. — *Luna vires ſuas neſcivit.*

Ratio autem, propter quam veteres ſeptentrionales *lunæ* maſculinum, *ſoli* vero fœmininum genus attribuebant, petenda eſt ex mythologia IX Eddæ *Snorronis*, ubi ſic legimus; homo quidam *Mundilfare* nominatus duos genuit liberos, tam pulchræ, & venuſtæ formæ, ut filium *Manam*, filiam vero *Sunnam* appellaret, quam nuptum dedit viro, qui [4] *Glemur* vocatur. ob hanc arrogantiam dii irati arripuerunt fratrem & ſororem, eoſque in cœlo collocarunt, ut *Sunna* equos agitaret currum ſolis trahentes, & *Mana* regeret curſum lunæ. concinnitas ſcilicet fabulæ requirebat, ut liberorum formoſior & pulchrior filia, minus autem pulcher & venuſtus filius haberetur; & ut formoſior ſolis, minus autem formoſus lunæ auriga conſtitueretur. Monendus autem hic, & exorandus es lector, ut conſulas ſupplementum ad hoc caput, quod capite XVII continetur, ante quam ad caput quartum procedas.

CAPUT QUARTUM.

De adjectivis.

I. ADjectivum vel eſt ſimplex, ut eaðiȝ, *dives*. æȝen, *æqualis*. vel compoſitivum, ut ðiȝeaðiȝ, *dominatu excellens*. eȝen-ece, *coæternus*. eȝen-ſpeðelic, *conſubſtatialis*. quæ omnia ſecundùm ſubjectum exemplum declinantur:

	Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*
Nom.	Ґoð, *bonus, um.*	ȝoðe, *bona.*	Nom. [6] ȝoðe, *boni, æ, a.*
Gen.	ȝoðeſ.	ȝoðre.	Gen. [7] ȝoðra.
Dat.	ȝoðum.	ȝoðre.	Dat. ȝoðum.
Acc.	ȝoðne, ȝoð.	ȝoðe.	Acc. ȝoðe.
Voc.	[5] ȝoða.	ȝoðe.	Voc. ȝoðe, an.
Abl.	ȝoðum.	ȝoðre.	Abl. ȝoðum.

Hîc obſervandum eſt, primò accuſativum ſingularem maſculini generis formari à nominativo, addendo ƿò ne. ſecundò gen. dat. & abl. ſing. adjectivorum fœminini generis ter-

---

[1] Sic apud *Latinos* in *la*, & *lla*. *lus*, & *llus*. *lum*, & *llum*. ut in *animula, ſpecula* à *ſpes, puella, lectulus, regulus, libellus, regniculum, ſpecillum*, &c. Diminutiva quædam apud *Græcos* terminantur in λϴ, ut ναυπήλϴ, *nautila*. [2] Hiſce addantur BΛNGϪ, *ulcerum*. ΔKΛNhSNϪ. *micarum*. ψINΔϪ, *gentium*; quorum nom. plurales BΛNGϪS. ΔKΛNhSNϪS. ψINΔϪS, cujus nom. ſingularis ψINΔΛ. inde forſan in Λ deſinentia, ad exempli noni formam, faciunt genit. plur. in Ϫ: [3] Alias huar han meigins atte. [4] Significat *gaudium*. [5] Vid. *Matth.* XXV, 21. XXIII, 26. XIX, 32. *Marc.* X, 7. [6] Nom. plur. aliquando terminatur in a, o & u: ut, ealla hiſ æhta, *omnia ſua bona*, Boeth. p. 64. oſer oþru þinȝ, *præ cæteris rebus*, p. 52. ealle þa oþru ȝoð, *omnia alia bona*, ib. verum p. 15. ymb þa oþre ȝoð, *de aliis bonis*; ubi cod. *Cot.* oþru. [7] Hinc in veteribus noſtris auctoribus leguntur aller, & euphonice alder, ut apud Satyrographum: And ſith I am your

minari

minari in ne. tertiò dat. & abl. ſingul. adjectivorum maſculini & neutrius generis terminari in um, ut & dativum & ablativum pluralem. quartò genitivum pluralem terminari in na. notandum inſuper, quod adjectiva, pronomina, & participia cujuſvis generis non rarò terminentur in *a* proſtheticum, aut finalem ſuam vocalem in a mutent, & tum declinentur ut ſubſtantiva ſecundæ declinationis exeuntia in a. ſic à foreſprecen fit foreſprecena; ut, re foreſprecena cyninʒ; *præfatus rex.* ſic à ʒodcunde *divinus*, fit ʒodcunda, ut, mid þy ʒodcundan fultume forlæten wæs, *divino auxilio deſtitutus erat.* Hiſce addas, re ylca ʒeriþ, *idem comes.* men rendon heora dohtor to ʒeþeodenne þam heorlican bridʒuman, *filias ſuas ſponſo cæleſti deſponſandas mittebant.* on þam ytemeſtan dæle, *in ultimâ parte.* Þat leoht þa halʒan raule fram þam bendum ðæs lichoman onlyſde, *lux illa ſanctam illam animam à carnis vinculis abſolvit.* re lichoma þære ansundan fæmnan, *corpus venerabilis virginis.* on þam ylcan mynſtre, *in eodem monaſterio.* on S. Stephanes cyricean þæs æreſtan and þæs eadiʒan martyres, *in eccleſia beati protomartyris Stephani.* Maximè obtinet hæc regula in adjectivis *demonſtrativè, emphaticè,* & *vocandi* caſu poſitis: ut in ſequentibus. Oſwald re Cristenesta cyninʒ Northan-hymbra-rice, *Oſwaldus Chriſtianiſſimus rex Northanhymbrorum.* þat re cynelica had þæs halʒan weres ece ʒemynd hæfde, *ut regia viri ſancti perſona memoriam haberet æternam.* Acca re arwyrþa biſceop, *Acca reverendiſſimus antiſtes.* twæʒen wæron biſcopas. and twæʒen mæſſe-preoſtas. ealle þa reliʒtan, *duo erant epiſcopi, & duo presbyteri, omnes præclari.* ſic in genitivo plur. ðis is nu biren þara roþena ʒerelþa, *hoc eſt exemplar verarum divitiarum.* hwi nis nu anwealdo to tellanne to rumum ðara hertena ʒoda ðisſes andweardes lifes, *cur non poteſtas penes nos eſt animos applicandi ad aliquod illorum præſtantiſſimorum bonorum.* ealra þara weorþyndþertena ðinʒa ʒeʒaderunʒa, *collectio omnium harum pretioſiſſimarum rerum.* huelc fremu is þe ꝥ þu pilniʒe þiſra andweardena ʒeræla oferniet, *quid tibi proficit ſupra modum cupere hæc præſentia* [hujus vitæ] *bona?*

II. Adjectiva gentilia & patria deſinunt in isc: ut Lyrenisc, *Cyrenæus.* Iudeisc, *Judæus.* Enʒlisc, *Anglus.* Nazerenisc, *Nazarenus.* Romanisc, *Romanus.* Driecisc, *Græcus.* Ledenisc, *Latinus.* Londenisc, *Londinenſis.* Tyrisc, *Tyrius.* Sidonisc, *Sidonenſis*, Matth. xv, 21. Moabytisc, *Moabita*, Gen. xix, 36. Hinc gentilia noſtra in iſh: ut Daniſh, *Danus.* Sueðiſh, *Suedus.* Scotiſh, (contracte Scotch) *Scotus.* Legitur SANKAIFYNISKA, *Syro-phœniſſa*, Marc. vii, 26. & ab hAIWGX *ager*, hAIWIVISK *agreſte*, Marc. i, 6. & huic terminationi in ISKS, ISKA, ISK, reſpondet gentilium terminatio apud *Iſlandos* in ſker: ut in Danſker, *Danicus*, à Dan. Nota tamen quod in lingua *Anglo-Saxonica* gentilia nonnunquam alio modo exprimantur: ut, Iudeaſ, *Judæi.* Sidelheappen vel Silheappen, *Æthiops*, vel *Æthiopicus*: ut, Maria ʒ Aaron cidden wiþ Moiſes for hiſ Sidelheappenan wif, *locuta eſt Maria, & Aaron contra Moſen propter mulierem ejus Æthiopiſſam, vel Cuſchitam*, Num. xii, 1. Seo ymbʒæð eall þæra Silheappena land, *qui* [fluvius] *circumit totam terram Æthiopiæ*, Gen. ii, 13. Sic in Cædmon. vi, 16, 17. Moabita dicitur Moabitaſ, & Ammonita, Ammonitaſ. & in verſione *Boethii* Grec eſt *Græcus.* Alias quandoque periphraſtice deſcribuntur ope præpoſitionis: ut, Ioſeph fram Arimathia, Joh. xix, 38. Ioſep of Arimathia, Marc. xv, 43. notandum quoque eſt, patronymica nonnunquam formata legi in isc; ſic *Herodias*, *Herodis filia*, vocatur Herodiadisca, & Herodiadiſcea, Marc. vii, 22. Matth. xiv, 6. quibus addas dunlendisc, *montanus.* utlendisc, vel utlændisc, *extraneus, peregrinus.*

Quædam finiuntur in bæſ: ut, luſtbæſ, *delectans, jucundus.* fæſtmbæſ, *fœcundus.*

Supra dixi in reg. I. adjectiva emphatice, & demonſtrative uſurpata plerumque terminare nom. ſing. in a, & tum declinari, ut ſubſtantiva II. declinationis. Ita ſane fere ſemper terminantur, & flectuntur; excipienda tamen ſunt ſequentia aliaque id genus exempla. Ðu þe eart rio hehſte frofer eallra peniʒra moda, *tu qui es fatigatarum omnium mentium ſupremum ſolatium*, Boeth. p. 47. forþam pe cweþaþ ꝥ þæt hexte ʒod rie þe hexta hroſ eallra ʒoda, *quamobrem affirmamus ſummum illud bonum eſſe ſupremum culmen omnium bonorum*, p. 85. Ða cweþ he. hwæt ic þonne æfter ræde ꝥ ꝥ hexte ʒod. ʒ rio hexte ʒeræl an wære, *tum ait illa, num modo dixi ſummum illud bonum, & ſummam beatitudinem unum eſſe?* forþam ic recʒe ꝥ þat rie þat hexte ʒod on hiſ aʒenre ʒecynde ꝥ te fruma is eallra þinʒa, *quare affirmo id ſuæ natura ſummum bonum eſſe, quod principium eſt omnium rerum*, p. 83. ubi quoque legitur: ʒif þonne hwelc þinʒ toʒeaden biþ fram þam hextan ʒode. þonne ne biþ ꝥ no ꝥ hexte ʒod, *ſi quid ergo diſtinctum eſt à ſummo bono, id ipſum non poteſt eſſe ſummum bonum.*

III. Multa formantur ex ſubſtantivis, addendo affixum negativum, vel privativum [1] leaſ, vel leaſe: ut, necce-leaſ, *negligens.* ſcomleaſ, *impudens.* eʒeleaſ, *impavidus.* ſac-leaſ, *ſine culpa, inſons.* hinc apud nos careleſſe, *ſupinus.* fatherleſſe, *patre orbus.* motherleſſe, *matre orbus.* friendleſſe, *amicis deſtitutus.* ſhameleſſe, *impudens.* ſacleſſe, *innocens*, & ſimilia. Sciendum verò eſt

---

aller hed, I am your aller hele. *Saxonice*, forþam þe ic eam eowra ealra heafod, ic eam eowra ealra hæl. Sic in Prologis *Chauceri*,

------ſhall have a ſuper at our alder coſt.

Up rode our hoſt and was our alder cock.

[1] Apud veteres *Cimbros* à dad, *virtus*, dadleiſe, *vitium, improbitas.* à log, *lex*, logleiſe, actio *illegitima.* à ſak, *cauſa, crimen*, ſaklaus, *innocens.*

leaf *Anglo-Saxonicum* deduci à *M. Goth.* ΛΛΠS, quod ſignificat *liber, ſolutus, vacuus,* & in compoſitione privationem, vel defectum denotat: ut in ΛKKΛNΛΛΛΠS, *fructuum experis.* ΛΛΠSUIΨKΛNS, *jejuni.* ΛΛΠSHΛNΔGΛN, *inanem,* Marc. XII, 3. vide *Junii* gl. *Goth.* in voce ΛΛΠS. Sic apud *Iſlandos* maallaus, *mutus.*

IV. Denominativa terminantur in lic, vel lice: ut, peplic, *virilis.* ælic, *legitimus.* fælic, *marinus.* pilic, *muliebris.* cild-lic, *puerilis.* heofonlic, *cœleſtis.* eorþlic, *terreſtris.* hanc terminationem hodie mutavimus in like, vel ly: ut in godlike, vel godly. heavenlike, vel heavenly. fatherlike, vel fatherly. Denom. *materialia* producuntur in [1] *en*: ut, ab æſc, *fraxinus,* æſcen, *fraxineus.* à beorce, *tilia,* beorcen, *tiliaceus.* à ſtan vel ſtæn *lapis,* ſtænen *lapideus, petræus.* Auguſtinus tractauit, quod Petrus in figura ſignificat eccleſiam. quia Chriſtus petra, petrus populus chriſtianus. æp þan ſýþſt pæſ hiſ nama Simon. ac onihten him gerette þirne naman Petrus. þat iſ ſtænen. to þi þat he hæfde getacnunge Criſtes gelaþunge. Criſt iſ cpæden petra: þat iſ ſtan. and of þam naman iſ gecpeden Petrus eal Criſten folc. Criſt cpæþ. þu eart ſtænen. and ofer þirne ſtanan. þat iſ ofer þam geleafan þe þu nu andettert. ic getimbrige mine cyrcan. *Auguſtinus tractavit, quod Petrus in figura ſignificat eccleſiam, quia Chriſtus petra, Petrus autem populus Chriſtianus. Ante hoc tempus nomen illi Simon fuit, ſed Dominus hoc nomen Petrus illi impoſuit, id eſt, petræus, in hoc ſcilicet, ut Chriſti eccleſiæ typum haberet. Chriſtus dicitur Petra, hoc eſt lapis, & de hoc nomine dicitur Petrus, ſcil. populus Chriſtianus. Chriſtus dixit, tu es* [2] *Petrus, & ſuper hanc petram, hoc eſt ſuper fidem illam, quam tu nunc confeſſus es, ædificabo eccleſiam meam.* Sumpſi hoc exemplum ex pag. 237. E. H. *Bedæ,* à clariſſimo *Wheloco* edit. In illa & ſequenti pagina, alia haud pauca occurrunt lectu digna, quæ facile evincunt *Romano-Saxonicam* eccleſiam idem docuiſſe de Petro, quod nos etiamnum docemus. utinam ſtudio partium ſepoſito, aurea iſta analecta conſulere dignetur pontificius lector. à treop *arbor,* treopen *ligneus,* &c.

Quædam terminantur in cund: ut, godcund, *divinus.* deofulcund, *diabolicus.* eorþcund, *terrenus.* poplocund, *mundanus.* exempla. ne ðearf þe þær earfoþan ſceomigan. ac ic þam mago-þince mine ſylle godcunde gife, *nulla tibi cauſa erit, propter quam filii te pudeat, puero enim eximio dabo divina mea dona,* Cædm. I, 24. gepat þa ſe deofulcunda galſeþhþ, *tum libidinoſus ille diabolicus diſceſſit,* fragm. hiſt. *Judith.* p. 22. ſic etiam denominativa *Gothice* exeunt in KNNAS. ut in ſKALKNNAS, Luc. XIX, 12. ſNMALKNNAIZE, Luc. II, 92. HIMINALKNNAIS, Luc. II, 13.

V. Multa exeunt in ig: ut, dreorig, *mæſtus.* ſcyldig, *reus.* myrig, *hilaris.* æniġ, *quiſpiam.* & numeralia trentig, þrittig, feopertig, fiftig, ſixtig. hæc terminatio apud nos hodie vertitur in y: ut in dreary, *lugubris.* any, *ullus.* twenty, *viginti,* &c.

VI. Multa exeunt in ſum: ut à lang *longus,* formatur langſum *valde,* vel *nimis longus.* hæc terminatio retinetur apud nos in hodiernis fulſum, *valdè turpis.* toilſum, *valdè laborioſus.* troubleſum, *valdè moleſtus.* wholeſum, *ſalubris,* & in multis aliis.

VII. Adjectiva poſitivi gradûs formant ſua comparativa in [3] ep vel epe, ap, æpe, ip, op, up, yp, & ſuperlativa in [4] aſt, vel aſte, æſt, eſt, iſt, oſt, uſt, yſt, ut antea obſervatum eſt in regulâ tertiâ capitis primi: ſic à rihtwiſe, *juſtus,* fit rihtwiſere, *juſtior,* rihtwiſaſt, eſt, iſte, *juſtiſſimus.* Quædam autem irregulariter comparantur: ut, god, *bonus,* betere, betera, *melior,* betemeſt, betemeſta, betſt, betſta, *optimus.* micel, *magnus,* mara, mære, *major,* mæſt, mæſta, *maximus.* yfel, *malus,* pæpla, pierpre *pejor,* pierpreſt, *peſſimus.* Quædam poſitivo carent: ut, uttep, yttre, *exterior,* yttreſt, ytemeſt, ytemeſta, *extremus.* horum nonnulla ab adverbiis comparantur: æreſt, æreſta, *primus,* ab ær, *prius.* fyrmeſt, fyrmeſta, *primus,* à *Cimbrico* adverbio fyr, vel fyrr, *prius.* unum ſuperlativum forma, *primus,* neque poſitivum, neque comparativum habet. unumque comparativum ſcilicet furþor, furþur, furþre, furþra, *ulterior, major, ſuperior,* neque poſitivum, neque ſuperlativum habet. Nota quòd adjectivum [5] fæſt mutet ſubſtantivum cui adjungitur per modum affixi epitatici in adjectivum, & illius ſignificationem auget, ut *valdè* apud *Latinos.* ſic apud *Cædm. Deus* dicitur roþ-fæſt ⁊ rpiþ fenom, i. e. *valdè verax, & valdè præſtans,* vel *veraciſſimus, & præſtantiſſimus,* p. 1, l. 6. ſic *cælum* dicitur puldor-fæſt pic, *valdè glorioſa,* vel *glorioſiſſima arx.* Sic etiam vox tir vel tyr, (*Cimbrice* Tir, Tiir, nomen idoli, vel unius *Aſarum* filii *Odini,*) adjectivis præpoſita, eorum ſignificationem pro more *Cimbrorum* maximè adauget: ut in tireadig, *beatiſſimus.* tirfæſt, *præſtantiſſimus, maximus.* ſic apud veteres *Cimbros,* tyrſpakur *inſtar Tyri ſapiens,* i. e. *ſapientiſſimus.* vide Eddæ *Snorronis* mythol. de *Tyro.* XXIII. *Ol. Wormii* faſt. *Dan.* p. 51. & *Runolphi Jonæ* lex. *Iſland.* in voce Tyr.

---

[1] Sic quædam materialia apud *Latinos* & *Græcos* formantur in *inus* & ινος: ut *cedrinus, faginus,* κεδρίνος. [2] *Saxonice* Petrus. [3] Emphaticè in epa, apa, *&c.* [4] Et emphaticè in aſta, æſta, *&c.* [5] Fæſt, *firmus, ſtabilis.* multa ſunt tam ſubſtantiva quam adjectiva terminata in fæſt, quæ omnia adjectivorum naturam induunt, niſi & ea pro compoſitis potius habenda ſint: ut hæðfæſt, *providus,* vel *conſilio firmiter adhærens.* ſeamfæſt, *verecundus.* þrimfæſt, *magnificus.* pifæſt, *conjugatus.* ſtaþolfæſt, *conſtans.* ſtedfæſt, *ſtabilis.* æfæſt, *pius.* anfeſt, *pius,* (cui opponitur anleas, *impius.*) & nerteſæſt, ut nerteſæſt beon, *altum dormire,* apud *Cædm.* IV, 24.

VIII. Ad-

VIII. Adjectiva, ut videtur, in lingua *Ulphila-Gothica* declinantur in hunc modum.

	Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*	
n.	ΓΛΝΚS, *hic triſtis.* / ΓΛΝΚ, *triſte.*	n.	ΓΛΝΚΑΙ, *hi triſtes.* / ΓΛΝΚΑ, *triſtia.*	n.	ΓΛΝΚΟS, *hæ triſtes.*
g.	ΓΛΝΚΙS.	g.	ΓΛΝΚΑΙΖΟS.	g.	ΓΛΝΚΑΙΖΟ.	g.	ΓΛΝΚΑΙΖΟ.
d.	ΓΛΝΚΑΜΜΑ.	d.	ΓΛΝΚΑΙ.	d.	ΓΛΝΚΑΙΜ.	d.	ΓΛΝΚΑΙΜ.
a.	[1]ΓΛΝΚΑΝΑ, / ΓΛΝΚ.	a.	ΓΛΝΚΑ.	a.	ΓΛΝΚΑΝS. / ΓΛΝΚΑ.	a.	ΓΛΝΚΟS.
v.	[2]ΓΛΝΚΑ, / ΓΛΝΚ.	v.	ΓΛΝΚΑ.	v.	ΓΛΝΚΑΙ. / ΓΛΝΚΑ.	v.	ΓΛΝΚΟS.
a.	ΓΛΝΚΑΜΜΑ.	a.	ΓΛΝΚΑΙ.	a.	ΓΛΝΚΑΙΜ.	a.	ΓΛΝΚΑΙΜ.

Numerus ſingularis.	*Numerus pluralis.*
Nom. ƐRΑΥΛΝRhTS, *peccator.*	Nom. ƐRΑΥΛΝRhTΑΙ.
Gen. ƐRΑΥΛΝRhTIS.	Gen. ƐRΑΥΛΝRhTΑΙΖΕ.
Dat. ƐRΑΥΛΝRhTΑΜΜΑ.	Dat. ƐRΑΥΛΝRhTΑΙΜ.
Acc. ƐRΑΥΛΝRhTΑΝΑ.	Acc. ƐRΑΥΛΝRhTΑΝS.

ƐRΑΥΛΝRhTΑ, *peccatrix*, Luc. VII, 37.

IX. Hæc eſt (ni fallor) ſola, ſaltem maximè communis forma variandi adjectiva ſimpliciter, & abſque notabili emphaſi poſita. Aſt adjectiva & participia emphaticè & demonſtrativè poſita aliter terminantur, & flectuntur. Nam primò adjectiva maſc. gen. (quod de *Anglo-Saxonicis* anteà obſervavimus) emphaticè & demonſtrativè poſita, Λ proſtheticum ſibi adſciſcunt: ſic, quamvis legatur ΒΛΓΜS ΝΒΙΛS, δένδρον σαπρόν, *Mat.* VII, 28. cum articulo legitur SΛ ΝΒΙΛΛ ΒΛΓΜS, τὸ δένδρον σαπρόν, verſ. 17. Item, ΥΙΓS SΛ ΒRΙΓΓΛΝΔΛ, ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα, verſ. 13, 14. ΨΙΝΨΙΔΛ SΛ UIMΛNΔS IN NΛMIN ƐΛNINS, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, *Marc.* XI, 9.

Declinantur autem emphatica demonſtrativa, in Λ finita, ſecundum exemplum VIII. ut, nom. ƐΛIKNGΛ, ὁ παλαιός. gen. ƐΛIKNGIS, τοῦ παλαιοῦ. dat. ƐΛIKNGIN, τῷ παλαιῷ. *Plur.* nom. ƐΛIKNGΛNS, οἱ παλαιοί. Sic, nom. NINGΛ, ὁ νέος. gen. NINGIS, τοῦ νέου. dat. NINGIN, τῷ νέῳ. Huc refer ΝSΛIΨIN, τῷ παραλυτικῷ. *Mat.* IX, 2. *Marc.* II, 5.

Multa etiam pluralia nom. caſ. ut, ΓRΕΔΛΓΛΙ, πεινῶντες, *Luc.* VI, 25. ΝΝΛΕΔΛΙ, πλωχοὶ, *Mat.* XI, 5. ƐRΑΥΛΝRhTΑΙ, ἁμαρτωλοὶ, *Luc.* VI, 34. emphaticè poſita terminantur in ΛNS, ut, ΨΛΙ ΓRΕΔΛΓΛNS, οἱ πεινῶντες, *Luc.* VI, 21. GNS ΝΝΛΕΔΛNS, οἱ πλωχοὶ, *Luc.* VI, 20. ΨΛΙ ƐRΑΥΛΝRhTΛNS, οἱ ἁμαρτωλοὶ, *Luc.* VI, 33.

X. Adjectiva fœm. emphaticè & demonſtrativè poſita, terminantur in Ο, ut, ΨΙΝΨΙΔΟ ΨΝ ÏN UINOM, ἐυλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, *Luc.* I, 28. ⊙Ο SO ΛΛISEINO SO NINGO, τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; declinantur autem ad exemplum X. ut, ΛIUEINO ΛIBΛINS, ἡ ζωὴ αἰώνιος, *Joh.* XVII, 3. ƐRΑΥΛΝRhTON, τῇ ἁμαρτωλῷ, *Marc.* VIII, 38. ΓΛKΛIhTON, τῶ δικαίαν, *Joh.* VII, 24. ΛΛh ΨO hΛNΔNUΛNKhTON, τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, *Marc.* XIV, 58. ΛIUEINOS hΛEIΨKOS, τὰς αἰωνίους σκηνὰς, *Luc.* XVI, 9.

XI. Neutra etiam emphaticè & demonſtrativè poſita terminantur in O, ut, *Luc.* V, 37. ubi οἶνον νέον redditur UEIN NINGΛTΛ, per reg. 12. ὁ νέος οἶνος redditur ΨΛTΛ NINGO UEIN. Sic, ΛΛMB MEIN ΨΛTΛ ƐKΛΛNSΛNO, τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός. ΨΛTΛ ΝΝMΛhTEIGO ΛT MΛNNΛM. MΛhTEIS ÏST ΛT GOΨΛ, τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ. *Luc.* XVIII, 27. Vide etiam *Marc.* IX, 43. & V, 40. *Luc.* XVIII, 14, 15.

Ex prædictis conſtat adjectiva, & participia apud *Mæſo-Gothos* bifariam terminari; vel ut ſupra docuimus in exemplo ΓΛNKS, ſcilicet quando ſimpliciter uſurpantur; vel in Λ, & O, quando emphaticè ponuntur: nempe maſculina in Λ, fœminina, & neutra in O. exempli gratia,

ΨΙΝΨΙΔS, ΨΙΝΨΙΔΛ, ΨΙΝΨΙΔ, } emphatice & demonſtrative, { ΨΙΝΨΙΔΛ. ΨΙΝΨΙΔO. ΨΙΝΨΙΔO.

XII. Adjectiva *neutra* apud *Mæſo-Gothos* non rarò producuntur in ΛTΛ. ut in MEINΛTΛ, ΨEINΛTΛ, GΛINΛTΛ, SEINΛTΛ, NINGΛTΛ, ΛΛΛΛTΛ, &c. *meum, tuum,* ἐκεῖνο, *ſuum, novum, omne.* ΓΛBΛIKhTIΔΛ ΨEINΛTΛ NΛMO, *manifeſtavi nomen tuum*, Joh. XVII, 6. vide Marc. XIV, 15. Matth. V, 29, 30. & VI, 22, 23. & IX, 8, 17. & XI, 7. Luc. IV, 5.

---

[1] Λ finale aliquando abjicitur: ut, ΨΛN, ΛΛNShΛNΔGΛN, pro ΨΛNΛ, ΛΛNS-hΛNΔGΛNΛ, *&c.* [2] ΛΛISΛKI ΨINΨEIΓΛ, apud Marcum, X, 17.

Nota, quod per neutra ſingularia producta in ᚩᛏᚩ *Græca* pluralia redduntur in *Ulphilanâ* verſione: ut videre eſt *Luc.* XVIII, 21, 28. & XIV, 17. & V, 11.

XIII. Comparativa formantur à poſitivis in ᛁᛉᛟ, vel ᛟᛉᚩ. ut ᛗᚩᚾᚩᚱᛁᛉᛟ à ᛗᚩᚾᚩᚱᛋ, *multus*. ᚦᚴᛟᛞᛁᛉᛟ à ᚦᚴᛟᛞᚩ, *ſapiens*. ᛋᛩᛁᚾᚹᛟᛉᚩ à ᛋᛩᛁᚾᚹᚩ, *fortis*. Superlativa verò formantur à comparativis in ISTS, & emphaticè in [1] ISTᚩ. ut ᛒᚩᛏISTS, ᛒᚩᛏISTᚩ, *optimus*, à ᛒᚩᛏᛁᛉᛟ. ᚦᚴᚢMISTS, ᚦᚴᚢMISTᚩ, *primus*. ᛗᚩᚾᚩᚱISTS, ᛗᚩᚾᚩᚱISTᚩ, à ᛗᚩᚾᚩᚱᛁᛉᛟ. hᚩᚢhISTS, *altiſſimus*, hᚩᚢhᛁᛉᛟ, *altior*, hᚩᚢh, *altus*. ᛗᚩISTS, *maximus*, ᛗᚩᛁᛉᛟ, *major*. Leguntur etiam ᚩᚢhᚢMISTS, & ᚩᚢhᚢMISTᚩ, *altiſſimus*. ᛋᚷᛞISTᚩ, *noviſſimus*. hINᛞᚢMISTᚩ, *extremus*. MINISTᚩ, *minimus*. ᚩᚦᚢMISTS, & ᚩᚦᚢMISTᚩ *ultimus*, quorum comparativa non extant in pretioſis argentei codicis reliquiis.

CAPUT QUINTUM.

De Pronominibus.

I. PRonomen primitivum primæ perſonæ (ᛁᚳ, *ego*, ᛈᛁᛏ, *nos duo*, ᛈᚷ, *nos*) declinatur in hunc modum:

Num. ſing.	*Num. dualis.*	*Num. plur.*
Nom. Ic, *ego*.	Nom. [2] ᛈᛁᛏ, *nos duo*. ᚹᚪ, ᚹᛟ.	Nom. ᛈᚷ, *nos*.
Gen. ᛗᛁᚾ.	Gen. uncᛈᚱ.	Gen. uᛈᚷ.
Dat. me.	Dat. [3] unc, unᛉᚷ, & uncᛈum.	Dat. uᛋ.
Acc. me, [4] mec.	Acc. ᛈᛁᛏ.	Acc. uᛋ.
Abl. me.	Abl. unc, unᛉᚷ, & uncᛈum.	Abl. uᛋ.

Pro ᛈᚷ, *nos*, legitur in *Dano-Saxonicis* ᛈoᛖ, & uᚱh, ut, ᚹoᚻhuon ᛈoᛖ ł uᚱh ᚠᛁᛖᛏᚪᚹ, *quare nos jejunamus*, Matth. IX, 14. cod. MS. interl. *Cott.* Hic libet ſubjicere unum, & alterum exemplum pronominis primæ perſonæ in duali numero. *Luc.* XXIII, 41, alter latronum ad alterum, ᚩ ᛈᛁᛏ ᛈᛁ-ᛏoᛞlice bẏ uncᛈᚱ æᚱ-ᛞæᛞum onᚠoᛞ, *& nos quidem ſecundum quod fecimus, recipimus*. uncᛈᚱ ᚱilᚠᚹa ᚱiþ, inquit Adamus ad Evam, *Cædm.* p. 19. l. 23. *Matth.* III, 5, Jeſus ad baptiſtam ſic loquitur; Læᛏ nu. ᚹuᚱ unc ᚷeᛞaᚠenaᚹ ealle ᚹihᛏᚹiᚱniᚹᚹe ᚷeᚠẏllan, *ſine modò, ſic enim nos decet implere omnem juſtitiam*. Matth. XX, 31, duo cæci clamant ad Chriſtum; ᚷemilᛏᚱa unc Dauiᛞeᚱ ᚱunu, *miſerere noſtri, fili David*. Marc. X, 37, Jacobus & Johannes ſic Chriſtum affantur, ᚱẏlle unc. ᚹaᛏ ᛈiᛏ ᚱiᛏᛏon on ᚹinum pulᛞᚷe, *da nobis*, &c. *Luc.* II, 48, ſic alloquitur Maria Chriſtum; ᚱunu hᚹi ᛞiᛞeᚠᛏ ᚹu unc ᚹuᚱ. ᚹin ᚠæᛞeᚹ anᛞ ic ᚱaᚹiᚷenᛞe ᚹe ᚱohᛏon, *fili, quid feciſti nobis ſic, ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*. Luc. XII, 13. ᚱeᚷe minum bᚱeᛞeᚹ. ᚹaᛏ he ᛞæle uncᛈᚱ æhᛏa ᛈiᛞ me, *dic fratri meo, ut dividat mecum noſtram hæreditatem*. ᚹuᚹh uncᛈᚱ bᚱoᚹeᚹ-ᚹæᛞenne ic ᚱecᚷe ᚱoᛞ, *per fraternitatem noſtram verum loquor*. Nota etiam, quod à *Goth.* ᚢNSIS, *Francice* legitur [5] uᚱic, uᚱich, uᚱih, pro *nos*, & *nobis*. Hiſce addas exemplum gen. plur. uᚱe. nu Aᛞam can ẏᚠel ᚩ ᚷoᛞ ᚱᚹa ᚱᚹa uᚱe ᚱum, *nunc Adamus ſcit bonum & malum, ſicut unus ex nobis*, Gen III, 22.

II. Pronomina poſſeſſiva primæ perſonæ (ᛗin, *meus*, ᛗine, *mea*, &c.) ſic declinantur:

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*
Nom. ᛗin, *meus, um.*	Nom. ᛗine, *mea.*	Nom. ᛗine, *mei, æ, a.*
Gen. ᛗineᚱ.	Gen. ᛗinᚹe.	Gen. ᛗinᚹa.
Dat. ᛗinum.	Dat. ᛗinᚹe.	Dat. ᛗinum.
Acc. ᛗinne, ᛗin.	Acc. ᛗine.	Acc. ᛗine.
Voc. ᛗin.	Voc. ᛗine.	Voc. ᛗine.
Abl. ᛗinum.	Abl. ᛗinᚹe.	Abl. ᛗinum.

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*
Nom. uᚹe, *noſter, um.*	Nom. uᚹe, *noſtra.*	Nom. uᚹe, *noſtri, æ, a.*
Gen. uᚹeᚱ.	Gen. uᚹᚹe.	Gen. uᚹᚹa.
Dat. uᚹum.	Dat. uᚹᚹe.	Dat. uᚹum.
Acc. uᚹne.	Acc. uᚹe.	Acc. uᚹe.
Voc. uᚹe.	Voc. uᚹe.	Voc. uᚹe.
Abl. uᚹum.	Abl. uᚹᚹe.	Abl. uᚹum.

Pro uᚹe, legitur uᚱeᚹ, uᚠᚱeᚹ, *noſter, noſtras*, à *Goth.* ᚢNSᚪR. vel potius *Francico* unſer: ut, neᚹᚷenᛞ uᚱeᚹ, *redemptor noſter*, Cædmon XIII, 21. hẏlᛞleaᚱeᛁᚠ uᚱeᚹ liᚠe, p. 82. l. 21. pro uᚹum

---

[1] *Runice* BRᚪᚾIᚢTᚪ, bradiſta, *latiſſimus*, planè ad formam *Græcorum* in ιϛω, ut in ἄριϛος, κάλλιϛω, &c. [2] *Goth.* ᚹIT: [3] *Goth.* ᛁᚴ-ᚴIS: [4] Mec ᚱoᚹᚷ ᛞᚱeᚳaᛞ, *me dolor vexat*, Cædm. p. 47. l. 24. Mec derivatur à *Gothico* MIK: [5] ᛋiᛞᛞan ᛞu uᚱic unᛞeᚱ æhᛏa læᛞ-ᛞeᚱᛏ. ᚹu uᚱic polᛞeᚱᛏ ᚠacne becẏᚹᚹan, *Cædm. p. 57. l.* 24. vide caput vigeſimum.

occurrit

occurrit ſcriptum uſſum, *Bed.* H. E. p. 81. & pro uſer, uſſer, p. 86, in margine uſſum etiam occurrit, p. 122. & uſſe pro uſne. ſe liſde oþ uſſe tide, *qui ad noſtra tempora vixit*, p. 149. þicſiendum uſſum þam æſterran hlaſordum, p. 300. on uſſum anpealde, *in noſtra poteſtate*, Boeth. p. 25.

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*
Nom. uncer, [1] *noſter.*	Nom. uncre, *noſtræ.*	Nom. uncre.
Gen. uncrer, pro uncerer.	Gen. uncerrer.	Gen. uncerra.
Dat. uncrum.	Dat. uncerre.	Dat. uncrum.
Acc. uncerne.	Acc. uncere.	Acc. uncre.
Voc. uncer.	Voc. uncere.	Voc. uncre.
Abl. uncrum.	Abl. uncerre.	Abl. uncrum.

Matth. xx, 33, clamant ad Chriſtum duo cæci: ðuihten. þæt uncre eagan ſyn ſeoponede, *domine, ut aperiantur oculi.* vide *Luc.* xii, 13. ſereo þat he ir æfenð-recg uncrer heafdan, *percipio illum eſſe nuncium noſtri domini*, inquit Eva ad Adamum, *Cædm.* xvi, 19, & 25. ſemuna þu þiſſe tide, and uncrer ſerhtæcer, *memento hujus temporis, ac loquelæ noſtræ*, angelus ad *Edwinum*, Bed. H. E. p. 139.

III. Pronomen primitivum primæ perſonæ *Mæſo-Gothicum* ïK, *ego*, declinatur in hunc modum:

Num. ſing.	*Num. dual.*	*Num. plur.*
Nom. ïK, *ego.*	Nom. ᚹIT, *vũi, vó.*	Nom. [2] ᚹEIS, *nos.*
Gen. MEINᛦ.	Gen. ᚢᚱKIS, vel ᚢᚱᚱKIS.	Gen. ᚢNSᚨKᛦ.
Dat. MIS.	Dat. ᚢᚱKIS.	Dat. ᚢNS, & ᚢNSIS.
Acc. MIK.	Acc. ᚹIT.	Acc. ᚢNS, & ᚢNSIS.
Abl. MIS.	Abl. ᚢᚱKIS.	Abl. ᚢNS, & ᚢNSIS.

Exempla dualis numeri petantur ex *Joh.* xvii, 22. *Marc.* x, 37. *Matth.* ix, 27. *Luc.* vii, 20.

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*	
n. MEINS, *meus.* / MEIN, *meum.*	n. MEINᛦ, *mea.*	n. MEINAI, *mei.* / MEINᛦ, *mea.*	n. MEINRS, *meæ.*
g. MEINIS.	g. MEINᛦIZRS.	g. MEINᛦIZE.	g. MEINᛦIZR.
d. MEINᛦMMᛦ.	d. MEINᛦI.	d. MEINᛦIM.	d. MEINᛦIM.
a. [3] MEINᛦNᛦ, / MEIN.	a. MEINᛦ.	a. MEINᛦNS, / MEIN.	a. MEINRS.
v. MEINS, MEIN.	v. MEINᛦ.	v. MEINᛦI, MEINᛦ.	v. MEINRS.
a. MEINᛦMMᛦ.	a. MEINᛦI.	a. MEINᛦIM.	a. MEINᛦIM.

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*	
n. ᚢNSᚨK, *noſter*, / *noſtrum.*	n. ᚢNSᚨKᛦ, *noſtra.*	n. ᚢNSᚨKᛦI, *noſtri.* / ᚢNSᚨKᛦ, *noſtra.*	n. ᚢNSᚨKRS, / *noſtræ.*
g. ᚢNSᚨKIS.	g. ᚢNSᚨKᛦIZRS.	g. ᚢNSᚨKᛦIZE.	g. ᚢNSᚨKᛦIZR.
d. ᚢNSᚨKᛦMMᛦ.	d. ᚢNSᚨKᛦI.	d. ᚢNSᚨKᛦIM.	d. ᚢNSᚨKᛦIM.
a. ᚢNSᚨKᛦNᛦ, / ᚢNSᚨK.	a. ᚢNSᚨKᛦ.	a. ᚢNSᚨKᛦNS, / ᚢNSᚨKᛦ.	a. ᚢNSᚨKRS.
v. ᚢNSᚨK.	v. ᚢNSᚨKᛦ.	v. ᚢNSᚨKᛦI, &c.	v. ᚢNSᚨKRS.
a. ᚢNSᚨKᛦMMᛦ.	a. ᚢNSᚨKᛦI.	a. ᚢNSᚨKᛦIM.	a. ᚢNSᚨKᛦIM.

Ab ᚢᚱKIS proculdubiò eſt poſſeſſivum ᚢᚱᚢᛦᚨK, νωίτερος, ſed deeſt exemplum in argenteo codice lacunis pleno.

IV. Pronomen primitivum ſecundæ perſonæ (þu, *tu*, ᚷyt, σφῶι, ᚷe, *vos*) declin. in hunc modum:

Num. ſing.	*Num. dual.*	*Num. plur.*
Nom. Ðu, *tu.*	Nom. * ᚷyt, σφῶϊ, σφώ.	Nom. ᚷe, *vos.*
Gen. þin.	Gen. incer.	Gen. eoper.
Dat. þe.	Dat. incrum, & inc.	Dat. eop.
Acc. þe, þec.	Acc. inc.	Acc. eop.
Voc. eala þu.	Voc. eala inc.	Voc. eala ᚷe.
Abl. þe	Abl. incrum, & inc.	Abl. eop.

Exempla dualis numeri in pronomine ſecundæ perſonæ: *Cædm.* p. v. ſic affatur Deus Adamum, & Evam: inc ſceal ſealt pæter punian on ᚷepealde, *ſub veſtrâ ditione erit ſalum.* inc

---

[1] Νωίτερος, de duobus nimirum dicitur. [2] *Runice.* ᚹIR, *weir. Germ.* Wir. gen. unſer. dat. uns. acc. uns. abl. uns. [3] Legitur ᚢEINNᛦ, *Matth.* xi, 10. & ᚢEINᛦMᛦ, *Luc.* xx, 13. tam in codice impreſſo, quàm apographo *Junia-no*, quod extat in bibl. *Bodleiana.* * Et incit, *Cædm.* lxii, 2. þerfaþ incit hep, *manete vos hic.* incit autem compoſitum eſt ex inc & ᚷyt.

hẏpaþ eall, *vobis omnia obedient.* papniaþ inc piþ þone pæꝛtm, *cavete vobis ab illo fructu*, VI, 4. *Matth.* IX, 28, ait Chriſtus ad duos cæcos: ȝelẏfe ȝẏt þat ic inc mæȝ ȝehælan, *creditiſne, quod ego poſſim vos ſanare. v.* 29, ꝛẏ inc æfteꝛ eoppum ȝeleaꝛum, *ſecundum veſtram fidem fiat vobis.* in aliquot codicibus, ꝛẏ inc æfteꝛ incꝛum ȝeleaꝛum. *Matth.* IV, 19, Chriſtus ad Petrum, & Andream: cumaþ æfteꝛ me. ⁊ ic þo þæt ȝẏt beoþ manna fiſceꝛaf, *venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth.* XX, 22, Chriſtus ait ad Zebedæi filios: ȝẏt nẏton hpæt ȝẏt biþþaþ. maȝe ȝẏt þincan þone calic þe ic to þincenne hæbbe, *neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* denuò *v.* 23, piþoþlice ȝẏt minne calic þincaþ, *calicem quidem meum bibetis.* to ꝛẏttanne on mine ꝛpiþꝛan healfe. oþþe on þẏnꝛtꝛan. nẏꝛ me inc to ꝛẏllene, *ſedere autem ad dextram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis.* conſule etiam *Marc.* X, 39, 40. & *Luc.* II, 42. biþ ȝemæne incꝛum opleȝ niþ, *inter vos* (inquit Deus ad Serpentem & Evam loquens) *erit perpetua inimicitia*, Cædm. XXII, 16. Hic libet adjicere exemplum gen. plur. numeri, quod rariùs occurrit: Ꝺoþ com þ he polde ꝼanþian eopeꝛ, *venit Deus, ut vos probaret*, Exod. XX, 20. Occurrit þec pro þe, quod proculdubio formatur à *Cimbrico* þig, vel *Francico* thec, *Gothice* ψnK. Pro eop non raro occurrit ȝeop, ut in præfatione *Ælfredi* regis ad *Wulſigeum*, quam præmiſit paſtorali ſancti *Gregorii*, ꝼoꝛ þi me þinȝaþ beteꝛe. ȝiꝼ ȝeop ꝛꝛa þincaþ, *quapropter mihi optimum viſum eſt, ſi tu quoque ita exiſtimas.* Legitur etiam aliquando ȝep: ut, pe ꝛenden ȝep, *mittimus vobis*, chart. *Hen. III.* quam publici juris fecit *Somnerus* in lexico ſub voce Unnan. In *Dano-Saxonicis* pro eop occurrit ſæpe juch, juh, juih, more ſcilicet *Francorum*, ut in cap. XX. amplius docebitur.

V. Pronomina poſſeſſiva ſecundæ perſonæ ſunt þin, *tuus, tuum*, þine, *tua*, quæ declinantur ut min, & mine, *meus, meum, mea.* & eopeꝛ, *veſter, um*, eopeꝛe, *veſtra*, quæ ſic declinantur:

Numerus ſingularis.		*Numerus pluralis.*
Nom. Eopeꝛ, *veſter, um.*	Nom. [1] eopeꝛe, *veſtra.*	Nom. eopeꝛe, *veſtri, æ, a.*
Gen. eopeꝛeꝛ.	Gen. eopeꝛꝛa.	Gen. eopeꝛꝛa.
Dat. eopeꝛum.	Dat. eopeꝛꝛe.	Dat. eopꝛum.
Acc. eopeꝛne, *&c.*	Acc. eopeꝛe, *&c.*	Acc. eopeꝛe, *&c.*

Denique inceꝛ, σφωΐτερος, ον. inceꝛe vel incꝛe, σφωϊτέρω, quæ declinantur ut unceꝛ, & unceꝛe. incꝛe cẏnne, *Cædm.* V, 8.

VI. Pronomen primitivum ſecundæ perſonæ *Mæſo-Gothicum* declinatur in hunc modum:

Num. ſing.	*Num. dual.*	*Num. plur.*
Nom. ψn, *tu.*	Nom. ΓIT, σφῶϊ, σφώ.	Nom. ïZVIS, *vos.*
Gen. ψeINʌ.	Gen. [2] ïrUIS, & ïrrUIS.	Gen. [3] ïZVʌKʌ.
Dat. ψnS.	Dat. ïrUIS.	Dat. ïZVIS.
Acc. ψnK.	Acc. ΓIT.	Acc. ïZVIS.
Voc. ψn.	Voc. ΓIT.	Voc. ïZVIS.
Abl. ψnS.	Abl. ïrUIS.	Abl. ïZVIS.

Huc quoque referenda ſunt, ut ſupra dixi, eople, piȝa & æþelinȝ. punðon Ðam æþelinȝe. eaȝopan acende. in Babilone. beapn aȝeðeð. ȝneolicu tu. ȝ Ða ȝnumȝapan. hæleþ hiȝe-noȝe. hatene pæpon. Abpaham ȝ Aapon. Ðam eoplum pæȝ. ȝnea enȝla ban ȝneoð ȝ aldoȝ, *huic nobili viro in Babylone poſteri nati ſunt, & ingenui duo filii geniti, & vocati erant Abraham & Aaron, hi patriarchæ & heroes magnamini, his ambobus principibus dominus angelorum ſervator erat atque pater.* paraphr. 38, 18. Sic 46, 7, ȝepat him ȝnea leoða. eaplum beðnopen. Abpaham recan. ȝneondo ȝeȝceaȝt, *egreſſus eſt rex magnatibus* [vel *viris*] *orbatus, amiciſque nudus ad quærendum Abrahamum.* Sic harm. evang. *Cott.* cap. VI, An them ahtoðen ðaȝe erlos manaȝa ſuitho, *in octavo die valde multi homines.* cap. IX, nu thie cuninȝ ni leƀit erl oƀarmuodi, *nunc non vivit rex, homo ille ſuperbus.*

In fragm. *Judith*, Holofernes vocatur bynn-piȝena bneȝo, *loricatorum militum dux.* Ni hnaþe ȝnemeðon ambyht ȝcealcaȝ ȝpa him heopa ealðoȝ bebeað bynn-piȝena bneȝo, *confeſtim fecerunt nuntii, ſicut illis mandaverat eorum dominus, loricatorum virorum princeps.* i. e. *dux* vel *imperator.*

Horum autem haud exigua pars in antiquis noſtris poetis, præſertim in *Satyrographo* leguntur, & in *Scoticis* auctoribus; ut in *Virgilii* Æneadum verſione *Duglaſſiana*, in cantico quod inſcribitur **Chriſt's kirk on the green**, in libro cui titulus **the life of William Wallace**, & apud *Chaucerum* noſtrum.

---

* Intelligitur *Nebucchadonoſor.* † Id eſt *Satrapis, ducibus, principibus, provinciarum præſidibus*, &c.

Kink occurrit in poematio *Jacobi*, ut creditur, primi, *Scotorum* regis, cui titulus, **Christ's kirk on the græn**; at reliqua exempla ſubſequentia è *Satyrographo* noſtro deſumſi:

Kink.

Then Stephen came ſtepping in with ſtends,
Noe rink night him arreſt.

Gome vel Gomme.

Therefore God of his goodneſs the firſt gome Adam
Set him in ſolace, and in ſovereign mirth.
I gluton, quod the gome, giltye me yelde.
Nay ſo God me help ſeyd that gome than.
And if the gommes grutch then, bid hem go ſwynke.
And I will go with this gomme, if God will give me grace.

Segge.

I have ſeen ſegges, quoth he, in the city of London
Beare byghes full brycht about their neckes.
That every ſegge ſhall ſay I am ſiſter of your houſe.
In enſample tho ſegges, ye ſhould done the better.
I muſt ſit ſayd the ſegge, or els I muſt næds nap.
I am a ſurgeon ſayde tho ſegge, and ſalves can make.

Leode vel Ladde.

Among theſe lettred leodes this Latin is to meane
That fyre ſhal fal, and brenne all to blo aſhes.
Therefore have I no liking with tho leodes to wonne.
Till late was and longe, ere they a leode mette.
To tel Latin thou learnedſt leode in thy youth.
Was never wight as I went, that me wiſh could
Wher this ladde lenged, leſs or more.

Hic obſervare eſt etymologiam Anglici **ladde**, quod *virum*, *maſculum*, *adoleſcentem*, *birquitallum* ſignificat. Nec miretur lector **leode** & **ladde** diverſimodè ſcribi ab auctore noſtro, cui nihil magis in uſu eſt, quam vocabula non diverſa diverſis modis ſcriptitare: ut **abſoyle** & **aſſoyle**; **graundmercy** & **grammercy**; **gomes** & **gommes**; **pelure**, **pelore**, **pelyre**, [nunc **pearle** vel **perle**] & infra **girle**, **gyrle**. A **ladde** autem jampridem in uſu apud noſtros derivatur **laddeſſe**, pro quo per contractionem uſurpatur hodierno die **laſſe**, *adoleſcentula*.

Wye *ab* Vigа.

He light down of liard, ladde him in his hand,
And to the wye he went, his woundes to beholde.
For went never wye in thys world through the wildernes.
And as theſe wiſe wyes weren togythers,
In an houſe al beſhette, and the doors barred,
Chriſt came in, &c. [wiſe wyes, i. e. apoſtles.]

Hiſce addas **reuke**, **freke**, & **girle** vel **gyrle**, quæ ſunt omnia appellativa virorum, in veteribus noſtris auctoribus, præſertim in *Satyrographo* omnibus, me judice, anteponendo. Primi etymologiam à *Cimbrico* **reckur** ducendam cenſeo. Secundum derivandum puto à *Cimbrico* **frægur**, *celebris*, vel **frekur**, *aſper*, *ſtrenuus*: *Snorro* enim, in ſecunda ſuæ Eddæ parte, res ab his, quæ iis accidunt & attribuuntur, appellationes ſumere, nos docet. Tertium autem manifeſte venit à *Saxonico* ceopl, *vir*, *mas*. En vero exempla:

Reuke.

Therefore I red you reukes, that rich be on this earth.
For may no reuke there reſt have, for rattons by night.
And riche reukes right ſo gaderen and ſparen.

Freke.

Freke.

And if thou find any freke, that fortune hath apaired.
The freke, that fedeth himself with his faithfull labour,
He is blessed by the boke, in body and in soule.
It is not four dayes, that this freke, before the Dean of Poules,
Preached of penaunce. ——————

Girle, vel Gyrle.

Aristotle and other moe to argue I taught,
Grammer for gyrles I garde first to write.
Through wine and women ther was Loth accombred,
And ther gat in gluttony, girles that were cherells.

Ita enim *Moab* & *Ammon, Lothi* filii, à poeta appellantur; qua vero catachresi accidit ante multos annos, *adolescentulas* apud nos ita vocari me plane latere fateor; nisi girle, *adolescentula*, derivetur forte à carlinna vel karlinna, quod *fœminam* apud *Cimbros* significat. Hæc obiter ex *Satyrographo* nostro, cui *Anglo-Saxonum* poetæ adeo familiares fuerunt, ut non solum eorum verbis versus scripsit, sed tinnitum illum consonantem initialium apud eos literarum imitatus est, & nonnunquam etiam versus tantum non *Saxonicè* condidit; ut,

And I hote the, quod hunger, as thou thy hele wilneste.
And ic ðe hate, cueþ hungor, þua ðine hæle ðu pilnerte.

Denique vates hic noster, in seculo suo doctissimus & acerrimus morum vindex, Clericis, quos in omnibus satyris, ipso summo Pontifice non intacto, perstringit; Clericis, inquam, utriusque nominis, quid propter peccata eorum, hypocrisin, avaritiam, luxum, terrenorum cupidinem, defectum charitatis, beneficiorum & reddituum abusum, desidiam & turpem gregum neglectum, in postero tempore eventurum erat, ante ducentos circiter annos, quàm evenerit, non uno in loco prædixit in iis quæ sequuntur. *

Litle had Lords to done, to give lands from her heirs
To religious, that have no ruth, if it rain on her alteres
In many places ther they persons be, by himself at ease,
Of the pore have they no pity, and that is her charitie.
And they letten hem as Lords, her lands lye so brod.
And there shal come a King, and confess you religious,
And beate you as the Bible telleth for breking of your rule;
And amende moniales, monkes, and chanons,
And put hem to her penaunce, ad pristinum statum ire.
And barons with erles, beat hem through, beatus vir.

And then shal the Abbot of Abington, and all his issue for ever
Have a knocke of Kynge, and incurable the wound:
That this worth soth seke ye, that oft overse the bible.

——That rode they honoure,
That in grotes is graven, and in nobles:
For covetous of that Crosse, men of holy kyrke
Shal turn as Templars did, the time approcheth nere,
Wyt ye not ye wyse men, how tho men honored
More treasure them trouth, I dare not tell the soth,
Reason and rightfull dome, the religious demed
Kyght so you Clarkes, for your covetise ere long
Shal they deme Dos ecclesie, and your pride depose.

Ex his, Lector Christiane, mecum perpende præfinitum esse tempus, ultra quod non tardat punire justus naturâ Deus, quum ad vindictam surgens non peculio suo, sive populo, sive clero, non unctis suis, sive regibus, sive sacerdotibus, parcet, impios impiis castigandos tradens, & peccatores peccatoribus perdens; quemadmodum figulus, in furore suo urceum urceo, & vas honoris vas iræ tandem factum vase ignominiæ & contumeliæ frangit. Sapite igitur O sacerdotes; sapite & vos

* Vide titulum, The suppression of Abbeyes, in satyra quæ inscribitur *Passus decimus*.

reges, erudimini vos qui judicatis terram; osculamini supplices Filium, ne irascatur, & pereatis; cum enim exarserit furor ejus, quasi virga ferrea vos conteret, & veluti vasa figulina vos vobiscum confringet, & tum beati omnes, qui in eo confidunt.

Sed ut redeam Grammaticus, unde Theologus digressus sum, dictus *Snorro* in secunda suæ Eddæ parte, inter poeticas appellationes quibus *Cimbrorum Scaldi* usi sunt, enumerat, I. * brynia, *Sax.* byrn vel byrna, *lorica, thorax ferreus.* II. sefe vel seffe, *Sax.* reaxa, *mens, animus.* III. mund, *Sax.* mund, *manus.* IV. brage, *Sax.* brego, *rex, dux, dominus, imperator.* V. mogur vel mægur, *Sax.* mago, *gnatus, filiolus.* VI. alldur, *Sax.* aldor, ealdor, *vita.* VII. raund, *Sax.* rand, *clypeus.* VIII. [1] logur, laugur, metonymice, *aqua, mare, diluvium.* IX. kollur, kollner, *galea.* colla, *Sax.* X. gullbriotur, *aurum distribuens*, tropice, *rex, princeps. Sax.* goldes brytta, rinces brytta. XI. niðdur, *filius, nepos*; unde per synecdochen poeticam, *Sax.* nidar vel niðdar, *homines, mortales, posteri à majoribus descendentes.* XII. salur, *domus. Sax.* sal, *domus, aula.* XIII. leið, *navis. Sax.* lid. XIV. firar, & firðar, proprie *præsides, viri præfecti*, per synechdochen autem poeticam, *viri. Sax.* firas. Quæ omnia exemplis munienda sunt.

Primi autem exempla suppeditat fragm. hist. *Judith.* nempe, sra him heora aldor bebead byrnsigena brego, *sicut eis jusserat dominus suus loricatorum heroum imperator.* Sic, and læddon to ðære beorhtan byrig Bethuliam. helmas and hussreax. hare byrnan. guðrceapp gumena. golde geskrætepod. *& ad illustrem urbem Bethuliam vexerunt galeas & gladios, & ducis loricas auro adornatas.*

Secundi exempla accipe quæ sequuntur. Ne sealdest ðu me sunu. sorhson mec sorg ðeceþ. on sefan suiþe, *non mihi dedisti filium, quamobrem dolor animi valde me excruciat.* Paraphrast. 47, 24. Ac heo geapum scod ðone hleaþor-cyþe hurce belegde on sefan suiþe, *sed senex facta oraculum in animo ignominiose valde mendacii insimulavit*, p. 52, 25. Sic p. 77, 23, ða him unbliþe anspareðon. deosol sitgan. næs him ðom geapu. to asecganne. sprecen cyningе. hu magon pe sua digle. dsihten ahicgan. on sefan ðinne. hu ðe spellede. oððe þýrda gesceaft. sirðom buðe. gif ðu his æfest ne meaht. os aneccan, *tum illis responderunt [2] Diaboli vates, quod sibi in promptu non erat narrare regi somnii mysterium, dicentes, quomodo possimus domine exscrutari rem absconditam, aut dicere quomodo sapientia somnium menti tuæ indidit, aut fatorum decreta revelavit, si tu ejus initium non potes nobis explicare.* Sic p. 78, 6. ge sueltaþ deaþe. nimþe ic ðom site. soþan sueðner. ðæs min sefa mynegaþ, *moriemini, nisi sciam mysterium veri somnii, cujus mens me commonet.* Sic p. 72, 5. nymþe hilc. ðæs snottor. in sefan peorþe. þ he ana mage. ealle genimman. stanes on eorþan. steorran on heofonum, *nisi quis tam sapientis animi fuerit, ut solus possit enumerare omnes terræ lapides & stellas cœli.* Sic in harm. evang. *Cott.* cap. LXVIII, thiu uuiþ soragodon an iro sebon suuitho, *valde mæstæ erant mulieres in suis animis.* Sic cap. LXXI ejusdem harmoniæ, quat hie ist inc iamer hugi sebo sora gonofull, *inquit ille, num vobis est animus mæstus, dolorum plenus.* iro muod sebo, *animus ejus*, cap. v.

Tertium mund legitur in *Voluspa* sive Edda *Sæmundi*, strophe 55. **Iætur hann moge huedrungs mund ofstanda.** quem versum sic *Gudmundus Andreæ* reddit, *facit is nato Cyclopum manum insistere*: deinde in notis sic scribit, **mund**, *manus*, olim frequens, unde **mundlog**, *malluvium*; **mundhangur**, *turtina.* Idem notat ad vocem in Lexico suo *Islandico.* Sic apud Paraphrasten, p. 31, 19, him on hoh beleac. heofon picef peapð. mese-huref muþ. mundum sinum sigora paldend.] segnade. eapce innan. agenum spedum. nepgend ursep, *regni cœlestis custos manibus suis marinæ domus ostium in superna parte illi obseravit, & servator noster bona sua intra arcam signavit.* Sic p. 34, 23, ic monnef feoh. to slagan seþe. ðæs ðe blod-gyte, pæll-fyll penef. pæpnum gefpeðeþ. mopþ mið mundum, *ego vitam hominis occisori (carnifici) trado, qui sanguinis effusionem, & cædem hominis armis perpetrat, aut manibus suis homicidium.* Sic p, 25, 9, gif manna huelc. mundum sinum. aldre beneotaþ. hine oncymeþ. æftef ðære sinne. reofon fealð ppacu. site æftef peonce, *si quis hominem manibus suis vita deprivat* [i. e. homicidium committit] *post pecatum istud, post facinus septemplex vindicta & supplicium illum adsequetur.*

Quartum brego occurrit non raro in Paraphraste: ut in p. 5, 1, ubi *Deus* dicitur brego engla, *rex angelorum.* Sic p. 80, 20, *Nebuchadonosor* vocatur Babilone brego, *rex Babylonis*: & in fragm. *Jud. Holofernes* vocatur beorna brego: ut, mynton ealle þ re beorna brego. and seo beorhte mægþ in ðam plitegan tpæfe pæpon ætsomne, *meminerunt omnes dominum & formosam virginem fuisse simul in splendido tentorio.*

---

* Sic in dialogo illo metrico inter *Oddurum* & *Hialmarum*, cap. v. Hervar. Sag. ut Hialmur. er þin hoggvin en a hlið brynia, *galea tua est cæsa, & in latere lorica.* Sar hef eg sextan, oc flitna bryniu, *vulnera habeo sedecim & ruptam loricam.* [1] Logur nobis est quod *Latinis* est *liquor*: certe ea vox *aquam* significat, & sæpius pro *pelago* tropice ponitur *Gudmundo Andreæ* in hæc verba, vm log lyder. *Voluspæ* strophe 51. hinc quoque istud, laugur er landa bellte, *mare est terrarum cingulum.* [2] Harioli, magi, Chaldæi, &c.

Quin-

Quintum maga legitur in *Voluſpæ* ſtrophe 1. ſignificat autem *filium, propinquum, cognatum.*

Hliods bid eg allar helgar kinder — *Silentium jubeo omnes ſanctæ creaturæ,*
Meire og minne megu Heimdallar. — *Majores minoreſque filios Heimdalli.*

de hac voce megur ſic *Gudm. Andreæ* in notis ad *Voluſpæ* ſtrophen 51. megur antiquis eſt *filius.* primus hoc nomine *Majus,* à *Maiâ* matre vel *Mercurii* vel alterius primarii dictus eſt *filius,* deinde quilibet *filius* per ſynecdochen ſpeciei, ſeu partis pro integro. Hinc à ſignificatione *filii* denuo per ſynecdochen generis ſignificat *propinquum, cognatum*: ſic *Cædm.* p. 24. he ða unſæden folmum gefremede. freo-mæg ofsloh. broþor sinne, *ſcelus manibus perpetravit, germanum occidit fratrem ſuum.* Sic p. 25, 7, ne ðearfst ðu ðe ondræban. ðearf bregan. feorh-cælm nu giet. ðeah ðu from scyle. freo-magum feor. fáh gepitan, *non neceſſe habes mortis terrores, interfectionem timere, etſi à cognatis procul exoſus diſcedere debueris.* Sic in compoſitis apud poëtas frequentiſſimis, *ſanguinis propinquitatem* & *neceſſitudinem* denotat: ut in cneo-magaſ vel cneop-magaſ, *cognati, gentiles*; hleo-magaſ *fratres conſanguinei.* mago-pincaſ, *eodem genere vel ſtirpe creati.* Quibus addi poteſt fæðern-magaſ, *agnati.* Sic in Hervar. Sag. cap. xi., mag fadr konu mans, *ſocer.* & in notis *Ol. Verelii* ad locum, dottr mag, *gener.* syſtr mag, *affinis.* mag-kona, *mulier affinitate conjuncta,* ut frænd-kona, *conſanguinea quælibet,* & infra in cap. xvii,

Hier er Hlaudr komin, — *Hlaudurus huc venit,*
Heidreks arfi, — *Heidreki hæres,*
Broder þinn, — *Frater tuus,*
Hin baudskar. — *Ille cruentus.*
Mikill er sa mogur — *Ingens videtur ille propinquus*
A mars baki, — *Supra dorſum equi,*
Vill sa þundur — *Vult autem vir*
Vid þig mæla. — *Tecum loqui.*

In harm. evang. *Cott.* cap. xxv. than findis thu gisundan at hus magu jungan, *tunc domi invenies juvenem filium ſanum factum.* Sic cap. xxvi, sprac the man uuid is magos, *allocutus eſt vir ille conſanguineos ſuos.*

Sextum aldor, ealdor, *vita*; ut in Paraphraſte inquit *Sarah* ad *Abrahamum*: gif ic pealdan mot næfre Ismael þiþ Isace þiþ min agen bearn ýfre dæleþ on larte ðe ðonne þu of lice aldor arendeft, *ſi ego poſſim prævalere, Iſmael nunquam cum Iſaaco meo filio hæreditatem dividet.* Sic in fragm. *Jud.* ða pæf nefgendef ðeopen ðrymfull ðearle gemyndig hu heo þone ætolan eaþeft mihт ealdre benæman, *tum magnifica Dei ſerva valde in animo agitabat, quomodo facillime odioſo vitam eriperet.* Sic in harm. evang. *Cott.* cap. xlvii, thiu idis uuas bifangan an farlegarniſſe uuas iro lifes ſcolo thaт ſia firio barn ferahu binamin ahtin iro aldras ſo uuas an iro euue giſcriban, *deprenſa in fornicatione, mortis rea erat, adeo ut homines ei animam eripere vitam tollere poſſent*; *ſicut in eorum lege ſcriptum eſt.* Sic cap. l, thaт man aldra biloſie, *ut homo vitam perdat*, vel, *ut vita perdatur.*

Septimum þanð, *clypeus*, ſæpe legitur in compoſitis: ut þonð piggende, *clypeati milites.* in fragm. *Judith*: þonð piggenð comon to ðam þican-þeodne fepan folcef þæfpan, *milites imperatorem exercitus ducem adierunt.*

Octavum lago: ut in Paraphraſte p. 4, 17, ða gefunðþoð pæf lago þiþ landе, *tum diviſa erat aqua à terra.* Sic p. 5, 16, *fluvii* dicuntur lago-ýþnende, *currentes aquæ.* Sic diluvium vocatur lago-flod, & lago-ſtream, & lago-þiþ, *ſemita, via maris*: ut oþ ic ðæfre lafe lago-þiþa eft þýman pille, *donec ſuperſtitibus* (inquit Deus ad Noachum) *viam ex maris ſemitis aperuero*, p. 31, 9. Sic harmonia evangelica *Cottoniana*, cap. lii, thiu thar mid lago-ſtromon liudi farteriða bi Noes tideon, *quod in diebus Noachi homines perdidit cum aquarum fluctibus.*

Nonum, colla, *galea.* vide fephþ:.

Decimum goldef brýtta, rincef brýtta. frequens occurrit in fragm. *Jud.* ubi *Deus* vocatur tophtmod tiref brýtta, *illuſtris majeſtatis vel imperii rex. Holofernes* quoque appellatur rincef-brýtta, *auri diſpenſator, dominus*, i. e. *princeps, dux*: & morþþef-brýtta, *cædis auctor, princeps.* Sic in Paraphraſte, 58, 24, cpæþ ða eft naþe oþþe popde to Sarran rincef brýtta, *tum rex* [ſcilicet Abimelech] *confeſtim alia verba ad Sarram locutus eſt.* Hinc brýttan, brýttian, & brýttigan, *poſſidere ut dominus, libere uti, frui, rei dominium habere*: ut Paraphraſ. p. 28, 25. 38, 2. 70, 24. Inde brýtta, *dominus, auctor*: ut paraphr. iii, 20. Metod engla heht. lifef brýtta. leoht fopþcuman, *creator angelorum, vitæ dominus, juſſit lucem prodire.* vide l. 24, ejuſdem paginæ.

Undecimi habes exempla in Paraphraſte: ut p. 5, 23. on ðære eþýl týnf nið ðaf findaþ-nean] feorran. gold] gým-cynn, *in hac terra homines* vel *poſteri offendunt aurum & omne genus gemmas.* Sic p. 81, 12. ða Azarias. in gebancum. hleoþrade halig. ðurh hatne lig. dæda georn. dihten henede. per pommaleaf.] ða popd acpæþ. Metod al pihta. hpæt ðu eart. mihtum frið niþaf to nefgenne, *tunc ſanctus, immaculatus & fortis Azarias reſonans in ardente*

igne dominum laudabat, hæc verba dicens: Creator omnium, ecce quam potentiſſimus eſt ad ſervan-dos mortales. Hinc etiam *Deus* vocatur niþa nepȝenð. p. 82, 1. & *mortales* niðða beoþna plurimis in locis. Sic in fragm. hiſt. *Judith. Holofernes* vocatur, niþ heaþð, *durus homo*, & moðiga niþ, *vir animoſus*.

Duodecimum occurrit quoque in Paraphraſte: ut, p. 41, 24, onȝunnon him ða byðlian ⁊ heoþa buþh þæþan ⁊ * ſele ſettan. ſalo nipian peþaſ on ponȝe pibeð ſetton. neah ðam þe Abþaham aþæþde hiſ palðende, *tunc cæperunt viri ſibi aſtruere & ædificare habitacula, & ponere ſedes & domus novas, & in planitie altare ponere prope illud, quod Abraham domino ſuo conſtruxerat.* Sic p. 52, 10. ȝeſapon oſeþ ſince ſalo hliſian. þeceð oſeþ þeaðan ȝolde, *videbant palatia argento, & aulas rutilare rubro auro.*

Tertiumdecimum † lið, *navis*, legitur in Paraphraſte p. 31, 3. Ic ðe ðæſ mine. monna leoſoſt. pæþe ȝeſýlle. þ ðu peȝ nimeſt. ⁊ ſeoþa ¹ ſærl. ðe ðu ſeþian ſcealt. ȝeonð ðeop pætep. ðeȝþimeſ poþn. on liðeſ boſme. læð ſua ic ðe hate, *quamobrem hominum dilectiſſime, te admonitum velim, ut abeas, &, ut jubeo, animalium pabulum, quod habere debes in diluvio, poſt aliquot dies in navem* [*arcam*] *vehendum cura.* Sic p. 32. 15, ða ȝemunde Ȝoð. meþe liþende. ſiȝoþa palðenð. ſunu Lamecheſ. ⁊ ealle ða pocþe. ðe he piþ pætþe beleac. liſeſ leoht ſþuma. on liðeſ boſme, *tum Deus dominus* ² *dominantium recordatus eſt Lamechidæ per mare navigantis, & omnium animalium, quæ ab aquâ obſeraverat in navigio vitæ glorioſus princeps.*

Quartumdecimum ſæpe legitur in metrorum *Boethianorum* verſionibus *Cottonianis*: ut, p. 156. Ne mæȝ eac. ſiþa nan. piſðom timbþiam. ðæþ ðæþ poþulð ȝitſunȝ. beoþȝ oſeþ-bþæðaþ, *nemo poteſt ſapientiam adſtruere, ubi fundamentum avaritia pervadit.* Sic p. 158, Ne ſuþþum ſiþ nan ymb ȝeſeoht ſþþecan, *ſed neque quiſquam de bello loquitur.* Hinc toties apud poetas πολυθρύλλητον iſtud ſiþa beaþn, pro *hominibus* vel *humana gente*: ut in *Cædm.* p. 20, 20, þonne moton pe hie uſ to ȝeonȝþum habban ſiþa beaþn, *tum poterimus habere homines noſtros diſcipulos.* Sic in poëtica *Runarum* explicatione, infra, cap. XXII. ſeoh byþ ſþoſup ſiþa ȝehpilcum, *pecunia eſt conſolatio omnibus hominibus.* Sic etiam in metrorum *Boëthianorum* verſionibus *Cott.* p. 154, ſiþum uncuþ. hþi ſio þýþð. ſþa po penðan ſceolde. & p. 156, ne mæȝ eac ſiþa nan. denique p. 140, ne ſuþþum ſiþa nan. & in *exorciſmo* quodam *ad reddendos agros fertiles*, bibl. *Cott.* Caligula, A, 7, 2. hal peſ ðu ſolde. ſiþa moðoþ. beo ðu ȝþopende. on ȝoðeſ ſæþme. ſoðþum ȝeſýlleð ſiþum to nýtte, *ſalve terra, mater hominum, floreas in dei ſinu, pabulo in uſum hominum repleta.* Vide *Olai Verelii* notas in hæc verba, frækin með fiðdum, cap. VI. Herv. Sag. p. 87. fyrar & fyrðar, proprie *præſides, præfecti.* poetice *viri.* ut *Gudmundus Andreæ Iſlandus* in voce. occurrit fyrar inter *virorum* appellationes parte 2. In harm. evang, *Cott.* nihil etiam frequentius occurrit, quam firiho barn, firiho barno, firio barnun, allaro firio fruma. firio ðrihten. allaro firio faðer.

Verum præter has voces, quas à poetis *Cimbrorum* uſurpatas fuiſſe animadvertit *Snorro* in ſecunda ſuæ Eddæ parte, aliæ occurrunt obſervatione dignæ in carmine Eddico ³ *Voluſpa* inſcripto, quam publici juris fecit, *P. Joh. Reſenius, Hafniæ*, anno 1665. cum *Stephani Olai Iſlandi* verſione & notis. Voces autem quæ *Voluſpæ* & fragmentis *A. S.* poeticis communes ſunt, infra ſequuntur.

Fþoð. *Cimbrice* fraður, *ſapiens, prudens, eruditus*; à verbo at fræða, *erudire.* Hinc *Ara Iſlandus* vocabatur Are preſti hin froðe, *Ara presbyter ille doctus.* Hinc apud poetas *Anglo-Sax. Senex* vocatur ȝeaþum fþoð, *annis eruditus*, vel *ſapiens factus.* Sic Paraphraſeos p. 51, 23. *Sarah* ita dicitur: ut, ða þ piſ ahloh. peþeða ðpihtneſ. nalleſ ȝlæðlice. ac heo ȝeaþum fþoð. ðone hleoþoncpýðe. huſce beleȝðe. on ſeſan ſþiþe, *tum fœmina non alacris deridebat exercituum Deum, ſed ſenex facta*, &c. ut ſupra. in eâ pagina dicitur etiam per ſynecdochen omnibus Septentrionalibus gentibus communem pintþum fþoð: ut, ðe ſceal pintþum fþoð. to poþulð bþinȝan. ðaþþa ſunu, inquit angelus ad Abrahamum; *tibi annoſa Sarah filium in lucem pariet.* Sic etiam in eadem pagina *Abraham* dicitur miſſaþum fþoð, per metalepſin troporum. Ut enim pintep per ſynecdochen partis pro toto, ponitur pro ȝeape; ſic ⁴ miſſape vel miſſepe *anni dimidium*, vel *ſemeſtre* ponitur pro pintep. en exemplum, he ða metoðe oncpæþ miſſaþum fþoð, *tum ille ſenex Deum alloquitur.* Plura vide exempla, p. 39, 6. 51, 7. 64, 7. Hinc quoque p. 27, 22. riððan miſſepa poþn, *poſt certum annorum numerum.* Hinc apud *Francorum* poetas fþuoðon & ȝifþuoðon, *ſeneſcere*: ut in harmonia evangeliorum *Cotton.* cap. XLII. Sum biȝinnit thann oc furthor thann hie iſt fruodto, *aliquis tardius incipit, quando ſeneſcit.* Sum uuirðit than ſo ſuitho ȝifruodto, *aliquis autem eſt tam grandævus.* cap. III, quam fruoð ȝumo ut fan them alahe, *ſenex è templo exiit.*

---

* A ſetle, *ſedes*: ut, bole a botle. † Lið etiam skip, *navis*, *Gudm. Andreæ* in ſtrophen *Voluſpæ* 16. ¹ *Cimbrice* fæðſla, *pabulum*, ut & fæða, & fæde, ab at fæða, *paſcere*: inde noſtrum food. ² *Triumphantium.* ³ Id eſt *Vaticinium volæ.* ⁴ Miſſape, *Cimbrice*, miſære vel miſſere, *ſemeſtre*, Gudmund. *Andreæ*, in Ar. Ar. m. g. *annus*; miſere, *ſemeſtre anni ſpatium.* Miſſere, quaſi midzere, n. g. *ſemeſtre.* Smidur nockur kom til Aſa og baud ad giora Þeim borg a Þrim miſſerum, *qui ad civitatem illis ædificandam ſeſquianni tempore obtulit.* Edda *Snorronis.* Mythol. XXXVI. vid. Miſſape, infra. ubi plura occurrunt hanc vocem explicantia.

Fæl, pæle, *cædes, clades, ſtrages. Cimbrice* valir. N. G. *cadivum, cadavera cæſorum in acie.* Hinc [1] *Odinus* Mavors *Cimbrorum* vocatur **Vólſodur**, i. e. *ſtragis auctor* vel *parens*; & ejus *aula, cælum bello cæſorum*, **Vallholl** vocatur. Hinc exercitus *Nebuchadonoſoris* vocatur pælhþeop þeoð, *exercitus cruentus.* Paraphraſ. p. 76, 11. & p. 32. 4. pællgþim niþe, *livor pernicioſus.* Vox etiam extra compoſitionem frequens occurrit apud poetas.

Gin, per epentheſin gien, & emphatice giena, *chaſma, abyſſus, vaſtum ſpatium*, & in ſenſu adjectivo *amplus, latus, ſpatioſus, vaſtus, immenſus*, à *Cimbrico* at **gina**, *hiare, hiſcere.* Inde **ginnunga**, *vaſtus hiatus, chaſma* vel *ſpatium immenſum, abyſſus*, & **gina**, *chaſma nubium.* Hinc immenſum illud *vacuum* vel infiniti *vacui ſpatium* ante mundum conditum vocatur in [2] *Voluſpa*, **gap-gynnunga** vel **gab-gynnunga**, *vaſta capedo, fovea* vel *hiatus ille vacui ſpatii immenſus.* Hinc etiam apud Paraphraſten p. 5. 24. vaſtus *Æthiopicæ* terræ tractus vocatur gin-þice: ut, þonne þeo æfre. Ethiopia land. ⁊ leodgeard. beligeþ uton. ginne-þice, *tum ſecundum* [flumen] *ambit terram & regionem Æthiopicam, regnum vaſtum vel ampliſſimum.* p. LX. 15. Speotol iſ ⁊ giſene. þ ðe foþ Metod. on gefriðde iſ. fpegler aldor. fe ðe figor feleþ. fnyhtfum mihtum. ⁊ ðin mod tþymeþ. godcundum gifum. foþþon ðe giena fpeop. ðæf þu piþ. fne- ond oðde feond. fpemman ongunne. popdum oðde dædum, *manifeſtum & viſum eſt, quod ætheris rector, verus deus, qui animum tuum corroborat divinis donis, & pro ſapientia & potentia ſua victoriam tibi dat, eſt tibi comes, quippe quod tibi magnopere ſuccedit, quod in amicum vel inimicum verbis factiſve, incipis facere.* Sic p. LXII, 22. ginfæftum gifum, *ampliſſimis donis.* Sic p. LXXII, 1. ðonne befæþman mæge. foldan fceafaf. eoþþan ymbhpyrfft. and up-podor. gafrecgef gin. ⁊ ðeof geompe lyft, *quam ulnis quis amplecti poteſt, telluris angulos, terræ circuitum, & cælum quod ſupra eſt, oceani intercapedinem, & hunc murmurantem aera.* Sic in fragm. *Judith.* lungre het gleau-hydig pif gumena fumne of ðæne ginnan bypig hyre togeanef gan, *prudens fœmina ſtatim jubebat aliquem virum ex ampla urbe ei obviam ire.* Hinc quoque gin in compoſitione, *valde, vaſte, immenſe* ſignificat. Sic *Deus* apud Paraphraſten vocatur gin-fæft God, *firmiſſimus, veraciſſimus, immutabilis Deus.* Et in *Voluſpæ* ſtrophe 6. *deaſtri Cimbrorum* vocantur **gin-heilog God**, *numina ſanctiſſima.* Perperam igitur omnia, quæ de hac voce ſcripſit *Gudm. Andreæ*, in *Voluſpæ* ſtrophen ſextam, & in lexico ſuo *Iſlandico.*

Fæfl, *Cimbrice*, **fadſla**, *pabulum, eſca, victus*: ut par. XXX, 17. ðæp fceal fæfl pefan. epic lifigendra. cynna gehpilcef, *ibi pabulum reponetur omnis generis animantium.*

Har, ut apud *ſcaldos* **hara**, & **herra**, *dux*, appellatur, ſic in ſecunda Eddæ parte inter regum appellationes. **hara edur herra hertuge heiter eirnenn ſuo iarl, ſein kongur. hara** vel **herra** *dux* appellatur tam *jarlus* quam *rex.* & in cap. de regiorum nominum origine, *rex* vel *dux* dicitur nominari **hari** vel **herra** à nono *Halfdani* regis filio. occurrit vox har in paraphr. p. LXVI, 24. pigend unfohte. hare heora pulfar. hilde gnetton, *imperterriti eorum duces, militares lupi prælio gaudebant.* Sic ſupra tranſtuli hare byrnan, *ducum loricas.*

Hom vel ham, *Cimbrice* **hamur**, *induviæ, exuviæ*, & per ſynecdochen, *quodlibet corporis indumentum, exterior forma, tegumentum*: Occurrit hæc vox in *Voluſpæ* ſtroph. 41.

Varð af þeim ollum einna nokur
Tunglis tiugare i trolls hame.

Factus eſt ex illis omnibus unus aliquis
Lunæ infeſtator [3] *formâ giganteâ.*

Hinc in Edda *Snorronis*, Mythol. LII. [4] *Lokus* accipitris exuvias [**valshamr**, & in compoſita declinatione **valshamenn**] indutus *Jotunheimos* advolavit. Hinc vox varie componitur in Paraphraſi: ut, p. 17, 2. gefeo ic him. hif englaf. ymbehpeorfan. mið feþeþ-haman ealra folca mæft. peneða pinfumaft. *video illum cum angelis ſuis, cum plumigeris illis circumcinctum, qui omnium cœtuum maximi, omnium exercituum glorioſiſſimi ſunt.* Occurrit eadem vox in concione, quam *Satanas* habuit ad ſuos, p. 11, 1. þ he mið fæðeþ-homan fleogan meahte pindan on polcne, *ut pennis indutus poſſit volare & in aera gyrare.* Sic p. 32, 5, *corpus humanum* vocatur flæfc-hom: ut, ppæcon anlearna feorh. of [5] flæfc-homan, *impiorum animas è corporibus vindictam ſumentes expulerunt.* Sic p. 82, 14, *ſchema angelicum* vocatur puldor-ham, *forma glorioſa*: ut, fpa fe halga peþ. hefgende pæf metodef miltfe. ⁊ hif mihta fpeð. nehte ðurh neorðe. ða of nodefum pæf. engel æl-beorht. ufan onfendeð. plite-fcine pene. on hif puldor-haman. fe him cpom to fnofne. ⁊ to feorh nefe, *dum ſanctus ille vir juſtâ* [*ſuâ*] *linguâ celebraret Dei miſericordiam & omnipotentiam, deſuper mittebatur è cœlo angelus fulgentiſſimus in glorioſis ſuis indumentis decore lucens, qui venit ad illum conſolandum, & vitam ejus* [6] *ſervandam.* Hinc quoque in *Dano-Saxonica*, gihaman, *tegere, tegumento munire*; ut, Aldred ðif boc gihamaði, *Aldredus hunc librum tegumento munivit.* in fine codicis *Cott.* IV. evang. *Dano-Sax.* Sic harm. evang.

---

[1] Vide *Voluſpæ* ſtroph. 1. & Eddam *Snorronis* in Mythol. XXXI, 33. [2] Strophe 3. [3] Vel *gigantis indutus exuviis.* [4] *Mercurius* technarum & inſidiarum ſtructor, apud *Aſas.* Vide Eddæ *Snorronis* Mythol. XXVII. [5] In gloſſis, cild-hama, *uterus.* Hinc hert-hamon, *præcordia*, in legibus *Friſionum*, Tit. XXII. §. 48, *ſi quis præcordia*, i. e. hert-hamon, *gladio tetigerit*, XVIII *ſolidis componat.* quem locum (inquit *Junius*) temere nimis ſuſpectum habuit *F. Lindenbrogius*; nob. *Spelmanno*, ut videtur, non diſſentiente. vide Gloſſ. *Spelmanni.* [6] *Liberandam.*

Cott. cap. XIX. fuglon thia hier on thesaro uueroldi sind farat an feðer-hamon sia ni cunnon enig sihu uuinnan, *volucres, quæ in hoc mundo sunt, & induuntur plumeis induviis, hæ non possunt quid pecuniæ lucrari vel sibi acquirere.*

Hleop, *Cimbrice* hlyre, poetice *frater, socius, consors,* & synecdochice *vir, homo*: ut paraphr. XLIII, 10. Næfre hleop lopa. æt eopihtan. æfre peorþeþ. feorh beþendpa. forht and acol. mon for metode. ðe him æftep. á ðurh gemynda freð. mod ⁊ dædum. porde ⁊ gepitte. pire ðance. oþ hir ealdor gedal. oleccan pile, *nunquam discipulus* [vel *disciplina vir institutus*] *è viventium numero, probrorum* [i. e. *culpæ*] *magis timens metueusque erat dei causa, utpote qui illi postea pro sanctitate mentis, animo & officiis, verbo & intellectu usque ad animæ* [*à corpore*] *divortium servire super vellet.*

Feorh, *Cimbrice* fior, *Francice* ferah, ferahu, ferhu, ferh, *vita, anima, vis vitalis*; *Voluspæ* strophè 42, fillest hann fiorve feigra manna, *saturatur vita morientium hominum.* Sic Paraphr. p. 5, 2. of ðam porhte god fneolicu fæmnan feorh indyde ece raula. heo pæpon englum gelice, *ex qua* [*costa*] *Deus fecit liberalem virginem vitâ inditâ & immortali anima, erant* [*Adamus & Eva*] *angelis similes.* Sic harmon. evang. *Cott.* cap. XLVI, uuas iro libes scolo that sia firio barn ferahu binamin ahtin ira aldras, *obnoxia erat morti, adeo ut homines animam illi & vitam eripiendi jus haberent.* Sic cap. XLVII. Ef hie that giquat hi that sia quika lietin friðodi ira fepahe, *si hoc diceret, quod illi eam vivam dimitterent, & vita in pace fruentem.* ac lietun sia standan thar ena thar inne, endi im it utt thananan gengun gram harda ludeo liudi, en after oðron, ant that iro thar enig ni uuas thes fiondo folkes thia iro ferahes thuo thero idis aldar lagio ahtean uueldi, *& siverunt illam ibi solam manere in domo, & inde exierunt crudeles Judæi singulatim alius post alium, usque dum nemo inimicorum, qui fœminæ isti vitam eripere vellent, ibi maneret.* & cap. L, ni uuitin uuerod ludeono, that hier ist betera rad barno gihuilicon, that man hier enna man aldra biloſie, endi that hie thuru iûuua dadi drorah sterabe furi thit foleſcipi ferah farlate than all thit liud uuerod farloran uuerthe, *nonne cognoscitis ô Judæi quod multo melius singulis futurum est, ut unus vitam amittat, & per facinora vestra moriatur, & animam perdat, quam ut universus hic populus perdatur.* bithiu hie so uuar gisprak bilcop thero liudio huo scolda that barn alla irmin thiod mid is enes ferhu mid is libu aloſean, *quamobrem sacerdos populi adeo vere prædixit, ut vir ille miserum omne humanum genus cum sua solius anima cum vita sua redimeret.* Sic cap. XXII, thoh sia hebbean iûuues ferhes giuualð, *quamvis habeant in vitam vestram potestatem.*

Fýnde *Fata, Parcæ.* Ða hit forhæfed gepeapþ þ hie ræðon frefn cýnincge pýrda gepýnu, *dum prohibitum erat, quo minus somnium & fatorum secreta regi ostenderet,* Paraphraseos p. 78, 10. *Francice,* uurdi est *Fatum, Parcæ.* harmon. evang. *Cott.* cap. XLI, thuo quamun ok uurdi gi-scapu them odagen man orlag huila, *tum Parcarum decreta & fatale tempus ad divitem venerunt.* [1] *Cimbrice* vrdrest, nomen unius *Parcarum*; alterius, verdande; ut tertiæ, skuld. Hinc in *Duglassiana Virgilii* versione, *Fata* semper redduntur werdes: ut,

Thar war hir armes, and here stude eik her chare;
This goddes ettled, gif werdes war not contrare,
This realme to be superior and maistres, &c.

Virgilius: ——————— *Hic illius arma,*
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque fovetque.

Hleop, hleoþ. *Cimbrice* hle vel hliæ, *locus à sole ventove immunis, umbra, umbraculum*; & per translationem, *refugium, asylum, hospitium, domus.* Sic Paraphr. p. 53, 5, ða to forum Loth. ðam gierstum hnah. ⁊ him georne bead. nerte ⁊ genedde hleop. ⁊ ðegnunge, *tum Lothus ad genua hospitum procumbens, magnopere eos obtestatus est, ut apud se cœnare & pernoctare dignarentur, & suæ domus hospitium & officia æquo animo acciperent.* Sic p. 59, 4, he pær leof Lode. forþon he ribbe. gerelig dneah. and hir rcippende. undep rceade gefon. hleop fedpum ðeaht. hep ðenden lifde, *charus erat Deo* [Abrahamus,] *quamobrem pace beatus vitam egit, & sub umbra Creatoris sui peregrinatus est, dum* [2] *hic vixit,* [3] *refugio illius pennarum tectus.* Plura habes exempla. p. 64, 22. 89, 24.

Mirrape, ut supra in Fnod, *semestre spatium, anni dimidium.* & synecdochice, *annus. Cimbrice* missere: ut Harvarar Saga. capite XI, pagina 131, a þeim misserum ol Suafa son þan Hlaudur hiet, [4] *in semestri spatio Suafa peperit filium, qui Hlaudurus vocatus erat.* Sic in *Aræ* multiscii schedis. p. 2. fra misseris tali, *de anni computo.* Sic in Gautrýks Saga. ut, sitter Rolf k. i Suiþiod mið mikili gledi, oc frýdi þau misseri, *regnavit Rolfo rex in Suecia cum magno gaudio ac pace aliquot annos.*

Lind, *vexillum, labarum, insigne militare,* per metonymiam materiæ à [5] lind, *Cimbrice* lind,

---

[1] Vide *Voluspæ* strophen 19. & *Gudmundi Andreæ* in eam notas. vide etiam Eddæ *Snorronis* Mythol. 15. [2] *In terris.* [3] *Sub alis divinæ majestatis.* [4] Id est *intra.* [5] Legitur hoc nomen in *Satyrographo*: ut, And under a lynde on a land leaned I a stounde.

tilia

tilia arbor. *Voluſpæ* ſtrophe 45. *Steph.* Hrymur ekur auſtann heffur lind, *Hrymur aurigat ab ortu, levat vexillum.* & non reddendum ut *Steph.* reddit: *intumeſcit aqua.* Sic Paraphr. p. 45, 5. ðapa ðe he pyrte. þ meahte pel æghpilc. on fyrd pegan. realpe linde, *quorum bene novit unumquemque in exercitu vexillum album portare poſſe.* Sic p. 68, 11. hponne rib-boda. fæ-rtreamum neah. leoht ofep lindum. lyft-edopaf bpæc, *quando* [1] *lux, expeditionis dux, prope mare ſupra vexillum æthereas domos perrupit.* Sic in carmine cap. XVII Hervar. Sag. ut, breſta mun adur broder i blichuita lind, oc kalldur geir koma vid annan, oc margur gunni i gras hnigga, adur eg Tirfing i tuent deile, mun þeir Humlingur halfan arf giefa, *deficiet prius frater, & frigida tela convolabunt circum vexilla candore nitentia, & multi milites ceſpitem rodent; prius Tirfingum* [*gladium*] *in binas partes diſpartiam; quam dimidium hæreditatis tibi dedero.* Sic etiam p. 69, 11. hofon hepe cyrte. hpite linde. fegnaf on fande, *levarunt milites delecti alba vexilla, ſigna in littore.* Vexillum etiam dicitur lindcnoda. i. e. *tiliæ germen* vel *ramus*, p. 44, 7. punðon Sodom-pape. ȝ Gomoppe. golder-bpyttan. leofum bedpopen. æt ðam lind-cnodan, *Sodomæ & Gomorrhæ reges ſuis hominibus orbati ſtabant ad vexilla.* Sic in fragm. *Judith.* benaþ linde fopþ, bopð fop bneortum. ȝ byrn-homaf, *vexilla, clypeos & loricas efferunt.* rtopon heaðo-mincaf beornaf to beadope bopðum beþeahte hpealfum lindum, *principes viri, duceſque clypeis tecti, & ſinuantibus vexillis profecti ſunt ad bellum.*

Beopn, beopna, *vir primarius, ſatrapa, princeps, nobilis, in ſuo ſtatu & dignitate antecellens, heros, dux*: & per ſynecdochen generis pro ſpecie apud poetas frequentiſſimam; *vir, homo, maſculus.* Exempla habes bene multa in *Somneri* Lexico è paraphraſte deprompta, quibus iſtud addam ex Fragmento hiſt. *Judithæ.* Beopnaf rtoðon ymbe hyna ðeoðnef tpæf, *ſatrapæ circumſtabant imperatoris ſui tentorium.* Et chron. *Sax. Gibſ.* An. DCCCCXXXVIII. Æþelftan cyning beorna beah-gifa, *Æthelſtanus rex, princeps, monilium largitor.* Quoad vocis hujus derivationem, petenda videtur à *Cimbrico* beorn, biorn, bearn, biarn, *urſus*, qui ob bellicam virtutem apud ſeptentrionales gentes, ferarum eſt princeps; vel forſan per ſynecdochen ſpeciei pro genere, ab heroibus & principibus viris, qui ſe *Beornar*, ſcil. *Urſos* vocatos voluerunt. Apud gentes enim boreales præſtantiſſimi quique, & fortiſſimi viri honorificum ſibi duxerunt ferarum, URSI præſertim ac LUPI, nominibus inſigniri. Hinc in hiſtoriis iſtarum gentium tot nobiles & primarii viri, qui *Beorn, Biorn, Ulfur* vel *Wulfur* nuncupantur. In *Aræ* ſchedis celebrantur Ketil=Biorn, *Ketilli filius.* Biarn=hartur, unde *Latinum Bernhardus*, i. e. *Urſus fortis.* Ibi etiam legitur de morte *Godrodi* cujuſdam magni Bearnar ſonar, i. e. *Beornonis filii*; & de *Beornone* quodam, qui vocabatur Biarn hinn ſpaci, i. e. *Biorno ſapiens.* Omnium autem, qui hoc nomine gaviſi ſunt, maxime celebratur *Suecicus* ille heros è regio ſtemmate oriundus, Beorn vel Biarn vocatus; quem rex *Sueciæ Eiricus* [2] propter fortitudinem & ferociam ſuam Styr=Biorn, *Styrbiornonem*, i. e. *bellicoſum urſum* cognominavit. ſive igitur per metaphoram poetis *Saxonicis* uſitatam; ſive per ſynecdochen ab inclyto & inſigniſſimo iſtius nominis heroe, ad heroem & principem ſignificandum Beorn vel Biorn transfertur; ſive denique heroem ſignificat, quod heroibus & magnatibus tam commune nomen erat; perſuaſum mihi eſt *primarios viros* & *duces*, ab iſto Beorn vel Biorn, Beopnaf apud *Saxonicos* poetas vocari.

Manlic, monlic, emphatice manlica, monlica. *Goth.* MANLAIK, MANLEIK, *Marc.* XII, 16. *Cimbrice* mannlyka, monnlyka, *ſtatua, imago, effigies humana.* Voluſpæ ſtroph. 10.

Thar Motſogner er mætſtur vm ordenn	*Hic Motſognerus primas obtinuit,*
Sverga allra, enn Durenn annar,	*Inter nanos omnes, Durimus autem ſecundas,*
Their mannlykan morg vm giordu	*Qui nanorum multas fecerunt imagines,*
Sverga ur iordu ſem Durenn ſagde.	*Ex terra ſicut dixit Durinus.*

Sic in Paraphraſi p. 55, 17. Se monlica þ ir mæne rpell, rtille punode ðæp hie rtpang begeat pite, *hæc ſtatua* [ſcilicet uxoris Lothi] *immota manſit, quæ hiſtoria celebris eſt, ubi grave ſupplicium eam occupavit.* Sic p. 78, 22. ðæpe bupge peapð anne manlican ofep metoder ert gylde of golde gumum apænde, ut ſupra in Gum.

Vig *ſacrum*, tam *templum*, quam *idolum*. Paraphr. p. 79, 11. oft hie to bote. balde gecpædon. þ hie ðær pigef. pihte ne pohton, *præterea audaces dicebant, quod idolum nihili faciebant.* & l. 16. ðegnaf ðeodne rægdon. þ hie ðæpe geþeahte pæpon. hæftaf heapan. in ðirre hean byrig. ða ðir [3] hegan ne pillaþ. ne ðirne pig pupþigeon. *Regi* [Nebuch.] *thani dicebant, quod excelſi captivi in hac excelſa urbe ejus conſilii eſſent, ut neque ſimulacrum illud, neque idolum honorare vellent.* pig autem primario *ſacrum, conſecratum* ſignificat; unde idolum illud aureum, alias abſolute gyld dictum, vocatur pig-gyld, *ibid.* l. 2. hæþne ðeode pupþedon pig-gylde. unde

---

[1] Scilicet *præcedens noctu columna ignis.* [2] Enn adur enn Beorn for ut lande, gaf Eirekur kongur honum widur nesni af hardfeinge sinne og styrioll, og kallade hann Styrbiorn, *verum antequam Biorno regione excederet, dedit Eiricus rex ipſi cognomen à ferocia ſua & bello, vocavitque Styrbiornonem*, Hiſtor. *Styrbiornonis, Suecici* herois, extans in commentar. Chriſt. *Wormii* in *Aræ* ſchedas. [3] Forſan mendoſe: atque legendum, ut videtur, hepgan:.

 pig-bod,

ꝑɪȝ-boꝺ, vel ꝑɪ-boꝺ, *altare*. ꝑɪȝ autem *Cimbrice* væ, eſt *Gothice* ᚿᛖᛁᚺᛋ vel ᚿᛖᛁᚺᛦ emphatice; *Francice* wiho, *ſacer*, wihan; *Cimbrice* at veiga, *conſecrare*. Inde uuih, *ſacrum templum*, in harm. evang. *Cott.* Qui plura vult, conſulat *F. Junium*, in ᚿᛖᛁᚺᛋ. & *Gudmundi Andreæ* notas, in veberg, *Voluſpæ* ſtroph. 52.

Oꝑleȝ, *fatum*, & in compoſitione *fatalis*: ut paraph. XLIV, 19, ꝛe ꝥ oꝑleȝ peoꝑc. ðam Ebꝑeiꝛcan. eoꝑle ȝecẏþꝺe, *vir qui fatale facinus*, vel *eventum Hebræo narrabat*. Hinc paraph. p. 50, 2, *Ismael* vocatur oꝑleȝ-ȝiꝼꝑe, *fati* vel *mortis*, i. e. *cædis avidus*. Componitur autem vox ex *Cimbrico* vrð, vel *Francico* urdi, *fatum*, & leȝ, *Cimbrice* laug vel log, *lex*. Inde euphoniæ gratia uꝑloȝ, & u in o mutato oꝑloȝ. occurrit vox in *Voluſpæ* ſtroph. 6. & in harm. evang. *Cott.* cap. LV, orlaȝies uuord, *fati decretum*; & in cap. XLI. ſupra citato, orloȝ huila, *fatalis hora*. vide ſuprà, in pẏꝑꝺe.

Fæȝe, *moribundus*, *morti appropinquans*, *ad moriendum deſtinatus ac expoſitus fatis*; cui extrema Parcæ jam nunc fila legunt. *Cimbrice* Feigur: ut in ſupra citato verſu *Voluſpæ*. filleſt hann fiorve feigra manna, *ſaturatur vita expirantium hominum*. Sic in colloquio iſto inter *Giſſorum* & *Angantyrum*, cap. XIX, Hervarar Sag.

Feltur er ẏdar fylke,
Feigur er ẏdar vẅſir,
Gnæfur ẏdar * gunnfani,
Grammur er ẏdur Odin.

Metuit veſter exercitus,
Morti vicinus eſt dux veſter,
In alto poſitum eſt vexillum veſtrum,
Iraſcitur tamen vobis Odinus.

Sic in fragm. *Judith*. fæȝe ꝼꝛumȝaꝑaꝛ ꝼẏnꝺ ꝛinꝺon eopeꝑe ȝeꝺemeꝺ to ꝺeaꝼe anꝺ ȝe ꝺom aȝon tiꝑ æt toꝑhtan, *hoſtes veſtri*, *principes fato moribundi ad mortem condemnati ſunt*, *& à Deo judicantur*. Sic paraph. LXXII. 16. laꝼe cẏnmꝺon. lẏꝼt up ȝeꝛpeaꝛc. fæȝum ꝛtefnum, *clamabant moribundis vocibus inviſi*, *uſque ad cæli nubes*. Sic iterum in fragm. *Judith*. ðæꝛ ꝛe hlanca ȝeꝼeah pulꝼ ın palꝺe ȝ ꝛe panna hꝑæꝼn pæl ȝiꝼꝑe ꝼuȝel peꝛtan beȝen ꝥ him ða ðeoꝺȝuman ðohton tilıan ꝼẏlle on fæȝum, *propter hoc gaudebant in ſylvis*, *quum famelicus lupus*, *tum famelicus corvus cadaverum in acie cæſorum avida avis*, *qui ex occidente ambo venerunt*, *eo quod credebant ſe deſtinatis cædi hominibus ſaturatos iri*. Sic in compoſitione ꝛleȝe-fæȝe *ad cædem deſtinatus*, *cæde periturus*: ut, ꝛleȝe-fæȝe hæleþ ꝛlæpe to-bꝑeꝺon, *cæde morituri duces ſomnum protrahebant*.

Gen, poetice ȝien. *Cimbr.* quoque ſcribitur gen, *iterum*, *denuo*. Occurrit hæc vox *Voluſpæ* ſtroph. 25.

Gen geingu Reigen oll a tokſtola
Gin-heilog God ——— ———

Denuo acceßere Dii omnes tribunalia
Sanctiſſima numina ——— ———

Sic Paraphr. p. XLVII, 14, ða ȝen Abꝑahame. eopꝺe ꝛelꝼa. heoꝼona heah cẏninȝ, *tum iterum ſe oſtendit Abrahamo excelſus cælorum rex*. Sic XLVIII, 7, ȝien ðe ꝛunu peoꝑþeþ. beaꝑn oꝼ bꝑẏꝺe, *tibi denuo filius erit ex ſponſa natus*.

Yldaꝛ, eldaꝛ, *homines*, *viri*. ꝛe maȝo-ꝑinc ꝛceal. mid ẏldum peꝛan. Iꝛmahel haten *& eximius ille filius vocabitur apud homines Iſmael*, Paraph. p. 50, 2. Hinc ẏlda beaꝑn, ẏldo beaꝑn: ut, Paraphraſ. XII, 3, ꝥ ðæꝑ ẏldo beaꝑn. moꝛte onceoꝛan. ȝoꝺeꝛ ȝ ẏꝼeleꝛ, *ut ibi homines* [nempe Adamus & Eva] *eligerent bonum & malum*. alibi, ꝥ pæꝛ ꝺeaꝼeꝛ beam. ꝛe bæꝑ bitꝑeꝛ fæla. ꝛceolde bu pitan. ẏlda æȝhpilc. ẏꝼleꝛ ȝ ȝoꝺeꝛ, *hæc erat mortis arbor*, *quæ acerbis onuſta erat*, *ut* † *terra* [habitaculum] *& hominum quilibet ſcirent bonum & malum*. Sic p. LIII. 19. æꝑ ȝe ꝛceonde piþ ȝeꝛceapu ꝼꝑemman unȝẏꝼꝑe ẏꝼel ẏlda beaꝑnum, *antequam abominabile in homines ſcelus contra naturam perpetretis*. Occurrit eadem phraſis *Cimbrice*, *Voluſpæ* ſtroph. 21.

Thær log logdu, Þar lyff furu
Allda bornum. ——— ———

* *Hæ leges ſanxerunt*, *hæ vitam diſpenſarunt*
Mortalibus. ——— ——— ———

& in harm. evang. *Cott.* cap. IV, thie ſcal Helanð to naman eȝan mið elðion, *qui Jeſum nomen habebit inter homines*. Sic cap. VI, thoh hie ſi cuninȝ oðar all erðun endi himiles endi oðar eldi barn uueroldes uualdand, *& ſi ſit rex totius terræ*, *& cæli*, *& dominus hominum*, *qui in mundo ſunt*. Sic cap. XIII, ni muȝun elðiu barn, quaþ hie enuualðeꝛ broðes liuði libbean, *non poterunt*, *inquit ille*, *homines ex ſimplici pane vivere*.

---

* Vox compoſita videtur ex *Cimbrico* vel *Scandico* gunn, *prælium*, & fani, *Sax.* ꝼana, *vexillum*. Inde apud *Anglo-Saxones*, ȝuþꝼana, *vexillum militare*, *labarum*. At *Verelius* reddit gunnfani, *Suecice* konung *regem* i. e. *belli dominum*; à gunn, & fan, *dominus*, quod apud boreales *Gothos* in communi uſu non erat; penes tamen lectorem ſit judicium. præterea notetur, quòd ut munne *os*, *oris*, apud *Anglo-Sax.* eſt muþ, à *Gothico* ᛗᚢᚾᛋ; Sic gunn, *bellum*, *prælium*; *Sax.* eſt ȝuþ; & utrumque forſan à ᚴᚢᚾᛋ, quod, ut par eſt credere, apud auſtrales *Gothos* in communi uſu erat. † Alias *ambo*, ſcilicet Adamus & Eva. * Scilicet *Parcæ*.

Oꝑ,

Oꝑ, oꝑð. *Cimbrice* ar. n. g. in compoſita declinatione arð, *initium, principium, quod primum eſt, origo. Voluſpæ* ſtroph. 3. ar var allda, Þa ymer bygde, *principium erat ſeculorum, cum Ymerus habitavit*, vel potius, *ædificavit*. alias, ar var allda, Þa ecke var, *principium erat ſeculorum cum nihil extaret*. Sic in verſione interlin. evang. *Cott.* oꝑ ł ꝼꝑumo peꝑceo ðaꝛ, *initium dolorum hæc*. Marc. XIII, 8. Sic initium harmon. evang. *Cott.* inſcribitur OR EVANGELIUM. Sic etiam *Gregor.* Paſtoral. XLIX, 4, ȝebiþ miþ ðæꝑe anꝼꝑaꝑe, oð ðu piꝛe ðæꝛ þin ꝼꝑꝑæc hæbbe ȝe oꝑð vel oꝑ ȝe enðe, *differ reſponſum, uſque dum noris ſermonis tui initium & finem*. Sic paraphr. LXXVIII, 1, ȝif ðu hiꝛ æꝑoꝛꝛ ne meahꝛ. oꝑ aꝑeccan, *ſi tu ejus principium narrare non potes*. Sic quoque in paraphraſi legitur oꝑð & enðe, bis térve. ſpeciatim p. LXXVIII, 16, ðaꝛꝛe ꝼona onȝeaꝛ. ꝼꝑiþmoð cynincȝ. oꝑð ȝ enðe. ðæꝛ ðe him ẏpeð pæꝛ. *adeo ut ſtatim magnanimus rex principium & finem intelligeret ejus quod ei oſtenſum* [in ſomnio] *erat*. Sic p. XVII, 19. vocatur *Adamus* oꝑð moncynneꝛ. & p. 30, 1, ꝼolc-mæȝþa cynincȝ ȝ æþelincȝa oꝑð:. *Cain* quoque vocatur oꝑð bana, *primus homicida*. Gudm. *Andreæ, Stephanides* & *Verelius Cimbricum* ar abſciſſum putant à *Græco* ἀρχὴ, ab eoque derivandum putant ÆRA *Latinum*. *Junius* quoque in obſervationibus in *Willeram*. p. 248, cognationem notat inter *Saxonicum* oꝑð, & *Latinum ordiri* & *ordium*. oꝑð tamen *Cimbricum* eſſe conſtat à nomine compoſito arð, plane ut oꝑ à ſimplici ar, vel ut ꝼelð & ꝼele, *aula*, à *Cimbrorum* ſæl vel ſel, in compoſita declinatione ſælð, ſelð.

Alðoꝑleȝe, vel ut forſan ſcribi debet, alð-oꝑleȝe, *fatum*. ȝe me ꝼæȝðon. ȝ þ ȝecpæðon. þ ȝe cuðon. mine alð-oꝑleȝe. ꝼꝑa me æꝼꝛeꝑ peaꝑþ, *mihi dixiſtis & declaraſtis, quod noſceretis ſeculi mei fata, & quod mihi eventurum eſſet*, Paraphr. LXXVIII, 4. Oꝑleȝ autem, vel ut alias ſcribitur oꝑlæȝ, eſt quod *Cimbrice* orlog, *fatum*. Sic *Voluſpæ* ſtroph. 16, Fundu -----Aſk og Emblu orlog lauſa, *invenerunt Aſcum & Emblam* [vel virum & fœminam] *ſine fatis*. Hinc *Gudm. Andreæ* in locum: [1] orlog, *fatum*, ab or vel ar, *primordium*, & log, *leges*, quaſi *cujuſlibet lex*. Hinc ſtrophe de tribus Parcis additur, Þær log logdu Þær [2] log furu, Allda børnum, *hæ leges poſuerunt, hæ leges elegerunt ſeculi filiis*. inde iterum *Gudm. Andreæ, Nota quam manifeſte hic ponitur vox* orlog *pro* fatis; *quibus ego addo*; *nota quam manifeſta eſt cognatio inter* log allda bornum & aldorleg. Hinc Eddæ *Sturl.* Mythol. XII. og beid Þa at dæma med ſier orlog manna, *juſſit, ut ſecum judicarent fata hominum*. Sic etiam *Daniel* ad *Balthaſarem*. Paraphr. p. XCI, ac ðe unceapunȝa. oꝑlæȝ ꝛecȝe. poꝑða ȝeꝑẏnu. ða ðu penðan ne miht. *ſed tibi gratis oſtendam fatum, verborum myſteria; quæ tu avertere non poſſis*. Oꝑlæȝ etiam ſignificat *cædem, bellum, prælium, contentionem*; ut in Paraphraſte de *Iſmaele*, p. 50, 1, ꝛe maȝo þinc ꝛceal. miþ ẏlðum peꝛan. Iꝛmael haten. ꝛe bẏþ unhẏꝛe oꝑlæȝ ȝiꝼꝛe piþeꝑ-bꝑeca, *puer ille fortis erit, & à majoribus Iſmael vocabitur: indomitus hic erit, belli cupidus adverſarius*. Sic p. XXII, 18. bẏþ ȝemæne incþum. oꝑleȝ niþ. á ðenðen ꝛtanðeþ. poꝑulð unðeꝑ polcnum, *inter vos ſemper erit fatalis, vel bellica malevolentia, dum mundus ſub æthere extabit*. Sic etiam Pſalm. LXVIII, 32. bibl. *Iſland.* ſundur dreiff Þu folked ſem giarnan vill hafa orlog, *diſſipe gentes, quæ bella vel fatalem cædem volunt*.

Benn, *homo*. in ſecundâ parte Eddæ *Snorronis* inter hominis appellationes bænn. Paraphr. p. LXXXIV, 14, pæȝon ða benne ꝼoꝑbuꝑnene. ðe him on banum. laȝon laþ ꝛeaꝑo. leoða cẏnincȝeꝛ, *tum odioſi homines, ſatellites regis, qui ligna poſuerunt ad eos interficiendos, combuſti peribant*.

Tertio, *Dano-Saxonicam* barbariem in hoc etiam non raro imitatur, quod verbo præſentis vel præteriti temporis utitur vice participii præſentis temporis, vel loco verbi præteriti temporis, cum pronomine relativo, vel conjunctionibus ða, ða ða, vel and: ut, hen æneſt gerceop ece ðnihten helm eallpihta heoron ȝ eonþan. noðon anæne ȝ ðir numelanð gertaþelode rtnangum mihtum, *hic primo æternus dominus cœlum, omnium rerum tectum, & terram creavit, omnipotentia ſua firmamentum erigens, & hanc ſpatioſam tellurem ſtabiliens.* Sic in chron. *Gibſ.* An. dcccclxxv. hen geendode. eonþan ðneamaſ. Eadgap Engla cyning. ceaſ him oþen leoht. plitig ȝ pynrum. and ðir pace ronlet. lire, *hoc anno finivit terræ gaudia Eadgarus rex Anglorum, aliam ſibi lucem pulchram & jucundam eligens, vitamque hanc fragilem relinquens.* Sic quoque Paraphr. xlii, 1, 2, ða pertan com ðæn re eadga ert. ecan ðnihtner. nipan rtefne. noman peonþade. tilmodig eonl. tiben onræge. ðeodne engla. ðancode rpiþe. lirer leohtfnuman. lirre and ana, *tum beatus ille ab occidente venit illuc, ubi, novo mandante oraculo, æterni domini nomen adorabat, ſacrificium offerens regi angelorum, & maximas gratias agens vitæ lucifero auctori propter libertatem & vitæ neceſſaria.* Plura qui deſiderat, conſulat velim Paraphraſeos xl, 17, 18. xlii, 2. xlv, 7. xlvii, 14. xlviii, 10. lviii, 2, 3. lxi, 18. vi, 24, 25. ix, 12, 13. xi, 21. xxxvii, 3, 4. xxxix, 5, 6, 7. lxxx, 18, 19. Hujuſmodi plura quoque leguntur in *Kalendario* & fragmento hiſtoriæ *Judith*, ut & in chron. *Sax. Gibſ.* Ann. dcccxxxviii. dccccлxxv. Quæ *Paraphraſeos* ut & *Kalendarii* & *fragmenti* adeo ſtylum ac genium ſapiunt, ut auſim dicere omnia eſſe ejuſdem ſeculi, ſcilicet exeuntis milleſimi. Hoc ſatis oſtendit dialecti poeticæ qua boreales poetæ uſi ſunt, cum *Dano-Saxonica* fere in omnibus convenientiam, quæ ſane tanta eſt, ut utraque dialectus pro eadem habeatur, niſi quod illi fere eſt religio violare Syntaxeos regulas, quas hæc multo magis negligit & aſpernit. *Cædmone* igitur abjudicandam Paraphraſin cenſeo quam ei * inſcribit vir maximus *Fr. Junius*, & tantum non adjudicat in obſervationibus ad *Willeramum* p. 248. Ibi eam vocat hiſtoriarum veteris teſtamenti perantiquam Paraphraſin, dicitque innumera in eâ occurrere, quæ penitiorem ſapiunt antiquitatem. Denuo eam vocat reconditum antiquitatis theſaurum; eamque citaturus utitur plane *Cædmonis* nomine; quaſi, ſe judice, verè *Cædmonis* eſſet, quam citerioris ſeculi poeta aliquis *Anglo-Saxonum* ſeptentrionalis contexuit, *Cædmonis*, quoad operis argumentum, quiſquis fuit, non infelix imitator. Quod enim ſtylum geniumque operis attinet, is idem eſt in fragmento hiſt. *Judith.* Calendario, & in additamento illo, quod in fine Paraphraſeos extat, p. 91. quod tamen eſſe citerioris antiquitatis, operis argumentum demonſtrat: de deſcenſu *Jeſu* ad inferos, de perruptis ab eo Inferni januis, de raptis ab eo inde animis, qui per *Mariam* Virginem, opem & miſericordiam ejus prius imploraverant. Omnia nimirum ſecundum *Karini* & *Leutici* fabulam iſtam in Pſeudo-evangelio fictitio

---

* *Cædmonis* monachi Paraphraſis poëtica *Geneſios* ac præcipuarum ſacræ paginæ hiſtoriarum, abhinc annos mlxx. *Anglo-Saxonice* conſcripta, & nunc primum edita à *Fr. Junio*, F. F.

Nicodemi, quod poſt *Normannorum* ingreſſum ab auſtrali aliquo *Anglo-Saxone*, ut ut elegantiſſime fuiſſe ſcriptum, oſtendunt inter alia voces illæ repetitæ, capta & ꝑiht hanð, quarum illam *Gallicæ* originis, & hanc ad *Gallorum* ſermonem, qui *dextram* tunc temporis *la droict hand* vocabant, formatas eſſe conſtat.

CAPUT VIGESIMUMSECUNDUM.

De dialecto Normanno-Saxonica *ſive* Anglo-Normannica; *& de dialecto* Semi-Saxonicâ.

1. HActenus de dialecto *Dano-Saxonica*, quâ, tam ſolutâ, quàm vinctâ oratione qui ſcripſerunt, uſi ſunt *Boreales Angli* imperio *Danorum* ſubjecti; quibuſcum diuturna conſuetudine & mutuis conjugiis ſociati, tandem in unum quaſi populum, ut *Sabini* & *Romani*, coierunt. Ordo igitur poſtulat, ut de dialecto *Normanno-Saxonicâ* tractemus. Verum ut quæ ei elucidandæ ſerviunt clarius & diſtinctius tradamus, de dialecto *Semi-Saxonica*, ut vocatur, dicendum eſt; in quam auſtralis illa *Saxonica* (ſub qua ſemper & occidentalem comprehendo,) quam puriorem *Anglo-Saxonicam* ſupra vocavimus, tandem, pariter ac purior ille ſermo antiquorum * *Anglorum* qui *Northymbriam* veterem incoluerunt, in *Dano-Saxonicam* mutata & corrupta erat. *Semi-Saxonicam* autem eam docti nominant, quòd medius quaſi ſermo, vel pene medius eſſet, inter puriorem *Anglo-Saxonicum*, & *Anglicanum* illum, qui majoribus noſtris ante centum & quinquaginta annos vernaculus erat. Quemadmodum enim *vinum aceſcens*, nondum tamen in acetum converſum, *ſemivinum* & *ſemiacetum* dici, uſu adprobante, poſſit; ſic auſtralium noſtrorum *Saxonum* medium illum, vel ad medium accedentem ſermonem *Semi-Saxonicum*, & ſi uſus vellet, *Semi-Anglicum* haud abſurde nuncupandum eſſe judicamus.

Quinimo labefactatus ille auſtralium *Saxonum* ſermo, ſi uſus pateretur, *Dano-Saxonicus* auſtralis dici haud improprie poſſit. *Dani* enim longe latéque per auſtrales & occidentales *Angliæ* partes continuo peragrantes, eaſque, præſertim exeunte nono, & decimo ſeculo ineunte, circum, circa navigantes, atque tandem quum mari, tum terrâ, ſummâ rerum potiti, novâ linguâ, novis, moribus, noviſque inſtitutis *Anglo-Saxonum* loquelam, ex ſimplici hybridam, ex ſincera mixtam, & ex pura corruptam adeo & barbaram fecerunt; ut verſus ſeculi decimi finem, & deinceps ad introitum *Nortmannorum*, non tantum apud boreales, ſed etiam auſtrales *Saxones*, *Anglo-Saxonicum* ſermonem in ipſo *Anglo-Saxonico* ſermone quæreres. Porro etiam *Canuto* totius *Angliæ* monarcha imperante, par eſt credere clerum *Saxonicum* cum patriciis & equeſtris ordinis hominibus, ut domino ſuo placerent & gratificari viderentur, ejuſque gratiæ velificari, *Danicam* linguam, quæ jam tu aulam perſonabat, ſtudioſe didiciſſe. Hoc ut credam faciunt *runarum Danicarum*, tam ſimplicium, quam duplicium deſcriptio quædam poetica, *Anglo-Saxonice* explicata; quæ in bibliotheca *Cott.* extat, *Otho* B. 10. p. 165. quamque vix antea & ne vix obſervatam, nedum publici juris factam, plane quaſi ab omnibus doctis ſpectatu dignam, hic cum *runis* ære inciſis, operæ & ſumptûs pretium exhibere judicamus, *Latinis* additis ex adverſo elementis, ad oſtendendam *runarum* poteſtatem, una cum iis nominibus quibus appellantur ipſæ *runæ*.

---

* Chron. *Sax.* bibl. *Cott.* Anno DCCCXLIX. ꝑa cpomon ða men of ðným mægðum Germanie. of Ealðreaxum. of Engłum. of Geatum oððe Iotum :· Of Iotum cpomon Cantpara. and Pihtpara. ꝑ ir reo mægþ ðe nu eapðiað on Piht. ⁊ ðat cyn on Peartreaxum. ꝑe nu gýt to dæg Iutna cyn het :· Of Ealðreaxum cpomon Eartreaxa. ⁊ Suþreaxa. and Pertreaxa :· Of Engle cpomon re a rýððan rtod pertig betpeox Iutum ⁊ Seaxum. Eartengla. ⁊ Miðelengla. ⁊ Mearca. and ealle Norþhýmbra. *Ac venerunt viri de tribus Germaniæ provinciis, de Antiquis Saxonibus, de Anglis, de Gothis ſive Jutis. Jutis oriundi ſunt Cantwari & Vectuarii; hæc eſt ea gens quæ nunc incolit Vectam, quæque gens apud Occidentales Saxonas adhuc vocatur Jutarum progenies. Ab Antiquis Saxonibus originem duxerunt Orientales Saxones, & Auſtrales Saxones, & Occidentales Saxones. Ab Anglis (quorum patria ab eo uſque tempore manſit deſerta inter Jutas & Saxonas) originem duxerunt Angli Orientales, Mediterranei, Angli, Mercii, ac omnes Northhymbri.* vide etiam chronicon *Saxonicum Gibſoni*, in eodem anno.

E Codice MS. Bibliothecæ Cottonianæ, *cujus nota, Otho, B.* 10.

f feoh
u ur
ð ðorn
o os
r rad
c cen
g gyfu
w wynn
h hægl
n nyd
i is
j ger
eo eoh
p peorð
x eolhx
s sigel
t tir
b beorc
e eh
m mann dæg
l lagu
ng ing
œ epel
d dæg
a æc
æ æsc
y yr
ia io
ea ear cearr
cw cweorð
q

býþ fnoful. fina gehpylcum. rceal ðeah manna gehpylc. miclun hýt dælan. gif he file. for dnihtne domef hleotan:·
býþ anmod. ⁊ ofen hýnned. fela fpecne. deon feohteþ. mid hofnum. mæne mon rtapa. þ if modig puht:·
býþ ðearle rceanp. ðegna gehpylcum. anfen-gýr ýfyl. ungemetun neþe. manna gehpylcun. ðe him mid nerteð:·
býþ ondfnuma. ælcne fppæce. firdomef pnaþu. and pitena fnofun. and eofla gehpam. eadnýr and to hiht:·
býþ onnecýde. finca gehpylcum. refte and fpiþhpæt. ðam ðe fitteþ on-ufan. meane mægen heandum. ofen mil paþaf:·
býþ cpicena gehpam cuþ on fýne blac and beophtlic býnneþ ofturt ðæf hi æþelingaf inne nertaþ:·
gumena býþ gleng and henenýr. pnaþu ⁊ pýnþfcýpe ⁊ pnæcna gehpam, af and ætfirt ðe býþ ofna leaf:·
ne bnuceþ ðe can peana lýt fafef and fonge and him fylfa hæfþ blæd ⁊ blýrre and eac býnga geniht:·
býþ hnitunt cofna. hpýnft hit of heofonef lýfte. pealcaþ hit findef fcuna. peonþeþ hit to pætene fýðdan:·
býþ nearu on bneoftan peonþeþ hi ðeah oft niþa beapnum to helpe and to hæle ge hpæþne gif hi hif hlýftaþ æfon:·
býþ ofen cealdunge metum flidon glifnaþ glæf hluttun gimmum gelicuft. flon fonfte ge ponulit fægen anfýne:·
býþ gumena hiht ðon god læteþ halig heofonef cyning hnufan fyllan beonhte bleda beonnum and ðeanfum:·
býþ utan unfmeþe tpeop. heand hnufan fæft hýnde fýnef. pýntpumun undepnneþýð pýnan on eþle:·
býþ fýmble plega. and hlehtef plancum ðaf pigan fittaþ on beof fele bliþe æt fomne:·
feccand hæfþ ofturt on fenne. pexeð on patune. pundaþ gnimme. blode bneneð beonna gehpylcne ðe him ænigne onfeng gedeð:·
fe mannum fýmble biþ on hihte ðonn hi hine fepiaþ ofen fifcef beþ oþ hibnim hengeft bningeþ to lande:·
biþ tacna fum healdeð tnýpa pel. piþ æþelingaf a biþ onfænýlde. ofen nihta genipu. næfne fpiceþ:·
býþ bleda leaf. beneþ efne fpa ðeah tanaf butan tuddep. biþ on telgum plitig. þeah on helme hnýfted fægene. geloden leafum lýfte getenge:·
býþ fof eonlum æþelinga pýn. hopf hofum planc. ðæf him hæleþe ymb. pelege on picgum ppixlaþ fppæce. ⁊ biþ unftýllum æfne fnofun:·
býþ on mýnge hif magan leof. fceal þeah anpa gehpylc obfum fpican. fof ðam dnýhten pýle dome fine þ eanme flæfc eonþan betæcan:·
býþ leodum langfum geþuht gif hi fculun neþun on nacan tealtum. ⁊ hi fæ ýþa fpýþe bnegaþ. and fe bnim hengeft bnidef ne gým:·
pæf æneft mid eaft denum. ge fepen fecgun. oþ he fiððan eft. ofen pæg gepáf pæn æftef pan. ðuf heandingaf ðone hæle nemdun:·
býþ ofen leof. æghpylcum men. gif he mot ðæf. pihtef and genýfena on bnucan on blode bleadum oftaft:·
býþ dnihtnef fond. deone mannum. mæne metodef leoht, mýnsþ and to hiht eadgum and eanmum. eallum bnice:·
býþ on eonþan. elda beapnum. flæfcef fodof fepeþ gelome ofef ganotef bæþ gapfecg fandaþ. hpæþef ac hæbbe æþele tpeope:·
biþ ofen heah. eldum dýne. ftiþ on ftaþule. ftede pihte hýlt. ðeah him feohtan on finaf monige:·
býþ æþelinga ⁊ eonla gehpæf. pýn and pýnþmýnd. býþ on picge fægef. fæftlic on fæpelde. fynd geacepa fum:·
býþ ea fixa. and ðeah abnuceþ. fodfef onfalðan. hafaþ fægenne eand. pætne bepopfen. ðæf he pýnnum leofaþ:·
býþ egle eonla gehpylcun. ðonn fæftlice flæfc onginneþ. hnapcolian hnufan ceofan blac to gebeddan bleda gedneofaþ. þýnna gepitaþ pefa gefpicaþ:·

Stan st z Gar g

Hos characteres ᛈᛁᚻᚹᛏᛉᚠᚱᚾᚷ *ad alia festinans studioso lectori interpretanda relinquo.*

II. Extat & altera literarum *Dano-runicarum* deſcriptio, cum explicatione *Anglo-Saxonica*, in eadem bibliotheca, (*Domitianus A.* 9.) quam in tabella lectori ſtudioſo hic infra offero:



Mich. Burghers ſculp.

Sequentia, manu recentiori

f. feoh. i. pecunia.	*g. gifu. i. grahà.*	*h. hegel. i. grando.*
e. ethel. i. patria.	*d. deg. i. dies.*	*th. thorn. i. ſpina.*
m. man, vel mann. i. homo.	*a. ar. i. reverentia.*	*ae. aesc. i. fraxinus.*
ea. gear, vel ear. i. annus.	*ſt vel z. ſtan. i. lapis.*	*r. rad. i. conſilium.*
b. berc. i. cortex.	*i. ſigel. i. velum.*	*u. ur. i. noſter.*

Ex his, tanquam ex idoneis teſtibus, valde probabile eſt *Anglo-Saxones* diſcendis *runis* operam dediſſe. Neque mirum eſt victos victorum, ſervos dominorum linguam didiciſſe, in qua, cum aliquid rogarent, ab iis ſe gratiores audiendos eſſe, & quæ peterent, facilius impetraturos ſcirent.

III. Præterea cum in poteſtate *Danorum* tandem *Saxones* auſtrales eſſent, non mirum eſt eorum ſermonem ſub *Danico* imperio languentem fatiſci cæpiſſe, & cum *Saxonicis* rebus in deteriorem partem abiiſſe. *Saxones* fregerunt *Dani*, fregitque paulatim *Anglo-Saxonicam* loquela *Danica*, & quaſi ſtatum illius mutando in alteram pene mutavit. Quemadmodum autem *ſtatûs mutatio*, quam diminutionem capitis veteres *Romani* vocabant, triplex fuit; maxima, minor & minima: ſic à *Danis* in *Anglia* prævalentibus, & deinceps uſque ad finem ſeculi ſecundi decimi, puriori auſtralium *Saxonum* ſermoni quaſi triplex accidit *mutatio ſtatûs*; minima quoad ſcripturam, quoad voces & phraſes major, & maxima quoad ſyntaxin; quo jus omne ſuum, ſub *Normannis* dominis, cum *Saxonica* civitate & libertatibus, adeo perdidit, utnomen ſuum retinere non permiſſum eſſet.

Secundum hanc igitur triplicem ſtatûs mutationem, auſtralium *Saxonum* linguam in *Semi-Saxonicam* labaſcentem tripliciter conſiderandam eſſe judicamus. primò quoad ſcripturam, vel ſcribendi rationem mutatam. ſecundò quoad voces phraſeſque, quæ jam tum peregrinæ introire cœperunt. denique quoad ſyntaxin, quæ cum tempore primum ſub *Danis*, dein ſub *Normannis* dominis, non ſolum in concordantiæ regulis, ſed in omnium partium orationis conſtructione, quas antea erat religio temerare, maxime violata eſt.

IV. Primum igitur, in quo *Anglo-Saxonica* auſtralis, quaſi ſuæ dignitatis immemor, in *Semi-Saxonicam* degeneraſſe cernitur, eſt veteris ſcribendi moris in novum converſio, nonnullas permutando literas, ex quibus voces ſolebant formari. Sic ȝ in i vel y vertitur in principio, medio, & fine dictionum. In principio: ut iunȝe pro ȝeonȝe, chron. *Sax. Gibſ.* p. 168, 1. and eller ampyndon manȝe iunȝe men. Sic p. 37. 11, 13. iatepeapd bis legitur pro ȝatepeapd. Sic quoque iæp legitur pro ȝap, 231. 2, 10. iet pro ȝyt, 232. 42. iap pro ȝap, iuen & iauen pro ȝifen, 242. 37, 38, 46. he ſuop on haliȝdom. ⁊ ȝirler ƿand. þ he alle hir carteler ſculde iuen up. ſome he iap up. ⁊ ſome ne iap he noht. ..... ⁊ bꝛohten hine into Oxenꝛoꝛd. ⁊ iauen hine ðe buſch. Sic quoque ieden pro ȝeoden, *iverunt*. 22, 4, 46. In medio: ut cæie pro cæȝe, *clave*, 38, 29. æiþþe pro æȝþþe, *utrâque*, 153, 25. ƿeinaſ pro ƿeȝnaſ, *pluvias*, 219, 30. Quibus adde ðæieſ pro ðæȝeſ, bebyſnied pro bebyſnȝed vel bebyſniȝed, *ſepultus*, ƿneide pro ƿneȝde, *accuſabat*, & id genus multa. In fine: ut ðæi, *dies*, pro ðæȝ; ælmihti, *omnipotens*, pro ælmihtiȝ; tpenti, *viginti*, pro tpentiȝ; hæui pro heƿiȝ, *gravis*; mai pro mæȝ, *poßum*; lai pro laȝ, *jacebam*; æni pro æniȝ, *ullus*; byſi pro byſiȝ, *urbs*; & iſtius modi innumera alia: ut ðeineſ pro ðeȝneſ; iſelleð pro ȝeſelleð; ipitneſſe pro ȝepitneſſe; ibidden pro ȝebeddan; quæ omnia leguntur in charta quadam *Edwardi* confeſſoris dicti, quæ in *Latinis* (þ & p exceptis) literis tranſcripta extat, inter alias haud paucas in archivis eccleſiæ cathedralis *Wellenſis*.

EDuuard King gret Harold Erl and Tavid minne ſchyre-refen and alle mine þeines inne Sumirſæten frendliche. And ich keþe eu þat Alfred havet iſeld Giſe biſſop his land at Hlytton ſacleas and clane toforen me ſilven æt *Peddredan* on mine ipitneſſe and Eadithe mine ibidden, and on Haroldes ærles.

V. Sic

V. Sic etiam c in k vertitur: ut in kinꝛ & kinꝛeſ, pro cynꝛ, cynꝛeſ; muneker pro munecer; bnoke pro bnoce; maken pro macan; makede pro macede vel macode; akynnednyrre pro acennednyrre; kenþ pro cenþ; taken pro tacen vel tacn; & in multis aliis.

VI. Sic ƿ mutatur in u & v: ut in æuertlice pro æƿertlice, *quam celerrime*; have pro haƿe, *habeo*; leove pro luƿu, *amor*; live pro liƿe, *vita*; luvede pro luƿiade, *amabat*; ſeoven pro ſeoƿon, *ſeptem*; heouene pro heoƿene, *cælo*; heruert pro hæpƿert, *autumnus*, *meſſis*; neue pro neƿa, *nepos*; æupe pro æƿre, *ſemper*; næupe pro næƿre, *nunquam*.

VII. A finale vertitur in e: ut in ðape & ðære pro ðæra, gen. plur. articuli vel pronominis ſe, ſeo, ðæt. Lantpape pro Lantpapa, *Cantiani*; oþre pro oþra, *aliorum*; tpeꝛre pro tpeꝛra, *duorum*; Lantpapebyri, *Anglice* **Canterbury**. bnothre & ſpuſtre, pro bnoþra & ſpuſtra, *fratrum* & *ſororum*. Hinc a finale in e breve verſum nonnunquam in fine omittitur: ut in ꝛepiten pro ꝛepitena, læpeð pro læpeða, lapeð pro læpeða vel lepeða: ut, be hiſ ꝛepiten pæð. læpeð. ⁊ lapeð. ðe on hiſ kynepice pæpon:.

VIII. Æ in æ mutatur: ut in Daniſcæ pro Daniſce, *Dani*; innæ pro inne, *in*; ꝛepihtæ pro ꝛepihte, *jus*; pæll pro pel, *bene*, *valde*. cyþæ, pro cyþe *oſtendat*; ænde pro ende, *finis*. ænd pro and, *&*, &c.

IX. L & ꝛ vertuntur in ch: ut chilð pro cild; ða oncneopan hio be ðam popðen. ðe heom ꝛeræd pæſ be ðam childe. . . . . æfter ðam ðe ehta daꝛeſ ꝛeſeld pæpon þ ðæt chyld embyriden pæpe, *Luc.* II, 17, 21. evang. *Hatton*. Sic peſchen pro peopcan; piche ppo pice; cheſtre pro ceaſtre; ich pro ic; cheſu pro ceaſu; ut, he ꝛadeped hyſ hpæte on hiſ beapn. ða cheſu he ſopbæpneþ on unadpercendlice fyſe, *Matth.* III, 12, evang. *Hatton*. Sic mychel pro micel; bupch pro bupꝛ; & ſimilia.

X. D & ð invicem tranſmutantur: ut Dauiðe pro Dauide, *Davide*; ꝛechyrð pro ꝛecyrð, *convertet*; ꝛadeped pro ꝛadepað vel ꝛadepð:.

XI. F ante m abjicitur: ut in pimman pro piſman, *mulier*, *fœmina*. hlammæſſe vel lammæſſe pro hlaſmæſſe *primitiarum feſtum*. h non raro ponitur ante voces à leni incipientes: ut in hiſ pro iſ, *eſt*; hupe pro upe, *noſter*; huppon pro uppon, *ſuper*; holde pro olde:. n finale etiam haud raro vertitur in m: ut in indom pro indon, onꝛem pro onꝛen:.

XII. Aſ terminatio nominativi & accuſativi pluralis primæ declinationis vertitur in in eſ: ut in ſtaneſ pro ſtanaſ, *lapides*: ut cpæþ þ ðaſ ſtanaſ ſyen to hlaſe ꝛepopðan, *Matth.* IV, 3. in evang. impreſſis, cpeþ þ ðaſ ſtanaſ to hlaſe ꝛepuþþon:. Sic, rodlice maneꝛe ða ðe him ſolꝛdon paſen bokepeſ:. Hpi ſæſted Iohanneſ leopninꝛcnihteſ. roðlice ða daꝛeſ cumeð:. Iſtiuſmodi plurima occurrunt in chron. *Sax. Gibſ.* ut bircopeſ, eopleſ, cinꝛeſ, utlæꝛeſ, & ſimilia.

XIII. ƿ in uu vertitur: ut in uuſeide, *accuſavit*, pro ſſeide, chron. *Sax. Gibſ.* 237, 5. uuolde pro polde. ibid. 6, 13, 14. uuaſt pro paſt; quod etiam pro paſþ vel peaſþ, ibid. 26. uſurpatur etiam poſt introitum Normannorum pro u: ut in pncſæ pro uncle, pſ pro uſ, Bpteſmæpe pro Buteſmeſe, quæ omnia extant in hac charta Gullhialmi, Conquæſtoris dicti, quæ magno ſigillo appendente munita extat in Bibliotheca *Cottoniana*. vid Dictionar Epiſtolar p. 72

✠ IC pillæm cininꝛæ ꝛpæt pælcælm birſcop ⁊ huꝛæn ðæ poſt ⁊ eadpaſd ſcip ꝛæſæſæn ⁊ eallæ hiſ ðæꝛnaſ on hæmpton ⁊ on pilton-ſcipæ ſſeondlicæ ⁊ cpiaþæ eop þa ic an ðæſ landæſ æt bptæſmæſæ to ðæm ealdan hieſædæ on pintanceaſtſæ to hæbbænnæ ⁊ to bpuccannæ eallæ ſpa ſſeolſ þa hiæ hæbbænnæ on plpiæ moncan dæꝛæðæꝛæ hit rældæn into ealdan munſtſæ on pintanceaſtſæ on cininꝛ cænut dæꝛæ ðæ hæ monancæn becæmæ. þonnon ic pillan ðæ hiæ hæbæn eallæ ſpa ſſeo mid eallæ ðæ ðinꝛæ ðæ to ꝛæ hinpæþæ þ hiæ hældon on cænut ⁊ eadpaſd cininꝛæ dæꝛæ on lænd ⁊ on ſiſænðæ on pidæn ⁊ on ſældæn and on læſan ⁊ eallæ pitæ læſſæ ⁊ mæſæ ſpa ſſiꝛoſt hæſdon on æmæſ cininꝛæſ dæꝛæ oþæ birſcopæſ dæꝛæ ðæ ætſopan ſſ pæſon. ꝛæppitæ æt london on pncſæ ꝛæmotæ ꝛæpitænæſſæ ðonnon birceop pælcælm odan ælꝛælſi ſaplſ ælſſi ⁊ eadric; ✠

$$\frac{\overline{p}}{c\bar{o}} \left| \frac{\overline{ill}}{\bar{q}r.} \right.$$

XIV. In *Normanno-Saxonicis* t legitur pro þ: ut in tatt pro þatt, *id*, *quod*. tæſ pro þaſ, *ibi*. teꝛꝛ, pro þeẏẏ, *Anglice* **they**, *illi*. Et ut ꝛ in *Semi-Saxonicis* convertitur in i vel ẏ, quemadmodum ſupra oſtendimus: ſic in *Normanno-Saxonicis* non raro pro his vocalibus ſtat, earumque poteſtatem vel valorem exprimit: ut in Maſꝛe pro Maſie, *Maria*, teꝛꝛ pro teẏẏ, *Anglice*, **they**, *illi*. teꝛꝛre pro teẏẏre, *Anglice*, **their**, *eorum*, *ſuos*. ꝛede & ꝛeden pro iede, ie-

den,

den, *Sax.* ȝeode, ȝeodon, *ibat, ibant.* Quæ omnia occurrunt in homiliarum libro quodam in Bibliotheca *Badlejana* ORMULUM inſcripto, columna 330, ubi deſcribuntur nuptiæ, ad quas *Jeſus* & ejus diſcipuli vocati erant. excerpta hæc conſulat lector *Latine* hunc in modum reddita:

to ðe ðniddе dæȝ belamp. rpa rum ðe ȝodrpell kyþeþ. þ in þe land of ȝalile paſ an bnirpell kyþeþ. þ in þe land of ȝalile paſ an bnidale ȝannkeð. ȝ itt parr ȝannkeð inn an tun ðatt parr cana ȝehaten. ȝ cnirter modonn manȝe parr att tatt bnidalerr ræte. ȝ cnirt parr clopeðð till þatt hurr niþ hire lennincnihhterr. and teȝȝne pin parr ðrunken rpa. þatt tæn narr þa na mane. ȝ cnirter modenn com till cnirt. ȝ reȝȝde him þurr niþ ponde. þirr pin ir ðrunken to þe ȝrund. ȝ nirr hen nu ne mane. ȝ une laxend leru cnirt reȝȝde till hir modenn. phat xalleþ þirr till me niþ ðe pimman þatt tu mælerte. Abid abid þimman abid. ne com nohht ȝet mi time. ȝ rante manȝe ȝede anen. ȝ reȝȝde to þe birlerr. doþ þatt tatt he rhall bidden ȝup. ne be ȝe nohht tæn ȝenerr. þeȝ haxxden rexe xetlerr þæn att tat bnidalerr ræte þatt pæren. rum þe ȝodrpell reȝȝþ. rexe rtanene xetlerr. rpillke rum þatt ludirrkenn xollk parr punedd i þ time to parrhenn oxxe þeȝȝne lic. to clenren hem þ pire. ȝ tpaxald ohne þnexald mett þa xætlerr alle token. ȝ cnirt badd tatt teȝȝ rholden ȝan ȝ xillen þeȝȝne xetlerr niþ patenn. ȝ teȝȝ ȝeden till. ȝ didenn þ he reȝȝde. ȝ xilledun up till þe bnend niþ patenn þeȝȝne xetlerr.

die tertia contigit, ſicut in quodam evangelio traditur, quod in terra Gallilæorum paratum eſſet epulum nuptiale, & paratum quidem erat in oppido quodam Cana dicto. Chriſti autem Mater in epulo iſto nuptiali diſcumbebat, imò Chriſtus ipſe ad domum illam [in qua nuptiæ celebratæ erant] *cum diſcipulis ejus vocatus erat. vino vero eorum ita exhauſto, ut nihil amplius reliquum eßet, mater Chriſti ad eum venit, dicens: vinum ad fundum eſt exhauſtum, & ejus nihil amplius reſtat. Dominus autem noſter Jeſus matri reſpondet: quid mihi & tibi eſt, quod dicis mulier! Expecta, expecta mulier, expecta, nondum enim venit hora mea. Sancta igitur Maria ſola ſecedens, dixit miniſtris; quodcunque vobis dixerit, facite, neque adverſamini. In epulo autem nuptiali poſita erant ſex vaſa, quæ, quemamodum evangelium quoddam refert, lapidea erant, in quibus Judæi ſecundum conſuetudinem, corpora ſua lavabant in iſtiuſmodi temporibus, ad ſe id faciendo purificandos. Singula autem vaſa capiebant binas vel tres metretas* [amphoras;] *atque Chriſtus jubebat, ut irent atque implerent vaſa ſua, cum aqua, & abeuntes illi, quod ille juſſerat, fecerunt, vaſa ſua uſque ad labra adimplentes.*

Hinc etiamnum apud *Scotos*, ȝ in ȝ mutatum ſcriptum non raro legitur pro **y**: ut in **ȝit** pro **yet**, *tamen, hactenus*; **ȝe** & **ȝou** pro **ye** & **you** *vos*; **ȝeris** pro **yeris**. *Anglice* **yeares**, *anni*; **disdenȝe** pro **disdenye**, *Anglice* **disdein** *contemptus*; **fenȝe** pro **fenye**, *Anglice*, **feigne**, *diſſimulare*; **failȝeit** pro **failyeit**, *Anglice*, **failed**: ut **I have failed**, *defui.* Quæ omnia occurrunt in *Douglaſii* præfatione, ante verſionem ſuam *Æneidos Virgilianæ*: ut,

Pane is nor was nor ȝit ſal be trow I.
And that ȝe knaw at quhais inſtance I tuke
For to tranſlat———————
And git forſoith I ſet my beſy pane
As that I couth to make it brade and plane.
——— quhen twelf ȝeres he had been diligent.
Quharfor ȝou gentill Redaris, I beſeiche.
His twelf ȝeris labours war not worth ane myte.
That never ȝit na ſinfull liſt refuſe.
In caiſe I fail have me not at disdenȝe
Thocht I be lewt, my leile hart cannot fenȝe.
Gif I have failȝeit, baldlie repreif my rime.

XV. ȸ etiam in *Semi-Saxonicis* videtur uſurpatum nonnunquam pro h: ut in ȝeȝeaȝ, ȝeȝen pro ȝeȝeah vel ȝeȝah, ȝeȝehen; heaȝ, pro heah; & heaȝeȝteȝ pro heahȝteȝ, vel hehȝteȝ; heaȝeȝtan, pro heahȝtan.

XVI. Porro ſyllabicum iſtud augmentum ȝe, quod verbis, verbalibus, & præteriti temporis participiis apud *Anglo-Saxones* præponitur tum ornamenti cauſa, tum non raro ad augendas eorum ſignificationes, amat *Semi-Saxonica*, haud ſecus ac elementum ȝ, in ı vel ẏ vertere: ut in ılæpeð pro ȝelæpeð; ẏlæȝteð pro ȝelæȝteð; ıol pro ȝeol; ıclepeð pro ȝeclepeð; *&c.* Quinetiam id quaſi aſpernens *Semi-Saxonica* amat abjicere: ut in ȝæneniet, *Saxonice* ȝeannıaþ pro ȝeȝeannıaþ, *parate*; nılnunȝe pro ȝenılnunȝa *cupiditates*; mæccheu pro ȝemæccan, *uxorem*; mæȝnıan pro ȝenıdmæȝnıan, *diffamare.* Sic in evang. *Hatton.* Læneniet dnihtneȝ neiȝ, *Marc.* 1, 3. *Saxonice* ȝeȝeannıaþ dnihtneȝ neȝ:· Oȝ enmþe ȝ ȝnicdome neonld nelene. ȝ oþne nılnunȝe, *Marc.* IV, 19. *Saxonice* oȝ ẏnmþe ȝ ȝnicdome nonuld nelene. ȝ oþne ȝenılnunȝa:· And nolde hıo mæȝnıan, *Matth.* 1, 19, *Saxonice*, ȝ nolde hı ȝenıdmæȝnıan. *v.* 24, he onȝenȝ hẏȝ mæccheu. *Saxonice*, he onȝenȝ hẏȝ ȝemæccean:·

XVII. Um

XVII. Um etiam terminationem tum ſubſtantivorum dativi pluralis, tum adjectivorum in dativo utriuſque numeri, *Semi-Saxonica* non raro mutat in *en*, & quandoque in *an*: ut in evang. *Hatton. Luc.* 1, 5. on Hepode dagen. *Sax.* on Hepodef dagum. &, of Aaponef dohtpen. *Sax.* of Aaponef dohtpum. *v.* 17. to heopa beapnan. *Sax.* to hypa beapnum. *v.* 28. ðu ept gebletped on pipen. *Sax.* ðu eapt gebletpud on pipum. *v.* 44. on minen eapen. &, on minen innoþe. *Sax.* on minum eapum; on minum innoþe:.

XVIII. Supra obſervavi p *Saxonicum* in *Gallo-normannicum* uu eſſe verſum, chronici *Saxonici Gibſ.* pag. 237, 5. nempe in anno MCXXII. qui fuit *Henrici* I. XXXI. Nec mirum cuiquam videatur monachum *Petroburgenſem*, qui hoc chronicon partim tranſcripſit, & partim compoſuit, ſive is *Hugo Candidus*, alias *White*, qui floruit Anno 1130. ſive qui poſt eum floruit anno 1245. *Robertus Swapham*, ſive quis alius fratrum fuit, *Saxonicam* ſcripturam in nonnullis immutaſſe; cùm, * *Ingulpho* teſte, *modus ſcribendi Anglicus* [i. e. *Saxonicus*] *Gulielmo* ſuo regnante *omitteretur, & modus Gallicus* [i. e. *Gallo-Normannicus*] *in chartis & libris omnibus admitteretur.* Imo *manus Saxonica* tunc temporis, †eodem auctore, *inuſitata penitus & inviſa, ac maxime cum gente ſua contemptui habita, & nimium inacceptata erat; & manus Gallicana, quia magis legibilis & aſpectui prædelectabilis præcellebat, frequentius indies apud omnes Anglos complacebat.*

Verum ut ſcripturæ *Anglo-Saxonicæ*, in *Gallicam* ſive *Italicam*, mutationem altius repetam, ſciendum eſt ab *Ælfredi R.* temporibus, qui à *Gallis* doctoribus in literis inſtitutus erat, *manum Saxonum*, quæ in ſcribendis omnibus antea uſitata erat, in deſuetudinem abire cœpiſſe, & *manum Gallicam*, quæ nitidior & magis oculos delectare videbatur, apud *Anglos* inoleviſſe. Hoc magnopere tradit *Ingulphus* in hiſtoriæ ſuæ *Croyland.* editæ *Oxonii*, ** pag. 85. ubi ſcribit chartas *Eldredi R.* monaſterii *Croylandenſis* inſtauratoris, *Edgari* & aliorum *R. R.* qui iis ſucceſſerunt, uſque ad ſua tempora duplicate, quum *Saxonica*, tum *Gallicana* manu ſcriptas fuiſſe, ſeque omnia monaſterii ſui monumenta, tam hâc quam illâ conſcripta, coram domino ſuo *Gullhialmo Conq.* exhibuiſſe, qui ea diligenter perlecta & examinata benigniſſime ſuo diplomate confirmabat. Hinc tot *RR. Anglo-Sax.* chartas *Latine* ſcriptas, in manu *Gallica* nitentes, etiamnum in archivis videmus. penes me habeo à digniſſimo viro *Edwino Sandys* archidiacono *Wellenſi* miſſum apographum accuratiſſimum chartæ *Eadredi R.* quâ monaſterio *Glæſtingabyrienſi* quandam villam XXV caſſatorum, *Pucelcyrcam* vocatam, pro animæ ſuæ & fratris *Edmundi* ſalute donat, in literis *Gallicis* integre, ſi ÿ *Saxonicum* excipias, exaratam. Termini autem terrarum *Saxonice*, & in *Saxonica* manu, in eadem charta, integre deſcribuntur. excepto Gallico ſ, quod cum Saxonico ꝛ, non raro per totam deſcriptionem, intermiſtum cernitur; præſertim in voce ſpa, & in ſyllabis quæ ab ſt ordiuntur. Hinc etiam eſt quod in ††charta *Eadgari R.* qua Anno Dom. DCCCCLXIV. terræ quandam portionem *Beorhtnotho* comiti dat, non tantum ſ longum, ſed s curvum & rotundum, quum in principio, tum in medio & fine vocum occurrit. ut in hoc ejus Apographo cernere eſt.

✠ ANno ab incapnatione dnī nrī ihū xpī. DCCCCLXIIII. ego eadgap diuina allubescente gpatia pex et ppimichepiup albionis pupis quandam papticulam binip ab accolip estimatam manſiunculis beophtnoþe comiti mihique ppæ quibusdam cetepip dilecto libepam ppetep apcem pontem expeditionemque ppo ſua lapgipflua mepitopum Inpenſione in loco qui uulgap ꝑamine dicitup culnan clip ut temporibus uitæ suæ felicissime utatup. hisque tpansactis in peppetuum ius hepedi cuicumq; placuepit depelinquat libentep admodum lapgitus sum. Quod ſiquisque quod non optamus huiuscæ donationis scedulam uel in minimo inꝑpingepe temptauepit hoc ni digno ppius dempsepit penitemine. ſe sentiat pepennitep passum in cpuciamine. Et his limitibus ppæfatæ tellupis papticula quaqua uepsum cipcumgipapi uidetur Æpeſt of upmepe on heaſecan-beoph. of ðan beophge on cuþpedes-tpeop. of ðan tpeope on þa dic ylang dic ðæt on ſtupe ðonne of ſtupe ðæt ept on ða dic ylang dic ðæt on hopsa bpoc ylang bpoces on cenunga fopd of ðan fopda utan pip ðone pudu ðæt to cyneſapes ſtane of þan ſtane on hoccan ſtige of ðæpe ſtige on mæp pylle of ðæm pylle on ða dic y lang dic on ſtupe of ſtupe on mæpdene ylang dene to pind-opne of

---

* Edit. *Oxon.* p. 71. †P. 85. ** *Manus Saxonica ab omnibus Saxonicis & Merciis, uſque ad tempora R Ælfredi, qui per Gallicanos doctores omnibus literis apprime inſtructus erat, in omnibus chirographis uſitata, à tempore dicti domini regis deſuetudine viluerat, & manus Gallicana, quia magis legibilis, & aſpectui perdelectabilis præcellebat, frequentius indies apud Anglos omnes complacebat.* †† Extat hæc charta cum iis quæ continuo ſequuntur in Arch. Eccl. *Wigornienſis*.

pinð-oppe on ðone ſtapol of ðan ſtapole on ðone peg anðlang peges in þæt ſlæð of ðæm ſlæðe on lytlanðune anðlang peges ðæt ept on uſmepe. Hi teſtes præfatæ uideban-tur lapgitiuncule quorũ inſcriptiur titulatim nomina cappaxapi uidentur.

✠ Ego eaðgar rex hoc ðonum lagitus sum.
✠ Ego ðunſtan archiepiſcopur conſenſi et ſubs.
✠ Ego oſcytel archiepiſcopus conſenſi et ſubs.
✠ Ego ælfſtan lunðaniensis epīs coñs et ſubs.
✠ Ego pynſige licetfelðenſis epīs cons et ſubs.
✠ Ego eþelpolð uuentaniensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego aſpolð uuigornensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego alfpolð scira burnensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego alfpolð cridiensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego eaðelm ſelinensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego beorhthelm fontaniensis epīs cons et ſ.
✠ Ego oſulf ſunnungnensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego ælfſtan hrouenſis epīs cons et ſubs.
✠ Ego aþulfhelm hamnensis epīs cons et ſubs.
✠ Ego ælfhere ðux cons et ſubs.
✠ Ego aþelſtan ðux cons et ſubs.
✠ Ego ælfheh ðux cons et ſubs.
✠ Ego beorhtnoð ðux cons et ſubs.
✠ Ego æþelpine ðux cons et ſubs.
✠ Ego beorhtfærð mins cons et ſubs.
✠ Ego ælfpine mins cons et ſubs.
✠ Ego orðpolð mins cons et ſubs.
✠ Ego æþelſige mins cons et ſubs.
✠ Ego alfpolð mins cons et ſubs.
✠ Ego pulfſtan mins cons et ſubs.

Hinc quoque eſt, quod in charta Oſwaldi *archiepiſcopi A. D.* 990. *non tantum* ſ, *ſed* r *&* t Gallicum *vel* Romanum *cum* Saxonico p *intermiſta leguntur. ut ex hoc tranſcripto cernitur:*

✠ Disponente regi regum cuncta caeli ſecr&a nec non quae ſub caeli culmine aput homines mutantur miro ordine gubernante cuiuſ incarnationiſ humanae anno ɔccco.xc. indictione. iii. haec donatio quae in iſta cartula ſaxonicis ſermonib; appar& confirmata & donata erat. In uſſeſ ðnihtnep noman haelenðep cniptep ic orpalð epce bircup cýþu þ reo hiopæðden æt pioxepna ceaſtre ge ealðe ge iunge me gehafeðan þ ic morte gebocian tpega hiða lonð on moptune on ðpiopa manna ðæg minum tpæm ge-tpiopum mannum biopnage ⁊ býncſtane tpæm gebpoþpum ⁊ re elðra hæbbe ða þpio æcepaf ⁊ re iungra ðone feoþþan ge innop ge uttep ſpa to ðæm lande ge býrige þ mon nemneþ oþre noman uppþpop ⁊ pe alle halſiaþ on goðef noman þ hio nænig mann þær ne bepeafige ða hpile þef lifien ⁊ ofep hiopa ðæg cerre to þær honða þe hio betyt unnen ⁊ hit reo ðonne þæm agen æghpær to bpucenne to fpio tpegra mannum ðæg butan þæm circ rceatte ⁊ ic cýþe þ ða gebpoþpa tpegen me gerealðan iiii punðlic pýnþer feor piþ fullan unnan. & nunc obſecramuſ per miſericordiam dī qui eſt propriuſ & ueruſ dñſ omniũ terrarũ quae ad eccłam dī pertinent & per amorem ſcãe mariae cuius nomine conſecratum eſt monaſterium in peogerna ceaſtre in quo ſeruire debemus. ut haec nrã largitio ſiue conſentio inuiolata permanere queat. & ſiquiſ de nrīſ ſucceſſorib; hoc in aliquo foedare temptauerit & nrãe fraterne congregationiſ licentiam diſrumpere ſciat ſe rationem redditurum in tremendo examiniſ die ni priuſ ſatiſ faciendo emendet. ðir rýnðan ðapa bpoþpa noman ðe ðar rýlene gehafeðan anð gerealðon ⁊ mið cniptef þoðe tacne gefærnedon.

✠ orpalð aþce birespecup.
✠ æþelrtan pri' mõ.
✠ ælfpige pr̄.
✠ eaðgar pr̄.
✠ pirtan pr̄.
✠ æþelpige pr̄.
✠ æþelrtan pr̄.
✠ goðinc diãc.
✠ leofftan diãc.
✠ pulfpaþð diãc.
✠ æþelric diãc.
✠ cýneþen cł.
✠ pulfpine cł.
✠ pulfgar cł.
✠ leofpin moñ.
✠ pulfric cł.
✠ pulfnaþ cł.

Ab hujus chartæ ſcriptura haud adeo abſimilis eſt iſta charta lacera Wulfſtani *archiepiſcopi, A. D.* M.XVII. *in qua non ſolum* Gallica f, r, ſ, s, t, cum *Saxonicis* f, p, r, t, *communia uſurpantur; ſed etiam* Runicum ᚾ *cum* Saxonico ∈ *cernitur uſurpatum.*

✠ Xp.....i propriarum omnia ubiq; regna ſuo in pondere & menſura .....
ſca..... precipui cultoreſ ſuiſ hoc ſtatuerunt dominatib; quæ ... quia .....
uellent ..... neceſſitatib; litterarũ apicib; necteretur, ne forte in poſteriſ rationeſ minueret con-

conpactaſ oblivio ſiue potiuſ inſidioſa frauſ ſuccedentium deleat. Propter quod ego pulꝑſtanuſ dei omnipotentiſ prouidentia archipontifex meo ȝermano fratri utenti nomine elꝑpiȝe aliquam telluris partem. id eſt. vi. † manſiaſ in loco quem uulȝuſ appellat beonet leah cum omnib; ad eundē locum rite pertinentibuſ. þæt ir ſe oncearb æt n....ſceon ⁊ ðá hagan þe þær to ȝebyrigaþ. þ ſyndon þa betweox ælꝑ....eſ..... ⁊ eadpineſ æddan ſunan ⁊ æ..... ſplott be eaſtan ſæꝑeſn ꝑornehean hyltun ⁊ tpeȝen o...aſ æt ðære ſealt pic. ob eiuſ erga me benimerita ..... bum libenti animo condono ut ipſe uita comite poſſibeat ſalubriterque perfruatur. L..... illius tranſacto duob; quib; cumq; eleȝerit in ſua tamen progenie poſt ſe derelinquat hæredib;. Deincepſ autem ꝑcē matri pigornenſi reddatur eccleſiae maneat igitur prenominata telluſ libera ab omni mundiali ſeruitute tributorum exceptiſ ſcāe matriſ aeccleſiae neceſſitatib;. aut communi expeditione ł pontiſ arciſue reſtauratione. Scripta eſt etiam haec kartula anno dominice incarnationiſ milleſimo ſeptimo decimo hiſ teſtib; adſt.... buſ quorum nomina inferiuſ carraxata cernuntur. hiſ etiam limitib; prefata circumȝyratur telluſ.

Dir ſyndon þa land ȝemæru to beonet leaȝe. oꝑ ſæꝑeſn in bæle. andlanȝ bæle in ꝑulebꝑoce. oꝑ ꝑulebꝑoce in ſihtꝑynþ. oꝑ ſihtꝑynþ in þa ealdan ꝑode. andlanȝ þære ealdan ꝑode to þære nyþer boȝenan ac. oꝑ þære nyþer boȝenan ac eꝑt in þa ealdan ꝑode. andlanȝ ðære ꝑode to þrymȝemære. oꝑ þrym ȝemære in ða ealdan dic. andlanȝ þære ealdan dic in laȝȝe burnan. oꝑ laȝȝe burnan in cynepardeſ ȝemære. oꝑ cynepardeſ ȝemere in doꝑeric. andlanȝ doꝑeric eꝑt in ſæꝑeſn.

Ego pulꝑſtan in humilitate eccleſiarcheſ cum caractere crucif conſignavi.
Ego ȝodrine epſ conꝑirmaui.
Ego æþelſtan epſ adquievi.
Ego brihtpold epſ adnuo.
Ego aꝑa abbaſ.
Ego ælꝑpeard abb.
Ego leoꝑrine monach.

Ego eadric. DUX.
Ego leoꝑrine. DUX.
Ego norþman MIN.
Ego eadric MIN.
Ego eadrine MIN.
Ego æþeric diac.
Ego ælꝑȝar MIN.
Ego æȝelperd. MIN.
Ego leoꝑric. MIN.

Ego brihtrine.
Ego beoꝑnoþ.
Ego pirtan. diac.
Ego eadric. prb.
Ego ȝodrine. prb.
Ego pulꝑrine. prb.
Ego æþelrine. prb.
Ego ælmær. prb.
Ego pulꝑriȝ. prb.

Ego ælꝑȝar. diac.

Titulus in Dorſo. ȝean boc to beonet leaȝe.

Hinc etiam eſt, quod in charta quadam *Edwardi* Confeſſoris, quæ in inferioribus exhibetur, *Saxonicum* Neꝑtan ſcribitur cum *Gallico* ꝑ, ut & middelꝑexen in charta *Eadwardi* Confeſſoris, quæ in Bibl. *Cotton.* loculis aſſervatur, hic infrà deſcriptâ, ubi quoque *Gallorum* non tantum ſ longum, ſed rotundum iſtud s finale cum *Anglo-Saxonico* ꝛ locum obtinent.

✠ Eadpard kyngȝ ȝret alle mine birceopeſ. ⁊ mine eopleſ. ⁊ mine þeȝeneſ on Bapꝑoccꝛcirne. ⁊ on middelꝑexen ꝑreondlice. ⁊ ic kyþe eop þ ic habbe ȝeȝeꝑan cirte. ⁊ rancte petre into pertmynſtre pindleſopan. ⁊ ſtane. ⁊ eall þ ðær to herþ. binnan burh. ⁊ butan * mid pica. ⁊ mid rocne. mid tolle. ⁊ mid teame. ⁊ mid inꝑanȝenum þeoꝑe. on pude. ⁊ on ꝑelde. be ſtrande. ⁊ be lande. on ſtræte. ⁊ oꝑ ſtræte. ⁊ on eallan þinȝan ꝛpa ꝑull. ⁊ ꝛpa ꝑorþ. ꝛpa hit me ſylꝑan ꝛtod. ⁊ ic nelle ȝeþaꝑian þ þær ani man ænine onꝛtync ðær oꝑer habbe on æniȝe þonȝan butan ꝛe Abb. ⁊ þa mynekas to rancte petreſ neode. Lod eop ȝehealde.

Chartæ huic membranaceæ appendet, lemniſco ex ipſa membrana exciſo, ſigillum, in cujus altera facie Rex in ſolio ſedens dextrâ crucem, ſiniſtrâ orbem tenet; in altera vero, ſolio inſidens dextrâ haſtam, cui columba ſupereminet, tenet, & ſiniſtrâ gladium vibrat. Inſcriptio circa limbum in utraque facie; SIGILLUM EADWARDI ANGLORUM BASILEI.

† Poſterior hujus vocis pars non apparet in membrana. * Alias, mid ꝛaca and mid rocne.

Huic etiam chartæ annectere lubet & aliam *Aldredi* epiſcopi ſub *Edwardo* Confeſſore confectam, intra annum M.XLIX. nimirum annum conſecrationis *Aldredi* in epiſcopum *Wigorn.* & an M.LVIII. quo *Manni* abbas *Eveshamienſis* cœnobii regimen ſponte depoſuit; propterea quod ꝛ ſ & ꝛ s in eadem ſyllaba oſtendit, & novi etiam ductus s in hac forma ſ delineatam exhibet.

IN NOMINE DNI. Þeꝛ ꝛputelaþ on ðiꝛſum ȝeꝛꝛite. þæt ealdꝛeð. ƀ. hæfþ ȝeunnen æþeꝛtane fætttan ꝛumne ðæl landeꝛ ꝑ ꝛÿnd tꝛa hida. mid þam þe he æꝛ hæfde. ⁊ mid þam hꝛof-leoꝛan lande. ⁊ he hiȝ eac péꝛiȝe foꝛ tꝛa hida to þam foꝛepeaꝛdum. ꝑ he hit hæbbe ⁊ pell bꝛuce hiꝛ ðæȝ. ⁊ æftꝛeꝛ hiꝛ ðæȝe tꝛam ÿꝛfepeaꝛdum. þam þe him betꝛt to ȝeaꝛnian pÿlle. ⁊ þiꝛſ land iꝛ on þam tune þe fꝛam cuþū mannum. hÿlle iꝛ ȝehaten. ⁊ æftꝛeꝛ þiꝛſeꝛa þꝛeoꝛa manna foꝛþfoꝛe. ȝanȝe þæt land eft into piȝeꝛa ceaꝛtꝛe to þam þinȝan þe ꝛe pÿlle. þe þonne biꝛceoꝛeꝛ pealde. butan ælcan piþeꝛ cpÿde. ⁊ þiꝛꝛ pæꝛ ȝedon be eadꝛaꝛdeꝛ cÿnȝeꝛ leafe. ⁊ be hiꝛ fullan unnan. ⁊ þiꝛſeꝛ iꝛ to ȝepitnÿꝛſe eall ꝛe hiꝛed on piȝeꝛa ceaꝛtꝛe. ⁊ manni abb. ⁊ ꝛe hiꝛed on eoꝛeꝛ hamme. ⁊ ælfꝛic abb. ⁊ ꝛe hiꝛed on peꝛꝛceoꝛan. ⁊ leoꝛꝛic eoꝛl. ⁊ odda. ⁊ ælfꝛic. hiꝛ bꝛoþoꝛ. ⁊ bÿꝛhtꝛic ælfȝaꝛeꝛ ꝺunu. ⁊ æȝlꝛic þæꝛ. ƀ. bꝛoþeꝛ. ⁊ leoꝛ-ꝛic. ⁊ opine. ⁊ paȝan. ⁊ atꝛuꝛ. ⁊ ceolmæꝛ. ⁊ oꝛdpiȝ. ⁊ pulfꝛic. ⁊ ælfꝛic æt cumbꝛin tune. ⁊ ȝodꝛic ꝛinc. ⁊ beꝛhtꝛine. ⁊ cola. ⁊ ealle þa þeȝnaꝛ on piȝeꝛa-ceaꝛtꝛeꝛciꝛe. ðeniꝛce ⁊ enȝliꝛce. ⁊ ꝺÿ þiꝛꝺ land ælceꝛ þinȝeꝛ ꝛfeolꝛ. butan peall ȝepeoꝛce. ⁊ bꝛÿȝc ȝepeoꝛce. ⁊ ꝛefo ꝛocne. ⁊ ciꝛic-ꝺceatte. Ꝺod ælmihtiȝ þone ȝehealde þe þiꝛs ȝehealde. ⁊ ꝛe þe hit apende. oððe on æniȝum þinȝum ȝepaniȝe. hæbbe him piþ ȝod ÿlfne ȝemæne. butan he ȝeꝛꝛice. ⁊ to pihte ȝeceꝛꝛe.

Denique, hinc etiam eſt, quod inſcriptio *Saxonica* antiqui operis, quod in uno codicum, quos TRANSACTIONES PHILOSOPHICAS vocant, [N. 247.] exhibendum curavit vir pereruditus & humaniſſimus *Hans Sloane* M. D. Regiæ ſocietatis ſocius & ſecretarius, *Saxonici* ductûs duas tantum literas habet, nempe Ꝉ & Ꝼ; ut inſpicere volenti hic infra patet:

AELFRED MEꝈ HEFT ꝈEWϗRꝈAN.

ÆLFREDUS ME JUSSIT FABRICARI.

Præſtantiſſimi autem hujus operis ab omnibus ingenioſis quum propter artem, tum propter antiquitatem, in magno pretio habendi, tres icones hic damus. Prima repræſentat prototypi ſuperiorem planitiem, ſive obverſam frontem, non ut ſculptam eam exhibuerunt *Tranſactiones Philoſophicæ*, ſed ut eam à ſe graphicè delineatam cœlari fecit vir inſigniſſimus, & ab omnibus doctis, præſertim φιλαρχαίοις cum honore ſemper nominandus, *Robertus Harley*, armiger, prænobilis & perantiquæ *Harleyorum* gentis in comitatu *Herefordienſi* hæres, & ingens Patriæ ornamentum:

In hac ſuperioris ſive obverſæ frontis icone multa adumbrantur. primo limbus, qui in prototypo totus ex auro factus, retiformi & foliato ſuo artificio notabilis, à perimetro protenditur ad inſcriptos characteres, qui præpoſitâ cruce ex auro formati, oblique in tumorem ſurgunt, & tam

ſua

ſua prominentia quam fulgore ſpectabiles, ſecundo loco intuentis oculos perſtringunt. Ultra characteres adumbratur lamella figuræ quaſi pyramidalis vel potius coniformis ex auro quoque facta, quam in ſe conſpicuam, etiam obſervabilem reddunt duæ lineæ, quarum quæ propior characteribus eſt ſimplex, quæ remotior autem punctata ſive lacinioſa eſt. Intra lamellam hanc pyramidalem ſeu coniformem, continetur area plana & æqua, quæ per chryſtallum hominem gravis & triſtioris vultûs, caput in dextram parum inclinantem, brachia nudum, ambabuſque manibus bina ſceptra tenentem repræſentat, quæ infra delineati hominis pugnos in circulo coeuntia, ſurgunt ſupra humeros in duo diviſa faſtigia, quibus cum lilio aliqua ſimilitudo eſt. Denique vertex hujus iconis non minus ſpectabilis eſt, ob caput piſcis alicujus, vel belluæ marinæ, quod repræſentat; ex cujus rictu tubus exit, cujus orificii diametrum paxillulus aureus tranſecans, in eum finem aptatus videtur, ut prototypus, ejus ope retinaculi pendens, ad libitum geſtantis ſpectandus dependeret. Notandum porro eſt belluino iſti capiti, ſive quid reale repræſentet, ſive fictum ab artifice fuerit, deeſſe inferiorem mandibulam, cujus vicem in prototypo ſupplet planities parum extans, in qua quaſi ſquamæ delineatæ videntur, ut oſtenditur in icone II.

Porro lineæ omnes, quibus, ſive in encauſto, ſive in aſſula gemmea, puta ſmaragdi, hominis facies, brachia, manus, oculi, (qui jam ſine orbitis vacui ſpectantur) ſceptra, pileus delineantur, & nihil non præterea, quod album in delineati hominis ectypo apparet, in prototypo ex auro omnia ſolida ſunt. Literæ etiam *inſcriptionis*, quæ in ectypis I & III, paulo majores quam in prototypo ſunt, ut ſpecioſius ſe oſtenderent, exhibentur, ad limbi laminam (quæ utrinque perpetua fabrica eſt) & lamellam coniformem interiorem hinc illinc continuantur, & ſe inter etiam junctæ videntur in locis prototypi interlinearibus, quos puncta interlinearia hic infra deſignant.

✠ A.E.L.F.R.E.D.M.E.L.H.T.G.E.W.ϒ.R.L.A.N

Ob majorem quoque illius firmitatem, *Romanum* iſtud ſive v ſive y in ultima voce inſcriptionis quaſi in cornua, ſive floris formam infra ſupraque divaricatum formatur, ut vicinos utrinque characteres commodius prehenderet. porro quod elegantem operis ſtructuram oſtendit, chryſtallo, quæ nitet per interſtitia, quæ literas aureas intercedunt, ſpectantium oculi mirifice delectantur.

Icon ſecunda, quam ad me delineatam pro humanitate ſua miſit doctiſſimus *Muſgravius*, inferiorem planitiem ſive faciem averſam prototypi oſtendit, quæ in ambitu undique, quàm obverſa, paulo extenſior, quaſi fundus integri operis conſiderari poteſt.

In hac vero planitie cernitur *lilium*, lamina in aurea affabre cœlatum, è cujus radice emergens caulis duo emittit folia; dein flores, qui ſupremam laminam pertingunt, quæ quidem lamina perinde ac chryſtallus, qui delineato homini in ſuperiori operis planitie obducitur, foliolis aureis limbi undique conſtricta in ſuo fixus & ſtabilis loco tenetur.

Icon III. quam ad me etiam miſit *Muſgravius*, profunditatem operis oſtendit, ut & alterum limbi literarum, & lamellæ coniformis duabus cum lineis inſignitæ proſpectum. Dimenſiones autem ſi requiras operis,

			Poll.
Longitudo ejus inter. A & B.	icon. I, II.	eſt	2, 44.
Latitudo inter C. & D.	icon. I, II.	eſt	1, 20.
Profunditas inter E. & F.	icon. III.	eſt	0, 46.

ſin autem quantum pendeat ſcire velis, totum in aurificis ſtatera examinatum tredecim circiter drachmas pendere judicatur; at deducto chryſtalli vel aſſulæ gemmeæ, in qua homo delineatur pondere, unciam plus minus. Repertum erat prope * **Aſhelney**, pagi *Somerſetenſis* oppidum, ab *Ælfredo* R. frequentatum. Prototypum poſſidet honorabilis Vir —— *Palmer*, Tribunus militum, qui *Fairfeldi* in eodem pago degit, quo humaniter indulgente, eum pluries inſpexerunt *Harleyus* & *Muſgravius*, quibus humaniſſimis viris ejus deſcriptionem gratus refero ac-

---

* Vel *Achelney*. *Sax.* Æþelinga-ieġe, & Æþelinga-ýġe. de quo ſic chron. *Sax. Gibſ.* in anno M.D.CCCLXXVIII. And þæt on Eaſtron ſoþhte Ælfred cyning little peneþe ġeweorc æt Æþelinga-ieġe. De Æþelinga-ieġe autem ſic in nominum locorum explicatione Cl. *Gibſ.* Æþelingaeġ, Aſ. Æþelingaeieġe, F. Adelingia, *M.* Eþelingeie, *Hunt. W.* Edelingeheie, *E.* Eþelingheie, *B.* i. e. nobilium inſula, Hodie Achelney in agro Sumerſætenſi. de quo hæc habet Aſſerius Menevenſis: Nam cum de neceſſitate animæ ruæ ſolito cogitaret. inter cæteras diuturna] nocturna bona quibuſ arridue] mazime ſtudebat. duo monaſteria conſtruere impenauit: unum monachorum in loco qui dicitur Æþelingaeġ. quod per maxima ġronnia paludoriſſima] intranſmeabili] aquiſ undique circum cingitur. ad quod nullo modo aliquiſ accedere poteſt niſi cauticiſ. aut etiam per unum pontem qui inter duaſ aliaſ arceſ operoſa protelatione conſtructuſ eſt. in cuiuſ pontiſ occidentali limine arx munitiſſima præfati regiſ imperio pulcherrima operatione conſita eſt. in quo monaſterio diuerſi ġeneriſ monachoſ undique congregauit] in eodem collocauit:.

ceptam. Quoad opificium autem, tam elegans quidem id eſt & perfectum, ut ejus antiquitatem in dubium vocandi doctis nonnullis occaſionem dederit, etſi *Ælfredi* regis hoc olim fuiſſe peculium, ex quo primum vidi, nunquam dubitavi. Quoad hominem in eo delineatum, certe ſumma ea in ejus ore gravitas & bina ſceptra poteſtatis, quam *Chriſto* Pater tam in cœlis quam in terris dedit, ſymbola, faciunt ut credam eam *Jeſu* eſſe imaginem, quem forſan dum *Romæ* verſaretur, ab egregio aliquo artifice delineatum eſſe voluit, pro pietate ſua *Ælfredus*. Vel forſan *Papæ* imago eſſe poſſit, qui eum *clitonem* unice amavit, & quaſi prophetici ſpiritus plenus in regem apud *Romam* conſecravit, viventibus adhuc fratribus *Æthelbaldo* & *Æthelbryhto*.

Sed ut eo redeam, unde hujus monumenti gratia digreſſus eram, non chartæ tantum, ſed codd. qui poſt *Ælfredi* tempora ſcripti ſunt, *Gallicas* vel *Italicas* literas in uſu fuiſſe apud *Anglo-Saxones* oſtendunt. Scriptura * *S. Dunſtani*, qui floruit ab anno dom. D.CCCC.LXXXVIII. quam ex MS. cod. bibl. *Bodl.* NE. D. II. 19. cum picto ab eo *Jeſu*, ad cujus pedes ipſe provolutus cernitur, hic exhibemus, id luculente monſtrat; utpote in qua ſ longum, & ſt occurrunt: Codex etiam *Wigornienſis*, qui inter *codd. Junianos* in eâdem bibliothecâ reponitur id monſtrat, ubi in initio, medio & fine vocum, ſt. ſr. s. r. f. g. frequenter occurrunt: ut, p. 43. a. Lpiſt ir ealler mancynneſ fultum. ----- ⁊ him aþancian ðæþe milðheortnyſſe. & b. Deuſ in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me feſtina. Sic in *Capp. Canonicorum.* IV. be cineſtole. XIII. be preoſtan. XVIII. Item ad ſacerdoteſ. XXV. de officiiſ diurnalium nocturnalium orarum. XXXV. be cirican. XL. be ðær mæſſe ꝑꝑeoſteſ ȝeſceadþirneſſe. Codicem autem *Wigornienſem* poſt *Eadgari* R. exceſſum ſcriptum eſſe conſtat ex X. cap. be ȝeþeaſan, ubi ſic legitur; ſyððan Eadgar ȝeendode. *Eadgarus* autem mortuus eſt an. dom. D.CCCC.LXXV. In capitulo etiam XX. SINODALIA DECRETA, inſcripto, verſus finem mentio fit *Dunſtani*, in his verbis: Dunſtan ȝedemede ꝑ re mæſſe ꝑꝑeoſt. *&c.* Sic quoque in tomo III homiliarum *Sax.* qui aſſervatur inter *codd. Junianos*, eædem literæ paſſim occurrunt: ut, ſ. r. f. ſt. g. in hac periodo. on ðere ilcan niht ȝodeſ engel undyde ða loca ðæſ cpeartenneſ. ⁊ bodiaþ þam folce lifeſ poſð. Sic in alio loco, þera Apoſtola forþyrd; & alibi, fela ſind þera rihtpiſra gedrecceðneſſa. occurrunt etiam eædem literæ in computo ſcripto ante librum homiliarum, qui extat inter *libb. Junianos* 99. qui quidem computus ſcriptus erat ab *Edrico*, monacho *Wigorn.* ut conſtat ex IX calend. decembris; ubi paulo, ut videtur, recentiori manu hæc verba ſcripta leguntur: *Obiit Edricus monachus, & ſacerdos, qui ſcripſit hunc computum.* occurrunt quoque in ipſo libro, præſertim in iis, quæ *Latine* ſunt ſcripta. Et in exemplari *Ælfredanæ* verſionis eccleſ. hiſt. *Bedæ*, quod extat in bibl. *C. C. C. Oxon.* ſ. quoque cernitur in initio, medio, & fine vocabulorum: ut, in ſyx. ſpa. biſcope. lareopaſ. ſt etiam ſæpe occurrit: ut in ſtþeam. ſyxſta. æꝑæſtnese. s etiam ſcribitur in principio, medio, & fine: ut in spyþe. scs. ꝑæste. þysse. mæsse. pæs. ſylꝑes. ꝑꝑiþes. st etiam occurrit, ut ſupra in ꝑæste. ſr etiam in iſto MS. cernitur: ut in bliſrienðe. þyſrum. *&c.* Quibus addas rubricas in majuſculis Italicæ, vel Romanæ formæ ſcriptas: ut INCIPIT ECCLESIASTICE HISTORIE GENTIS ANGLORUM LIBER QUINTUS. Porro occurrunt hæ literæ in quamplurimis aliis MSS. bibl. *Bodleyanæ*: ut in evang. *Hatton.* in *Ælfrici* pentateucho, *Laud.* E. 19. in codice *Canones pœnitentiales* inſcripto, *Laud.* F. 17. in chronico, *Laud.* E. 80. in evangg. *Sax.* NE. F. III. 15. & in cod. MS Sermonum *Saxonicorum*, qui extat in bibl. *Lambethana*: ut in criſt, iuſtificatuſ, Fol. 53. b. & ſimilia in aliis locis. Denique hujus *Gallico-Romanæ* manus, quæ primum *Ælfredo* regnante apud Anglos inolere, dein ſub *Eadwardo*, confeſſore dicto, obtinere cœpit, & demum *Gullhialmo* primo ſummâ rerum potito, prorſus obtinuit, multa exemplaria extant, quæ non multo ante *conquiſitionem* ſub *Eadwardo*, Confeſſore dicto, qui in *Normannia* enutritus in *Gallum* quaſi tranſiit, vel haud multo poſt eam ſcripta eſſe conſtat. Poſſident *Wellenſis* eccleſiæ Decanus & Capitulum, nobiliſſimum hujus manûs exemplar, quod, ut cum *Ingulpho* loquar, *pulcherrimum, maxime legibile, & aſpectu jucundum eſt*: & ad me mittendas curavere humaniſſimi & doctiſſimi viri *Edwinus Sandys*, & *Richardus Healy*, illius eccleſiæ alter archidiaconus, alter ſeneſchallus, nonnullas chartas, quas integra infra dabo, in hac manu exquiſitiſſime deſcriptas, quarum ſpecimen habeo, fig. I.

Hujus etiam manus exemplar pulchrum ſupereſt in libro illo *Scaccariæ* cenſuali, vulgo dicto † doomes day book, cujus etiam ſpecimen, ut lectori antiquorum ſtudioſo gratiſſimum in

*omnium ſanctorum, qui in omni tempore Dei voluntatem fecerunt, feſtum obſervamus. Dein poſt ſex noctes hyems late ubique graſſans, gemmeum autumnum, gelu rigida, cum exercitu pruinæ & nivis, deo præcipiente, expellit, adeo ut in virentibus campis, telluris tapetibus, non poſſimus manere. Dehinc poſt quatuor noctes, vir immaculatus, illuſtris Martinus diſcedens, deum ſupernum angelorum dominum petebat. Deinde poſt duodecim noctes captum invicti ſſimum virum Clementem, quem utique invocant homines, in agrorum beneficium, in fundo maris, in fluctibus ſpuma caneſcentibus ſubmerſerunt. Abhinc etiam ſeptem noctibus elapſis, nobilis Andreas, promptus ad moriendum in dei cauſa animam in cœlos tranſituram reddidit domino, in gloriæ domini honorem. Tum craſtina dies ad homines introducit menſem Decembrem ærra jula dictum. Deinde poſt viginti noctes ephemerinas, [vel viginti noctibus numeratis,] ſervator ipſe rex æternus, difficilis fidei Thomæ audaci illi Apoſtolo, ægre benedictionem ſuam dedit. Tum poſt quatuor noctes, Angelorum pater filium ſuum in hunc ſpatioſum mundum hominibus ſolatio miſit. Nunc autem invenire poßumus ſanctorum feſta, quæ obſervanda ſunt in propriis temporibus, quemadmodum obligat poteſtas per Saxonum Regis Britannicum imperium. † Gubernabit rex regnum. Urbes ingenioſa principum opera, qui in hâc terra vitam degunt, mœnibus è cæſis lapidibus conſtructis, è longinquo ſpectabuntur. ventus in aere omnium eſt ocyſſimum. tonitrus fragor eſt maxime ſonorus. Ingens eſt majeſtas Chriſti. fatum eſt fortiſſimum. hyems frigidiſſima. vernum tempus frigidum permanens maxime pruinoſum eſt. Æſtivus ſol eſt formoſiſſimus. æther eſt calidiſſimus. tempeſtivus autumnus anni fructus ad homines ferens, quos ad eos deus mittit, beatiſſimus eſt. verus facillime decipitur. theſaurus *regibus eſt chariſſimus, & ſenex anteactis annis grandævus, qui pridem multa eſt expertus, ſapientiſſimus eſt. Mœror eſt graviſſima ſarcina. Nubes ultro citroque commeabunt. Boni comites juvenem principem ad bellum & munificentiam inſtigabunt.*

---

† Calendario jam finito ſubjungitur hoc carmen quaſi *dithyrambicum*, cujus primus verſus in majuſculis miniatis exaratus nitet. In eo autem mores hominum, affectus animantium & inanimatorum naturæ; res itidem alius generis, civiles, ethicæ, theologicæ deſcribuntur in gnomis & ſententiis aſyndetis, quarum elegantia, ſplendor & proprietas *Latine* exhiberi non poſſunt. *Forſan *avaris*, vel *theſaurariis*, ſcilicet qui *nummos condere* cupiunt.

Ellen rceal on eorle.
Hilde gebidan.
Haruc rceal on glore.
Fylde gepunian.
Fulr rceal on bearope.
Earn an haga.
Oror rceal an holte.
Tor mægener trum.
Til rceal on eðle.
Domer pyncean.
Daroð rceal on handa.
Lar golde fah.
Lim rceal on hringe.
Standan rteap ⁊ geap.
Strream rceal on yðum.
Mecgan mere flode.
Mært rceal on ceole.
Segel gyrd reomian.
Sprord rceal on bearme.
Drihtlic irenn.
Draca rceal on hlæpe.
Fnoð frætum planc firc rceal on pætene.
Lynnan cennen.
Lyning rceal on healle.
Beagar dælan.
Bena rceal on hæðe.
Ealo ⁊ egerfull.
Ea or dune rceal.
Folc gnæg fenan.
Fyrd rceal æt romne.
Tirfærtra getrum.
Treop rceal on eorle.
Firdom on pene.
Pudu rceal on foldan.
Blædum blopan.
Beorh rceal on eorðan.
Lrene rtandan.
Lod rceal on heofenum.
Dæda demend.
Dupu rceal on healle.
Rum necedef muð.
Rand rceal on rcylde.
Fært fingra gebeorh.
Fugel uppe rceal.
Lacan on lyfte.
Leax rceal on pæle.
Mid rceote rcridan.
Scur rceal on heofenum.
pinde geblanden.
In ðar porulð cuman.
Deor rceal gangan.
In ðyrtrum pedepum.
Ðyrr rceal on fenne gepunian.
Ana innan lande.
Ider rceal ðynne cnæfte.
Femne hine fheond gereccan.
Lif heo nelle.
On folce geþeon.
Ðæt hi man beagum gebycge.
Brim rceal realt peallan.
Lyft helm ⁊ lagu flod.
Ymb ealra land gehpylc.
Flopan fingen rtreamar.
Feoh rceal on eorðan.
Tyðran ⁊ tyman.
Tungol rceal on heofenũ.
Beorhte rcinan.
Spa him bebeað meotud.
Lod rceal pyð yfele.
Leogoð rceal pið ylde.
Lif rceal pið deaðe.
Leoht rceal pið þyrtrum.
Fyrd pið fyrde.
Feond pið oðrum.
Lað pið laþe.
Ymb land racan.
Synne rtælan.
A rceal rnotor hycgean.
Ymb þyrre populde gepinn.
Fearh hangian.
Fægene on gilban.
Ðæt he æn facen dyde.
Manna cynne.
Meotod ana pat.
Hpyder reo rapul rceal.
Syðdan hpeorfan.
And ealle ða gartar.
Ðe for gode hpeorfaþ.
Æfter deað dæge.
Domer bidað.
Fæder fæðme.
Ir reo rorð gerceaft.
Digol and dyrne.
Drihten ana pat.
Nergende fæder.
Næni eft cymeð.
Hider under hrofar.
Ðe þ her for roð.
Mannum recge.
Hpylc ry meotoder gerceaft.
Sige folca gefeta.
Ðær he rylfa punað:

INTERPRETATIO.

Virtus in duce, & gladius cum galea, bellum tolerabunt. Accipiter in clivo, lupus in nemore, aquila in campo, & aper dentium robore valens in ſylva feri manebunt, vel habitabunt. Bonus civis juſtitiam faciet. gladius & haſta auro adornata in manu, & gemmæ in annulo circumcirca obſitæ eſſe debent. fluvius exundans faciet diluvium. Malus in navigio antennas ſuſtinebit. Gladius domini, [vel liberi ferrum] in ventre recondetur. Vafer draco variegata pelle ſuperbus in locis umbroſis, & piſcis in aqua fœtum pariet. Rex in palatio dona diſtribuet. In incultis vetus, & terribilis urſus manebit. Aqua de montibus irruens inundationem luteam faciet. conſcribentur fortiſſimorum exercitus & cohortes. fides in principe & in homine ſapientia eſſe debet. Sylvæ in terris fœcundæ florebunt. Montes terræ virides permanebunt. Deus factorum judex in cœlis, oſtium, cœnaculi ſpatioſi os, & firmum digitorum tutamen, umbo, in clypeo erit. Volucres ſupra in aere ludent, ſalmo & raia in gurgitibus hinc illinc vagabuntur. Nimbi vento mixti in aere, in terram irruent. Fur in tenebris exibit. Latro ſolivagus, terræ indigena, in paludoſis manebit. Virgo ſecrete aſtu ſibi amaſium adipiſcetur, ſi non vult publice ita facere, ut à viris pretio redimatur. Mare ſale æſtuabit. Aerei imbres, diluvia & tranſgreſſi fluvii inundabunt omnes terras. Pecus in terris procreabit & pariet. Luna in cœlis, ſicut ei juſſit deus, clara lucebit. Bonum adverſus malum, juventus adverſus ſenectam, vita contra mortem, lux contra tenebras, exercitus adverſus exercitum, inimicus contra inimicum, qui odit contra quem odio habuerit, contendent ubique & ſemper ſe obfirmabunt. In mundanis rebus prudens ſemper conari debet, ut exlex ſuſpendatur, & ut ei bene rependantur injuriæ, quas humano generi prius fecerat. Deus ſolus novit quo anima, & omnes ſpiritus, qui pro deo diſcedunt, abeunt poſt mortem, in ſinu patris diem judicii expectantes. Is ſtatus valde eſt occultus & ſecretus: ſolus dominus, redemtionis auctor novit eum, ſiquidem nemo huc invecta reverſus eſt, qui hic hominibus pro certo dicere poteſt, qualis dei ſit conditio, vel glorioſum habitaculum, in quo ille ipſe manet.

NOTÆ IN CALENDARIUM.

Verſ. 3. On mıðne pıntep, *media in hyeme*] Scilicet octavo calendas *Januarias*, vel *Decembris* die XXV. qui duplici nomine celebris apud arctoas gentes fuit, quum quòd principem noctem illam, quam **mǽdrenecht**, vel **modrenecht**, i. e. *parentem* aliarum *noctium* omnium vocabant, à qua annum ſuum inchoabant, ſequeretur; tum quòd ad fidem converſæ natalem domini multa cum celebritate in eo cum eccleſia obſervabant. Indè *natale Domini* apud *Anglo-Saxones* vocatum erat mıðpỳntpeſ mæſſe-dæg. ut *feſtum S. Joannis* baptiſtæ vocatum erat mıðſumeneſ-mæſſe-dæg. *Feſtum nativitatis domini* vocatur etiam in monumentis *Saxonicis* Geol, Geola, & in *Dano-Saxonicis* Iol, Iul, & etiamnum apud boreales *Anglos* & *Scotos*, **Yule**, ut in Liturgiæ eccleſiæ *Scoticanæ* rubricâ, quæ pſalmos quatuor magnis feſtis legendos deſignat, ſcriptum rubris literis cernitur, **Youle or Chriſtmas day.**

V. 6. On ðỳ eahteoðan dæg, *octavo (à natale) die*] Vel *octavo Juliorum die*, quaſi poſt eahteoðan, ſcriptum eſſet geolðeg, ut in menologio biblioth. *Cott. Julius*, A, 10. on ðone eahteðan geohhelðæg bıð þaſ monðeſ ſpuma. ðe mon nemneð Ianuapıuſ. Þ ıſ on upe geðeode ſe æftep geola. ðıſ ıſ æpeſta geapeſ monað ge mıð pompapum ge mıð uſ:.

V. 13. Kalenduſ geþıncgeð, *celebratæ calendæ*] ſive *multa celebritate obſervatæ*. de quibus in 1. lib. *Faſtorum* poëta. *Proſpera lux oritur linguiſque animiſque favete*, & *Salve feſta dies meliorque revertere ſemper*. Obſervatus erat hic dies apud veteres *Chriſtianos*, non ut *feſtum circumciſionis domini*, de quo hic nulla mentio, ſed in comeſſationibus, cantilenis, ſaltationibus, ludis, ſtrenis invicem datis, & iſtiuſmodi boni anni auguriis, quæ ex fidelium cœtu tollenda omnia boni epiſcopi & presbyteri ſemper contendebant, utpote ad ingens religionis detrimentum, & populi magis damnationem, quam ſalutem tendentia.

V. 17. Folc mỳcel, *magnus populus*] hoc eſt, ut ego puto, *Romanus*, mỳcel ab auctore dictus.

V. 18. Ianuapıuſ gepım, *calendarii Januarium*] Sic enim gepım, ut **rîm** apud *Cimbros* veteres, *calendarium*, *faſtos*, *ephemerida* denotat. **Rîm**, inquit *Gudm. Andreas* in lexico ſuo *Iſlandico*, N. gen. *calendarium*, *faſti*. Hinc, ut *Ol. Wormius*, Faſt. *Dan.* lib. 1. cap. 2. ſcribit, veteres *Dani* lignea illa inſtrumenta, quibus faſtos ſuos incidebant, **rimſtocke** vulgo vocarunt. **rim** enim (inquit) quamvis noſtro ſeculo *verſus* ſeu *carmina* notet, *Danis* & *Iſlandis* plures rythmi, viz. XX, XXX, LX, nomine collectivo ſingulariter *Rima* dicantur; antiquitus tamen *calendarium*, cui anni decurſus, menſium tenor, dierumque ordo eſſet commendatus, deſignabat. Cujus rei mihi teſtis eſt membrana perantiqua in cujus fine hæc lego:

ᛅᚾᚾ. ᚦᚢᚾᚠᛅᚱᛏ. ᛅR. ᛅᚠ. ᚦᚱᚢᚾ.	Att duſant ar, og dry
ᚼᚢᚾᚴᚱᛅᚦ. ᛅᚱᛅ. ᛅᚠ. ᛅᛁᚢ-	Hundrat ara og tiu-
ᚼᚢ. ᛅR. ᛅᚠ. ᛅᚾᚾ. ᛅR. ᚢᛅRᚢ.	hu ar og ata ar varu
ᛁᚦᛁᚴ. ᛅᚠ. ᚠᚢᛚ. ᛒᚢᚱᚦ. ᚦᛅ. ᚼᚴ.	Liden af Gus byrd da en
ᚦᛁᚾᚾᛅ. RIᚠ. ᚢᛅR. ᚺᚠRIᚠᛅᚾ.	Ditta Rim var skrivat.

Mille triceni viginti octo anni elapſi erant à nativitate Chriſti, cùm hi faſti literis mandarentur.

Primus autem anni menſis haud inepte *Januarius calendarii* vocatur, ſecundum iſtud *Ovidii* in 1, lib. faſtorum: *primus enim Jani menſis, quia Janua prima eſt.*

V. 19. Anð ðæſ embe fıf nıht, *& quinque abhinc noctibus*] Sic per totum hunc faſtorum eccleſiæ *Anglo-Saxonicæ* libellum, embe feopeſ pucan, *elapſis quatuor ſeptimanis*. ðæſ embe ane nıht, *dein una nocte præterita*, &c. In quibus præpoſitio embe non ſignificat *circiter*, tempuſvé *certo proximum* denotat, ſed ut **vm** apud *Cimbros*, tempus *abſolute certum*, vel totidem præciſe dies, noctes, ſeptimanas, menſes, annos, quot adjectivum numerale deſignat. Sic in bibliis *Iſlandicis pernoctarunt*, *Gen.* XXIV, 54, redditur, **Þeir voru Þar vm nottina.** Sic in **Olafs Saga.** cap. 117. **Þridiu veitzlo hafdi han vm paska**, *tertiam vero paſchatis tempore comeſſationem inſtituit*. Sic *Gen.* XVI, 16. **ſex vm aatrat**, *octaginta ſex*. Sic IV. Reg. VIII, 17, **han hafde tuo vetur vm Þrituſt**, *triginta duorum annorum erat*. Et verſ. 26, **Ahaſia hafde tuo vm tuitugt.** *Ahaſias viginti duorum annorum erat*, vel *viginti duos annos natus erat Ahaſias*.

V. 19. Fıf nıht.] Veteres arctoæ gentes annos, menſes & ſeptimanas, non per dies ſed noctes computare ſolebant, ut ante nos obſervavit Verſteganus, cap. 3. & *Olaus Wormius*, Faſt. *Dan.* lib. 1. cap. XII. Hinc etiamnum apud *Anglos* **ſennight**, i. e. *ſeptem noctes*, & **fortnight**, i. e. *quatuordecim noctes*, *ſeptimanam*, & *duarum ſeptimanarum tempus* denotant.

V. 20. Fulpıht tıið, *feſtum baptiſmale.*] Sive feſtum *epiphaniæ* domini, quæ duplex fuit: altera quæ Magis facta eſt per ſtellam, altera in die baptiſmi quæ & *Theophania* dicitur, quia SS. Trinitas tum apparuit, Pater in voce, Filius in carne, & Spiritus ſanctus in columba. His tertiam aliqui addunt, nimirum manifeſtationem, qua Deum ſe eſſe declaravit Chriſtus, mutando aquam in vinum. Hanc domini manifeſtationem *Bethphaniam* dicunt ritualiſtæ, quia facta fuit in *domo*, quum nuptiis intereſſet. Inde propter triplicem Chriſti manifeſtationem hac die factam, apud antiquos *dies* vel *feſtum epiphaniarum* ſemper legitur, verum in hiſce faſtis ſecun-

dæ tantum mentio fit, ſcilicet epiphaniæ in die baptiſmi, utpote cujus obſervatio omnium antiquiſſima, & celeberrima eſſet ſecundum ea Chryſoſt. hom. 161. Tom. 5. p. 979, ubi ſeptem enumerat Chriſtianorum feſta. De duobus autem prioribus ſic ſcribit, πρώτη γὰρ ῥίζα τῶν ἑορτῶν, Χριστὸς ἡ κατὰ σάρκα γένεσις. δευτέρα ἑορτὴ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' ἣν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ παραγινόμενος, ἔδειξε πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἀφάτου αὐτοῦ ἐυσπλαγχνίας τὴν συγκατάβασιν, *primum atque omnium feſtorum præcipuum, Chriſti ſecundum carnem nativitas; ſecundum feſtum, apparitio Chriſti, Dei noſtri, qua ad Jordanem accedens, omnibus hominibus ineffabilis miſericordiæ ſuæ condeſcenſionem oſtendit.* De *baptiſmo Chriſti,* ἐπιφάνειαν intelligit iterum *Chryſoſtomus*, hom. 74. Tom. 5. p. 524. Τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσθη ἐπιφάνεια λέγεται; *quam ob cauſam non dies quo natus, ſed quo baptizatus eſt* ἐπιφάνεια *dicitur?* Et mox reſpondet: Ἐπειδὰν οὐχ ὅτε ἐτέχθη, πᾶσιν ἐγένετο καταδηλος, ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίζετο. μέχρι γὰρ τούτης ἠγνοεῖτο τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς· καὶ ὅτε ἠγιόων αὐτὸν οἱ πολλοὶ καὶ οὐκ ᾔδεισαν ὅστις ποτὲ ἦν, ἄκουσον Ἰωάννου. c. 1. 26. *Quoniam non cum fuiſſet natus, omnibus innotuit, ſed cum fuiſſet baptizatus; ad illum enim diem uſque multis erat incognitus; & quod eum multi non agnoverint, nec ſciverint quiſnam eſſet, audi Joannem,* &c.

V. 23. Dæne þelfta dæg hataþ. *diem duodecimum vocant.*] Dies iſte etiamnum vocatur apud *Anglos* **the twelfth day**, nempe computando excluſive à die ineuntis anni, vel natale Chriſti; at in veteris eccleſiæ *Danicæ* faſtis *Runicis*, quos nobis exhibet *Olaus Wormius* in lib. III. Faſt. *Dan.* vocatur incluſive computando ÞRIMMIKI ÞIKR *threttandi dahr*, i. e. *dies tertiuſdecimus*. In chron. *Sax. Gibſ.* An. MLXVI. vocatur þelfta mæſſe-dæga.

V. 28. Sol-monaþ.] i. e. *Solaris menſis*. Nam apud *Cimbros* ſol vel ſola, *ſolem* ſignificat, ut in iſto *Voluſpæ*, ſtroph. 63. ſal ſer han ſtanda, *ſolu ſegra, palatium videt ſtare ſole pulchrius*: & in ſtroph. 4. ſol ſkein ſunnan a ſalar ſteina, *ſol ex meridie illuminabat lapides palatii.* Dictus autem erat *Februarius*, menſis ſolaris, quod ſol tum conſpicue verſus tropicum æſtivum regrediens dies longiores, clariores, & calidiores facit.

V. 33. Februarius fæþ, *ferus Februarius*] Fæþ apud *Anglo-Saxones* duplici gaudet ſenſu. primo enim ſignificat, ut Far apud *Cimbros*, & eſt *fortis, ferus, impetuoſus*; ſecundo ſignificat *vacuus, inanis, caſſus* à *Cimbrorum* far, *paucus, parvus*; & in utroque ſenſu, fæþ haud inepte dici poteſt. In primo ſenſu dicitur fæþ, haud ſecus ac *Septembris* infra, quod ventoſus, pluvius, & procelloſus plerumque menſis eſt; in ſecundo etiam, qui maxime proprius eſt, fæþ appellari jure poteſt, quod menſis quaſi vacuus, & deficiens eſt; utpote pauciores habens dies, quam reliqui omnes anni ſive pleni, ſive cavi menſes, præſertim anni, qui non biſſextilis eſt.

V. 37. Marian mæſſan, *Mariæ feſtum*] i. e. Feſtum purificationis *Mariæ*, quod nos **Candelmaſs**, & faſti veteris eccleſiæ *Danicæ* ſupra citati, ÞIKTINYIN *tindelmeſs* vocant.

V. 45. *Hyems terrefacta aufugit*] i. e. Ver incipit. A nono autem Februarii, ſeu quinto iduum, veris initium computant faſti *Romanorum*, ſecundum iſtud *Ovidii*, faſt. lib. II.

Quintus ab æquoreis nitidum jubar extulit undis
Lucifer, & primi tempora veris erunt.

V. 71. Hlyda healic, *hlyda inſignis*] *Martius* menſis vocatur apud *Anglo-Saxones* hlyð-monaþ. à verbo hlyðan, *Cimbrice* at hlioða, *reſonare, clamare, tumultuari*, quod procelloſus & nimboſus menſis eſt.

V. 205. Ærra liða, *prior litha*] *Junius* apud *Anglo-Saxones* vocatus eſt ærra liða vel liða, & *Julius* æfterra liða, *ſecundus litha*, vel *lida*. Sic dicti autem ſunt duo illi menſes, vel à *Saxonico* lið, *mitis, blandus*, unde liðan, *fovere, lenire*; vel à liðan, *transfretare, navigare*; nempe quod in iſtis duobus menſibus blanda & mitis ſit aeris ſerenitas, & navigari ſoleant æquora. he oferr fær lað in Gallia rice, *navigavit in Galliam. Bed.* E. hiſt. III, 19.

V. 222. Deodnes dyrling, *domini dilectus*] Poëta Johannem apoſtolum cum Johanne baptiſta hic confundere videtur.

V. 265. Feoð-monaþ] Ita Auguſtus ab *Anglo-Saxonibus* vocatus erat. apud antiquos autem *Anglos* peiden-monaþ, *weiden monath*, quod, ut *Beda* ſcribit de temporum ratione, cap. 13, Zizania, vel malæ herbæ maxime in hoc menſe abundarent.

V. 268. Hlaf-mæſſan dæg, *primitiarum feſtum*,] In *Anglorum* faſtis ante reformatam religionem **Lammas day.**

V. 484. Fægerust mægþa. risa wuldor, *pulcherrima virginum, fæminarum gloria.*] Supra autem beata virgo à poeta tantum vocatur Cyninges modor, *domini mater*, & infra cpena selost, *fæminarum optima*. De *Maria* enim virgine tam ſobrie ſentire & loqui ſolebat Eccleſia *Anglo-Saxonica*, ut ne poetæ quidem, ſupra quod opportebat, de ea ſcriberent. Sic etiam poeta ille, quiſquis fuit, qui ſervatoris res geſtas in harm. Evang. *Cott.* tradebat, nihil non de virgine, matre domini, ſanum & modeſtum ſcripſit, imò quum in ejus laudes furore quaſi poetico efferri videretur. Sæpiſſime eam vocat ſimpliciter *virginem, fæminam, mulierem, Mariam*: ut, thuo ſprac im thiu magat angegin, *tum reſpondebat virgo.* thuo habda eft if uuord garo Engil thef aluualden thero idefi tegegnef, *tum omnipotentis angelus mulieri reſpondebat.* thiu thiorna all forſtuod uuiſef manneſ uuord, *virgo bene capiebat omne ſapientis verbum.* Maria all bihelð, *Maria recondebat omnia.* &c. Altius aſſurgens eam vocat *virginem monialem*; *fæminam caſtam*; *ſanctam virginem*; *mulierem bonam*; *bonam virginem*; *beatam virginem*; *Dei virginem*; *omni-*

omnipotentis matrem; *mulierum, hominum, virginum pulcherrimam*: ut, munelica Magaƀ thar Maria uuaſſ miƀ iro ſunie ſaliȝ thiorna mahtigeſ moƀer, *ibi Maria, monialis virgo, beata virgo, mater omnipotentis erat cum ſuo filio.* endi ina thaƀ uuiƀ bihilƀ thiu thiorna githiudo, *& eum fœmina benedicta illa virgo aſpexit.* Ideſe ſconioſt ellero quiuo uulitigoſt, *fœminarum pulcherrima, formoſiſſima omnium mulierum.* Ni uuiſ thu quaƀ hie manum uureth theornum thinero ſiu iſ githungan uuiƀ, *noli, inquit ille, iraſci virgini tuæ, ea eſt enim caſta mulier.* therú helagun thiernum Marium thero guoƀun, *ſanctæ illius, & bonæ virginis Mariæ.* biuuanƀ ina miƀ uuaƀi uuiƀo ſconioſta fagoron fratohon, *fœminarum pulcherrima cum veſtimento, cum ornamentis ſpecioſis eum involvebat.* Fagar heleȝ thiorno thiu magaƀ, *virgo pulchra adoleſcens.* miƀ thero godeſ thiornun, *cum Dei virgine.* Ibiſ thero guoƀun, *bonæ mulieris.* thuo ni uuaſ langȝ te thiu thaƀ it ſan antfunƀa firio ſconioſta criſteſ muoƀer, *tum non longum tempus præteriißet, antequam id invenit mater Chriſti hominum pulcherrima.* Maxime autem furens duntaxat, *immaculatam mulierem*, & *ſanctam conjugem regis cœleſtis* vocat: ut, gruotta hie thuo Iohanneſ anƀ hieƀ thaƀ hie iru fulgengi uuell minniƀi ſia ſo milƀa ſo man iſ muoƀer ſcal iƀiſ unuuemma, *tum blandus eam compellabat Johannes, promittens, ſe immaculatam mulierem tam perfecte amaturum, quam quis matrem ſuam amare debet.* Liuuitun im thuo eſt an Galileo lanƀ Ioſeph endi Maria helaȝ hiuuiſki heƀan cyninges, *tum in Galilæam terram reverſi ſunt Joſephus & cœleſtis Regis conjux Maria.* Hæc paulo ſublimius, quam par erat, poeta ſupra ſe raptus; quæ tamen ſano & ſobrio ſenſu capi poſſunt; quem prorſus reſpuunt, non ſolum *Anſelmi, Bernardi* & aliorum ſcriptorum *Romanæ* eccleſiæ, ſed ipſius etiam eccleſiæ *Romanæ* ſacrorum officiorum de beata virgine blaſphema, quæ in libro *Anglice* ſcripto, cui titulus, *ſpeculum beatæ virginis*, congeſta hic piget recitare.

V. 315. Halig monaƀ] Id eſt *menſis Sacrorum.*

V. 255. Pinteр fylleƀ] *October* ſic ab antiquis *Anglis* dictus erat, quod in hoc menſe hyemalia tempora incipiebant. *Menſem quo hyemalia tempora incipiebant*, (inquit *Beda*) *Winterfylleth appellabant, compoſito novo nomine ab hyeme & plenilunio, quia viz. à plenilunio ejuſdem menſis hyems ſortiretur initium.*

V. 362. Anƀ fiр nihtum] Ita MS. ſed videtur deeſſe vox ƀрeo. Nam feſtum SS. *Simonis & Judæ* in omnibus antiquis martyrologiis deſignatur v. cal. Novemb. vel die XXVIII. *Octobris.* legendum ergo putamus ƀрeo] fiр nihtum.

V. 376. Blotmonaƀ] *November* vocatus eſt blotmonaƀ, à *Gothico* ᛒᛚᚹᛏᚨᚾ, *Cimbrice* ᚨᚾ ᛒᛚᚨᚾ, at blota. *Saxonice* blotan, *immolare hoſtias, ſanguine litare*; omnia autem à ᛒᛚᚹᚦ, ᛒᛚᚨᚦ, blod, *ſanguis. Blothmonath menſis immolationum*, (inquit *Beda* de temporum ratione, cap. XIII.) *quod in eo pecora, quæ occiſuri erant, diis ſuis voverent.*

V. 428. Æрра Iula, *prior Jula.*] Nam *Januarius* dictus erat æfteра Iula, *ſecundus Jula*; ut poeta *Dano-Saxonice* ſcribens vocem exaravit. à *Cimbrico* iol vel iul. de quo *Gudmundus Andreæ* in voce. Unde igitur iol originationem ſumpſerit in tanta vetuſtatis caligine non licet eſſe lynceum. *Anglo-Saxonice* autem ſcribitur geola, & dicuntur menſes æрра geola & æfteра geola; eoſque ſic dictos putat *Somnerus*, quòd alter præcedit & alter ſubſequitur *natale domini*, quod geol apud *Anglo-Saxones* appellatum eſt. Recte ſane. quia Chriſtianis placuit *natali domini* noſtri antiquum ſacrorum & feſtivitatis gentilium nomen IOL vel GEOL, tribuere; ut antiquum nomen eaſter ł eorтро ł eorтuр, ad *paſchale* feſtum denotandum tranſtulerunt. verum ut *Aprilis* vocatus eſt Eoſturmonaƀ, ut teſtatur * *Beda*, à dea Eoſtre, cujus feſtum celebrabant veteres arctoæ gentes, antequam nomen gentilis feſtivitatis ad ſignificandam *Chriſtianam* transferretur; ſic ab *Jolenſibus* ſacris & feſtivitatibus *December* primus, & *Januarius* ſecundus geola vel iula dictus eſt, apud eas gentes, antequam ad fidem converſæ nomen geol, geola, giul, iol, iola ad deſignandum feſtum *nativitatis* tranſtulerunt. Verum ob quam rationem arctoarum gentium *Saturnalia*, vel mediæ hyemis ſolennitates id nominis ſortitæ ſunt non convenit inter doctos. Alii, quorum ſententiam explodit Loccenius lib. I. cap. 5. Antiquit. *Sweo-Goth.* putant *Julias* has feſtivitates in honorem *Julii Cæſaris* primitus inſtitutas fuiſſe. *Georgius Buchananus* putat *Britannos Saturnalia Romanorum, Julia* vocaſſe, *Cæſaris* nomine pro *Saturno* ſubſtituto. Alii vocem Iul petitam volunt à *Græco* Ἴυλος, quod *hymnum* ſignificat quem lanificæ Mercurio cantare ſolebant, ut ex iſto verſu liquet:

Δενδαλίδας πύχουσα καλὰς ἤειδεν ἰούλους.
Farque parans ſalſum ſcitos cantabat iulos.

Didymus ait hymnum in laudem *Cereris* fuiſſe, quod ex *Semo Delio* annotat etiam *Athenæus*, lib. 14. & indicat *Theodoretus* libro de materia & mundo, ſic inquiens: *Ne cantemus Julum cereri, nec Baccho Dithyrambum.* Quod ſane optime ſenſui noſtro, & ludis iſtis *Jolenſibus* noſtratium competit, qui aut celebrantur poſt completa jam *cerere* horrea, aut quod novus jam annus

* Vide venerabilis *Bedæ* librum, quem de temporum ratione ſcripſit, cap. 13. Eoſturmonaƀ, *qui nunc paſchalis menſis interpretatur, quondam à dea illarum, quæ Eoſtre vocabatur, & cui in illo feſta celebrabant, nomen habuit: à cujus nomine nunc paſchale tempus cognominant, conſueto antiquæ obſervationis vocabulo, gaudia novæ ſolennitatis vocantes.*

ac verum tempus inſtet, *Cereri* denuo faciendum operandumque. Sed inquies, unde vox exotica & *Græca* & adeo exoleta boreæ populo eſſe nota aut familiaris poterit? Reſpondeo, alia & magis remota à *Græcis* tracta, quæ *Dani*, hodieque uſurpamus. Quid? nonne *fød* noſtras, i. e. *natus*, à *Græco* φύω *naſcor*, eſt? Nonne *kerling*, *vetula*, à χέρας? *Sinnep*, *ſanapi*, à Σινήπη? Et quo nihil utimur frequentius, *Smor*, *butyrum* à μύρον, & adjecto σ, σμύρον, *unguentum*? ſicut *Attici* pro μικρὸν dicunt σμικρόν. Hanc *Pontani* ſententiam ex *Stephani Stephanii* literis ad ſe miſſis citat *Olaus Wormius*, in lib. I. faſt. *Dan.* cap. VII. Improbatur vero à doctiſſimo *Olao Wormio* in notis ſuis ad cap. IV Hervarar Saga in verba iola apton, hiſce verbis; *Rectiſſime hæc à Pontano aſſeruntur, niſi quod vox* iul *Latioris aliquanto ſit ſignificationis, quam ut ſolum Cereris hymnum notet.* Revera enim in honorem & laudem *Cereris*, quæ noſtris Frigga vel freia, iol celebratum, ut auctor noſter cap. 14, & Olafs Saga, cap. 107 oſtendit; at non ſolo cantu ac hymno, ſed ludis etiam, compotationibus & omnibus feſtivi gaudii ſignis, ac bonis ominibus. Inde iola *genio indulgere*, iæla & iala, *confabulari*.

Porro ad hæc *Verelii* adjici poteſt ad refellendam *Pontani* ſententiam, iul iſtud *Cimbricum*, apud *Antiquos Anglos*, ante *Bedæ* tempora ſcriptum fuiſſe Giuli, & *Anglo-Saxonice* ȝeol, ȝeola, ȝehol, ȝehul, ȝeohol, quæ parum, aut nihil affinitatis cum *Græco* Ἴουλος habent. E contra *Cimbricum* iul vel iol deducendum videtur ab *Anglo-Saxonico* ȝeol, ȝehul; ȝe in í converſo, ut in iſur, *Saxonice* ȝeruƿ, *peracerbus*; igrænn, *Sax.* ȝeȝrene, *valde viridis*; & ſic in dialecto *Dano-Saxonica* præfixum ȝe in ı liqueſcit: ut in ıula vel ıul, à ȝehul vel ȝeul vel ȝeol, emphaticè ȝeula, ȝeola. Quamobrem ad rite inveſtigandam originem *Cimbrici* iul vel iuſa, indaganda prius eſt *Anglo-Saxonici* ȝeol vel ȝeul origo, de quo mox tractatum ibimus.

Gudmundus Andreæ, in *Angl-Saxonicis* etiam hoſpes, qui omnia ſua ab *Hebræo* fonte derivare affectat, iol neut. gen. plur. dupliciter conſiderat, vel ut in recentiori ſenſu idem ſignificat, ac iola dagr, iola hatïð, nempe feſtum natalitiorum Chriſti, vel ut ſignificat *ſolemnia hyemalia* longe ante Chriſtum natum, apud *gentiles*, imo apud giganteum genus, quod à *Canaanitis* transfugis oriundum tradunt, celebrata. In priori ſenſu dicit vocem ad *Iol*, vel *Hebræum* יֶלֶד *parvulus*, *puerulus*, non inepte referendum eſſe, ſcilicet, cum *nova progenies cœlo demittitur alto.* In ſecundo autem ſenſu de voce ſic ſcribit: *Quid ergo reſtat, niſi hos (nempe gigantes à Canaanæis oriundos) à jubilo Hebræorum ſibi ſumſiſſe exemplum & etymon rei.* feſtum enim Jubilæum à יוֹבֵל i. e. *productio*, & *intenſio clangoris buccinarum*, quæ ſunt cornua arietina, dictum eſt. Sed hæc tam perperam, ut refutatione non indigeant.

Olaus Wormius Faſt. *Dan.* lib. I. cap. XIV. non minus perperam iul à *Danico* huile, *quies*, deducendum cenſet. Menſes giuli (inquit) à converſione ſolis in auctum diei, quia unus eorum præcedit, alius ſubſequitur, nomina accipiunt. Hæc, ut verba *Bedæ*, integra citat. deinde conjecturas ſuas apponit in verbis, quæ ſequuntur. *A ſolſtitio hyberno, ni fallor, quod tum ſol quaſi quieſcere videatur antequam ad æquatorem propius accedat,* Huile *etiamnum apud nos quietem denotat*; at huile *quieſcere*, *facilis autem mutatio* h *in* g; *cum in ordine alphabetico vicinæ exiſtant, ac creberrime talium permutationem typothetæ feſtinans committat manus etiam in aliis. Quod ſi cum Scaligero* Giuli *legas, non incommode à feſto, quod tum temporis à noſtratibus celebrabatur, ac etiamnum* iuel *vocatur, derivabis.* Hic doctiſſimus vir, linguæ *Anglo-Saxonicæ* ignarus in qua *Danicum* iul, olim iol dictum, ſcribitur ȝeol, *&c.* ut ſupra oſtenditur, pro giuli, contra omnem analogiam, huile legendum vult. Præterea duos iſtos menſes, nimirum Decembrem & Januarium, à veteribus *Anglis* dictos *giuli* ſcribit *Beda*, non à viſa ſolis in ſolſtitio brumali *quiete*, ſed ab ejus *converſione* in auctum diei; ad *Anglo-Sax.* hpeol, hpel, vel ȝe-hpeol, ȝehpel; *Iſlandice* hiol, & huel, *rota*; manifeſte alludens. Quamobrem fruſtra ſunt omnia, quæ de facili permutatione h & g, & typothetæ errore ſcribit vir magnus. Nec minus diſplicet, quod ait nempe Giuli, τῶ Giul *plurale*, ſi ita legendum cum *Scaligero* eſt, à *Cimbrico* iul derivandum eſſe. cum ſupra oſtendi ex aliorum exemplorum analogia iul à giul potius petendum eſſe.

Quare jam ad inquirendum procedamus unde Giul *Anglorum* veterum, qui cum *Jutis* & *Saxonibus* in *Angliam* venerunt, & *Saxonum* ȝeol, emphatice ȝeola, deducenda ſunt. *Beda*, ut ſupra ejus verba teſtantur, à hpeol, hpel, cum ſyllabico augmento ȝehpeol, ȝehpel, *Cimbrice* hiol & huel, Giul & Geol derivanda putat. Ejuſdem opinionis videtur eſſe auctor menologii, quod extat ſoluta oratione *Anglo-Saxonice* ſcriptum in bibl. *Cott.* Tiberius, B. I. verba ejus ſunt: on ðam ðpelfran monðe byð an ȝ xxx daga. ſe monað is nemned on Leden Decembris. ȝ on ure ȝeðeode ſe ærra ȝeola, forðan ða monðas ðpegen rynon nemde anum naman. oðer ſe ærra ȝeola. oðer ſe æfterra. forðan de hyra oðer ȝangeð beforan ðæra runnan. æfter þe heo cyrre hiȝ to ðær dæȝes lenge. oðer æfter, *In duodecimo menſe ſunt dies*, XXXI. *Menſis hic vocatur Latine December, noſtra vero lingua prior Geola, quoniam duo ſunt menſes qui uno nomine gaudent, alter Geola prior, alter poſterior eſt.* Horum enim alter præcedit ſolem, priuſquam convertat ſe ad longitudinem diei, alter ſubſequitur. Hanc *Bedæ* ſententiam de nomine Giul, à hpel vel ȝehpel, hpeol vel ȝehpeol, confirmat, quod *Saxonice* ſcribitur cum h, ȝehul, & ȝehol, ut in legg. *Aluredi* R. cap. 39. duodecim à feſto Natalis domini dies vocantur XII dagas on ȝehol. Eam etiam iſtud corroborat, quod obſervat *Loccenius*, lib. I. cap. 5. Antiquit. *Sueo-got.* nempe in ſcipione *Runico-Norvagico* ad nativitatis Chriſti feſtum *Rotam* eſſe ad-

adpictam. Ultro id largitur *Verelius* in notis ad cap. IV Hervarar Saga, cui *Bedæ* ſententia non ſatisfacit. Non negat *Scandianos* Solſtitium utrumque *rota* deſignaſſe, uti in Calendario quopiam (inquit) ad Solſtitium æſtivum *rotam* inciſam vidi; ſed juxta nego eos propterea vocabulum Iul, quo antiquitus uſi, quoque jam eodem ſignificatu utimur, à converſione ſolis circa æquinoctium deduxiſſe. Alia converſio circa æſtivum Solſtitium iul dici debuiſſet.

Verelius igitur vocis originem & ſignificationem aliunde petendam cenſens, multis teſtimoniis contendit iul & iol antiquitus *commeſſationum* & *feſtivi gaudii tempus* denotaſſe, & quoniam commeſſationes iſtæ brumalibus ſacrificiis peractis inſtitutæ maxime publicæ & ſolennes eſſent, ideo iol, iolabod & iolaveitzla, κατ' ἐξοχὴν vocatas fuiſſe. Sententiam ſuam primum confirmat ex Olafs Saga, cap. 117.

Sigurdr var Þui vanr medan heidni var ad hafa Þren blot huern vetr; Eitt at vetrnottum; annat at medium vetri, Þridia at ſumri. En ſidan er Sigurdr tok vid Kriſtni hellt han teknunt hætti um veitzlornar: hefdi han a hauſt vinabod, en Jolabod a vetrin, oc baud Þa enn til ſin morgum monnum; Þridiu veitzlo hafdi han um paska oc hafdi Þa en fiolment, *conſuevit Sigurdus tria ſacrificia peragere qualibet hyeme, (anno,) unum ineunte hyeme, alterum media hyeme, tertium ineunte æſtate. poſtea vero quàm Chriſtianus factus eſt Sigurdus, conſuetum morem retinuit, quoad commeßationes: ita ut in autumno amicos ad ſe invitaret, media vero hyeme commeſſationes Jolenſes, invitatis quamplurimis celebraret; tertiam vero paſchatis tempore commeßationem inſtitueret, & eam quidem hominibus ſatis frequentem.* *Non pauca* (inquit) *hic obſervare licet; hyemis quidem nomine totum annum deſignatum, deinde tria ſingulis annis ſacrificia peracta, & in ſingulis ſacrificiis commeſſationes publicas inſtitutas; eam itidem, quæ media hyeme fiebat, cæteris longe ſolenniorem & vocatam* iolabod, *i. e. invitationem convivialem.*

Deinde ex Olafs Saga, cap. 108. citat *Alveri* reſponſum ad regem *Olaum craſſum*, qui indignanter accepiſſet *Trandhemenſes* midvetarblot & blotveitzlor inſtituiſſe: At hænder voru uſanner at Þeſſari ſauk, haufum ver ſagni han iolabod, oc vÿda i heraudum ſamdrykkiur. Ætla bænder ei ſua hnept til iolaveitzlor ſinnar, at ei verdi ſtor afhlaup, oc druckio menn Þad leingi ſiÞan. Er a more mikill hafud ſtadur, oc hus ſtor, en bygd mikil umhuerfis. Þicker monnum Þar gott til gledi, at drecka morgum ſaman. negabat ruſticos iſtius criminis reos eſſe. Celebravimus, inquit, feſtiva gaudia, & hilaria Iolenſia, atque compotationes late per territoria; non enim tam parce inſtruunt ruſtici convivia ſua Iolenſia, ut non ſuperſint magnæ reliquiæ continuandis compotationibus. præcipua hic in More civium eſt multitudo, & ædificia ampla, frequenſque circum circa vicinitas, quæ omnia ad augendam lætitiam faciunt, ut multi una compotationibus indulgeant. *Ex his jam* (inquit *Verelius*) *manifeſtum eſt*, iol, iolabod, & iolaveitzla *comeſſationes fuiſſe ſacris hyemalibus, quæ* midvetrar blot & haufud blot *dicebantur.* Deinde addit, *vocavere menſes illos* [Decembrem & Januarium] *Angli pariter ac Scandiani ex ſacrorum conviviorum feſtivitate* iol; *non vero à converſione ſolis vel rota, Giuli priorem & poſteriorem. Denique*, inquit vir doctiſſimus, & ſeptentrionalium antiquitatum indagator ſummus, *totum hoc gaudiorum Iuliorum tempus cornu erecto & Cereali liquore impleto in calendario Runico expreſſerunt.* Multa etiam alia citat huc facientia, ut iſta ex Olafs Saga, cap. 144, Þar var Jolaveitzla mikil oc ſamburdar aul; marger voru bænder Þar i torpinu oc druku aller ſamt um iolin, *apparata ibi erat commeſſatio Iulia, & compotatio ex collatis ſymbolis, frequenſque in prædio iſto ruſticorum turba unà compotabant per feſtivitatem Iuliam.* Oc er komo midiol, for Þorar, oc aller frulſingiar mid honum til maga ſins, ſkyldi han Þar dreka en efra hlot iolanna, *conſumpta dimidia parte* iol, *profectus eſt Thorrerus cum omnibus ingenuis ad affinem ſuum, ut ibi quod ſupererat de* iol, *compotando traduceret.*

Hæc *Verelius* ad probandum, id quicquid eſt vocis, iol *commeſſationes, compotationes, convivia, ſympoſia* indicare ſacris hyemalibus haberi ſolitas. Sed miror virum maximum vocis originem pro ſuo acumine in ol, *cereviſia*, & metonymice *convivium*, *compotatio*, non vidiſſe. In Lexico ſuo *Scandico* ol, inquit, proprie eſt *cereviſia*, ſed ſæpius accipitur pro *convivio.* Inde olgiora, *convivium inſtruere*; olſtemna, *convocatio ad convivium*; olbodiu, *invitatus ad convivium*; & ſupra ſamburdar aul, i. e. ol, *compotatio, ſympoſium ex ſymbolis.* Imo *cornua* illa emblematica *Cereali liquore* repleta, quibus *julia* feſtivitas in calendario *Runico* expreſſa erat, ad derivandum iol ab ol plane quaſi indigitant. Quinimo *Gudmundus Andreæ* aliquid τοῦ ol in ſuo iol videre ſibi videbatur, *feſtum autem* (inquit) *hoc ab* ol, *cereviſia, tanquam Bacchanalia ipſis auſpicari injunxit.* Sed dices hic forſan, quid *Verelio* adeo viſum obſtruit, ut iol ab ol derivandum non cerneret? *Reſp.* præfixum ȝ, quod eſt augmentum ſyllabicum adaugens vocum ſignificationes quibus præfigitur, & eas emphaticas reddens. Audi, quid dicit *Gudmundus Andreæ*, in notis ſuis ad ſecundam ſtrophen *Volu-ſpæ*: ȝvide: *præfigitur vero* ȝ *quod eſt particula intenſiva, velut & in vocibus* igilldе, intenſum pretium; iſurt, perquam acerbum; igrænn, valde viridis. particulæ autem intenſivæ ȝ apud *Cimbros* & *Scandianas* gentes reſpondet ȝe *Anglo-Saxonum*, de quo diximus ſupra, cap. IX. reg. 17. quod auget, intendit, & ampliat ſignificationem verbi, cui præponitur, eamque magis perfectam & emphaticam reddit. Inde evenit, quod i=ol *Cimbricum*, *Anglo-Saxonice* ſcriptum ȝeol, & *Dano-Saxonice* iul, o in u facile mutato, ope intenſivi præfixi i & ȝe, faciunt ol, ol, *commeßatio, compotatio, convivium, ſympoſium*, Emphatice & κατ' ἐξοχὴν deſignare *commeßationes* & *conviviales iſtas ſolennitates*, quæ ſacris hyemalibus conjunctæ erant, utpote omnium principes & maxime publicas. Verum iterum forſan objiciens quæres,

cur *Beda*, ſi ita res eſt, aliunde veterum *Anglorum* Giul deducendum cenſeret; nempe à hpel, ȝe-huel vel hiol? *reſpondeo. Beda* de temporum ratione ſcribens, ut mathematicus, aſtronomicam notationem, quæ retrogradum ſolis motum ſive converſionem ejus in auctum diei ſubindicaret, Grammaticæ prætulit. Nam, *Bedâ* florente circa annum DCC. cùm Solſtitium in XVII diem Decembris incideret, die XXV ejuſdem menſis, cum *Julia* celebrarentur, Sol jam tum in auctum diei, quinque dierum curſu, à tropico brumali, verſus æſtivum, reverſus erat. Hactenus de ſacris iol, iul, ȝeol, ȝiul, dictis, à quibus duodecimus & primus menſis anni Juliani, primus & ſecundus ȝeola vel iola denominati erant. Duodecimus vero ſic denominatus eſt, quòd in ejus die XXV, octavo nempe Calendas Januarias, quem cum Solſtitio brumali coincidiſſe credebant antiqui, & anni ſui caput fecerunt, prima iol ſive feſtivitates Iolenſes celebrari cum ſuis ſacris cœperunt. Continuari autem ſolebant hæ feſtivitates per multos dies, uſque, ut putat *Verelius*, ad XIII diem Januarii, & deinde cum ſacrificiis ſuis renovari & repeti circa finem Januarii & initia Februarii, unde ſecundus ȝeola vel iola, apud *Anglo-Saxones*, *Januarius* dictus eſt.

Supra dixi Antiquos *Arctoi orbis* incolas *Solſtitium* ſive medium hyemem in XXV diem Decembris, ſive octavum calendas Januarias incidere, credidiſſe. Nam, ſolemnia hæc longe ante Chriſtum natum celebrata ſunt apud ethnicos, imo forſan tum primum celebrari cœperunt, cum Solſtitium in XXV diem Decembris cadebat, nempe circa annum conditi mundi MMMDLVIII. hoc eſt ante natum Chriſtum CCCXC.

Quinimo *Gudmundus Andreæ* ſolennitatem hanc gentilem primitus, non in XXV die Decembris, ſed in Januario, ut nunc ſunt periodi, ſub ingreſſu ſolis in Aquarium, nempe in initio menſis *Thorri*, cum Solſtitium brumale in id tempus incideret, celebratam fuiſſe putat; quod fidem ſuperat, quia Solſtitium brumale incidit in initium Januarii, ſive *Thorri*, vel *Thoræ* circa annum mundi conditi MMDCX. hoc eſt ante Chriſtum natum ann. MCCCXXXVIII. utcunque vero hæc res ſe habeat, certum eſt ante multa retro ſecula & Januarium habuiſſe ſua iol, unde æftepa ȝeola, vel æftepa iula, menſis ille dictus eſt.

V. 443. Nu ȝeſinðan maȝon. haliȝſa tiid. þe man healðan ſceal. ſſa bebuȝeð ȝeboð. ȝeonð Bpÿtenpica. Saxna Lÿninȝeſ, *nunc autem invenire poſſumus ſanctorum feſta, ſicut poteſtas Saxonum Regis ea obſervanda jubet per Britanniam.*] oſtendunt hæc verba, Primo Menologium hoc noſtrum commune vel *Pananglicum* eſſe, in quo particularium ſanctorum & martyrum nomina, quos *topicos* vocant, in Eccleſiæ *Anglo-Sax.* faſtos nondum reducta erant. Secundo oſtendunt menologium eccleſiæ *Anglo-Sax.* fuiſſe proprium, quod ſanctis exteris & peregrinis faſtos ſuos non amplificavit. Quare fruſtra in eo quæruntur nomina multa ſanctorum, quæ in menologio *Cottoniano* altero, quod infra in ſecundis notis citatur, congeruntur. Tertio ex iis non minus conſtare videtur hos eſſe veros ac indubitatos eccleſiæ *Anglo-Saxonicæ* faſtos, ex ſoluta oratione duntaxat in vinctam converſos, qui à privato nullo pro libitu ordinati erant, ſed jubente rege, quiſquis ille fuit, &, ut ex more gentis *Anglo-Saxonicæ* par eſt credere, non Rege ſolo auctore, verum etiam accedante conſenſu ſenatus, qui MYCEL GEMOT vel WITENA GEMOT vocari ſolebat, ſine quo regibus, quod regnum & eccleſiam ſimul ſpectaret, ſtatuere aliquid, pacis maxime temporibus, mos non erat. Quarto oſtendit hic locus menologium ſcriptum fuiſſe, poſtquam uni monarchæ, Regulis deletis, tota *Anglo-Britannia* ſubjecta erat. Denique notandum eſt cum menologium hoc à rege & ſapientibus ſuis conſtitutum eſſet, non ingens volumen eccleſiæ faſtos poſtulaſſe, creſcente vero cum tempore ſanctorum oſtentandorum ſuperſtitioſa eccleſiarum æmulatione, adeo creſcebat etiam numerus ſanctorum, ut non modo ſinguli fere dies rubrica notarentur, ſed unus idemque dies duorum pluriumve ſanctorum martyrumve memoriæ ſacraretur. Porro obſervandum eſt, quàm parum ſit diſcriminis inter Eccleſiæ *Anglo-Saxonicæ* & *Anglicanæ* reformatæ faſtos. Iidem fere ſancti in ambobus, & non multùm diſpar feſtorum numerus. Sic etiam Deo cogitationes, & actiones hominum, ipſis inſciis, regente, Reformatores noſtri eadem de SS. *Euchariſtia* ac Paſchalis illa homilia, Eccleſiæ *Anglo-Saxonicæ*, quæ quater apud nos edita fuerit, definiverunt.

V. 483. Haſuc ſceal on ȝloſe ȝepunian, *accipiter in clivo vel rupe habitabit.*] vel in fiſſuris clivorum aut rupium. Nam apud *Cimbros* klif, n. g. in gen. klifs, eſt *rupes*, *clivus*, & *trames in clivo ſaxoſo difficilis*. *Rupes* autem klif dicitur à klif, *findo*, quod facit in præt. klauf; Inde verbalia, klofe, *fiſſura*; & ſynecdochicè *fiſſura montis*; klauf, *ungula fiſſa*, *fiſſura biſida*; hliufr, vulgo gliufr, h in g mutato, *montium* & *rupium hiatus* & *fiſſuræ*, per quas flumina præcipitantur; klof, *fœmorum intercapedo*; denique *Anglo-Saxonicum* ȝlof, *chirotheca*, à fiſſuris vel intercapedine digitorum ſic dicta. An vero ȝloſe in hoc loco *clivos* & *rupes*, in quibus ſopiunt, nidificant, & pullos alunt accipitres, an falconarii *chirothecam*, an denique aliud quid deſignet, mihi incognitum, penes lectorem ſit judicium.

Hacte-

Hactenus quæ notare viſum eſt in Eccleſiæ *Anglo-Saxonicæ* faſtos, *Dano-Saxonice*, regnante *monarcha* aliquo, ſcriptos. Jam autem concludere omnia lubet cum Tabella, in qua nomina menſium anni *Juliani* ſive menſium *ſolarium* ſeptentrionalia ob oculos lectoris ponuntur.

Nomina menſium ſolarium Septentrionalia.

	Anglo-Saxonica	*Francica Carli M. Imp.*	*Iſlandica.*	*Danica.*	*Suedica.*
Januarius.	Se ꝼoꝛma monaþ, æꝼtepa ȝeola ł iula.	Uuinter-monath vel uuinter-monat.	Midſvetrar-manudr.	Glugmanet, Iſmanet.	Thora, thorri.
Februarius.	Solmonað.	Hornug vel hornung.	Foſtengangs-manudr.	Goie, blinde-manet.	Goia.
Martius.	Hlyda ł hlydmonað.	Lentzin-monath vel lentzmonat.	Jaffndegra-manudr.	Thormanet.	Blida.
Aprilis.	Eaꝛtepmonaþ.	Oſtarmanoth ł oſtermonat.	ſumar-manudr.	Faremanet.	Varant.
Maius.	Maiuꝛmonað.	Uuinne-monath vel uuunne-monat.	Fardaga-manudr.	Maymanet.	Maji.
Junius.	Sepe-monað. mid-ꝛūoꝛ-monaþ, Æꝛꝛa liþa, Iuniuꝛ monaþ.	Brach-manoth, Brach-monat.	Nottley ſa manudr.	Skerſommer.	Hovilt.
Julius.	Medmonað, Mædmonað. Æꝼtepa liþa, Iuliuꝛ monað.	Heuuin-manoth vel heuumonat.	Madka-manudr.	Ormemanet.	Hoant.
Auguſtus.	ꝼeod-monað, Auȝuꝛtuꝛ monað.	Aran-manoth ł Arn-monat.	Heyanna-manudr.	Heſtmanet.	Skortant.
September.	Haliȝ-monað, haꝛꝼæꝛt monað.	Uuintu-manoth herbſtmonat.	Addrata-manudr.	Fiskmanet.	Hoſtmonat.
October.	Se teoþa-monað, haliȝ-monað.	Uuindu-manoth, Uinmonat.	Slatrunar-manudr.	Sede-manet, riid-manet.	Slactemonat.
November.	Blot-monað.	Herbiſti-manoth. uuindemonat.	Rydtrydar-manudr.	Slagte-manet. Winter-manet.	Winter-monat.
December.	Midpinteꝛmonaþ, Æꝛꝛe Ȝeola vel Iula.	Heilag-manoth, Helig-monat.	Skamdeigeſ-manudr.	Chriſt-manet.	Jula-monat.

Verum quoad nomina, quæ *Karlus Magnus* menſibus impoſuit, eorum nonnulla paulo aliter ſcripſit *Fr. Junius* F.F. id gloſſario ſuo MS *Francico*, quod ſervatur in bibl. *Bodleiana*; hoc modo:

Januarius. Uuintermonet vel uuindermanoth.
Februarius. Hornung, vel hormunc vel orming.
Martius. Lentzmonet vel lentzinmanoth.
Aprilis. Oſtermonet, vel oſtarmanoth.
Maius. Uuûnnemonet vel uuinnemanoth.
Junius. Brachmonet vel brahmanoth.
Julius. Heumonet ł heuuin-manot ł vain-M.
Auguſtus. Arnmonet vel aranmanoth.
September. Herbſtmonet vel uuintumanoth.
October. Uueinmonet vel uuindrumanoth.
November. Uuindmonet vel herbiſtmanoth.
December. Heiligmoneth vel heilagmanoth.

Nominibus menſium *Solarium* ſeptentrionalibus libet quoque & *Lunarium* adjicere nomina, quæ apud antiquos *Anglorum* populos, ut * *Beda* memorat, habuerunt. Hæc autem exhibet XIII menſium *Lunarium* annus *intercalaris*, ut in ſubjecta tabella depingitur:

Januar.	Giuli poſterior.	*Julius.*	II. Lida.
Februar.	Solmonath,	† *Emboliſmus.*	III. Lida.
Martius.	Rehdmonath.	*Auguſtus.*	Weidmonath.
Aprilis.	Eoſturmonath.	*September.*	Haligmonath.
Maius.	Trimilchi.	*October.*	Winterfyllith.
Junius.	I. Lida.	*November.*	Blotmonath.
		December.	Guili prior.

Lunaris hic annus, cum emboliſmus eſſet, à tribus *lidis* TRILIDI dictus erat, & in eo, hoc obſervandum eſt, quod Lunares menſes ſolaribus non reſpondeant. Nam primus incidit in Januarium & Februarium, ultimus in Decembrem & Januarium, & ſic de cæteris, quorum quiſque partem ab uno ſolari, partem ab alio ſumit, niſi accedat emboliſmus, qui uno ſolari totus clauditur. Hoc animadvertendum duxi, ut docti videant, an auctorum veterum *enantiophaniæ* de ſacrorum hyemalium **midvetrar blot** dictorum, & feſtivitatum *Jolenſium* tempore, quæ tot eruditorum ingenia exercuerunt, hujus unius conſideratione, nempe quod menſium initia mobilia fuerint, conciliari poſſint.

Inter Lunares autem menſes, *Martius* vocatus eſt *Rehdmonath*, à deâ illorum *Rhedâ*, cui in illo ſacrificabant. & Maius *Trimilchi*, quod tribus vicibus per diem in eo pecora mulgebantur. Ita *Beda*. Ego vero cum menologiſta noſtro *martium* potius *Rehdmonath* denominatum cenſeo à *Saxonico* ꝑeꝺe, *ſævus, ſeverus*: ꝺænne cẏmeꝺ hꝑime ȝehẏꝑꝛteꝺ. haȝol-ꝛcuꝑum ꝼæꝑꝺ. ȝeonꝺ miꝺꝺan ȝeaꝑꝺ. Maꝑtiuꝛ ꝑeꝺe. Cæterorum menſium nomina, quatenus ego potui indagare, ſic explicata paucis accipe. Inter nomina *Carolina*, *Januarius* dicitur *Uuintermanoth*, ab hyeme tunc maxime rigida. *Februarius*, *Hornung*, &c. i. e. *Mœrens, plorans, flens.* pluviæ enim ob quas Februarius notabilis, cœli *Lachrymæ* ſunt. *Martius*, *Lentzinmanoth*, id eſt *veris menſis*. Aprilis, *Oſtarmanoth*, i. e. *paſchalis menſis*. *Maius*, *Uuûnne manot* vel *Uuinnemanoth*, i. e. *gaudii menſis*. Junius, *Brachmanoth*. de quo ſic *Kilianus*: **Braeck-maend**, *Junius menſis, quo agri repaſtinantur, arvaque & vineta aratris & ligonibus paſſim franguntur. Julius Heuu-monat*, i. e. *fœni menſis. Auguſtus*, *Aran-manoth*, *ariſtarum menſis. September*, *Herbſtmanoth*, *autumni*, *vel meſſis menſis*: & *Uuintumanoth. October*, *Uuindumemanoth*, *vindemiæ menſis*; & *uuinmonat*, *vini menſis. November*, *Uuindtmonat*, *ventoſus menſis*, & *Herbiſti-manoth. December*, *Heilag-manoth*, *ſacer menſis*. nempe à *natali Jeſu Chriſti*, & *feſtis* quæ continuo ſequuntur. Inter *Iſlandica* nomina *Januarius* vocatur **miðſvetrarmanuðr**, i. e. *mediæ hyemis menſis*; *Februarius*, **foſtengangsmanuðr**, ut ego conjicio, à *proceſſione* in capite jejunii quadrageſimalis, vel *die Cinerum*; *Martius*, **jaffndegramanuðr**, *æquinoctii menſis*; *Aprilis*, **ſumarmanuðr**, quod ab eo computant *Iſlandi æſtivum anni dimidium*; *Maius*, **farðagamanuðr**, *ſerenorum dierum menſis*, vel dierum itineribus opportunorum menſis, vel forſan à **fær**, *Danice* **faar**, *ovis*, quod tum parere in *Iſlandia* oves inciperent; *Junius*, **Nottleyſamanuðr** *menſis ſine noctibus*; *Julius*, **maðka manuðr**, *vermium menſis*, qui ingentem vermium & inſectarum copiam producere ſolet; *Auguſtus*, **heyannamanuðr**, *fœni menſis*; *September*, **Aðdraatamanuðr**; *October*, **ſlatrunarmanuðr**, *Cædis menſis*, utpote in quo pecora occidebant; *November*, **Rýðtrýðarmanuðr**; *December* **Skammdeiges manuðr**, i. e. *curtorum dierum menſis*.

Dani vocant *Januarium* **Jiſmanet**, *glaciei menſem*, & **Glugmanet**, *feneſtrarum* vel *foraminum menſem*, quæ tum temporis claudi ſolent. *Februarium*, **blidemanet**, *blandum menſem*, & **Goie**, vel **Goe**, de quo ſic *Gudmundus Andreæ*: **Goe**, f. g. Nomen menſis, quo ſol piſces permeat, ita denominatus à filia *Thori* regis *Finlandiæ* vetuſtiſſimi. *Martium*, **Thormanet**, de quo ſic *Arngrimus Ionas Iſlandus*, crymogeæ lib. 1. cap. 4. A *Thorre* (quem *Thorronem* vocant) *Gotlandiæ*, *Finlandiæ*, *Kuenlandiæ rege*, &c. Menſis *Norvagorum* & nunc *Iſlandorum* nomen habet **Thorre**. Et *Gudmundus Andreæ*: **Þorre**, proprium nomen Regis olim *Quenlandiæ*, à quo menſis, dum Sol Aquarium peragrat, nomen adhuc retinet. Sequens vero **Goe** ab ejus filia. Sed apud *Danos* **Goe** præcedit. *Aprilem* vocant **faremanet**, ab **at fara**, nunc **að fare**, *Saxonice* ꝼaꝑan, *proficiſci*; utpote qui menſis eſt itineribus aptus. *Maium* autem nominant **May-manet**, non à *Danico* verbo **at Maye**, ut putat *Olaus Wormius*, ſed à *Maio* Latinorum, à quo verbum **at Maye**, *frondibus* ac *floribus decorare*, derivandum eſt. Sic enim *ſpini flores*, qui in *Anglia* ineunte Maio germinare ſolet, **May** i. e. *Maium* vocant *Angli*, & **to go a Maying** eſt *Kalendis Maiis ad carpendos & colligendos flores & frondes, & cædendos vireſcentes ramos exire. Junium*, **ſkerſommer**, hoc eſt *claram* & *ſerenam æſtatem* vocant. Et *Julium* **ormemane**, i. e. *Anguium* vel *vermium menſem*, qui tunc quaſi redivivi prodire ſolent, & animalia reliqua infeſtare. *Auguſtum*, **Høſtmanet**, *autumni menſem* vocant. Et *Septembrem* **Fiskmanet**, quaſi *piſcationibus idoneum menſem*. *October*, **Sædemanet** dicitur, quod tum *frugum ſemina ſerere* ſolent, & **rýðmanet**. *November* vocatur **ſlagtemanet**, quod tum *occidere* ſolent *pecora*; & **wintermanet**, ab *ineunte hyeme*. Et *Decembrem* vocant à *Chriſto* nato **Chriſtmanet**.

---

* Vide librum *Bedæ*, De temporum ratione, cap. XIII. † Vel menſis intercalaris.

Apud

Apud *Suedos*, *Januarius* Thora, & *Februarius* Goia, à *Thorre* & ejus *filia*, dicuntur. *Martius*, blida vocatur, forsan quod apud eos *blandus* est *mensis*. *Aprilis* Varant, ut apud *Danos*, faremanet dicitur, scilicet quod mensis *itineribus* commodus est. Maij est à *Maio*. *Junius* Hovilt. *Julius* hoant. *Augustus* vocatur skortant, i. e. *deficiens*, vel *abbrevians*, quod tum dies deficere, & abbreviari sentiuntur. *September* Hostmonat, *autumni mensis*. *October* Slactemonat, ab *occisis pecoribus*. *November* wintermonat, ab *ineunte hyeme*. Et *December* Jylamonat, à festo *Julio*, dicitur.

Denique ut ultimam huic capiti de poëtica *Anglo-Saxonum* manum admoveam, coronidis loco, lubet adjicere regulas & observationes nonnullas de veteri poësi *Danica*, ex *Olai Wormii* literarum *Runicarum* appendice, quia *Anglo-Saxonum* poësi aut plane conveniunt, aut ab eâ usque adeo non alienæ sunt.

Rhythmorum veterum infinita fere sunt genera..... nec inter hæc recensebatur illud genus, quo jam ludunt nostrates totum artificium in ὁμοιοτελεύτοις ponentes.

Certis vero stropharum numeris hoc metri genus alligatum non est, sed materiæ ubertas legem numero præscribit, adeo ut quandoque unica sufficiat.

In his artificium spectatur, tam rhetoricum, quam poeticum. Poeticum in quantitate & harmonia consistit.

Harmonia quæ rhythmum reddit sonorum, & suavitatem ei conciliat, in literis & syllabis consistit.

Ðe holi goſt ir wiſt. ne mitten ho hire [h] aquelle.
61 Alle weren þe ſareſinz. ſo boc iſ writen wið enke.
To bringen hire of liue. ho gunnen hem biþenke.
In a [i] fet ful of water. ho gunnen hire adrenche.
Ant [k] bote ho turne hire mod. þer a ſcal adrenche.
62 Louerd ỳef þi wille iſ. a water ic iſee.
Ðrin ic chulle deien. for þe loue of þe.
Ðet fet bigon to berſten. þe folc bigon to fle.
Ðe engel ir nom of þe water. þat alle ic mitten iſee.
63 Ðer bileueden on ihū chriſt. a þouſend ant fiue.
Al wið outen children. ant wið outen wiue.
To don ham to deþe. he [l] hiede [m] biliue.
For ho leueden on ihū chriſt. he brouttte hem of liue.

---

m ſculd be bet of bern, ni fallor, **ſhould be labouring in child-birth.** verbum verbo, **ſhould be expecting a child.** *Cimbrice* enim at bida vel byda; *Sax.* bidan eſt *expectare.* *n Cimbr.* ern. *Sax.* eapn, *aquila.* *o Sax.* ouþep *vel*, nunc **or.** *p Sax.* ic to ꝑopꝑapan ꝑonde, **I endeavoured to deſtroy.** *Sax.* ꝑundian, *niti.* ꝑopꝑapan, *perdere.* *q Cimbrice* at **fella**, *proſternere.* * *Francice* & *Sax.* ꝛnell, *celer*, *acer*, *expeditus.* *r* à *Sax.* ꝑꝑaþe, *ira. Angl.* **wrath.** ut infra cloet, à claþ, nunc **cloth**, *pannus.* loet à laƀ, *odioſus*, *inviſus.* *ſ Sax.* apỳꝑgeƀ puꝑþon þine godaf, *maledicti ſint dii tui.* *t* ho weren, ho beet. *Sax.* hi pepon, hi beoþ, *erant*, *ſunt.* ut enim ho ponitur pro heo, *illa*, in *Anglo-Norm.* ſic non raro legitur pro hi *illi.* *u Sax.* hpenne þu penerт, *cum putes.* *x* ỳ, pro *Cimbrico* i, *in*; ut i **kirkium**, i **hollini**, *in templo*, *in palatio.* *y Gallo-Latino-Norman.* à *flumen. Ital.* fiume. *a Gallice* nunc à peine, *vix.* a pine ic chulle kenne, *vix noſcam*, vel *ſentiam.* kenne enim ab at **kenna**, *noſcere*, *ſentire.* *b Sax.* pealande, *æſtuantes*, *ferventes*, à peallan, *æſtuare.* *c Cimbr.* at **renna**, *fluere.* *d Angl.* **ſcald her as an hen.** **to ſcald** autem *Anglice* ſignificat *aqua fervida calvum* vel *glabrum quid facere.* à *Cimbrico* at **skallda**, *calvum facere*, *glabrare*; à cujus participio **skallaðr**, fit noſtrum **skall'd** in **skall'd head**; & à nomine ᚼᚱᛅᛚᛘ, **skalle**, *calvicies*, *caput.* à **skall.** *e* brennan, *urere.* *f Sax.* ele, *oleum.* *g* ut ſupra, arn. *h Sax.* cuellan, cpellan, acpellan, *necare*, *occidere.* unde *Angl.* **to cwell.** *i Sax.* ꝑat, ꝑata, ꝑæt, *vas.* *k Sax.* butan. *Semi-Saxonice* bute, *niſi.* *l feſtinabat. Sax.* hiȝade, hiȝede. à hiȝan, *feſtinare.* *m* biliue, *protinus*, *ſtatim.*

64 Wel ſey þe ſarezin. ne mitte hire *n* þere.
Є clepeþe forþ malcuſ. if *o* monquellere.
Þe beþ leþen hire wiþ oute toun. oþer hire bere.
Ant bringen hire of liue. wiþ ſworþe oþer wiþ ſpere.
65 Þo ho com wiþ out þe toun. *p* þer me ir ſculþe ſclo.
Al ſiweþe hire. þat euer mitte go.
Þe winþ bigun to blowen. þe ſonne wert al blo.
Þet folc fel to þen erþe. ne wiſten ho hire nout þo.
66 Ure lorþ ſenþe to hire. a ful feire ſteuene.
Ant gon hire greten. ful feire ant wel euene.
Bleſſeþ be þou *q* þai. miþ al þat ic con nemme.
To þay þou ſcalt ben icrounet. biforn þe king of heuene.
67 Malcuſ herþe þeſ worþeſ. he ſette him *r* acue.
Meiþan Maregrete. þi louerþ hat ſpeke wiþ þe.
Ant a þouſent angleſ. aboute þe iſee.
Spreþ þin honþ. ant *ſ* nym my ſwerþe. ant haue merci of me,
68 Þo ſpec þat meiþan. ſeinte Maregrete.
Broþer yef þi wil if. abiþ alutel yet.
t Þe wile i make my bone. to him þat may bete.
Biþþe wat tou euer wile. ic it wole gete.
69 Alle þat my lif. wollet heren oþer reþe.
Oþer for me cirche ſette. miþ almeſ þeþe.
Ihū chriſt my louerþ. *u* mit monſcipe þou am feþe.
Þe heie bliſſe of hiuene. habben ho to meþe.
70 Alle þat habbet me aþay. ine memorie.
Oþer miþ goþe herte. iheret myne vie.
Ihū chriſt my louerþ. ſone ſainte Marie.
Haue merci of þe ſouleſ. leie were þe boneſ lye.
71 Ihū chriſt my louerþ. *w* wen wiman bet ſcal be.
x Iher hire bone. yef ho *y* clepet to me.
Deliure hir *z* myþ menske. for þe loue of þe tre.
Þat tou þeþeſt þi boþi on. to maken uſ alle fre.
72 Þo ſpec ure louerþ. ſeinte Marie ſone.
Bi heuene bi erþe. bi ſoune bi mone.
Maiþan Maregrete. i cuiþe þe þi bone.
Lum in to þe ioie. þer þou ſcalt euer wone.
73 Maiþan Maregrete. ir bone haueþe þenne.
Malcuſ ſmit of myne heueþ. fur yeuen if þe þe ſunne.
Þat ne þuþe ic nout. for al þiſ worlþeſ wune.
Þi louerþ haet igrete te. þat tou leueſt inne.
74 *a* Bote þou þo aſe i biþþe. ne ſcalt tou neuer haue.
Þe ioie þat if in heuene. ne lif boute care.
Malcuſ þiſ *b* iherþeſ. if ſwerþe e gon · out þrawe.
Smot of hire heueþ. þat weſ *c* hore lawe.
75 Michael ant gabriel. ant raffael here fere.
Cherubin ant ſerafin. a þouſenþ þer were.
Mit tapreſ ant mit ſenſerſ. to heuene *d* he ir · bere.
To hore louerþeſ bliſſe. ho waſ ym *e* leſ ant þere.
76 Theoþoſiuſ þe clerc. he wrot hire vie.
Hire nource þat hir wiſt. i þe toun of aſie.

---

n Sax. þeþian, *nocere.* *o* monquellere, ex mon, *homo*, & quellepe, vel cuellepe verbali (à cuellan, *occidere*,) *homicida*, *carnifex*. legitur hæc vox in libro cui titulus, **the third part of a treatiſe intituled of the Converſions of England**, cum in epiſt. dedicat. **John Ziſca was a common manqueller**; tum in lib. p. 261. **that moſt notorious murtherer and manqueller John Ziſca.** liber autem iſte ſcriptus erat à noſtrati **Parſons** è Soc. *Jeſu.* *p* Locutio imperſonalis, in qua *me* ſignificat ut *houme*, *houm*, unde *Gallicum* on, vel ut *Sax.* man. ſcilicet, *ubi occidenda eſſet.* *q* hic deeſſe videtur *to.* *r Gallice*, au cul. *ſ Sax.* nim *cape*, *ſume.* *t* **the while.** *u Cum humanitate*, *humaniter.* *w Angl.* **when women ſhall be in labour,** ut ſupra. *x Angl.* **hear their prayer.** *y Sax.* cleopeþ, clypeþ, *invocat.* à cleopan, clypan, *invocare.* *z* deliure hire miþ monske. *Angl.* **deliver her of a man-child.** à *Sax.* mennipc. *Goth.* **MANNISK**, *homo.* * *Sax.* punian, *habitare.* *a Niſi feceris, prout jubeo.* *b Sax.* ȝehypþert. *Angl.* **Malcus, didſt tho hear this.** *c* hore lawe. *Sax.* hipe laȝa. **her order, or command.** *d Sax.* hi, *illi.* *e Sax.* leop, *dilectus, gratus, amicus.*

Ho ir þider beren. mid gode memorie.
Ant makeden an chirche. ant þerine maden hire to lie.
77 Alle þat *f* seke weren. ant þider wolde go.
g Hore hele haueden. are aheden ir fro.
De heie king of heuene. lef us to don so.
Dat we habben þe blisse. *h* þat lest ouer ant oo.
78 Of þe swete meidan. þis is hire vie.
i De twenteuþe dai is hire. i þe time of iulie.
Ihū chriſt þat was born. of seinte Marie.
Far seinte Maregrete loue. of us haue mercie.
Amen Amen. *k* checun die Amen.

Dum de claudendo hoc capite, quod, ut longius, quam vellem, protraherem, argumenti & novitas & fœcunditas fecerunt, cogitarem; traditus mihi inopinanti erat cod. MS. consutus, *Anglo-Normannica* multa, cum nonnullis *Normannicis* & *Latinis*, complectens; quem ad me pro humanitate sua misit, qui ab omnibus antiquorum studiosis, de quibus optime meruit, summo cum honore nominandus est, *Tho. Tanner*, A. M. & coll. Omnium *Animarum* apud *Oxonienses* Socius & magnum ornamentum. In hoc codice primo se spectandam offert malevolentissimi cujusdam in monachos & moniales satyra; quam quia ad sermonem carminis de passione *S. Margaretæ* similitudine prope accedit, non potui, quin ut eam adjicerem, à me ipso impetrare.

Fur in see bi west spayngе.
If a lond ihote *l* cokaygne.
Der nis lond under *m* heuenriche.
Of *n* wel of godnis hit iliche.
Doy paradis be miri and briyt.
Lokaygn is of fairir siyt.
What is þer in paradis.
Bot grasse and flure and grenerisl.
Doy þer be ioi and gret *o* oute.
Der nis met bote frute.
Der nis halle *p* bure no bench.
Bot watir man is þursto quench.
Beþ þer no men but two.
Hely and enok also.
Linglich may hi go.
Whar þer woniþ men no mo.
In cokaygne is met and drink.
Wiþute care *q* how and *r* swink.
De met is *s* trie þe drink so clere.
To none russin and sopper.
I † sigge for soþ boute were.
Der nis lond on erþe is pere.
Under heuen nis lond i wisse.
Of so mochil ioi and blisse.

Der is mani swete siyte.
Al is dai nis þer no niyte.
Der nis *t* baret noþer strif.
Nis þer no deþ ac euer lif.
Der nis lac of met no cloþ.
Der nis man no woman wroþ.
Der nis serpent wolf no fox.
Horse no capil. kowe no ox.
Der nis schepe no swine no gote.
No non horwyla god it wote.
Noþer harate noþer *u* stode.
De land is ful of oþer gode.
Nis þer flei fle no lowle.
In cloþ in toune bed no house.
Der nis *x* dunnir slete no *y* hawle.
No non vile worme no snawile.
No non storm rein no winde.
Der nis man no woman blinde.
Ok al is *z* game ioi ant gle.
Wel is him þat þer mai be.
Der beþ riverss gret and fine.
Of oile melk honi and wine.
Watir seruiþ þer to noþing.
Bot to siyt and to wausling.

---

f Sick. *Sax.* seoc. *g Sax.* heopa hæl haueden, *salutem suam obtinuerunt.* *h Angl.* **that lasts ever and ay.** *i* **the twentieth day is hers.** *k* Phrasis *Gallo-Normannica.* *l* Nunc *coquin, coquine.* quæ olim apud *Gallos* otio, gulæ & ventri deditos, *ignavum, ignavam, desidiosum, desidiosam, segnem* significabant. Hinc *urbanos*, utpote à rusticis laboribus ad vitam sedentariam, & quasi *desidiosam* avocatos *pagani* nostri olim **Cokaignes**, quod nunc scribitur **Cockneys**, vocabant. Et poëta hic noster in *monachos* & *moniales*, ut segne genus hominum, qui *desidiæ* dediti, ventri indulgebant, & *Coquinæ* amatores erant, malevolentissime invehitur; monasteria & monasticam vitam in descriptione terræ *Cokaineæ*, parabolice perstringens. *m Sax.* heofenapice. *n* A *Sax.* pela, *opes.* *o* Infra *dedute*, nunc apud *Gallos*, *deduit.* de quo sic *Menagius* in etymologico suo dictionario, cui tit. *Origines de la langue francoise*: DEDUIT, *ce mot se prend pour plaisir. & en particulier pour la plaisir de l'amour.* *p* A *Cimbrico* **bur**, *domus penuaria.* *q* A *Sax.* hoga, *cura.* *r Sax.* yrinc, *labor.* *s* A *Gallico* trier, *seligere, delectum habere*, ex magno numero *quid eligere.* trié, *selectus, lectus, eximius, egregius.* † *Sax.* secge, *dico, affirmo.* *t* A *Cimbrico* **barattan** *prælium, pugna, lis, contentio*, quæ vox etiamnum in usu est apud *Gotho-Italos.* A *Dano-Normannico* autem *baret*, forenses nostræ **baretter, barettry.** *u. Cœtus equarum, Cimbr.* stod. *x Angl.* **thurder.** à *Cimbrico* duna, dynia, *tonare, intonare*; unde dunur, dynur, *sonitus, fragor, tonitur.* *y Sax.* hagle, *grando.* *z Sax.* gama.

Đer ıſ maner frute.
Al ıſ ſolaſ anb bebute.
Đer ıſ awel fair abbei.
Of white monkeſ anb of grei.
Đer beþ bowreſ anb halleſ.
Al of paſteuſ beþ þe walleſ.
Of fleiſ of fiſſe anb a rich met.
Đe likfullıſt þat man mai et.
Fluren cakeſ beþ þe ſchingleſ alle.
Of cherch cloiſter bouri anb halle.
Đe pinneſ beþ fat pobingeſ.
Rich met to princeſ ant kingeſ.
Man mai þer of et inoẏ.
Al wiþ riẏt anb noẏt wiþ [a] woẏ.
Al il commune to ẏung anb olb.
To ſtoute anb ſterne mek anb bolb.
Đer ıſ a cloiſter fair anb liẏt.
Brob anb lang of ſembli ſiẏt.
Đe pilerſ of þat cloiſter alle.
Beþ iturneb of criſtale.
Wiþ harlaſ anb capitale.
Of grene jaſpe anb rebe corale.
In þe praer ıſ a tre.
Swiþe likful for to ſe.
Đe rote ıſ gingeuir anb galingale.
Đe ſiounſ beþ al ſeb wale.
Trie maceſ beþ þe flure.
Đe rinb canel of ſwet obur.
Đe frute gilofre of gobe ſmakke.
Of cucubeſ þer niſ no lakke.
Đer beþ roſiſ of reb ble.
Anb lilie likful for to ſe.
[b] Đai [c] faloweþ neuer bai no niẏt.
Điſ aẏt be a ſwet ſiẏt.
Đer beþ IIII williſ in þe abbei.
Of tracle anb halwei.
Of baum anb ek piement.
Euer [d] ernenb to riẏt [e] rent.
Of þai ſtremiſ al þe molbe.
Stoniſ pretiuſe anb golbe.
Đer ıſ ſaphir anb uniune.
Carbuncle anb aſtiune.
Smaragbe. lugre. anb praſſiune.
Beril. onix. topoſiune.
Ametiſt anb criſolite.
Calcebun anb epetite.
Đer beþ birbbeſ mani anb fale.
Đroſtil þruiſſe anb niẏtingal.
Chalanbre anb wobwale.
Anb oþer bribbeſ wiþout tale.
Đat ſtinteþ neuer bi har miẏt.
Miri to ſing bai anb niẏt.

****

Hic aliqua videntur deeſſe.

Yite i bo ẏow mo to witte.
Đe Ceeſ [f] iroſtib on þe ſpitte.
Fleeẏ to þat abbai gob hit wot.
Anb [g] gredib geeſ al hote al hot.
Hi bringeþ galek gret plente.
Đe beſt [h] ibiẏt þat man mai ſe.
Đe leuerokeſ þat beþ cuþ.
Liẏth abun to man ıſ muþ.
Ibiẏt in ſtu-ful ſwiþe wel.
Pubrib wiþ gnigelofre anb canel.
Niſ no ſpech of no brink.
Ak take inoi wiþute ſwink.
Whan þe monkeſ geeþ to maſſe.
Al þe feneſtreſ þat beþ of glaſſe.
Turneþ in to criſtol briẏt.
To giue monkeſ more liẏt.
Whan þe maſſeſ beþ iſeind.
Anb þe bokeſ up ileind.
Đe criſtal turniþ in to glaſſe.
In ſtate þat hit raþer waſſe.
Đe ẏoung monkeſ euch bai.
Aftur met goþ to plai.
Niſ þer hauk no fule ſo ſwifte.
Better fleing bi þe lifte.
Đan þe monkeſ heiẏ of mobe.
Wiþ har ſleueſ anb har hobe.
Whan þe abbot ſeeþ ham flee.
Đat he holt for moch glee.
Ak naþeleſ al þar amang.
He bibbiþ ham liẏt to eueſang.
Đe monkeſ liẏtiþ noẏt abun.
Ac furre fleeþ into [i] ranbun.
Whan þe abbot him iſeeþ.
Đat ıſ monkeſ fram him fleeþ.
He takeþ maibin of the route.
Anb turniþ up hir white toute.
Anb betiþ þe taburſ wiþ ıſ honb.
To make ıſ monkeſ liẏt to lonb.
Whan ıſ monkeſ þat iſeeþ.
To þe maib bun hi fleeþ.
Anb geþ þe wench al abute.
Anb þakkeþ al hir white toute.
Anb ſiþ after her ſwinke.
Wenbiþ meklich hom to brink.
Anb geþ to [k] har collacione.
A wel fair proceſſione.
An oþer abbei ıſ þer bi.
For ſoþ agret fair nunnerie.
Up a riuer of ſwet milke,
Whar ıſ plente grete of ſilk.

---

a A *Cimbrico* vog, *trutina, ſtatera, pondus*, quod verbale eſt a vega, *trutinare, ponderare, librare.* *b Sax.* þa, *Cimbrice* Þaug, *qui, quæ.* plur. *c Angl.* falleth. *d Sax.* aprnienbe, *currens.* *e Curſus, fluxus.* à *Sax.* þennan, *currere, fluere.* *f* Geroſted *Francice.* *g Angl.* trieth. à *Gallo-Francico grider*, nunc *crier. Ital. gridare. Hiſp.* gridar, critar. *Gothico* ΓΚΕΙΤΑΝ, *clamare, flere.* *h* ȝebiht, *Sax.* *i* Randon *Gallice, rapidus curſus fluvii, fluminis rapiditas torrentis impetus.* à *Francico* rentdun, *torrens, cataracta, catadupa.* quod verbale eſt à rennan & dun, *fluere deorſum.* Hinc aller à grand randon, *inſtar rapidi torrentis cum feſtinatione & impetu currere, præcipiti curſu ferri.* Hinc etiamnum apud nos to run at random. de hac voce autem ſic *Menagius*: RANDON. *s'enfuir a grand randon. l'origine de ce mot ne m'eſt pas connüe. Du ſubſtantif randon, on a fait le verb randonner, pour s'enfuyr rapidement.* *k Sax.* heopa, hipa, *eorum, ſui.*

Whan

When þe ſomeriſ dai is hote,
Đe yung nunnes takiþ a bote.
And doþ [l]ham forþ in þat riuer,
Boþe wiþ oriſ and wiþ ſtere.
Whan hi beþ fur from þe abbei
Hi makiþ ham nakid for to plei.
And leiþ dune in to þe brimme,
And doþ ham ſleilich for to ſwimme.
Đe yung monkes þat hi ſeeþ.
Hi doþ ham up and forþ hi fleeþ.
And commiþ to the nunnes anon.
And euch monke him takeþ on.
And [m]ſnellich beriþ forþ har prei.
To þe mochil grei abbei.
And techiþ þe nunnes an oreiſun.
Wiþ [n]iambleuc up and dun.
Đe munke þat wol be ſtaluu gode.
And kan ſet a riyt his hode.
He ſchal hab wiþoute danger.
XII wiues euch yer.

Biſſop lorles. Kyng rebeles. Yung man rechles. Old man witles. Womman ſſamles.

I ſwer bi heuen kynge,
Đos beþ fiue liþer þing.

Al þroy riyt and noyt þroy grace.
For to do him ſilf ſolace.
And [o]þilk monke þat clepiþ beſt.
And doþ is likam al to reſt.
Of him is hope god hit wote.
To be ſone uadir abbot.
Whoſe wil com þat lond to.
Ful grete penance he mot do.
Seue yeriſ in ſwineis [p]dritte.
He mote wade wol ye iwitte.
Al anon up to þe chynne.
So he ſchal þe lond winne.
Lordingeſ gode and hend.
Mot ge neuer of world wend.
For ye ſtond to yure cheance.
And fulfille þat penance.
Đat ye mote þat lond iſe.
And neuer more turne a ye.
Pray we god ſo mot hit be.
Amen per ſeint charite.

Carmen inſuper hic loci Pſeudorhythmicum adjiciam, Symboli duntaxat Athanaſiani *verſionem, ut luculentius contempletur lector, quibus gradibus Poeſis noſtra Anglica ab antiquiſſimis principiis in hodiernum ſuum ſtatum paulatim declinavit.*

Symbolum S. *Athanaſii*, Anglicè. è Cod. MS. Bibl. Bodl. NE. E. 66. f. 69. b.

Who ſo wil be ſauf to blis	*Quicunque vult ſalvus eſſe.*
Before alle þinges nede to is	
Dat he hald with alle his miht	
Đe heli trauthe and leue it riht	
Whilk bot ilken to queme	*Quam niſi quiſque.*
Hole and wemles it yheme.	
Withouten drede bes þet forn	
Fro godes ſight in ai forlorn	
Sothelic þe heli trauht þis iſſe	*Fides autem.*
Dat o god inne þrinneſſe	
And þrinneſs in onneſſe	
Wurchip we þe more and leſſe	
Ne þe hodes oht mengande	*Neque confundentes.*
Ne þe ſtayelnes ſondrande	
For oþer hode of fader oþer of ſon	*Alia eſt enim.*
Oþer of heli goſt wil with am wun.	
Bot of fadir and ſon and heli goſte	*Sed patris & filii.*
On is godes toningue þat is moſte	
Heuen blis is til am þre	
Bi on in mikelhede to be	
Whilk þe fader whilk þe ſon	*Qualis pater talis.*
Whilk heli goſt wil with am wun	

l Sax. heom, unde ham, *illis*. *m Gallo-Francica* vox eſt, à *Francico* ſnell, *celer, acer*. *n* A veteri *Gallico* gambiller, quod, ut gambier, gambayer, & gambader, ſignificat *crura cum geſticulatione movere, crura in ſublime jactare, ſaltantes ſatyros imitari*. Hinc noſtrum **gambol**, & **gamboling**. *Gambier* autem & *gambiller* à *gambe* veteri; quod nunc *jambe* ſcriptum, *crus* ſignificat. *Gambe* autem ab *Italico* gamba, cujus originem habes in *Menagii* dictionario etymologico. *o Saxonice* hpilc. *p* A. *Cimbrico* dritt, *excrementum*.

Unſhapen fader unſhapen ſon is — *Increatus pater.*
Unſhapen yeli goſte in blis
Mikel fader mikel ſon ai — *Immenſus pater.*
Mekel yeli goſte niyt and dai.
Ai laſtand fadir ai laſtand ſon — *Æternus pater æternus filius.*
Ai laſtand yeli be uton
And þow be þer noyt þre ai laſtand — *Et tamen non tres.*
Bot on ai laſtand ouer al land
Als noyt þre unmade ne mikel þre — *Sunt non tres.*
But on unmade and on mikel is ye.
Als ſo almiytand fader almiytand ſon — *Similiter omnipotens.*
Almiytand yeli goſte to wun
And þowyeþer noyt almiytand — *Et tamen non tres.*
Bot on almiytand is licand
Als ſo god fader god ſone iſſe — *Ita deus pater deus.*
God yali goſt with am in blis
And þowyeþer noyt godes þre — *Et tamen non tres.*
Bot on is god and ai ſal be
For als ſengellic yode god oure louerd to be — *Ita dominus pater.*
Ðurgyt criſten ſotyenes lette ſal be
So þre godes or louerdes to kall — *Et tamen non tres.*
Ðurgyt yeli feſtnes forboden ar all
Ðe fadir of non made is ye — *Quia ſicut.*
Ne ſhapen ne kumed to be
Ðe ſone of only fader blis
Noyt ſhapen ne made but kumed is
Ðe yeli goſte of fadir and ſon miytand — *Pater à nullo eſt.*
Noyt ſhapen ne made bot forþ comand
Ðen o fader noyt fadres þre — *Filius à patre.*
O ſon noyt þre ſones to be
O yeli goſt and no mo — *Spiritus ſanctus à Patre.*
Of þam comand ne þre no two
And þis þrinnes þet with inne — *Unus ergo Pater.*
Noght firſt or latter noyt more or minne
Bot al þre perſones laſtand ai — *Et in hac trinitate.*
To þam and euenmette are þai
So þat bi alle als bifore ſaide is — *Ita ut per omnia.*
And þrinnenes in onnes
And onneſſe in þrinnes ai
We to wurſchip niyt and dai
Who þat þen wil berihed be — *Qui vult ergo.*
So of þe þrinnes leue ye
And nede at yele þat laſt ai ſal — *Sed neceſſarium eſt.*
Ðat þe fleſshede ai with al
Of oure louerd Jhu Criſt forþi — *Eſt ergo fides.*
Ðat ye trowe it trewli
Ðen is ever trault right
Ðat we leve withalle oure miyt
Ðat oure louerd Jhu Criſt in blis — *Deus ergo ex ſubſtantia.*
Godes ſone and man ye yis
Gode of kinde of fadir kumed werld biforn
Man of kinde of moder into werld born
Fulli god fulli man livand — *Perfectus Deus.*
Of ſchilful ſaule and mannes fleſshe beand
Euen to the fadir þurgyt god yede — *Æqualis patri.*
Leſſe þen fader þurgyt man yede
Ðat þof ye be god and man — *Qui licet Deus.*
Noght two þrwþyæþer is bot Criſt an
On noyt þurgyt wendinge of godyed in fleſshe
Bot þurgyt takynge of manyede in godneſshe
On al noyt be menginge of ſtayelnes — *Unus autem.*
Bot þuryt onyede of yode þat is
Ðat yholed for oure yele doun went til yelle — *Qui paſſus.*
Ðe þred dai ros fro dede ſo felle

Upſtegh til heuen ſittes on right hand — *Aſcendit ad.*
Of god fadir alle mighţand
And yhit for to come is he
To deme þe quik and dede þat be
Ate whos come alle men þat are — *Ad cujus adventum.*
Sal riſe with þaire bodies þare
And þelde ſal þai nil þai ne wil
Of þair awen dedes il
And þat wel haf doun þat dai — *Et qui bona egerunt.*
Sal go to lif þat laſtes ai
And iuel haf doun ſal wende
In fire laſtend withouten ende
Dis is þe trauht þat heli iſſe — *Hæc eſt fides.*
Whilk bot ilkon with miht hiſſe
Trewlic and faſtlic trowe he
Sauke ne mai he neuer be. — *A M E N.*

In his & hujuſmodi, Lector curioſe, hodiernæ noſtræ poeſeos prima rudimenta habes, quæ, ſi antiqua amas, & in iis origines rerum ſcire cupis, ac ex unius interitu alterius ortum indagare, tibi non ingrata, imo longe jucundiſſima fore hæc ſperamus; præſertim, ſi ex *Anglo-Saxonicæ* corruptione, ut *Anglica* generata ſit, te delectat cernere.

Grammaticas *Anglo-Saxonicam*, & *Mæſo-Gothicam* jam tandem, Deo favente, ad umbilicum perductas ſequuntur *Inſtitutiones Grammaticæ Franco-Theotiſcæ*, quas ne *Philo-Teutonum, Germanorum* præſertim, & *Franco-Gallorum* expectationi vel deeſſe viderer, tametſi rebus adverſis quotidie exercitatus, & alienis, quæ crebræ, & improviſo orta ſunt, negotiis præpeditus, unius anni curriculo, nocturnis diurniſque laboribus exegi. Hæc de opera. De opere vero, ne verbum quidem, ſiquidem auctori in gratiam eorum, quæ ab ipſo ſcribuntur, nihil quicquam dicendum eſt.

Quamobrem, lector benevole, calamum hic ſiſtens, rogo duntaxat, ut à *Saxonicis* progrediaris. Quæ, ſi te in legendo tantum, quantum in ſcribendo me delectaverint, ſcriptas fuiſſe mecum & vehementer gaudebis, & tibi gratulaberis. *Vale.*

Linguarum Vett. *SEPTENTRIONALIUM* THESAURI GRAMMATICO-CRITICI ET ARCHÆOLOGICI

PARS SECUNDA:

SEU

Institutiones Gramm. *Franco-Theotiscæ:*

Auctore *GEORGIO HICKESIO,* S. T. P.

Đe ꝼtæꝼcꝛæꝼt ıꝼ ꝼeo Cæg þe ðaꝛa boca anðgyt onlyc ð. *Grammatica clavis est librorum aperiens intellectū.*
Præfat. Grammaticæ ad explicandas literas *Latinas Anglo-Saxonice* ab *Ælfrico* scriptæ.



OXONIÆ,

E Theatro Sheldoniano, *An. Dom.* MDCCIII.

A D

Doctiſſimum & Reverendum admodum Patrem,

GULIELMUM NICOLSON,

Epiſcopum *Carleolenſem,*

GEORGII HICKESII

De Inſtitutionibus Suis *Franco-Theotiſcis*

PRÆFATIO.

Ne cui ſit veſtrum mirum cur parteis ſeni
Poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium.

ICEAT enim verſibus iiſdem affari Te, *Reverende Præſul,* quibus *Comicorum* Poëtarum princeps, cum jam ſenex factus, prologum recitaret, auditores ſuos affatus eſt. Etenim perinde ac in Theatro *Juvenes Prologos,* ut ad decorè venuſteque dicendum maxime idoneos, *Senibus Græci Romani*que præferebant: ſic Grammaticis & Lexicis faciendis minores ætate, ut multo magis laboris patientes, grandioribus longe aptiores ſapientes ſemper judicarunt. Iſtius ſententiæ cum eſſet ὁ Μαγιστρος *Johannes Fellus,* Epiſcopus *Oxonienſis,* Tibi, in quo cum firmitate corporis mirificas animi vires junctas perſpiciebat, ante viginti annos auctor eſſe voluit, ut Collegii Reginæ *Oxon.* tum Socius, Linguarum *Vett.* Septentrionis Inſtitutiones *Grammaticas* ſcriberes. Quod Te molitum, ad alia tamen vocatum non feciſſe, qui literarum *Septentrionalium* ſtudio bene volunt, omnes perinde mecum dolent. Ego vero pene Sexagenarius, quem jam tum enervare & affligere cœperat ſenectus, Inſtitutiones *Grammaticas* has *Franco-Teutonicas* ſcripſi, ſcriptas reviſi, reviſas proelo dedi; & quæ iis jam inde prodituris præmitti oportere cenſeo, ad Te, quem multis de cauſis lectoris perſonam ſuſtinere volui, Sexagenario major, &, qui cum † Elle luctor, plane miſer depontanus ſcribo. Apud Te, inquam, quæ Lectori prænoſcenda exiſtimo, præfari vult animus; tum quod maxime *Philo-Teuton,* veterem & hodiernum *Germanicum* ſermonem perfecte intelligis; tum etiam quod Arctoarum *Lingg.* ſtudium, quod jacebat apud nos, & exemplo præeuns, & argumentis inſtans, excitare contendiſti; tum maxime, quod huic operi incumbentem me conſilio, ingenio, doctrina, omnique præſtantia Tua adjuviſti; & ad id imprimendum, ut aurum, argentumque ſuum conferrent, tam è Clero, quam è Populo, quum in Senatu, tum extra, bonarum literarum patroni, Commendationis Tuæ & judicii pondere ac auctoritate effeciſti.

Longe enim aliter de illo ſentiebas, ac vir magnus, & celebris apud *Germanos.* Qui cum primum à quodam non vulgaris ingenii nobili *Anglo* acciperet, me *Grammaticam Franco-Theotiſcam* feciſſe; *Monſtrum,* inquiebat, *narras,* & *quod ab Extero recte fieri poſſe non puto: Grammatica Linguæ Franco-Theotiſcæ Theotiſcum hominem poſcit auctorem; alienigenæ vires ſuperat.* An uero alienigenæ id recte commodeque facere necne liceret, quod doctiſſimus ille a ſolo

† *Eddæ Iſland.* Mythol. XLI.

Theotiſco homine faciendum exiſtimabat, perlectis Inſtitutionibus noſtris, arbitrium Tuum, Tua exiſtimatio, qui *Germaniam* peragraſti, valebit & decernet. Dum hæc ſcriberem, opportune ad me allatæ ſunt è *Gallia* literæ, ex quibus intelligo virum vere magnum Doctiſſimum illum Abbatem, & S. Theologiæ doctorem Sorbonenſem *Pezronem* operibus ſuis clariſſimum, qui de linguæ *Celticæ* antiquitate librum nuper edidit, opus noſtrum maxime deſiderare. Penes quem igitur judicium eſſe velim rectene ſatis & commode, an ſecus Linguæ *Franco-Theotiſcæ* rudimenta tradidi; quæ ſolus ante me *Carolus Magnus* imperator præceptis *Grammaticis* explicavit, ſeu potius explicare perperam tentavit. *Inchoavit*, inquit, *Eginhartus* qui vitam ejus ſcripſit, *Grammaticam Patrii Sermonis*; non perfeciſſe tamen oſtendunt, quæ de Sermone iſto dicit in Prologo Evangeliorum à ſe rhythmis *Francicis* ſcriptorum *Otfridus* Monachus *Wizambergenſis*, qui ſermonem illum *barbarum*, *incultum*, & *indiſciplinabilem* vocat, atque *Grammaticæ artis fræno capi inſuetum* etiam dicit. Contra ego hujus linguæ periculum faciens, illam diſciplinæ *Grammaticæ* capacem eidemq; idoneam judicavi; reque longe ſecus, ac *Otfridus* ſcripſerat, reperta, tentare volui, an poſſem *Grammaticam Francicam* texere. Quod cum fieri poſſe expertus eſſem, congeſtis, quæ comparare liceret, libris *Francicis* ad Grammaticum hoc opus me accinxi. Cui, anno poſt, aut non tam longo tempore, quam illud orſus eram, ſupremam manum appoſui. Codices autem quibus in illo faciendo uſus ſum ſic deſignantur:

C. C.	denotat	Codicem Evang. *Cottonianum.*
S. Ann.		Vitam S. *Annonis.*
Otfrid. *vel* Ot.		*Otfridi* Evangeliorum librum.
W.		*Willerami* in Canticum Cant. paraphraſin.
Hymn.		Hymnorum librum.
Winſ.		*Winsbekii* paræneſin.
Gloſſ.		Gloſſarium *Francicum.*
Tatian. *vel* Tat.		*Tatiani* Harmoniam Evangelicam.
F. V. C.		Formulam veterem Confeſſionis.
Kero.		*Keronis* Monachi gloſſarium.

In illo autem faciendo ſudans, Te non habuiſſe proxumum, quem facile conſulerem, aut cl. virum *Johannem Schilterum*, *Argentoratenſem* advocatum Regium, quem ad illuſtrandam literaturam *Francicam* multa molitum eſſe acceperam, ſæpe quidem maxime dolebam. Veſtri enim utriuſvis ope, conſilio, ingenio fretum, rectius & perfectius me omnia ſcribere licuiſſe ſcio, quam ſcripſiſſe fas eſſe poſſet homini, non tantum non *Theotiſco*, ſed primo ſolique operis auctori; qui neque quem ſocium aut adjutorem haberem, neque quem ducem ſequerer, quenquam uſpiam poteram invenire. Verum quale quale opus hoc eſt, quorum cauſa multo cum labore & opera illud feci, *Philo-Teutones* omnes, Teque potiſſimum, æquo animo accepturos ſpero. Id autem imprimis rogo, quidni dicam, expecto à *Francorum poſteris*, *Gallis*, *Germanis*que, qui cis citrave *Rhenum*, *Moenum*ve degunt: quorum præſertim gratia labores maximos exantlavi, ut majorum ſuorum communis ſermonis cognitionem facile aſſecuti, bibliothecas ſuas ſcrutentur, earumque forulos excutiant; ut quicquid codicum *Francicorum* in membranis ibi forte etiamnum deliteſcat, in lucem evocent; illiſque quamprimum editis, literaturam & vetuſtatem Arctoam, ac imprimis *Theotonicam*, doctorum ex aliis gentibus Septentrionis exempla ſecuti, nobilitent & amplificent. Perperam multa multos illorum, quamvis viros doctiſſimos, ſcripſiſſe, quod *Francicam* linguam neſcirent, eamve haud ſatis intelligerent, in *Diſſert. Epiſtolari*, & in Præfatione generali ad *Adamum Ottley* ſcripta, plurimis exemplis oſtendi, In quorum numero etiam habendus eſt *Georgius Caſpar Kirchmayerus*, prof. publ. *Wittebergenſis*. Cujus commentarium in *Taciti* de ſitu, populis & moribus *Germanorum* libellum, mihi antea non notum, ad me ſcribentem hæc doni nomine miſit *Baſilius Kennett*, *Whitei* frater, C. C. C. apud *Oxonienſes* Socius, ſcriptis ſuis editis clariſſimus. In libro

bro illo, ad quem legendum hic ſiſto, doctiſſimus auctor, antiquitatis *Theotiſcæ* ſtudioſiſſimus, res, moreſque *Germanorum* à ſuis originibus cum magna ſua laude petere conatus eſt. verum in eo infoelix, quod *Francicam*, ſive veterem *Theotonicam* linguam, quæ ignorantia non hominis, ſed ſeculi fuit, neſciret, multa tradidit, in quibus illius ſcientiam valde requires. Conſule modò quæ de *Barritu*, *Aſciburgio*, *Framea*, *Valleda*, *Aurinia*, *Tuiſcone*, *Diæta*, *Freda*, *Saionibus*; denique quæ de origine *Malli* & Grave *Germanorum*, & de Dea *Tanfana* dixit; mecumque ſenties linguæ *Franco-Theotonicæ* doctrinam *Germanis*, *Gallis*que, qui ſuas origines & antiquitates recte ſcire volunt, æque utilem, imo æque neceſſariam fore; ac *Anglis*, *Scotis*que antiquitatum, originumque ſuarum ſtudioſis, *Anglo-Saxonicæ* ſcientiam utilem, & plane neceſſariam eſſe cognoſcis.

Quantus igitur Tu vir es, doctiſſime *Antiſtes*, qui utramvis, perinde ac vernaculam intelligis? quinetiam in quo ad humanarum atque divinarum literarum cognitionem & Arctoarum veterum omnium notitia acceſſit. Illarum plane ſcientiæ acceptum referre debes, quod BIBLIOTHECÆ ANGLICANÆ Hiſtoricos Tres egregios libros, & SCOTICANÆ unum, in utriuſque Populi ingens beneficium deinceps ſcribere potuiſti. Illis etiam perfecte intellectis debes, quod *Nort-Hymbriam Tuam veterem* moliri potes, quem quidem librum qui antiquitates Septentrionales in utraque natione colunt, avide expectant. His denique cognitis debes, quod *Volumina Regni*, quæ Rotulos Parliamentarios vocant, Te deſiderant idoneum lectorem, veterum & linguarum & rerum eruditione peritiſſimum. Crede mihi ad gloriam Tuam, qui jam ſuperioris ordinis Senator es, nihil majus poteſt accedere, quam ut ad antiqua Senatus acta, & monumenta diligenter perlegenda, Te ſine cunctatione accingas. Iis enim inſtructus & dignitatem tuam tuebere, & auctoritatem augebis tum Tuam, tum communem Epiſcoporum; qui cum ante centum aut plures annos, in rotulis vetuſtis verſati eſſent, eo fecerunt, ut in ſuam ſententiam cæteri proceres pedibus irent, conſiliique & dictorum pondere ſenatum facile gubernarent. ſuperiorum temporum exemplis, actis & monumentis, illarumque rerum auctoritate omnia tum magis, quam *voce magna*, *boniſque lateribus*, ut *Cicero* Tuus loquitur, *ſuadebant*; magnaque cum delectatione ſimul & reverentia tum imprimis audiebantur *Sacerdotii Proceres*, quos rerum civilium, perinde ac divinarum ſcientia ac uſu inſtructos ad id, quodcunque forte agebatur, vel diſputatum erat, ſcite, apte, & opportune poſſe dicere *Populi Proceres* cognoſcerent. Ante ſexdecim, aut eo plus annos, vixit vir ampliſſimus ſapientiſſimuſque, & ſui temporis juriſconſultus ſine Pare maximus, *Franciſcus* Dom. *North* Dominus *Guilford*, *Carolo* II. & *Jacobo* II. RR. Angliæ magni ſigilli cuſtos, qui me multum & familiariter utebatur. Itaque multa ab Illo prudenter diſputata, multa etiam breviter & commode dicta memoriæ mandabam, ut qui fieri ſemper ſtudebam Illius prudentia doctior. Is autem cum ſæpe multa narraret, tum præclare memini domi in coenaculo ſedentem, cum & ego eſſem una, & pauci familiares, in ſermonem de *Proceribus Sacerdotii* incidiſſe; in quo Epiſcoporum vicem magnopere dolebat vir maximus, utpote quorum auctoritatem diu in ſenatu labefactatam tum ferme jacere dicebat, ex eo, quod ad *Rotulorum Parliamentariorum* ſtudium, contra deceſſorum ſuorum, qui in anterioribus ſeculis floruiſſent, morem, minime animos appuliſſent. Memini etiam ſæpius audiiſſe Illum vehementer hortari egregios è clero viros, tum qui facti Epiſcopi erant, tum quos ad Epiſcopatum deſtinatos eſſe ſciebat, ut in *Rotulorum iſtorum* ſtudio, quos Senatoriarum rerum quaſi BIBLIA appellabat, nocte dieque ſe exercerent. Finge Tu Illum, qui tum & Fori, & Senatus oraculum erat, hoc Tibi conſilii dediſſe; Finge, inquam, Illum, qui *Philo-clerus* etiam maxime ſemper erat, ut id faceres Te hortatum eſſe; tantoque viro quaſi monitore ſurge, & ad eorum ſtudium animum appelle, qui *Francicæ*, *Saxonicæ*, *Dano-Saxonicæ*, & *Anglo-Nortmannicæ* antiquitatis notitia ad id maxime paratus & comparatus es. Tu, inquam, ad legendos ROTULOS Parliamentarios Tuo præi Reverendiſſimis Collegis præſtantiſſimo exemplo; omnique ope & opera enitere, ut per Te, *Epiſcoporum*, ut loquuntur, *Banco*

priſtina ſua dignitas Senatoria conſtet; ſummaque, quæ fuit ejus in præteritis temporibus, auctoritas & amplitudo, Tuo auſpicio, atque ductu ad antiquum ſtatum revocetur.

Virtutes Tuæ, & imprimis, quas in Te ſemper intellexi ſitas, ſumma animi moderatio & modeſtia faciunt, ut Te tam audacter moneam & familiariter. Quod ſi à me in re tam ſublimi liberius juſto & arrogantius id factum eſſe videatur, delictum non defendo, ſed veniam ſuppliciter rogans, me non à Te ſolo, ſed ab omnibus ſacerdotii Collegis Tuis, qui quo animo dixi conſiderabunt, facile veniam deprecaturum ſpero.

Dom. noſter Jeſus Chriſtus Te diutiſſime incolumem ſervet, novoque indies accedente virtutis & doctrinæ ſplendore exiſtimationem Tuam augeat. Tandemque cum ex hac vita gloriæ & annorum plenus migraveris, ad immortalis vitæ, quam beatorum animi in cœlis degunt, ineffabilem illam gloriam Te perducat. Sic quotidianis ſupplicationibus D. O. M. pro Te orandus mihi eſt; quem in amicitia conſtans, & ſtabilis perſtitiſti diligere & adjuvare, etſi de rep. non idem ſentiremus. Id Tui gratia honorifice dictum velim. Quoniam ea humanæ naturæ imbecillitas eſt, ut iſta quidem ex cauſa, quam ſingularis Tua humanitas neſcit, magna inter veteres amicos diſſidia nimis ſæpe exiſtere, & diuturnas familiaritates labefactatas non raro extingui ante noſtra tempora ſapientes obſervarint. Supereſt ut, quemadmodum hoc in opere laborans, de Te, quem maxime deſiderabam, quaſi die nocteque cogitabam: ita Tibi, cum *id*, ſive *alias Inſtitutiones noſtras* legeris, in mentem ſemper veniat Tui cum primis amantiſſimus & ſtudioſiſſimus cultor *Georgius Hickeſius*. Vale.

Londini Calend. Maias.
A. D. M.DCC.III.

Index

Index *Capp.* Grammaticæ Franco-Theotiſcæ.

Cap. I. *De Literis & Literarum Regulis.* pag. 1.
Cap. II. *De Articulis.* p. 10.
Cap. III. *De Nomine & Specialius de Nomine Subſt.* p. 14.
Cap. IV. *De Nominibus Adjectivis.* p. 20.
Cap. V. *De Pronominibus.* p. 26.
Cap. VI. *De Numeralibus.* p. 46.
Cap. VII. *De Verbis Auxiliaribus.* p. 49.
Cap. VIII. *De Verbis, quibus Vox Paſſiva formatur.* p. 57.
Cap. IX. *De Verbo & iis quæ Verbo Accidunt.* p. 62.
Cap. X. *De Conjugationibus Verborum.* p. 63.
Cap. XI. *De ſecunda Conjugatione Verborum.* p. 71.
Cap. XII. *De Verbo Paſſivo.* p. 71.
Cap. XIII. *De Verbo Imperſonali.* p. 73.
Cap. XIV. *De Verbis Reflexivis.* p. 73.
Cap. XV. *De Verbis Anomalis* p. 74.
Cap. XVI. *De Adverbiis.* p. 75.
Cap. XVII. *De Conjunctionibus.* p. 80.
Cap. XVIII. *De Præpoſitionibus in Conſtructione.* p. 82.
Cap. XIX. *De Præpoſitionibus in Compoſitione.* p. 86.
Cap. XX. *De Interjectionibus.* p. 87.
Cap. XXI. *Regulæ Syntaxeos*, &c. p. 87.
Cap. XXII. *De Poetica Veterum* Francorum. p. 101.

CAPUT PRIMUM.

De Literis & Literarum Regulis.

AMETSI quorundam * doctorum ſit opinio, veteres *Francos* aut nullas habuiſſe literas, ante receptam Chriſtianam fidem, aut nulla ante id tempus monumenta ſcripſiſſe; in contrariam tamen ut fere eam ſententiam, auctor eſt *Eginhartus*, *Karli* Magni gener & cancellarius, in † libro, quem de ejus vita compoſuit; ubi narrat *eum barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, ſcripſiſſe, memoriæque tradidiſſe.* Etenim *barbara* & *antiquiſſima*, ni fallor, vocat *carmina*, quibus veteres *Germanorum* poëtæ res geſtas ſuorum regum ducumque patrio ſuo ſermone deſcripſerunt. Quemadmodum enim veteres *Galli* & *Britanni* BARDOS ſuos DRUIDAS que, & *Cimbri* ſive *Dani* veteres SCALDOS ſive SCALDROS ſuos habuerunt, qui heroum præclara facinora, vitaſque canebant, & carminibus ſcriptis ante multa ſecula poſteris relinquebant: ſic priſcos *Germanos* & ſuos poëtas habuiſſe veriſimile eſt, qui principum ſuorum res geſtas celebrarent, & ſcriptis longe ante *Karli* M. tempora libris heroica majorum exempla nepotibus imitanda traderent. Sic apud ‡ *Tacitum* legimus, *Germanos* veteres *Arminii Cheruſcorum* principis laudes poſt mortem ceciniſſe, & ** *patrium ſuum Deum, filiumque ejus Mannum, gentis ſuæ conditorem, carminibus (quod unum apud illos annalium genus eſt) antiquis celebraſſe.*

Hæc antiquorum poetarum carmina *barbara* vocat *Eginhartus*, quod *Gothico*, ſive vetuſtiori ſermone *Germanico*, quo atavi & atavorum proavi uſi erant, ſcripta, non intelligebant magis iſtius ævi *Franco-Germani*, quam, qui jam degunt, eorum poſteri libros *Francice* ſcriptos intelligunt; aut *Anglorum* gens, *Saxonum* & *Danorum* nepotes, *Anglo-Saxonice* ſive *Dano-Saxonice* ſcriptos codices jam nunc facile intelligere poſſunt. Quemadmodum enim *Theotiſca* lingua, qua uſi ſunt *Francones, Karlo* M. regnante, vetus *Germanica* ſive *Theotonica* (alias *Teutonica*) nunc dicitur: ſic *Gothica* illa magis primæva ſive vetuſtior *Theotonica*, quam magnifico ore, non tantum *Arioviſto* regnante, ante M.DCCXL annos, ſed quam, *Faramundo* imperante, ante mille & ducentos

---

* Inter quos *G. Joh. Voſſius.* de hiſt. *Lat.* in *Hunibaldo. Nec enim veteres Germani geſta ſua mandabant literis, quas neſciebant. At ille ferrei oris & plumbei cordis Hunibaldus, non modo promit his indicta, ſed plane repugnantia. Quare Hunibaldus eo loco habendus eſt quo Beroſus, Annii, & ſimilis farinæ ſcriptores.* Vide etiam *Genebrardum* ad annum *Chriſti* CCCC.XXVIII. † *Petrus Lambecius* in comment. de bibliotheca *Cæſarea*, lib. II. cap. VI. p. 263, exhibet hujus libri loca nonnulla, non ut vulgo leguntur in impreſſis *codd.* ſed ita ut ea repperit in vetuſtiſſimo MS *Cæſareo.* ‡ In fine lib. II. Annal. *Ceterum Arminius -- dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, ſicut alii reges, duceſque; ſed florentiſſimum imperium laceſſierit, prœliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit, caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum Annalibus ignotus, qui ſua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incurioſi.* ** De mor. *Germ. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſtonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoreſque.*

circiter annos, locuti ſunt *Germani*, vetus quoque *Theotiſca* ſive *Germanica* non poterat non dici, quo tempore *Eginhartus* ſcripſit, nono ſcilicet ſeculo; carminaque & poëmata in eâ, quibus finge cunque literis ſcripta, non potuerunt non æque barbara apud *Francos*, nobiliſſimam *Germanorum* gentem, tunc temporis ſonare, ac *Otfridi* carmina ante octingentos circiter annos condita, apud poſteros eorum non tantum *Franco-Gallos*, ſed *Franco-Germanos*, jam nunc ſonant.

De tempore autem, quo ſcribere cœperunt veteres *Germani*, vel quibus uſi ſunt literis, ut nihil (eheu!) certi haberi poteſt; ita nihil pro certo tradimus. Certum id autem eſt, *Helvetios Germanorum* vicinos & ſocios, *Cæſare* in *Galliam* miſſo, *Græcis* literis uſos fuiſſe. Monumenta etiam tumuloſque, in confiniis *Germaniæ*, *Rhætiæque*, *Græcis* literis, ut quidam putabant, ab Ulyſſe inſcriptos, extitiſſe, [a] *Tacitus* ex aliorum fide narrat; *Græcas*que literas apud *Druidas*, *Gallorum* ſcriptores, in uſu quoque fuiſſe, in commentariis ſuis tradit *Cæſar*. Quidni ergo eorum [b] opinioni & ipſe accedam, qui *principes* & *ſacerdotes Germanorum Græcis* pariter literis, antequàm *Romanorum* jugo ſubderentur, monumenta ſcripſiſſe arbitrantur. Poſtea vero quam *Romanis* ſubacti jacebant *Germani*, & in eorum finibus non præſidia ſolum ponerentur, ſed ductæ etiam inter eos eſſent *coloniæ*; & ad jura tandem municipalia, ſedibus fixis, provinciales facti ſurgerent; non potuerunt ante receptam, [c] *Cludoveo* primo imperante, fidem, quin una cum lingua & literas *Romanas* acciperent, in quibus, ſi non in *Græcis*, nonnulla carmina aut carminum fragmenta principum res geſtas deſcribentia, ad *Karlum* tum *Græcorum*, tum *Latinorum* peritum, & antiquorum imprimis ſtudioſum, perferri poſſent forſan ab iis, quorum intererat ea exquirendo domino ſuo gratificari. Equidem non ignoro ſententiæ huic noſtræ impugnare id, quod à [d] *Tacito* dictum eſt: ſcilicet, *literarum ſecreta apud Germanos, viros pariter ac fœminas ignorare.* ſed per *literarum ſecreta*, literas ſive epiſtolas ſecretas, quibus ultro citroque miſſis, apud *Romanos* corrumpi fœminæ ſolebant, intelligi vult hiſtoricus; ſecundum iſtud *Suetonii* de *Nicid*, quum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de ſtupro pertuliſſet. Eum eſſe ſenſum verborum, quæ præcedunt & ſequuntur, manifeſtè probant, utpote in quibus [e] oſtendit, nulla apud *Germanos* muliebris pudicitiæ tentamenta neque ſpectaculorum, neque conviviorum, neque denique literarum ſecretarum, in uſu fuiſſe. Quare tantum abeſt, ut pro elementis orationis *literarum ſecreta* in loco iſto ſumenda ſint; ut [f] *Trithemium*, qui ſcripſit ante ducentos, decem ademptis, annos, [g] *Hunibaldo* auctore, tradere non puduit, *Francos*, qui *Marcomero* duce, de *Scytharum* finibus ante *Chriſtum* natum egreſſi ſunt; & ut ille ſcribit à *Saxonibus* fratribus ad oſtia *Rheni* ſedes acceperunt, bella cum *Romanis* & *Gallis* pene continua habuiſſe, & literas *Romanorum* tandem acceptas cum forma ſcripturæ ſervâſſe, & linguam eorum didiciſſe. Idem *Hunibaldo* etiam auctore, tradit *Waſtbaldum* quendam *Franco-Theotiſcum* res, quas gerebant reges, duces & principes, per annos ferme ſeptingentos & quinquaginta octo, patrio ſermone, ſed ſuis characteribus ſcripſiſſe. [h] Quos quidem characteres ſculptos in ſuo libro exhibuit *Trithemius*, monens lectorem ſe illos è codice, qui præ vetuſtate vix legi poterat, ſumſiſſe, atque ideo veritum eſſe, ne deceptus eos male effigiaſſet. Monet etiam eorum nonnullos *Græcis* eſſe ſimiles, ut elementum primum, quartum, ſeptimum, octavum, undecimum, decimum quintum, decimum ſeptimum, decimum octavum, viceſimum quartum. Cætera etiam fere omnia *Græca* ſunt aut tranſverſa, aut inverſa, ut ſecundum, tertium, quintum, decimum-tertium, decimum-ſextum. Duodecimum autem, quod ᴛ᷑ M reſpondet, *Runicum* eſt, ut in voce QUIDEM, quæ à ſcriptore vetuſtiſſimi codicis evangeliorum *Lychfeildenſis* in uncialibus ſic exarata ᛩᚢᛁᛏᛖᚺ conſpicitur, in initio evangelii *S. Lucæ.* Decimum nonum manifeſte formatur ex T & ᚻ. viceſimum eſt Y tranſverſum. Sextum autem, quod *Græcorum* ζ reſpondet, ut & viceſimum-primum, viceſimum-ſecundum, viceſimum-tertium, peculiaris formæ characteres ſunt, ut in adjecta tabella videre eſt.

Idem etiam aliud Alphabetum, in *Hunnibaldi* codice repertum, ſuis characteribus exhibuit ſic inſcriptum: ALPHABETUM FRANCORUM QUOD DORACUS INVENIT. vide appoſitam tabellam. [i] In hoc alphabeto, elementum primum & decimum-ſextum, quæ A & O reſpondent, cernuntur etiam abſque tranſverſa virgula in unciali ſcriptura cod. *Lychfeildenſis*, illud in [k] AUTEM, hoc in [l] QUONIAM, utrumque in [m] GENERATIO & [n] GENERATIONIS; quæ omnia ſic ſcribuntur, ᛩᚢᛏᛖᚺ. ᛩᚢᛟᚾᛁᚫᛗ. ᚷᛖᚾᛖᚱᚪᛏᛁᛟ. ᚷᛖᚾᛖᚱᚪᛏᛁᛟᚾᛁᛋ. Duodecimum autem media linea producta (Ψ) pro *Runico* habendum eſt, ut & decimum-tertium ſive M. alterum, ſi, ut iſtud in *Waſtbaldi* alphabeto, tranſverſum lineam haberet. Notandum quoque eſt

---

a In libello *de moribus Germanorum.* *b Germanos olim literas habuiſſe à Græcis plurimorum opinio tenet*; Johan. Trithemius abbas. lib. polygraphiæ ſexto. *c Cludoveus, Gallice Clouis*, baptizatus erat Anno Dom. cccc.xcvi. *d* In libro de moribus *Germanorum.* *e Ergo ſepta pudicitia agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorant. pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria.* *f Polygraphiæ lib. ſexto.* *g* Scripſit *Hunibaldus* vel *Hunnibaldus* hiſtoriam ſuæ gentis. An. Dom. 944. *h* Ex his conſtat, *Trithemium*, virum ſeculi ſui doctiſſimum, non ita de *Hunibaldo* ſenſiſſe, ac *Gerardus J. Voſſius.* *i* Alphabeti hujus & ſuperioris, cum codicis *Lychfeildenſis*, ante M. annos ſcripti, uncialibus literis, convenientia oſtendit *Ger. Joh. Voſſium* haud adeo æquum *Hunibaldi* cenſorem fuiſſe. *k* In evangelio ſecundum *S. Matth.* I, 18. *l Luc.* I, 1. *m Matth.* I, 18. *n Matth.* I, 1.

tum

TABELLA

Alphabetum Nortmannorum, *è* Trithemio.

A. b. c. d. e. F. g. h. I. K. L. m. n. O. P. q. r. s. t. v. x. y. z. w.

α. B. γ. β. ϵ. P. ȝ. H. ϑ. ı. ıα. ıβ. ıγ. ſ. ıϵ. ıP. ıȝ. ıH. ıϑ. K. Kα. Kβ. Kγ. Kδ.

Alphabetum Wastbaldi.

λ. ʁ. L. Δ. ə. ⊏. ɦ. Ø. ɳ. ɦ. Λ. Ш. z. Ж. O. ⊏. P. ɕ. ȝ. ʎ. ƀ. ⋕. Ⱥ. ∞.

ï. ƀ. ɡ. d. e. ȝ. e. ʠ. ı. K. ɨ. m. n. ϰ. o. P. r. ɇ. t. y. ƥ. ȝ. ſ. ∞.

Alphabetum Francorum *quod* Doracus *invenit*

H. ıſ. Π. Ш. Ψ. Φ. Ո. Ω. Ч. E. ш. ш. ш. ɬ. H. Ғ. Ң. Ш. Ⅎ. ⊏. ш. Г. ɦ. ƀ. Ш. Ш. Ғ. Ⱥ. Ⅱ. X.

A. b. g. d. e. σ. F. ƀ. ı. k. ſ. m. m. n. n. o. p. Pƀ. Ч. r. s. ſ. t. ʠ. v. w. Þſ. x. y. ȝ.

Alphabetum Nortmannorum, *è Hrabano Mauro.*

æſe. birith. chen. thorn. ech. ſech. gibu. hagale. his gile. lagie. man. not othil. pere. chon. rehir. Sugil. tae. hur. halach. huyri. zia.

Ƙ. B. Ƥ. Ж. Ʌ. Ƥ. Ӿ. Ӽ. I. Ж. Ƭ. Ж. Ф. Ӄ. Ҟ. Ч. Ʀ. ſ. Ƭ. Ⴓ. Ƭ. Ψ. Ƭ.

Alphabetum Nortmannorum, *Bedanum.*

ʌ. ϑ. ψ. Ж. h. ƥ. x. Y. L. Ψ. ʌ. ш. ɬ. 4. Ⱨ. Ш. Ɐ. Ғ. Ⱶ. ⊥. ⌐. ɦ. γ. T. w.

a. b. c. d. e. f. g. ƀ. ı. K. L. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. ȝ. w.

Alphabetum Secretum Caroli M.

zı. ɬ. Ж. Π. co. Ⱨ. ƥ. ʌ. ɱ. ϕ. Ѫ. m. ɾ. ц. v. ʌ. ɣ. Ψ. 7. ϭ. ϱ. ϕ. щ. Ψ.

a. b. c. d. e. F. g. ƀ. ı. K. L. m. n. o. P. q. r. s. t. ƀ. x. y. ȝ. w.

Alphabetum Francicum, *è Codice* Cottoniano. *Caligula. A. 7.*

ⱥ A ʌ, B b, C ⊏, O D, ɕ E Ɇ, f, Ç G G, Ƀ H, I, K K, L L L, M M ꝏ, N N ꟻ,

a. b. c. d. ee. f. ȝ. hh. ı. kkk. l. m. n.

O O, P, Q Ꝗ, R, S, T T, V U u, W, X χ. Ƶ Ƅ.

o. pp. q. r r. ſ. τ. u u u. y. ɪ z. ƀ. ð. d. ʃc.

Alphabetum Francicum, *è* Iuniano *Codice. n°. 25.*

a. b. c. d. e. f. g. h. ı. k. l. m. n, firalis. o. p. q. r. ſ. t. u. w. x.

ⱥ cc. b. c. d d. e. f. g ȝ. h h. ı. ƙ. l. m. n ɲ ɒ. o. p. q. r. ſ. τ τ. u. uu. χ.

y. z. æ. ri. ſt. et.

ɣ. ɣ. ʒ. ⁊. ɳ. ſt. ⁊. *aliæ sunt etiam harum literarũ jugationes, quas omitto.*

Alphabetum ex numiſmatis.

A Λ A Λ Ⱥ Π Ⱥ X Ⱥ, B ß G, C Ɛ Ↄ Ғ Ⓒ Ⓒ, D P Þ ∂ ◻ Δ ▷, E Є Ɛ G I Ⓒ, F ⅄ R,

G ʕ C ⌣ ⌢ G Ɛ Є G, H h h K, I I, K K h R R R, L F ∟ ⅄ Γ L, M ጠ H ጠ ꝏ, N ℕ

И H N N H I I Z ת, O Ω Ш □ O ↄ, P Ⱶ ſ, Q Я, R Я R ת ת ∾ ⅄ R Я, S ∾ Ↄ

∽ Ƨ ʕ ∽ C, T T Ғ, V Y ∢ Y Ц, W Ƴ Ƴ W, X ⊬, Y, Z ⊰ ȝ.

dno. da. he. ma. mp. hp. ue. ih. te. us or os. vat. va. vs. vs. vr. rex. et. nth.

N. N̊. D. HE. M. MP. HP. NE. Θ. E. Ꝺ. VA. VA. W. VR. R. Z. NH.

Monaſterium. et ſculp.

tum duodecimum elementum quod denotat M, & decimum-octavum,quo PH denotatur, eodem modo formari, ſcilicet per ⲓⲓⲓ, ut in codice *Lychfeildenſi* m, & p, vel forſan ph, per ⲏ, ut conſtat per vocem QUONIAM in principio evang. *Luc.* & vocem SCRIPTUM ⲥⲥⲣⲓⲏtum. *Marc.* I, 2.

Hrabanus etiam *Maurus*, ad finem tertii voluminis operum ſuorum, literas *Marcomannorum*, quos & *Nortmannos* vocat, effigiatas poſuit; in hoc hallucinatus, quod *Runarum* neſcius, ſecretas eas eſſe putavit, in quibus carmina ſua magica, incantationes & divinationes ſcripſerunt, qui paganis ritibus utebantur. Non autem arcanæ ſive magicæ runæ, ſed communes & literariæ fere omnes ſunt, quibus peregrina, ſcilicet *Francica* nomina data ſunt, ad poteſtates earum ſignificandas, ut ex tabella conſtat. Alphabetum iſtud cum alio quodam *Nortmannorum* in multis convenit, quod apud *Bedam* repertum ſe exaraſſe ſcribit *Trithemius*. nec dubitandum arbitror, quin in omnibus exacte conveniret cum *Bedæ* dicto alphabeto, ſi characteres ejus vere & exacte exarati eſſent. In tabella autem videas quomodo apud *Trithemium* exarantur.

Hujus *Bedani* alphabeti quatuor primæ literæ, ut & ſexta, decima ſeptima & octava conveniunt plane cum iis ejuſdem formæ in *Hrabani* alphabeto; ſeptima etiam litera in utroque eadem eſt, niſi quæ in *Bedæ* alphabeto eſt tranſverſâ lineâ caret: ſic octavæ & decimæ in *Bedæ* alphabeto deeſt pars inferior, quæ cernitur in octava & decima *Hrabaniani* alphabeti litera. Differentias autem inter cæteras, quas præſertim in *Bedæ* alphabeto literarum mala poſitio & mali ductus faciunt, lectori obſervandas relinquo.

Ex his videtur *Francos* veteres, præter *Romanas* literas, *Gotho-Runicas* habuiſſe, ex quibus cum *Græcis* & *Latinis* maxime non ſuo loco interpoſitis, & non raro etiam truncatis, diſtortis, inverſis, duplicatis, conjunctis, dimidiatis, tranſpoſitis docti eorum ſecreta alphabeta fecerunt. Hujus generis *Karlus* M. teſte *Otfrido*, multa excogitavit, quibus per latiſſimum ſuum imperium ſecurus uteretur, cum ad duces & præfectos literas mitteret. E quibus id unum, quod *Otfridus* poſteris relinquendum cenſuit, utpote dignum quod reſuſcitetur & in novam lucem prodeat, hic exhibere eſſe noſtri arbitramur. Vide tabellam præcedentem.

Præterea ſimilitudo maxima, quæ eſt *Franciçæ* linguæ cum *Mæſo-Gothicâ* matre, argumento mihi eſt, & *Ulphilanas* characteres, ſive literas *Gotho-Græco-Romanas*, ante *Karli M.* imò forſan & ante *Cludovei I.* tempora, qui primus *RR. Francorum* Chriſtianus factus eſt, ad *Francorum* veterum notitiam pervenisſe. Certe auſtralium illorum *Gothorum*, qui è *Scandia* oriundi & profecti, tot nationes *Galliæ* vicinas, & ante, & poſt * *Ulphilæ* epiſcopi tempora, virtute ſua fregerunt, *Francos*, qui linguam eorum cognatam non potuerunt non intelligere, literas, quibus linguam, *Ulphila* auctore, ſcripſerunt, diu ignoraſſe, à me tantum abeſt ut probabile judicetur, ut contrarium potius, me judice, veri ſpeciem præ ſe ferre videatur. Sed de hoc quamvis nihil certi ſtatuere poſſumus, certum id tamen habemus, *Karlum* M. qui peregrinis literis operam ſtrenuè navarit, veterem *Gothicam* ſive avitam *Theotiſcam*, quæ ſuæ *Francicæ* parens erat, ſtudioſe didiciſſe; & antiquiſſima illa carmina, quæ in ea condita erant, & quibuſvis literis, ſive *Græcis*, ſive *Latinis*, ſive *Runis*, ſive *Ulphilanis*, ſcriptis, tanti feciſſe, ut ea plane tanquam dulciſſimas & pretioſiſſimas ſuperiorum ſeculorum reliquias non deſcribere tantum, ſed memoriæ mandare haud indignatus eſt utraque Pallade præſtantiſſimus *Cæſar*. Barbara, inquam, & antiquiſſima illa carmina *Theotiſca* quibuſvis literis ſcripta ex vetuſtis membranis deſcripſit, & memoriæ tradidit Imperator. Etenim carmina illa antiqua, quibus veterum RR. bella canebantur, ut & antiqua illa, quibus *Tuiſtonem* ſuum Deum celebrabant veteres *Germani*, pro carminibus ſcriptis intelligi poſſunt non minus, quam de hiſtoria ſcripta id accipi & poteſt & debet, quod à *Pſalmographo* ſcribitur: *Majores noſtri narraverunt nobis, quod operatus ſis in temporibus priſcis.* Certe ſi carmina ſua antiqui *Cimbri* ſaxis & rupibus inciderunt, quod unum, ut cum *Tacito* loquar, apud illos memoriæ & annalium genus erat; quidni affirmare auſus ſim, carmina illa antiqua, & barbara olim ſcripta fuiſſe, quæ ſcribere, hoc eſt, deſcribere, & memoriæ dein mandare MAGNUS haud gravatus eſt. O utinam jam extaret auguſta illa *Bibliotheca*, in quâ delicias has ſuas repoſuit imperator! O quam lubens, quam jucundus, ad extremos *Carolini* imperii fines proficiſcerer ad legenda antiqua illa, ut ut barbara carmina, in quibus tanquam in clariſſimo fonte perlucidas cernere quidem eſſet voces, phraſes, & deſcriptiones illas rerum poëticas, quæ in *Scaldorum*, & *Saxonicorum* poëtarum reliquiis & fragmentis opacæ jacentes nulla fere vel perſpicaciſſimi ingenii arte diſcerni queunt. Præterea veterem *Gothicam* ſive *Theotonicam* linguam non intellexit tantum MAGNUS, & in ea carmina, longe ante ſua tempora facta, ſcripſit, ſed *Francicam* ſuam jam tum inconditam, incultam, & à doctis ſuæ nationis neglectam, primus excoluit & expolire cœpit † *Grammaticis* inſtitutionibus, quarum ope, ad orthographiæ

---

* *Ulphilas*, *Mæſo-Gothorum* epiſcopus, floruit circiter quarti ſeculi medium. † *Trithemius* in libro VI. polygraphiæ ſic ſcribit: *Ex Grammaticis Otfridi Monachi Wiſſenburgenſis legimus, quod Carolus Rex Francorum, cognomento Magnus, nationis ſuæ miſertus barbariem, Nannone, Theobaldo, Albino,* (hoc eſt *Alcuino*) *& Berengero adjutoribus, linguam tentavit regulare Germanicam. Cumque, teſtante Turpino, tum arduum inchoaſſet opus, crebris bellorum incurſionibus retardatus non perfecit, ſed morte præventus imperfectum dereliquit; nec ſurrexit poſt eum alius, qui hujus rei curam ad animum revocaret. Otfridus autem jam dictus monachus, Rabani Ful-*

&

& ſyntaxeos regulas reduxit, & quaſi ex fero & agreſti ſermone in civilem & honeſtum convertit.

Proximus à MAGNO *Hrabanus Maurus*, qui anno Chriſti DCCC.XL.VII. ex Abbate *Fuldenſi* in archiepiſcopum *Moguntinum* eſt electus, linguam *Francicam*, quam & * *Franciſcam* nonnunquam vocamus, excoluit. Iſ enim, præter gloſſas *Latino-Theotiſcas* de partibus humani corporis à *Walafrido Strabo* ex dictantis ore exceptas, quæ à *Melchiore Goldaſto*, Tomo II. veterum de rebus *Alamannicis*, & inter *Hrabani* opera, (*Coloniæ Agrippinæ*, Anno Dom. M.DC.XXVII. ſex tomis in folio) editæ ſunt, compoſuit etiam integrum Gloſſarium *Latino-Theotiſcum* in Biblia ſacra veteris & novi teſtamenti, quod nondum editum eſt. Hujus egregii operis vetuſtiſſimum, & ipſa *Hrabani* ætate exaratum codicem membranaceum cum incredibili gaudio reperit *Petrus Lambecius*, arcis *Ambraſianæ* bibliothecam pervolvens, & repertum cum multis aliis præſtantiſſimis MSS. in Bibliothecam *Cæſaream Vindebonenſem* tranſtulit aſſervandum.

Poſt *Hrabanum* diſcipulus ejus *Otfridus Wizamburgenſis* maxime omnium perpolivit & elimavit patriam linguam, quam à ſuis, ut barbaram, adeo contemptam memorat, ut ab ea ſcribenda prorſus abhorrerent; aut ſi ſcribere dignarentur, in ſingulis fere verbis à recta ſcribendi ratione aberrare non verecundati ſunt. Is igitur *Theotiſcum* ſermonem iterum polire & reformare cupiens, *Grammaticam Francicam* à *Karlo* imperatore haud conſummatam auxit & perfecit, multaque præclara opera *Franciſce* compoſuit. *Petrus Lambecius* in comment. de [a] bibliotheca *Cæſarea*, mentionem facit pervetuſti codicis in membranis exarati, quem cum haud paucis aliis ex bibliotheca arcis *Ambraſianæ* in Auguſtam *Vindebonenſem* transferendum curavit; in quo extant *Otfridi* homiliæ quædam *Theotiſcæ* in evangelia, quarum *Johannes Trithemius* meminit, cum paraphraſibus *Theotiſcis* [b] *Eſaiæ prophetæ*; [c] *in canticum Ezechiæ regis Judæorum*; [d] *in canticum Hannæ*; [e] *in canticum Moyſis*; [f] *in canticum Habacuc prophetæ*; [g] *in canticum Moyſis*, AUDITE COELI; [h] *in orationem dominicam*; [i] *in canticum Zachariæ prophetæ*; [k] *in canticum beatiſſimæ virginis*; ac denique *in ſymbolum Athanaſii*, ut inſcribi ſolet. De hoc quidem pretioſo MS *Lambecius* promiſit ſe ex profeſſo tractaturum in libro tertio bibliothecæ *Cæſareæ Vindebonenſis*; ſed *Græcis* MS vetantibus quo minus fidem abſolveret, tractatum deſideratiſſimum, quem promiſit, fruſtra in libro tertio quæſivimus. *Otfridus* etiam carmen *Theotiſcum* ad monachos *Sancti Galli* compoſuit, quod, inquit *Petrus Lambecius*, *Trithemius* perperam vocat *librum*. [l] Extat hoc carmen integrum in antiquiſſimo codice MS. bibliothecæ *Cæſareæ* ſic inſcriptus: *Otfridus Wizamburgenſis Monachus Hartmuate & Werinberto, Sancti Galli Monaſterii Monachis.* Idem in Pſalterium tria magna volumina in *Franciſco* ſermone contexuit, ut *Trithemius* memorat, in catalogo illuſtrium *Germaniæ* virorum; & alia nonnulla, quæ abbatum & monachorum culpâ perdita, ad noſtra tempora non pervenerunt. Hujus Pſalterii ſpecimen publico dedit *P. Lambecius* ex authentico exemplari, nempe Pſalmi primi paraphraſin *Theotiſcam*, in commentariorum ſuorum de biblioth. *Cæſarea* lib. II. cap. V. Sed paraphraſin hanc, & verſionem Pſalmorum *Teutonicam*, *Notkero Labeoni*, Abbati *S. Galli*, qui ante ſeptingentos annos floruit, adjudicat *Jo. Schilterus*

---

denſis quondam auditor atque diſcipulus ſub Ludovico pio, Caroli filio, Grammatica illa quamvis imperfecte conſecutus, multa ſcripſit in lingua noſtra Germanica, quæ regularis inſtitutionis mirandam videntur ſonare gravitatem, carmina enim ad normam lucubravit plura heroico metro ſimul & elegiaco. Inſuper & proſaice nonnulla compoſuit ad Ludovicum R. Germaniæ, filium Pii Ludovici, & fratrem Lotharii imperatoris. ad Otgarium quoque Archiep. Moguntinum, ad monachos S. Galli, & alios. Hujus fragmenti Grammatices aſſecutus & ego præſentes Alphabeti characteres, de multis extraxi, ne penitus interirent.

* Ex gentili nomine FRANCO fecerunt veteres *Germani* FRANCISC, FRANCISG, alias FRANKISC, FRANKISG. Unde *Latinum* FRANCISCUS, quod ſæpe legitur in *Ernoldi Nigelli* poëmate elegiaco de rebus geſtis Imp. *Ludov. Pii*;

Si quis Franciſcam mavult reſerare loquelam.
Cuſpide Franciſco forte repletus eris.
Milite Franciſco rura repleta manent.
Coſlus erat quidem Franciſco germine natus.
Nort, quoque Franciſco dicuntur nomine, manni.
Extera namque cohors Franciſco more paratur.

Sic apud *Eginhartum*, in vita *Karli M.* legitur; *veſtitu patrio, hoc eſt Franciſco utebatur.* Teſtatur etiam *Iſodorus* Archiep. *Hiſpalenſis*, lib. XVIII. cap. VI. *ſecures oblongas, quibus Francones olim in bello uſi ſunt, appellatas fuiſſe Franciſcas.* Quinetiam *Otfridus*, lib. I. cap. I. *Linguam Francicam* vocat *die Frenkiſga Zungun. Petr. Lambecius*, in comment. de bibliotheca *Cæſar.* lib. II. cap. V. Verum ut à patriis Suenskur, & Danskur, abjectis durioribus literis ns, formantur *Latina, Suecus & Dacus*; & ab *Anglo-Saxonicis* Engliſc & Scotiſc, abjecta ſibilanti literâ, *Anglicus, Scoticus*: ſic à *Franciſc* vel *Frankiſc*, euphoniæ causâ, mediæ Latinitatis magiſtri fecerunt *Francicus*, quod magis obtinuit. *a* Lib. II. cap. V. p. 460. *b Eſaiæ* cap. XII. *c Eſaiæ* cap. XXXVIII. *d* I lib. *Regum*, cap. II. *e Exod.* cap. XV. *f Habacuc*, cap. III. *g Deuteron.* cap. XXXII. *h Matth.* cap. VI. *i Luc.* cap. I. *k Luc.* cap. I. *l* Vide *Petri Lambecii* comment. de bibliotheca *Cæſarea Vindebonenſi*, libro II. cap. V. pagina 418.

Argentoratenſis in inſcriptione libri, cujus editioni jam incumbit vir cl. de rep. literaria & Arctois, præſertim patriis, muſis optime meriturus. Hunc autem codicem Pſalmorum, in quo edendo operam navat *Schilterus*, eum eſſe credo, quem *Beatus Rhenanus* in libro ſecundo rerum *Germanicarum*, ubi de *Francorum* veterum agit lingua, teſtatur ſe vidiſſe apud *Johannem Huttichium*, *Argentorati*, ubi nunc è muſæo generoſi domini *de la Loubere* in publicum proditurus eſt.

Ex omnibus autem *Otfridi* operibus, quæ *Theotiſce* ſcripſit, maxime percrebuit volumen pſeudorythmicum evangeliorum in quinque libros diſtinctum. Hujus eſſe dicit **Petrus Lambecius* tria exemplaria; Unum *Friſigenſe* in principio mutilum, cui *Otfridi* nomen defuit, quod cognitum fuit *Beato Rhenano*, *Wulfgango Lazio*, & *Wiguleo Hundio*. Alterum quod *Matthias Flaccus Illyricus* mendis plenum edidit, Anno M.D.LXXI. & haud recte inſcripſit OTFRIDI EVANGELIORUM LIBER. Tertium autem Auguſtiſſima *Cæſarea* Bibliotheca poſſidet, quod *Illyrico* non innotuit, atque cum vetuſtiſſimo hoc codice *Cæſareo Illyricianam* ejus editionem diligenter contulit *Petrus Lambecius*, Bibliothecæ *Cæſareæ* cuſtos; cujus auxilio, in multis, ut par erat, caſtigavit codicem ab *Illyrico* editum, nonnullaque ſupplevit, quæ non eſt hic deſcribendi locus.

Otfridum merito ſequitur *Willeramus Abbas* † *Uſpurgenſis*, qui *Cantici Canticorum* paraphraſin *Francicam* ante quingentos annos fecit. Hanc primus edidit *Paulus Merula*, Anno M.D.IIC. eamque poſtea obſervationibus decoravit *Franciſcus Junius* F.F. Anno M.DC.LV. Inter codd. etiam *Franciſci Junii* in bibliotheca *Bodleijana* repoſitas, extat *Tatiani* harmonia evangelica *Latino-Francica*, manu doctiſſimi viri illuſtrata, prœlum heu jam diu expectans, cum ejus ad eam Annotatis, & Annotationum ſatis amplo Auctario.

Extat quoque in Bibliotheca *Cottoniana*, *Caligula*, A. 7. quaſi ex quatuor evangeliis conſarcinatus codex unus harmonicus, poeticus & paraphraſticus, qui res geſtas ſervatoris noſtri θεανθρώπου tradit; & qui quum metro, rythmoque, tum orationis ſtructura & ſtylo cum paraphraſi Geneſeos *Cædmoni* vulgo adjudicatâ convenit, ut in Grammaticâ *Anglo-Saxonicâ* obſervavimus, & inter *Franco-Theotiſcos* libros merito numerandus eſt. Inter *Franco-Theotiſcos* inquam libros jure recenſendus eſt ille codex, tametſi non deſunt, eáque non contemnenda argumenta, quæ me olim ut crederem induxerunt, eum ab aliquo antiquo *Anglo-Saxone* ſcriptum fuiſſe, qui florebat haud multo poſt receptam ab *Anglo-Saxonibus* fidem, circiter Annum DCI, ſcilicet ante ingreſſum *Danorum* in anno DCCXCIII. In hoc enim temporis intervallo, *Anglo-Saxones* non potuerunt non quaſi loqui & ſcribere *Franco-Theotiſce*, in puro illo & adhuc haud multum adeo mutato ſermone, quem majores eorum *Angli* & *Saxones* è *Germania* ſecum in *Britanniam* tulerunt. Verum ante aliquot menſes, lector benevole, ſententia mutata, ab *Anglo-Saxonibus* abjudicandum, & *Francorum* non nemini, qui circiter *Karli* M. tempora vixit, adjudicandum cenſui aureum illum codicem, quem ſive *Franco-Theotiſcus*, ſive *Anglo-Theotiſcus* ſit, plurimi facio; tum quod cæteros omnes *Franco-Theotiſce* ſcriptos, verborum copia & dictionis magnificentia antecellit, tum quod vetuſtate puriſſimi ſermonis proxime accedit ad *argenteum codicem*; cui ſoli, me judice, à veterum linguarum Septentrionalium ſtudioſis poſthabendus eſt. Ex his codd. ne alios memorem, conſtat *Francos* veteres, ſi non ante quam ad fidem converſi fuerint, literas habuerunt, ut docti quidam putant; cum fide tamen à religionis Chriſtianæ doctoribus literas accepiſſe; eâque tandem receptâ brevi animos appuliſſe, ut quæ propagando evangelio, ædificandæ Eccleſiæ, & morum ſanctitati promovendæ ſervirent, ea diligenter ſcriberent. *Karlus* quidem M. ‡ SS ſcripturas in patrium ſermonem verti juſſit, & ut ſpecimina, quæ nobis exhibuit vir maximus *Mabillonius*, demonſtrant, non aliis uſi ſunt Chriſtiani facti *Francones* literis cùm *Franciſcè*, quam cùm *Latine* ſcriberent; ſcilicet *Romanis* illis, quæ pro more temporis in uſu erant. *Francica Tatiani* harmonia evangelica, quæ *Oxonii* inter codd. *Junianos* repoſita eſt, deſcripta eſt recenti manu. Cottonianus autem codex ille evangg. harmonicus *manu* ** *Franco-Italica* exaratus eſt; cujus characteres cum majuſculos, tum minuſculos in tabella exhibuimus: inter quos conſpicuus eſt *Saxonicus* ð & đ, cujus valor aliquando eſt th, quod ſæpe etiam occurrit; & duæ peculiares *notæ*, nempe þ; & [a] ꝏ, quæ ter quaterve pro diphthongo improprio *uo* ponitur.

Huic duo alia Alphabeta *Francica* adjunximus; quorum alterum, quod etiam *Franco-Italicum* eſt, ex uno codd. MSS. *Franciſci Junii* F. F. Alterum autem è vetuſtis nummis deſumitur.

Reg. I. In his alphabetis, numiſmatum illo excepto, ut in pleriſque codd. ſive impreſſis, ſive MSS. quos mihi contigit inſpicere, duplex x deſideratur, perinde ac apud *Cimbros* & *Mæſo-Gothos*. pro ea apud *Francos* in uſu erat [b] *hs*: ut in uahs vel vahs, *coma*, *cæſaries*. uuahs vel wahs, *cera*. uuahſan, wahſan, *creſcere*. ahſla, *humerus*. ſehs, *ſex*. uuehſlan, *decipere*. In editis tamen à *Flacco Illyrico* evangg. libris occurrit aliquando duplex x.

II. In codice *Cott.* ut ſupra obſervatum eſt, frequenter occurrunt peculiares illæ notæ þ & đ vel ð, illi & linguæ *Saxonicæ* membranis communes. Peculiaris illa þ quandoque ut F, quan-

---

* Libro ſupra citato, p. 457. † *Willeramus Abbas Mersburgenſis* in *Trithemio*. ‡ Hiſtoriæ *Francorum* ſcript. Tom. III. per *Franc.* du *Cheſne*. ** *Franciſcus Junius* eum deſcriptum putat ab *Anglo-Saxone* quodam, cum alio tractatu *Anglo-Sax.* qui ad illius finem adjungitur, *de exorciſmis ad reddendos agros fertiles*. [a] Hanc priorem pro vocali v collocavit inter notas *Lombardicas* auctor libelli *de lingua Gothorum* à *B. Vulcanio* editus. [b] Apud *Cimbros* defectus ſ̃ x ſuppletur per ⁜.

doque

doque ut v conſonans pronuntianda eſt. pronuntiatur ut F in ſequentibus: uuiƀ, *mulier*. haƀda, *habuit*. heƀan, *cœlum*, forgaƀ, *dedit*. liƀ, *vita*. hoƀ, *domus*, *aula*; quod in C. C. ſcriptum etiam occurrit hof. In ſequentibus vero v conſonantis poteſtatem habet; ſcriƀan, *ſcribere*. oƀar vel oƀer, *ſupra*. oƀana, *deſuper*. graƀe, *ſepulchrum*; quod in C. C. ſcribitur etiam grave.

III. At ƀ vel ð perinde ut apud *Anglo-Saxones*, nunc ut TH, nunc ut DH pronuntianda eſt. pronuntiatur ut TH in ſequentibus: eƀil, *præclarus*. quaƀ, quod ſcribitur etiam quath, *dixit*. muƀ *os*, *oris*. uuarƀ, quod ſcribitur etiam uuarth, *factum erat*. effertur autem ut DH in iis, quæ ſequuntur: oƀer, *alius*. uurƀig, *dignus*. uuiƀ, *contra*. ſtaƀ, *littus*. ƀliƀ, *lætus*, & ſexcentis aliis.

IV. In codice *Cott*. vocalis i ſemper exaratur ſine puncto in vertice.

V. Conſonantium & vocalium numerum oſtendunt alphabeta, & ex vocalibus inter ſe junctis fiunt diphthongi, triphthongi, tetraphthongi. En, quos nos inter legendũ obſervavimus, ordine poſitos.

Diphthongi.

Aa. ut in raad. *conſilium*. aana, *abſque*. niſi duplex A pro A longo potius quàm diphthongo habenda ſit.

Au. ut in kalauba *fides*. rauûa, *quies*. Ei, ut in ſtein, *lapis*. meiſtar, *magiſter*.
Eo. ut in ſneo, *nix*. ſeo, *mare*. ſeola, *anima*. leoht, *lux*. ſeoc, *ægrotus*.
Eu. ut in ſeu, *mare*. Ie. ut in thie, *quæ*. hie, *hic*, *ille*. Ii. ut in ſiin, *eſſe*.
Jo. ut in jo vel joh, particula expletiva. Ju. ut in ju, juh, juch, *vobis*.
Oi. ut in haloian, *ducere*. duoian, *facere*. poeticè pro halan, duan.
Oo. ut in nood, *neceſſitas*. ſcoon, *pulcher*. Ou. ut in ouch vel ouh, *etiam*.
Ua. ut in huand, huant, huanta, *nam*, *enim*, *etenim*. guato, *bonus*. quaƀ, *dixit*. tua, *ad*. muat, *mens*.
Ue. ut in ſueran, *jurare*. tuena, *duo*.
Ui. ut in ſuin, *porcus*. ſuitho, *valde*. huilic vel huilc, *quilibet*. biſuichen, *prodere*.
Uo. ut in guodo, *bonus*. tuo, *ad*. ſuoken, *quærere*. muot, *poſſem*. giſcuop, *creavi*.
Uu vel w. Quamvis manifeſtum ſit veteres *Francos* uu vel w pro *vau*, præſertim ante u, ut * *Otfridus* in prologo obſervat, uſurpaſſe; non poſſum tamen quin credam illam in quibuſdam vocibus *Anglicæ* w, vel *Græcæ* ϒ poteſtatem habuiſſe, atque idcirco in diphthongorum claſſe ipſam etiam ponendam duximus.

Triphthongi.

VI. Uei. ut in tuein. uuo, ut in uuorolt, *mundus*. Uuû. ut in uuûnta, *vulnera*.
Uie. ut in huie, uui, uue, *nos*. Uoi, uoy. ut in gruoient, *creſcunt*. bluoyent, *florent*.

Tetraphthongi.

VII. Vuio, *quomodo*. vuie, in vuielih, pro uuelih, uuelich, *quis*, *qualis*.

VIII. Obſervandum quoque eſt à linguæ *Francicæ* ſtudioſis, non tantum in diverſis auctoribus pro ratione loci & temporis, in quibus vixerunt, ſed ſæpiſſime in uno eodemque auctore, vocales, diphthongos, & conſonantes aſperas, medias & tenues inter ſe confundi, & mutari; ut unius † vocis in margine ſcriptura varia, præter exempla, quæ ordine ſequuntur, monſtrat.

Vocales.

A. e. ut in doupha, douphe, *baptiſmo*. à nom. douph, *baptiſmus*. aphula, ephela, *poma*. cortar, corter, *grex*. armlich ermlich, *pauper*, *miſer*, einago, einego, einigo, *unicus*.
A. i. ut in fehtan, fehtin, *pugnare*; & in omnibus verbis infinitivi modi.
A. o. u. ut in hira, hiro, hiru, *illorum*, *arum*, *orum*. A. aa. gedan, gedaan, *factus*.
E. a. ut in under, untur, *ſub*, *ſubter*. crippe, crippa, *mandrum*, *præſepe*. legelich, lagilih, *unuſquiſque*, unbewollene, unpawollene, *immaculata*. ſyllabicum augmentum ge, ga, ke, ka.
E. æ. heizen, hæizen, *vocare*. cum multis aliis in *Stricheri* carmine.
E. i. ut in felis, filis, *lapis*, *ſaxum*. ze, zi, *ad*. over, ovir, *ſuper*. tegelich, tagilih, *unuſquiſque*. riche, riki, *regnum*. uuer, uuir, *quis*, *aliquis*.
E. o. himole, himolo, *cœlo*, à nom. himil. ſageta, ſageda, *dixit*. cribbe, cribbo, *præſepe*. vortheron, fordoron, *majoribus*. wie, wio, *quomodo*.
E. u. ephela, aphula, *poma*. afur, aber, *ſed*, *tamen*. E. ie. ſelan, ſielan, *animæ*.
I. ii. ſin, ſiin, *eſſe*. ſi, ſii, *ſit*. gelich, geliich, *ſimilis*.
I. e. ir, er, *vos*. wir, wer, *nos*. wiſan, weſan, *eſſe*. es, is, *id*. cuſti, cuſte, *oſculatus eſt*. ſprihhet, ſprehhet, *loquitur*. bilidi, bilethe, *exemplum*. karati, garode, *pararet*. peithi, peidi, beithe, *ambo*. diſi, diſe, *hi*. I. u. finſtarneſſe, funſtarneſſe, *tenebræ*. O. a. buon, puan, *habitare*. vide a, o.
O. e. zo, ze, *ad*. gioffonota, geophenota *aperuit*. vide e. o.

---

* Nam interdum tria uuû, ut puto, quærit in ſono; priores duo conſonantes, ut mihi videtur, tertium vocali ſono manente. † Buach, buah, buoch, buoh, puach, puah, puoch, puoh, *liber*.

O. u. tho, du, *quum, quando.* thero, theru, *horum, harum, horum.* ſido, ſitu, *mos, conſuetudo.* auor, auur, *ſed, tamen.* ſeo, ſeu, *mare.* io, ju, particula expletiva. O. oo. not, nood, *neceſſitas.* ſcon, ſcoon, *pulcher.* U. e. ſuochtun, ſuochten, *quæſiverunt.* U. o. vide o. u.

Diphthongi.

Au, ou. raûua, roûua, *quies.* kalauba, geloûua, *fides.* Ei. oi. zeigoti, zoigode, *oſtenderet.*
Eo, euu, *lex.* Ou. eu. froûuen, freûuen, *lætari.*
Ua, uo. huaten, huoden, *cuſtodire.* ſuahtun, ſuochten, *quæſiverunt.* muat, muod, *affectus, animus.*

Conſonantes aſperæ, tenues, mediæ.

B. f. ob, of, *ſi.* wib, wif, *mulier.* aber, afur, *ſed, tamen.* B. u. wib, wiu, *mulier.* wiba, wiua, *mulierum.* uber, ouer, *ſuper, ſupra.*

B. p. brunno, prunno, *fons.* beſueich, piſueih, *decepit.* bim, pim, *ſum.* bilidi, bilethe, piladi, *exemplum.* crippe, criobe, *præſepe.* beranne, peranne, *parere.* bi, pi, *juxta.* buon, puan *habitare.* unbewollene, unpawollene, *immaculata.* brot, prot, *panis.* beithe, peidi, *ambo*; ubi etiam d pro th, & i pro e. buoch, puoch, *liber.* geſcrib, geſcrip, *ſcriptura.* lob, lop, *laus.*

C. k. cunning, kuning, *rex.* cuman, kuman, *venire.* crippe, krippa, cribbe, kribbo, *mandrum, præſepe.* eiſcon, eiskon, *petere, rogare.*

C. g. Iuncfrouwan, jungfrouwan, *liberæ adoleſcentulæ.* cunni, gunni, *poſſim.* tac, tag, *dies.* fleiſc, fleiſg, *caro.*

C. h. fleiſc, fleish, *caro.* ſoſo thu imo gabi giuualt iogeuuelices fleishes, *ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis*; *Tatian.* CLXXVII, 1.

Ch. h. hh. mich, mih, *me.* ich, ih, *ego.* iuch, iuh, *vos.* nachlichito, *appropinquavit.* ſprichet, ſprihhet, ſprihet, *loquitur.* trinchan, trinhan, *bibere.* nechein, nehein, *nemo, nullus.* beſueich, piſueih, *decepit.* gelichniſſe, kilihniſſa, *ſimulatio, ſchema.* ruacha, ruahha, *cura.* iegelich, iigilih, *unuſquiſque.* lachan, lahhan, *pallium.* egeſlich, egeſlih, *terribilis.* pruchan, pruahhan, *uti, frui.*

Ch. k. denchet, denket, *cogitat, meditatur.*

Ch. gh. iethoch, iethog, *quanquam.* nechein, neghein, *nullus.* ſuochta, ſuoghta, *quæſivit.*

Ch. q. chenun, quenun, *mulieris.* chuit, quit, *dicit.*

D. t. gardo, garto, *hortus.* bodo, boto, *nuncius.* untar, under, *ſub.* viand, fiant, *hoſtis.* deda, teta, *fecit,* wordon, worton, *verbis.* liud, liut, *populus.* ſcado, ſcata, *umbra.* druhtin, trohtin, truchtin, *Dominus.* beluchande, piluchante. dac, tac, *dies.* gitan, gedan, *factus, a, um.*

D. th. duruh, thuruh, *per.* bilidi, bilethe, *exemplum.* fordoron, fortherin, *majoribus.* kedingue, gethingue, *coerceat.* frid, friđ, *pax.*

F. b. vuif, vuib, *uxor.* F. p. uuif, uuip, *mulier.*

F. v. fure, vure, *pro.* fon, von, *à, ab, è, ex, de.* fiant, viand, *inimicus.* forderon, vorderin, *majoribus.* afur, avur, *ſed.* hoƀde, hovde, *caput.* wif, wiu, *mulier.* fater, uater, *pater.*

F. ph. gioffonota, geophenota, *aperuit.* kemfa, kempha, *ſimiles.* F. h. craft, craht, *poteſtas.*

G. gh. thurg, thurgh, *per.* G. c. tag, tac, *dies.* G. h. ſlagente, ſlahente, *percutientes.*

G. k. ſyllabicum augmentum ge, gi, ga, ke, ki, ka. ut in kinado, genate, *propitius ſit.* geſaloda, kiſalota, *denigravit, decoloravit.* kalauba, gelaûua, *fides.* tak, dag, *dies.* egiſo, ekiſo, *terror.* karati, garode, *pararet.* diſge, diske, *menſa.* ghet, ket, *it, vadit.* kereſt, gehreſt, *deſideras.*

G. i. ſyllabicum augmentum ge liqueſcit nonnunquam in je, ut jegivan pro gegivan, *datus.*

G. q. guot, quot, *bonus*: ſi ſibbo mannon quotes uuillen, *ſit pax hominibus bonæ voluntatis. Tatian.* VI. 3. H. hh. ſprehhit, ſprehit, *loquitur.*

H. ch. nehein, nechein, *nullus.* ſuht, ſucht, *morbus.* lihamo, lichamo, *corpus.*

H. hh. lihamo, lihhamo, *corpus.* lantsheffi, lantſchoffi, *regio.* mihil, mihhil, *magnus.* ſuohet, ſuohhet. *quæritis.*

H omiſſa. iro, ira pro hiro, hira, *illorum, arum, orum.* imo pro himo, *illi.* obde pro hobde. *caput.* Hiet thuo the heritogo, obar them obde ſelbes Criſtes an cruce ſcriƀan, that that uuari cuning Judeono, *tum præſes juſſit, in cruce ſcribere ſuper caput ipſius Chriſti, quod eſſet rex Judæorum.*

H. etiam præponitur aliquando vocalibus, quæ aſperæ eſſe non debent: hunpuakkhie, *idiota.* Gloſſ. B. 28. cui (*inquit Fr. Junius*, in notis ad *Tat.*) vocabulo, ſi aſpirationem, quam rudiora ſecula initiis vocum à vocali incipientium præmittebant, ademeris, atque inſuper duas treſve literas in affines alias permutaveris, deprehendes, quod *idiota* noſtris diebus eſt *unbuokig.* q. d. *expers librorum,* & *qui nihil unquam vitæ communi utile ex libris hauſit.*

K. ch. werkon, werchon, *operibus.* riki, riche, *regnum.* K. c. vide c. k.

K. g. kimiſgetan, gemisketan, *mixtus.* ket, geht, *ambulat.* keiſtis, geiſtis, *ſpiritûs.*

K. h. skeff, sheff, *navigium.* gikalota, gihalota, *vocavit.*

M. n. ſconem, ſconen, *pulchris.* thiernum, thiernun, *virginis.* tuon, tuom, *facere.*

P. b. puzza, buzza, *puteus.* geſcrip, geſcrib, *ſcriptura.*

P. ph. up, uph. *ſurſum.* ephela, appele, *poma.*

Qu. ch. quenum, chenum, *mulieris.* quit, chuit, *dicit, ait.*

Qu. k. kecbrunnan, quecbrunnan, *aquam vivam.* S. z. thas, thaz. is, iz, *id, hoc.* zuei, tuei, *tuo.*

T. d.

T. d. berit, berid, *parit*, *fert*. hoiuet, hoiued, *caput*. trinchan, drinchan, *bibere*. touph, douph, *baptiſmus*. unte, unde, *&*. wat, wad, *veſtimentum*. kiwatotet, gewadodet, *veſtitus*. kiſalota, geſaloda, *decoloravit*. not, nood, *neceſſitas*. leithan, leidan, *pati*. giwalt, gewald, *poteſtas*. vide d. t.

T. th. gelathode, giladoti, *vocarem*. tur, đur, *fores*.

Th. d. thuruh, duruh, *per*. fortheron, fordoron, vorderin, *majoribus*. then, den, *illis*. thin, din, *tuus*. werthen, werden, *fieri*. peidi, beithe, *ambo*.

Tſ. ſt. uuets, uueſt, uuets thu, uueſt thu, *ſciſne*?

V. f. veghtan, fehtan, *pugnare*. auur, afur, *ſed*. vide f. v.

U. a. thiernum, thiernun, thiernan, *virginis*. U. uo. tur, tuor, *oſtium*.

Z. ſ. thaz, thas, *hoc*. iz, is, *is*, *id*. Z. t. thaz, that, *hoc*. cum multis aliis.

Z. ſt. muoz, muoſt, *poſſem*.

Z. zh. ut in belazh, *dimitte*. firlozhen, *dimittimus*. dazh, *ut*, *quod*. pro belaz, firlozen, daz. ſic izh pro iz, *id*. zheichen, pro zeichen, *ſignum*. *Petri Lambecii* comment. de biblioth. *Cæſ*. lib. II. p. 462.

IX. Præterea notandum eſt, non ſolum cognatas conſonantes invicem confundi in linguâ *Francicâ*, ſed in duplices etiam ejuſdem organi mutari: ut in wedan, watten, *veſtire*. deda, teta, dette, *fecit*. ſido, ſitu, ſiddi, *mos*, *conſuetudo*. thero, therro, *horum*, *harum*, *horum*. Huc ſpectat regula tyronibus imprimis obſervanda de *U* & *O* paragogico, quibus apud *Francos* voces producuntur, ut apud *Mœſo-Gothos* in †**n**, **nh**: ſic à gemes, *eamus*, duplicato ſ, gemeſſo; ambahtituno pro ambahtitun, *miniſtrabant*; hebbiu, pro hebbe, *habeo*; alliu pro alli ł alle, *omnia*.

X. Huc etiam referendæ ſunt regulæ de varia terminatione adjectivorum maſculini & fœminini generis in recto caſu ſingularis numeri. Regulæ etiam de multiplici terminatione adjectivorum dativi & ablativi caſus in plurali numero in an, en, in, on, un, am, em, im, om, um. Regulæ quoque de terminatione verborum in omnibus fere modis & modorum temporibus utriuſque numeri, præſertim de terminatione infinitivi in an, en, in, on. Regulæ denique de terminatione ſubſtantivorum omnium ferè declinationum in pleriſque caſibus utriuſque numeri; ex quibus percipiet lector curioſus, quam varia, incerta & inconſtans fuit apud *Franco-Theotiſcos* auctores, pro loco & tempore, ſcribendi ratio. Incertæ hujus incultæque ſcriptionis rationem ipſis *Francis* imputat *Otfridus* in ſua ad *Luitbertum Moguntiacenſem* Archiepiſcopum epiſtola, quam præmiſit rhythmicæ tranſlationi evangeliorum. In præfatione etiam *Franciſcam* linguam *barbaram*, *agreſtem*, *indiſciplinabilem* vocat, *ſcriptuque difficilem*, & *inſuetam capi regulari fræno Grammaticæ artis* affirmat, graviter de ſuorum negligentia querens, & de contemptu, in quo habebant *patriam linguam*, cum *Græcam*, & *Latinam* diligenter colerent, & pro ſummo dedecore haberent in eis ſcribendis, vel una literula orthographiam violare. Hanc autem querimoniam de majoribus ſuis *Otfridi* non injuſtam fuiſſe oſtendit fragmentum periphraſticum, & ut videtur, metricum, & pleudorythmicum infra poſitum linguæ *Francicæ* barbariſmis & ſolœciſmis plenum, quod *Petrus Lamb*. exhibet in comment. de biblioth. *Cæſarea*, lib. II. cap. 5. p. 383. Deſumpſit id vir doctiſſimus ex vetuſto codice, *Caroli Magni* tempore ſcripto. Continet autem diſputationem *Chriſti* cum muliere *Samaritana*, atque hic, quatenus fieri potuit per vetuſtatem linguæ & ſcripturæ barbariem, quibus lectu & intellectu difficile redditur, *Latinum* factum ob oculos lectori ponere ab inſtituto noſtro nec alienum, nec inutile duco:

Leſen uuir, that fuori ther Heilant fart muodi zeuntarne uuizzun thaz er zeinen brunnen kiſaz. Quam ſone Samario quein ena ſario ſcephan thaz uuazzer. Thannanoh ſo ſaz ar. vurbon ſina thegana beſina lipleita. bat er ſich ketrincan daz uip thaz ther thara quam. Biuuaz ketoſt thu guot man daz ih thir geba trincan. Ia ne nezant uuizze Xriſt thie judon unſera uuaſt. Uuip, obe thu uuiſſis uuielih Gotes gift is, unte den erkantis mit themo do koſotis tu batis dir unnen ſines kecprunnen. Diſiu büzza iſt ſo tiuf, zedero ih hei mina liuf, noh tu ne habis kiſcirres, daz thu des kiſcephes. uuar maht thu guot man neman quecprunnan. Ne biſt tu liuten kelop mer than Iacob ther ga-[-bita uns] brunnan tranc eran joh ſina man ſiniu ſmale ****** uuazzer. Ther trinkit thiz uuazzer der ****** der afar trinchit daz min lazit ****** Got imon pruſton in euuon mit luſton. Herro ih thi thichoze dir thaz uuazzer gabiſt du mir daz ih mer ubar tac ne liuſi hera durſtac uuib. Tu dih anne vært hole herra dinan virt. Siu quat ſus, libiti commen ne habiti. Uueiz ih daz du uuar ſegiſt, daz du commen ne hebiſt. du habitos her finfe dir zi uolliſte, dæz mattu ſichure ſin nu hebiſt ein der ni is din. Herro in thir uuigit ſcin daz thu maht. forunſergiborana betoton hia in berega. unſer altmaga ſuchton hia genada. tho hir ſagent kicorana thia bita in Hieroſolem:

Legimus, quod abiit Jeſus fatigatus itinere, ut docendi cauſa ſederet ſupra [*apud*] *fontem. venit mulier de Samaria diligenter haurire aquam. Cum ſic ſederet, abierunt illius diſcipuli, ut cibos ſuos emerent. Rogavit mulierem, quæ illuc venerat, ut ſibi potum daret. Quomodo tu (inquit illa) bone vir, poſcis ut tibi potum darem. . . . . (Reſpondit ille) mulier, ſi ſcires quodnam donum Dei eſt, & noſceres illum quocum nunc colloqueris, tu tibi peteres donum ejus aquæ vivæ. (replicat mulier) puteus hic adeo profundus eſt . . . . . neque tu habes ſitulam,*

† Vide Gloſſarium *Gothicum Franciſci Junii* F. F. in **n** vel **nh**. ubi multa huc ſpectantia.

quacum haurias; quomodo ergo, vir bone, potes habere aquam vivam. Secundum populi opinionem non es major Iacobo, qui dedit nobis fontem. ****** *qui bibit ex hac aqua, hic* ****** *qui autem biberit ex mea aqua, Deus in æternum in ejus pectore cum deliciis* ****** *Domine, supplico tibi, ut mihi des hanc aquam, ut non amplius huc quotidie curram sitibunda mulier. [dicit ei Jesus] tu autem vade, & voca dominum tuum virum. Sic respondit illa. ut viverem, virum non habeo. Novi verum esse, quod dicis, te non habere virum, quinque enim viros habuisti omnino, ut possis certus esse, te quendam nunc habere, qui non est tuus. Domine videris ..... majores nostri in hoc monte adoraverunt, nostri antiqui cognati hic gratiam quæsiverunt, etsi contradicant qui adorant [manent] in Hierusalem.*

XI. Notet etiam lector *Anglo-Saxonicæ* linguæ peritus, *Francos Anglo-Saxonum* A in EI plerunque mutare. sic pro an, *unus*, scribunt ein. Pro ban, *os, ossis*, bein. Pro dal vel dæle, *pars*, deil. Pro gast, *spiritus*, geist. Pro ham, *domus*, heim. Pro lað, *detestabilis*, leid. Pro man, *malus*, mein. Mutant etiam *Anglo-Saxonum* T, in z vel s; ut in thaz vel thas, pro that. hiz, his, iz, is, pro hit. ziohan, *ducere*, pro teohan. ze, zi, zo, *ad*, pro to. puz, *puteus*, pro pyt. zaharin, pro tæherum, *lachrymis*. gezelt, pro getelt, *tentorium*. heizan, pro hetan vel hætan, *jubere*.

CAPUT SECUNDUM.

De Articulis

I. ARTICULUS, ut cum *Grammaticis* loquar, est vel *definitus*, vel *indefinitus*.

II. Articulus definitus est pars orationis, quam è pronominum penuario mutuantur *Franco-Theotisci* ad determinandam vagam & incertam nominis substantivi significationem, sive ad denotandam rem aliquam certam, vel designandam alicujus rei excellentiam.

III. Triplex autem est articulus definitus. Masculinus, fœmininus & neuter. Masculinus ther, der, den, dir, thie, the, se. Fœmininus thiu, diu, thie, the, tha. Neuter thaz, thas, that; & sic declinantur.

Numerus singularis.

N. † Ther, der, dir, den, thie, the, se, *hic*, ὁ.	N. Thiu, diu, thie, the, tha, *hæc*, ἡ.	N. Thaz, thas, that, *hoc*, τό.
G. Thes, des.	G. * Thero, therro,-u, thiro, thirro,-u, thera, theru, ther, dera, der.	G. Thes.
D. Themo, demo, them, dem, tham.	D. * Thero, therro,-u, thiro, thirro,-u, thera, theru, ther.	D. Themo, them, & thiu.
Acc. Then, thene, thena.	Acc. Thiu, diu, dia, thie, the, tha.	Acc. Thaz, thas, that.
Abl. Themo, demo, them, dem, tham.	Abl. ut gen. & dat.	Abl. Themo, them.

Exempla generis masculini.

Nom. Ther, der, dir, den, thie, the, se. Thuo ther cuning gesaz upho sinemo stuole, *cum rex sederet in solio suo.* w. 16. Ther stanc thines mundes is samo ther suoten ephelo, *odor oris tui est sicut suavium pomorum.* w. 137. Niet te mer than ther mano jeht lightes hauet van himo selvemo, *non magis quam luna aliquid lucis à seipsâ habet.* w. 116. Hic notet lector quod †† *mano lunam* significans in *Francico* sermone est masculini generis, ut & *sunna solem* significans fœminini; sequitur enim in loco citato, also thiu sunna, *sicut sol.* Ther min *dilectus*, ther *verus Solomon*, ther mit sinemo dootha suona hauet gemachot *inter Deum & hominem, dilectus ille meus, ille verus Solomon, qui reconciliationem fecit inter Deum & hominem.* w. So dede imi Got also dir gollsmit düt, *ita cum illis Deus, sicut aurifaber, egit.* S. Ann. Zin Duringen du dir siddi was, *Thuringis tunc moris erat.* S. Ann. Was iru den sun drut, *erat ei filius charus,*

---

† Articulus *Germanicè* declinatus sic se habet:

Nom. Der.	Nom. Die.	Nom. Das.
Gen. Des.	Gen. Der.	Gen. Des.
Dat. Dem.	Dat. Der.	Dat. Dem.
Acc. Den.	Acc. Die.	Acc. Das.
Abl. Dem.	Abl. Der.	Abl. Dem.

** Poeticè therero & therera: quam engil ir himile, braht er therera uuorolti diuri si arundi. *venit angelus ex cœlo, portavit ad mundum tam gratum nuncium. Otfr.* kuning therero liuto, *rex populi.* Otfr. ††Vide Grammaticam *Anglo-Saxonicam.* cap. IV. regula 27.

Otfrid.

Otfrid. Ina thie kefar tharod fon Rumuburg riki thiodan fatta, *illum ibi imperator Romanus regem conſtituit*, C. C. Nu thie cuning, *nunc rex.* thie helago geſt, *ſanctus ſpiritus.* C. C. Tho antlingenti thie engil, *tum reſpondens angelus. Tat.* cap. II. 9. The floud anthabda thena man, ant that hie on if muode bigan andradan, *fluctus hominem ſuſtinuit, uſque dum in animo timere cæperit.* C. C. Thuo ſprak im aft the helago Criſt, *tum ſanctus Chriſtus illi reſpondit.* C. C. Se articulus *Anglo-Saxonicus* non raro occurrit in C. C. Thuo balg ina ſe biſcop, habda bittran hugi, *tum iratus eſt ſummus ſacerdos, & habuit amaram cogitationem.* Nu habit thit leoht ageban, quat hie, Herodes ſe cunning, *nunc, dixit ille, Herodes rex hanc lucem reliquit.* i. e. *mortuus eſt.* Hoc autem à lectore notatu non indignum eſt, linguam *Anglo-Saxonicam* articulum ther, þæp, à *Francica* itidem mutuari, ut Gramm. *Anglo-Sax.* cap. II. reg. 2. docuimus. adeo cognatæ linguæ par pari referre gaudent, & invicem gratias reddere.

Gen. Thes, des. ſino thaz bedde thes cuninges Salemonis, *en lectum regis Salomonis,* w. ſo is kuman thiu heÿderhed thes heyligan geloûuan ouer al thie wereld, *ſic ſanctæ fidei ſerenitas venit ſuper totum mundum,* w. Des rebeſnites zit iſt hiè, *tempus amputationis* (amputandi vineas) *adeſt.* w. Loſe unſih fone des tiufelis chorungen, *libera nos à diaboli tentationibus. Otfridus* apud *Lamb.*

Dat. Abl. Themo, them, tham. Min wino is gelich themo hindkaluo, *ſimilis eſt dilectus meus hinnulo.* w. Forſtuntun fan themo uuorte, *intellexerunt de verbo. Tat.* VI, 5. Thic kundent themo liude thie ruode mines bluodes thar mide icg ſie verlooſda, *qui indicant populo ruborem ſanguinis mei, quocum illos redemi.* w. Witer themo diuuel, *contra diabolum.* w. Thiu meniga *fidelium* is gelich themo geize cortare, *congregatio fidelium eſt ſimilis caprearum gregi.* w. Fan them anagine, *à principio,* C. C. Thuo uuarth thar geſamnod te them uuihe filo uuerodes, *tum congregata eſt in templo magna multitudo hominum.* C. C. Sie flugen iri gezelte ane dem berge Suedo, *fixerunt tentoria ſua in monte Suedo,* S. Ann. Thar fundun ſia enna cuninges thegan under tham uueroda, *invenerunt illic unum regis* (Chriſti) *diſcipulum.* C. C. Van themo graua ze himolo, *à ſepulchro ad cælum.* w. Under themo aphelderbouma, *ſub malo.* w. mit themo beſigatadin brunnen, *cum fonte ſignato.* w. Bezzere ſint thine ſpune themo wine, *meliora ſunt ubera tua vino.* w. Fon demo, ih jû quad, *de quo vobis dixi,* Tatian. Suntir irloſe unſih fona demo ubile, *ſed libera nos à malo. Otfr.* apud *Lamb.* Occurrit etiam thiro vel thero: giſentit uuard engil zi thiornun gimahaltere gommanne thiro namo was Ioſeph, *miſſus eſt angelus ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph.* Tat. III, 1.

Acc. Thene, thena, then. Thie the Chriſtanheyd cunnan beskirman with thene diuuel, *qui Chriſtianam eccleſiam poſſunt defendere contra diabolum.* w. Thuo uuarth thiu tid cuman the thar gitald habdun uuiſa man mid uuordun that ſcolda thena uuih Godas Zacharias biſehan, *tum adfuit à ſapientibus prædictum tempus, quo Zacharias templum dei viſeret.* C. C. An thena uuih, *in templum.* C. C. Ich meinoda then wingardon ther thie menigo thos liudes heuat. *intelligebam vineam multitudinem populi habentem.* w. Nemet then kelih ouh nu zi ju, *accipite jam & calicem vobis.* Otfr. apud Lamb. Thurh then uuizagen ſus quedantan, *per prophetam ſic dicentem,* Tat. cap. V, 9.

Exempla generis fœminini.

Nom. Thiu, diu, thie, the, tha. Thiu *eccleſia* is cuman, *eccleſia venit.* w. Thiu genatha thines *evangelii* ſuozer is than thiu *auſteritas* thero ewo, *gratia tui evangelii dulcior eſt auſteritate legis.* w. So thiu ſunna, *ſicut ſol.* w. Thiu idis uuas bifangan an farlegarniſſe, *mulier deprehenſa erat in adulterio.* C. C. Diu himiliſchi wunne, *cæleſte gaudium*, diu gotheliche wunne, *divinum gaudium,* S. Ann. Thie thornina *corona, corona ſpinea*, w. Ne is uns thie natha niet verſagat, *non nobis eſt gratia negata.* w. Ni gibit uns thaz alta, thaz diu jugund ſcolta: *non datura eſt nobis ſenectus, quod præſtitiſſe debuit juventus.* Otfr.

Gen. Thero, &c. ſtand upa van themo ſuozen ſlapho thero *contemplationis, ſurge à dulci ſomno contemplationis,* w. Thiu *auſteritas* thero ewo, *auſteritas legis.* w. Mich thero werelt verthruzet, *tædet me mundi.* w. Ef hie latat ina is muod ſpanan that hie hit biginne thera gernean thiu im gigangan ni ſcal, *ſi ſinat ipſum ſuum animum adeo applicare, ut illam tandem percupere incipiat, tum illam aſſequetur.* C. C. Thar uuas thes helithes hand mahal endi oc theru helagun thiernum Marium thera guodun, *ibi erant ſponſalia herois ac etiam ſanctæ virginis Mariæ illius bonæ.* C. C. Dazh izh zheicen ſi dera chriſtenlichen geloube, *ut ſignum ſit chriſtianæ fidei.* Otfr. apud Lamb. That Godes bedde bewarent in thirro wereld thimſterniſſe thie *ſancti doctores, lectum Dei in ſæculi tenebris cuſtodiunt ſancti doctores.* w.

Dat. Abl. Thero, &c. Ze thero doupha, *ad baptiſmum.* w. Min wino is gelich thero reion, *ſimilis eſt dilectus meus capreæ.* w. Vore thero porte, *in portâ.* w. After thero burg, *per urbem.* w. Bi thero reyno, *per puritatem.* w. Thuo ſprak eft uualdend Criſt thero idis anduuirdi, *tum reſpondit Chriſtus mulieri.* C. C. Thuo ſagda riki Criſt thero idis alomahtig opanon uuordon, *tum dixit Chriſtus Rex omnipotens mulieri.* C. C. Ther ouh unkuſti ni habet in thero bruſti, *qui nihil incaſtum habet in pectore,* Otfrid. Wio mag thaz ſin firlougnit, thaz himil thero woralti ougit, *quomodo hoc poteſt negari, quod cælum terræ oſtendit,* Otfrid. Ni uuas

lang ze thiu thaz man hobid brahta, endi iz thar thero thiornun forgab. *non longum erat, ante quàm caput allatum erat, & adoleſcentulæ traditum. C. C.* Waz giſeheſtu in ther verhundeton, *quid vides in captivâ?* w. Inti this iſt ther ſehſto manod thera thiu thar ginennit iſt unberenta, *& hic eſt ſextus menſis illi, quæ vocatur ſterilis.* Tatian. III, 8. In therru naht, *in nocte iſtâ.* Tat. CLXI, 2. Giuuitun im thuo ſuocan an ther uuoſtunia uualdandes ſuno Criſt, *tum abierunt ad quærendum Chriſtum Dei filium in deſerto. C. C.* Van thero cribbon, van thero douphe, *à præſepi, à baptiſmo.* w. Van thero gaue minero hande, *ex dono manuum mearum.* w. Mit thero ſuoze ſines *evangelii, cum ſuavitate ſui evangelii.* w In thero doupha, *in baptiſmo.* Bim ich geboran van thero magath, *natus ſum ex virgine.* w. Ob ir willit bekennin der burge anaginne, *ſi ſcire velitis urbis primordia,* S. Ann. Var tho ſancta Maria thiarna thiu mara mit ilu joh mit minnu zi ther iru maginnu, *tum ſancta Maria, virgo celebris, cum feſtinatione & amore profecta eſt ad cognatam ſuam.* Otfr.

Acc. Thiu, &c. Uphferit thurg thiu woſte, *aſcendit per deſertum.* w. Ande thero thorninan *coronam* thie himo *Judaica Gens* uphſazza, *& corona ſpinea, quam Judaica gens illi impoſuerunt.* w. Thie thornina coronan thie druog her gerno thurg juueren willan, *corona ſpinea, quam ille veſtri causâ ſuſtinuit.* w. Thaz bezeychnet thie hoghen, and thie *incomprehenſibilem majeſtatem Chriſti, quod ſignificat altam, & incomprehenſibilem majeſtatem Chriſti.* w. Ich weyz nu *in fide & ſpe* the genatha, the min noch beydet *in re, expecto nunc in fide & ſpe gratiam, quæ me manet in re.* w. Vane himile gaf her in diu craft daz ſi ubir-wunden diu heidenskapht, *à cœlo dedit illis virtutem, ut vincerent paganiſmum.* S. Ann. Unde in dia chorunga ne leitiſt du unſih, *& ne nos inducas in tentationem. Otfridus* apud *Lambecium.*

Exempla generis neutri.

Nom. Thaz, &c. Alſo thaz hoiued richtet *cætera membra, ſicut caput dirigit cætera membra.* w. Nu is thaz ungewedere thero *infidelitatis* fure, *nunc præteriit infidelitatis tempeſtas.* w. Sino thaz bedde thes kuninges, *ecce lectum regis.* w. Thaz eyno is auor ze merchene, thaz that eriſt vers hored *ad eccleſiam de gentibus congregatam, hoc unum vero obſervandum eſt, quod primus verſus ſpectat ad eccleſiam,* &c. w. Wanda geſcriven is thaz that middelothe thes diſches mit minnon geſlihtat ſie, *nam ſcriptum eſt, quod medium menſæ cum charitate lævigatum eſt.* Alſo thaz veld ungeerid, thie bluomen berid, *ſicut incultus ager, qui flores fert.* w. Tho uuard irfullit thiu zit thas ſaliga thiu alta thas kind tho beran ſcolta, *impletum eſt tempus, in quo beata ſenex puerum pareret.* Otfr. That menda mahtig Criſt barno that beſta, thuo hie that bilithi ſprak huo thar ze them uuingardon uurohtion quamun, *Chriſtus omnipotens, optimus ille hominum, hoc intelligi voluit, dum parabolam illam de operariis in vineâ loqueretur. C. C.* That mendun thia uuûruhteon thia an them uuingardon: adro an uhta arbidlico uuerc bigunnun endi thuru uuonodun forth erlos unt abband, *operarii in vineâ hoc ſignificarunt: alii in diluculo magnoperè laborare cæperunt, & ad veſperam uſque manſerunt fortes. C. C.*

Gen. Thes.

Dat. Abl. Themo, them, thiu. Thuo giuuet im uualdand Criſt forth mid thiu folcu innan Hieruſalem, *tum Chriſtus dominus profectus eſt cum populo ad Hieroſolymam. C. C.* Mid thiu Godes barnu, endi mid thero guodun thiornan, *cum Dei filio, & bonâ virgine. C. C.* Si ſprachun filu blide zi themo ſaligen uuibe, *valde gaudentes reſponderunt beatæ fœminæ.* Otfridus.

Acc. Thaz, &c.

Numerus pluralis communis omnium generum.

IV. N.* Thie, the, thiu, thio, thia, thea, tha, thu, dea. G. Thero, therro, there, ther, der. D. Then, them, thiem, dem, den. Ac. Thie, the, *&c.* Abl. Then, them, thiem, dem, den.

Nom. Thie, *&c.* Thaz thie diere gerno in thero hoghe ſint, *quod feræ alta affectant.* w. Thie *cancelli miſerationis.* w. Thuo thie *parentes* thus quathan, *dum parentes ſic locuti ſunt.* w. Thie bittera figon, *amari ficus.* w. Thie wingardon bluoyent, *vineæ florent.* w. Thie *legalia præcepta.* thie *angelica præſidia.* w. Kunde mir war the *veræ fidei doctores ſint.* w. So thu van him gelernes ſo ne werthent thine *auditores oves,* the *juſtos* bezeychnet, ſun der *hædi* the *peccatores* bezychnent, *adeo ut ab illis diſcas, ſic tui auditores non ſunt oves, qui juſtos ſignificant, ſed hædi, qui peccatores ſignificant.* w. Thiu wiif ſint *fragilioris ſexûs,* than thie man, *fœminæ ſunt fragilioris ſexûs, quàm viri.* w. Ze thiu thaz thiu wiif ſamſto ze themo diſche uph getredan muga, *eò ut mulieres facile ad menſam aſcendant.* w. Ich bim ſalo ſamo thiu hereberga Cedar, and ich bim auor wathelic ſamo thiu gezhelt Salomonis, *nigra ſum ſicut tabernacula Cedar, ſed formoſa ſum ſicut tentoria Salomonis.* w. Thiu geſperre, *tigna.* Thiu getauela, *laquearia.* w. Matheus endi Marcus ſo uuarun thia man hetana, *Matthæus & Marcus, ſic appellati erant homines. C. C.* Thio in uns gifulta ſint, *quæ in nobis completa ſunt.* Tat. procem. I. Dit ſint dae tyaen wird, *hæc ſunt* X. *verba,* ep. decal. Thea liudi ſtuodun umbi that helaga hus,

---

* *Germanice.* N. Die. G. Deren ł der. D. Denen ł den. Acc. Die. Abl. Denen, vulgò den.

populus

populus circum ſteterunt ſanctam domum. C. C. Thar gifran ik that ſia thu berehtun giſcapu mariun gimanodun, *ibi, ut ego reſcivi, manifeſta mandata nobiles illos monuerunt.* C. C.

Gen. Thero, *&c.* Withene thine zigan bi then herebergan thero herdon, *paſche hædos tuos juxta tabernacula paſtorum.* w. Will ich jemer gehugan thero ſinero micholen genathan, *ſemper memor ero illius magnorum favorum.* w. Thero allero jegelich hauet ſin ſuerd an handon, *quiſque omnium habet*, i. e. *ſinguli habent gladium ſuum in manibus.* Thero *Apoſtolorum prædicatio.* w. Samo thaz corter thero ſcorenon ſcaphon, *ſicut grex tonſarum ovium.* w. Ich bim veld bluome, and lilia therro dala, *ego flos campi, & lilium convallium.* w. Thero allero jegelich ne ſcal ſin ſuerd van ſinemo thike niet lazan, *nemo omnium ſuum gladium à femore ſuo dimittet.* Therro ther ein ze anderen *mutuâ charitate cohærent*, *Horum alter alteri mutuâ*, &c. w. Nah themo ſpore there herdniſſen, *poſt veſtigia gregum.* w. Alſo thiu binda ze ſamene thinguet thie maniga ther lokko, *quemadmodum vitta ſimul vincit multitudinem capillorum.* w.

Dat. Abl. Thie ſint gelich then ſcorenen ſcaphon, *qui ſimiles ſunt tonſis ovibus.* w. Withene thine zigan bi then herebergan, *paſce hædos tuos juxta tabernacula.* w. Then weynegen dieren *aſſimilatus*, *Parvis feris aſſimilatus.* Von thannon ſint mith then wiuon bezeychenet thie guode ſielan, *Quare per fœminas ſignificantur bonæ animæ.* w. Ze then linebergon, *cancellis.* w. Ze then thie nithana ſint, *iis qui deſurſum ſunt.* w. Mit then bezzeſton ſaluon, *cum optimis unguentis.* w. Bi then dugethen, *per virtutes.* w. Alſo thiu lilia is under then thornan, *ſicut lilium eſt inter ſpinos.* w. Sihet uz then venſtron, *deſpicit per feneſtras.* And wardet van then linebergon, *& proſpicit per cancellos.* w. An then *conventiculis*, *In conventiculis.* w. Ande van then dugathan quam guod liumunt, *& à virtutibus venit bona fama.* w. That mugat gi antkennian uuell an thiem is uuaron uuordon, *hoc vos poſſitis benè diſcernere ex verbis illius veris.* C. C. Lob thu in tugenlicher aht, und lat den kranken alſo leben als im von arte is geſlacht, *vivet tu in virtutis exiſtimatione, & ſine impotentes vitam inſtituere, prout illis à naturâ conſentaneum eſt.* winſ. Da uuir dih geſehen ſculen, unde den engilen geliche uuortine lib ane tot haben ſculen, *ubi te videbimus, & angelis ſimiles facti in cœlo convixerimus. Otfr.* apud *Lamb,*

Acc. Thie, *&c.* Thiu binda ze ſamene thuinget thie maniga ther lokko, *vitta colligat faſciculum capillorum.* w. Wanda ſiu thie ſconen, ande thie ſuozen ephela bired, *quia pulchra & ſuavia poma fert.* w. Her overſpringet thie huuela, *tranſilit colles.* w. Thie angelica *præſidia* hauon ich geſcaphat, *angelica præſidia ego feci.* w. Hiro kind vuchta ſo erneſthafto wither the Chriſtenen, *ejus liberi pugnabant tam vehementer contra Chriſtianos.* w. Geng im thuo uuid thia man ſprecan, *tum abiit ad loquendum contra homines.* C. C. So lerda thie helago Criſt thia is guodun jungron, *ſic docuit ſanctus Chriſtus bonos ſuos diſcipulos.* C. C.

V. Articuli in linguâ *Francicâ* eleganter præponuntur pronominibus poſſeſſivis, ut apud *Græcos* & *Italos*: ut, ther thin weyniga gardo, ther in Judæâ was, *hortulus tuus, qui in Judæâ erat.* w. Vone thannan thiu thin *dextra* wirthet vone mir gezieret mit *palmâ victoriæ*, *Quamobrem dextra tua à me ornata eſt cum palmâ victoriæ.* w. Einigh is thiu min duua, *unica eſt mea columba.* w. Thiu min *eccleſia catholica.* w. Wille ich jemer gehugan thero ſinero michalen genathan, *ſemper meminero magnarum ejus gratiarum.* w. So lerda thie helago Criſt thia is guodun jungron, *ſic docuit ſanctus Chriſtus bonos ſuos diſcipulos.*

VI. Articulus ponitur etiam eleganter inter ſubſtantivum & adjectivum: ut, Meſtar thie guodo, *bone Magiſter.* heland thie guodo, *ſalvator bone.* fromin thie guodo, *domine bone.* C. C. Thuo giuuet im oc mid is hiuuiskie Joſeph thie guodo, ſo it God mahtig uualdand uuelda, *tum diſceſſit cum ſuâ familiâ Joſephus bonus, ſicut Deus dominus omnipotens mandavit.* C. C. Thar uuas thes marien ſtuol an er dagon adal cuninges Dauides thes guoden, *ibi antiquitùs erat ſolium celebris illius patriæ regis Davidis boni.* C. C. Thar iro bethero uuas thes helithes hand mahal endi oc theru helagan thiernum Marium thera guodum, *ibi amborum erant (celebratæ) nuptiæ, herois & ſanctæ virginis Mariæ bonæ.* C. C.

VII. Articulus indefinitus apud *Franco-Theotiſcos* eſt nomen numerale, quod nomini ſubſtantivo præpoſitum, oſtendit ejus ſignificationem eſſe indeterminatam, ſive quod rem aliquam incertam ſignificat; eſtque duplex vel quantitatis *continuæ* vel *diſcretæ.*

VIII. Articulus indefinitus quantitatis *continuæ* eſt ſume, *aliquis*; præfigitur nominibus res per partes vel gradus diviſibiles ſignificantibus.

IX. Articulus indefinitus quantitatis *diſcretæ*, vel numeri, eſt ein, eyn vel en, *unus*; ſumelich, *quidam*; pluraliter ſumeliche. de quibus in capite de pronomine.

Exempla.

An enaro copſtedi, *in quodam foro.* C. C. Thuo fundun ſia ena thar fruodon man ſittean bi them ſeuue, *tum invenerunt ibi quendam ſapientem virum ſedentem juxta mare.* C. C. An ena uuoſtinnea giuuet Godes ſuno, *Dei filius abiit in quandam deſertum.* C. C. Sume ſtund *eſt tempus actionis*, ſume ſtund *tempus contemplationis.* w. Thuo waron ſumeliche *proceres* thie ther beythe woldan joh *in me credere*, joh *legem carnaliter obſervare*, *Tum erant quidam proceres, qui vellent & in me credere, & legem carnaliter obſervare.* w.

CAPUT TERTIUM.

De nomine, & ſpecialius de nomine ſubſtantivo.

I. NOMEN eſt vel ſubſtantivum vel adjectivum. Subſtantivum eſt, quod rem abſolutè vel ſine connotatione ſignificans poteſt præmitti verbo, ut ſubjectum orationis: ut man, *homo*; drohtin, *dominus*; himil, *cœlum*. Subſtantivum autem vel eſt commune vel proprium. Commune rem pluribus communem ſignificat; ut man, menniſco vel menniſc, *homo, humanum genus*. Proprium rem ſingularem ſignificat: ut Karle, *Carolus*; Leodawig, *Ludovicus*; Adalmunt, *Adalmundus*; Adalrat, *Adalradus*.

II. Subſtantivum iterum vel ſimplex eſt vel compoſitum: ſimplex, ut rok, *fumus*; fat, *vas*. compoſitum, ut rokfat, *thuribulum*. Compoſitum autem fit vel ex duobus ſubſtantivis, ut rokfat, *thuribulum*; vel ex adjectivo & ſubſtantivo, ut uuihrog vel uuihrok, *thus*; uuihbod, *altare*; quorum alterum componitur ex uuih, *ſanctus*, & rok, *fumus*; alterum ex eodem uuih, & bod vel beod, *menſa*.

III. In ſubſtantivis ſive ex duobus ſubſtantivis, ſive ex adjectivo & ſubſtantivo compoſitis, prior vox eſt pars ſpecificans; poſterior, pars ſpecificata; unde in *Latina* verſione nominum compoſitorum prior vox, quamvis nomen ſubſtantivum ſit, per adjectivum reddenda eſt, vel per ſuum genitivum, aut periphraſin aliam adjectivo æquipollentem, ut in Grammaticæ *Anglo-Saxonicæ* capitis tertii regulâ I, fusè oſtendimus.

IV. Nomina quum ſubſtantiva tum adjectiva variantur per caſus in Linguâ *Francicâ*, haud ſecus ac in *Græcâ* & *Latinâ*. Subſtantiva autem variantur (quatenus mihi hactenus obſervare licuit) quinque modis, ac proinde dici poſſint declinationes apud *Francos* fuiſſe quinque.

V. Prima declinatio eſt maſculinorum, quorum genitivus ſingularis exit in ES, & præ mutatione vocalium in IS & AS; Dativus & Abl. in E, & propter vocalium mutabilitatem in O & A. Nom. & Acc. plur. in E, & A. & in *C. C.* in OS. Gen. in A, & cognatam O. Dativus & Abl. in AN, EN, IN, ON, UN, UM.

Numerus Singularis	*Numerus Pluralis.*
Nom. Ther cuning, *rex.*	Nom. Thie cuninge, * a.
Gen. Thes cuninges, is, as.	Gen. Thero cuninga, o.
Dat. Themo cuninge, o, a.	Dat. Then cuningan, en, in, on, un, um.
Acc. Thene cuning.	Acc. Thie cuninge, a.
Voc. O thu cuning.	Voc. O ir cuninge, a.
Abl. Themo cuninge, o, a.	Abl. Then cuningan, an, en, in, on, un, um.

Exempla.

Nom. Ther cuning leydede mer in ſine genathema, *rex me duxit in ſua cellaria.* w. Min minna is ſamo ſtarc ſo ther dooth ingegen thich, *fortis eſt ut mors dilectio mea erga te.* w. Ther hals ze ſamene vogat thaz hoiuet ande then lichamo, *collum connectit caput corpori.* w. Ther win then thu meinoſt ther zimet minemo drute ze drinchene, *vinum, quod intendis, eſt dignum dilecto meo ad potandum.* w. Hic autem notandum eſt nom. ſingularem aliquando terminari in vocali, ut in firinari; zollanari, *publicanus*; conſtari, *tentator.*

Gen. Ande is auor thin vahs gedaan alſo cuninges purpura, *coma tua, ut purpura regis.* w. Hiuuiski heƀan cuninges, *familia regis cœleſtis. C. C.* Sino thaz bedden thes cuninges Salomonis, *ecce lectum Salomonis.* w. Thes helithes hand mahal oc theru helagun thiernum, *ſponſalia herois* [Joſephi] *& ſanctæ virginis. C. C.* Menigi himiliſches heres, *multitudo cœleſtis exercitus.* Tat. IV, 4. Min *ſponſus* thie the bitterheyd thes dothes thurg mich leyth, *ſponſus meus, qui amaritudinem mortis pro me paſſus eſt.* w. Haua je thoch jegen mich then ſido thero reion, ande thes hindkalues, *obſerva tamen erga me morem capreæ, hinnulique.* w. Geſceret haueſtu mir min herzo in einemo thinero ougan, other in einemo hare thines halſes, *vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, aut in uno crine colli tui.* w. Ich mines wines minno ſiechon, *amore langueo mei dilecti.* w. Godis drut, *Dei dilectus.* helag uuord Godas, *ſacrum verbum Dei.* Thuru craft Godas, *per divinam poteſtatem.* That uuart all mid uuordon Godes faſto bifengan, *omne id verbo divino ſtabilitum erat.* Ni uueldun derbeas uuiht gifrummean, *nihil mali committere voluerunt. C. C.* Sin bilethe is alſo the bergas Libani, *ſpecies ejus, ut Libani montis.* w.

* Et in *C. C.* in OS, ut in Lingua *Saxonicâ* in AS. Vide Grammaticam *Anglo-Saxonicam.*

Dat.

Dat. & Abl. Ande thaz leyth ich thurg einen jegelichan *fidelium auditorum qui adhærent doctoribus*, alſo thaz vahs themo halſe, *& hoc paſſus ſum propter unumquemque fidelium auditorum, qui adhærent doctoribus ſicut coma collo.* w. Minemo wine bin ich hold, *dilecto meo ego ſum fidelis.* w. Quad Zacharias zi themo Engile, *dixit Zacharias ad Angelum. Tat.* Wis geliich thero reion, ande themo hindkaluo, *aſſimulare capreæ hinnuloque.* w. Samo geize corter thaz ther geet upho themo bergo Galaad, *ſicut grex caprarum, qui aſcenderunt montem Galaad.* w. Vox prædicantium, thiu is geliich themo bezzeſton wino, *vox prædicantium, quæ ſimilis eſt optimo vino.* w. Ther ſuoze ſtank an themo niwen ouaze, and an themo alden wine, *ſuavitas recentis fructûs & veteris vini.* w. Ther *verus pacificus* the ther mit ſinemo dootha *diſſolvit inimicitias inter deum, & hominem.* w. In himile in abgrunte ouh hier nidere, *in cælo & profundo [abyſſo] & hic infra. Otfr.* apud *Lamb.*

Ac. Gehuga miner minnon, thiu ingegen thich ſo ſtarc is, thaz ich ſelf then dooth thurg thinan willan leith, *memor eſto amoris mei, qui erga te tam fortis eſt, ut tui gratiâ mortem paſſus fuerim.* w.

Nom. Plur. Inti ambahta uuarun uuortes, *& miniſtri fuerunt ſermonis.* Tat. procem. 2. Ich geſcapho, thaz thie keyſere, and thie cuninga *adorabunt veſtigia pedum tuorum, Me auctore, imperatores & reges adorabunt*, &c. w. Helithos ſtuodun gumon umbi thena Godes ſuno, *egregii & eximii viri circumſteterunt filium Dei. C. C.* Thuo te thes uuateres ſtade ſamnodun thia geſithos Criſtes, the hie im habda ſelbo gicorana ſia tuelifi, *tum ad maris littus congregati erant diſcipuli Chriſti, quos ipſe elegerat illi duodecim.* Sic occurrunt rincos, uuûluos. *&c.* plura exempla videas in reg. 13.

Gen. Van thero ſpizzon thero hohen bergo Amana, ande Sanir, ande Hermon, *de vertice montium Amana, & Sanir, & Hermon.* That iro an them ſithe ſuno odan uuarth giboran an Bethlehem allero cuningo craftigoſt, *quòd illis in regione iſtâ filius natus erat in Bethlehem, partus omnium regum potentiſſimus.* Ac cumit fan allaro bomo gihuilicon ſulic uuaſtom ſo im fan ir uurtion gidregit, *ſed ab arborum quâque provenit talis fructus, qualis illi à radicibus trahitur. C. C.*

Dat. Abl. Ich ſiho vilo clare, min weythe is ouch an then bergan, *ego valdè clarè video, & paſtus meus eſt in montibus.* w. Untar mannum, *inter homines*, Otfrid. Din uuille giskehe in erda fone menniſgen, alſo in himile fone den engilen, *fiat voluntas tua ab hominibus in terra, ſicut ab angelis in cælo. Otfr.* apud *Lamb.* Mit engelon joh mannon in euuenigen ſangon, *cum angelis, & hominibus, in ſempiternis canticis. Otfr.* apud *Lamb.*

Acc. Minnot juwera fianta, *diligite inimicos veſtros.* Tatian.

VI. Secunda declinatio eſt neutrorum, quorum genitivus ſing. exit in ES, Dativus & Ablativus in E, A, O, U. Nominativus & Accuſativus plurales eandem ſortiuntur terminationem cum nominativo ſingulari; & præterea deſinunt in O & A. Genitivus in E, O. Et Dativus & Ablatiuus exeunt in ON, AN, EN, IN, UN, UM.

Numerus Singularis.	*Numerus Pluralis.*
Nom. Thaz word, *verbum*, werch, *opus.*	Nom. Thie word, werch, thie worda, wercha, wordo, wercho.
Gen. Thes wordes, werches.	Gen. Thero worde, werche, o.
Dat. Themo worde, werche, a, o, u.	Dat. Then wordon, werchon, an, en, in, un, um.
Acc. Thaz word, werch.	Acc. Thie word, werch. thie worda, wercha, wordo, wercho.
Voc. O thaz word, werch.	Voc. O thie word, werch, a, o.
Abl. Themo worde, werche, a, o, u.	Abl. Then wordon, werchon, an, en, in, un, um.

Exempla.

Nom. Sing. Ich gieng in then nuz gardon, thaz ich beſahe wie thaz ouaz in ther dala ſlahta worthan wara, *deſcendi in hortum nucum, ut viderem qualis erat fructus in valle.* w. Do wir thes wara of the wingardo bluoie, of nah thamo bluothe thaz wocher ſich geſcuphe, *videamus ſi floret vinea, ſi flores fructus parturiunt. an poſt florem fructus ſe formet.*

Gen. Ich gero thaz min wine kume in ſinen gardon, thaz her thar ezze thaz wocher ſines eigenen ouezes, *utinam veniat dilectus meus in hortum ſuum, ut ibi comedat fructum pomorum ſuorum.* w. Thuo ſprak ſan after thiu modor thes kindes, *tum ſtatim locutus eſt mater infantis, pueri. C. C.*

Dat. & Abl. So ich in ſulichemo bedde geligon mid minon winon, ſo is ſin winſtra under minemo hoyueda, and ſin zeſewa umbegriphed mih, *dum in tali lecto jaceam cum dilecto meo, læva ejus ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me.* w. Qui adhærent *mihi* alſo thie lokka themo hoiuede, *qui adhærent mihi, ut cæſaries capiti.* w. Mines wines winſtra liget under minemo hoiuede. w. An themo niwen ouaze, *in novo fructu.* w. Buomgardo ruodero ephelo mith allero ſlahto ouezo, *hortus pomorum rubrorum cum omne genus fructu.* w. Mid thiu Godes barnu, endi thero guodan thiornan, *cum filio Dei, & bonâ virgine. C. C.* Mith wochru thera reuuûn, *cum fructu pœnitentiæ.* Hymn.

Acc. Thaz hals ze ſamene vogat thaz hoiuet, ande then lichamo, *collum connectit caput & corpus.* w.

Nom. Pl. Alla ſine werch waron alſo mahtiga, alſo ſiu *procedebant ex potentiâ divinâ, Omnia ſua opera, ſicut procedebunt ex potentiâ divinâ, ſic magna erant.* w. So luchent mer allo thino word, and allo thino werch, *ſic mihi placent omnia tua verba, & omnia tua opera.* w. Alſo thiu wad then lichamon ziret an menniskon geſihte, ſamo zirent thich guode wercho an minero anſiune, *ſicut veſtis adornet corpus in conſpectu hominum, ſic te adornant bona opera in conſpectu meo.* w. Thiu word mines *ſponſi* ſint ſcone ſamo lilion, *verba mei ſponſi ſunt pulchra, ſicut lilia.* w.

Gen. Uuorto, *verborum*, in gloſſa *Hrabani Mauri* apud *Lamb.* biblioth. *Cæſ.* lib. II. cap. 5. Thiu vernumſt ſinero wordo is ſuper mel & favum, *perceptio illius verborum eſt*, &c. Thaz is al thaz geruſte guodero lero and guodero wercho, *id eſt omnis ille apparatus bonæ doctrinæ & bonorum operum.* w. Ih uuirdu Gote almahtigen bigihtig minero unrehtero uuorto, *confiteor deo omnia mea injuſta verba.* F. V. C.

Dat. Abl. In thinen werchon, *in operibus tuis.* w. Tho ich mich geeinoda thurgh mines wines willan *ſubire opus prædicationis*, tho richt ich mich uph ze guodon werchon, *quum ſtatuerim mei dilecti ergô ſubire opus prædicationis, erigebam me ad bona opera.* w. Wanda ich an allon minon werchon neheinen *humanum favorem* ne wille *expetere.* w.

Acc. Wanda ſia alla hiro werch duont thurgh wereldlichon ruom, *nam omnia ſua opera faciunt propter mundanam remunerationem.* w. Ande wanda thu alla thine werch feſtinas *munire* mit exemplis, *& quia omnia tua opera feſtinas munire cum exemplis.* w.

VI. Tertia declinatio eſt fœmininorum, que in genitivo ſingulari flectuntur in E, A, O, U. at in cæteris caſibus utriuſque numeri ſequuntur formam primæ declinationis, ut geſcripht, *ſcriptura.*

Numerus Singularis.	*Numerus Pluralis.*
Nom. Thiu * geſcripht, *ſcriptura.*	Nom. Thie geſcriphte, a, o.
Gen. Thero geſcriphte, a, o.	Gen. Thero geſcriphte, a, o.
Dat. Thero geſcriphte, a, o, u.	Dat. Then geſcriphton, an, en, in, un, um.
Acc. Thiu geſcripht.	Acc. Thie geſcriphte, a, o.
Voc. O thiu geſcripht.	Voc. O thie geſcriphte, a, o.
Abl. Thero geſcriphte, a, o, u.	Abl. Then geſcriphton, an, en, in, un, um.

Exempla.

Nom. Sing. Thiu geſcripht hauet ſamo thrada vard, *ſcriptura habet æque vehementem impetum.* w. Notandum hic autem eſt nom. ſingularem terminari non raro in e & i.

Gen. Under then lilian, thaz ſint thie luttere, and thie ſcona ſinne thero haligan ſcriphte, *inter lilia, quæ ſignificant clarum & pulchrum ſcripturæ ſenſum.* w. Thie bezeichenet cinnamomum, weynegaz boumelin, ande auor michelere creſte, ande ſuozes ſtankes, *quam cinnamomum ſignificat, parva arbuſcula, ſed magnæ virtutis, & ſuavis odoris.* w. Skeyne mith githes wilcharo doychene thinro crafto, thaz thu min niet vergezzan haueſt, *oſtende interdum aliquo ſigno tuæ virtutis, quod mei non oblitus es.* w. Vone thannan ther manlichero dugathe is, ther huodet gerno thes, thas her in vineâ Domini niet mercenarius ne ſi, *quamobrem qui virilis virtutis eſt, is cavet diligenter ne mercenarius ſit.* w. Thero ſlachta was thiu ſalua thar mide Maria Magdalena ſaluado *pedes Domini, Id genus erat unguentum, quocum Maria Magdalena unxit pedes Domini.* w. Van thero magathe wambon in the cribbon, *à virginis utero in præſepe.* w. Wanta er iſt edil Franco, uuiſero githanko uuiſera redinu, thaz duit er al mit ebin, in ſines ſelbes bruſti iſt herza filu feſti, *etenim nobilis eſt ille Francus prudentis animi, prudentis conſilii, quòd nihil non facit æquanimiter, utpote cor habens in ſuo pectore valde firmum.* Otfr. apud *Lambecium.* Vocales e, a, o, quæ terminant genitivum, nonnunquam omittuntur: ut, tauganiu dera naht, *ſecreta noctis.* Hymn. XV, 3.

Dat. Abl. Thie ſielan the ther jugethet ſint in thero doupha, *animæ quæ renovatæ ſunt in baptiſmo.* Van thero cribbon ze thero doupha, van thero douphe ze themo cruce, *à præſepi ad baptiſmum, à baptiſmo ad crucem.* w. In erdu ioh in himile, *in terrâ & cælo.* Otfr. apud *Lamb.* At in paraphraſi orationis dominicæ: Din wille giskehe in erda ſone mennilgen, *fiat voluntas tua in terra ab hominibus.* In anaginne uuas uuort, *in principio erat ſermo.* Tat. I, 1. Inti uuas in uuoſtinnu, *& erat in deſerto.* Tat. IV. 9.

Nom. Pl. Thar ſchinen aller ſlachte dugathe, *ibi fulgent omne genus virtutes.* w. Alſo *multa grana ſub uno cortice mali punici continentur*, ande an then aller ſlachta dugatha vunden werthent, ſamo in themo boumgardon aller ſlachta ouaz, *quemadmodum multa grana ſub uno cortice mali punici continentur, & in illis omne genus virtutes inveniuntur, ſic in horto omne genus fructus.* w. Cuninginnan, ande keueſe louenden ſie, *reginæ & concubinæ laudaverunt eam.* w.

---

* Alias giſcrib: Ni uueſtun ſie giſcrib, *non ſciebant ſcripturam.* Tat. cap. CCXX. 5. Arrekita in alle giſcribon, *interpretabatur illis omnes ſcripturas.* CCXVII. 3. vide R. 18. legitur etiam Giſcrip: Inti offonota uns thiu giſcrip, *& aperuit nobis ſcripturas.* CCXXIX. 1.

Gen.

Nom. Ahtzoh ſint thero keveſe, *octoginta ſunt concubinæ.* w. Thar mide machot ir ſie liumhaftig ſtadigare dugatha, *hac ratione redditis eam aſſiduarum virtutum famâ conſpicuam.* w.

Dat. Abl. Thrie ſtund hauon ich thich gelathot thaz thu wizzeſt thaz thu thurgnatigh ſcalt ſin an then thrin dugathen, *ter te vocavi [monui,] bene nôſti, ut perfecta eſſe debeas in tribus virtutibus, fide, ſpe, charitate.* w. Van then dugathan quam quod liumunt, *à virtutibus provenit bona fama.* w. Inti thas lioht in finſtarneſſen leuchta, *& lux in tenebris lucebat.* Tat. cap. I. 4.

Acc. So tharnah tho ich hiro geſcriphta thurg ſuohta, tho vand ich minen wine, *quam primum illorum ſcripta ſcrutatus ſum; inveni meum dilectum.* w.

VIII. Quarta declinatio eſt nominum fœminini generis, quæ in recto, accuſativo & vocativo ſingulari in E exeuntia, faciunt cæteros caſus utriuſque numeri, excepto vocativo ſingulari, in AN: ut genatha, *gratia*; thiorna, *adoleſcentula, virgo*; ſunna, *ſol.*

Numerus Singularis.	*Numerus Pluralis.*
Nom. Thiu genatha, *gratia.*	Nom. Thie genathan.
Gen. Thero genathan, un.	Gen. Thero genathan.
Dat. Thero genathan.	Dat. Then genathan, en, on, in, un, um.
Acc. Thiu genathan.	Acc. Thie genathan.
Voc. O Thiu genatha.	Voc. O thie genathan.
Abl. Thero genathan.	Abl. Then genathan, en, on, in, un, um.

Exempla.

Nom. Acc. Sing. Thiu ſelua genatha is thir gara, *eadem eſt gratia tibi paratâ.* w. Minemo drute leiſto ich trûuua, ande min wino leiſtet mir genatha, *dilecto meo ſervo fidem, & dilectus meus præſtat mihi gratiam.* w.

Gen. O *Synagoga* thu wundereſt thich thero genathan thiu mir geſchehan is, O *Synagoga! eſt tibi admirationi gratia, quæ mihi facta eſt.* w. Der man eſt ſalig, der in dero argon rat ne giene, ſo Adam teta, doer dero chenun rates volgeta uuider Gote, *beatus eſt vir, qui non abiit in conſilio impiorum, quemadmodum Adamus, qui conſilium mulieris ſecutus eſt contra Deum. Otfrid.* apud *Lamb.*

Dat. Abl. Thunket mir alſo ſcona ſo ther mano, wanda ſiu wole weiz thaz ſie *pulchritudinem virtutum* von hiro ſeluero niet ne hauet, ſunder von Godes genathan, niet te mer than ther mano jeht lightes hauet von himo ſeluemo, *mihi videtur æquè pulchra, ac luna; nam bene novit, quod pulchritudinem virtutum à ſeipsâ non habet, ſed à gratia Dei; quemadmodum luna nihil luminis à ſeipsâ habet.* w. Notandum autem hic eſt, terminationem AN, præ confuſione vocalium & conſonantium non raro mutari in EN, ON, UN, UM; ut ſequentia exempla in genitivo, dativo, & ablativo ſingulari oſtendunt: Ioſeph Davides ſunu ni curi thu zi nemanne Mariun thina gimahhun, *Joſeph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Tat. v, 8. Thar uuas thes helithes hand mahal endi oc theru helagun thiernum Marium thero guodun, *ibi (celebrata) erant ſponſalia viri & ſanctæ virginis Mariæ illius bonæ. C. C.* Tho ni uuas lang te thiu that man an thia halla hobid brahta thes thiod gumen, endi it thar thero thiornun forgab, *tum non longum erat antequam caput utilis viri publicè allatum in aulam erat, & illic virgini traditum. C. C.* After is lerun, *ſecundum illius doctrinam. C. C.* Thie era ne hauon ich niet von einegan minan *meritis*, ſunder vone mines *ſponſi* genathon, *Hunc honorem non habeo à propriis meis meritis, ſed à ſponſi mei gratiâ.* w.

Dat. Sing. Nu wil ih ſcriban unſer heil, evangeliono deil, ſo uuir nu her beginnen, in frenkiſga zungun, *nunc in linguâ Franciſcâ deſcribam, prout hic ordior, integros evangeliorum libros.* Notandum autem hic eſt, accuſativum ſing. terminari etiam ut nom. in A.

Nom. Plur. Thie thiernan ſahon ſie, *filiæ viderunt eam.* w. Cuninginnan and keueſe lovenden ſie, *reginæ & concubinæ laudaverunt eam.* w.

Gen. Thero thiernan ne is nehein zala, *adoleſcentularum nullus eſt numerus.* w. Thero dugathen allero anaginna, *initia omnium virtutum.* w.

IX. Notandum quoque eſt, nomina primæ, ſecundæ & tertiæ declinationis emphatice & demonſtrative poſita ad quartam tranſire addendo A, ſi in conſonantem deſinant; vel ſi in E deſinant, mutando E in A: ut dugeth, dugetha, *virtus*; wunne, wunna, *gaudium*; ere, era vel eera, *honor.* Wunne thes euuigan liues, *gaudium æternæ vitæ.* w. Diu Goteliche uuûnna, *divinum gaudium.* S. Ann. Ther tod uuas in uuûnna thuruh Gotes minna, *mors iis erat gaudium propter dei amorem.* Otfrid. Mihil uuûnna, *magnum gaudium*, Otfrid. Michil ere, *magnus honor.* S. Ann. Thiſu uuorult era, *hujus ſæculi gloria.* Otfrid. Thie hauent ouch thar thie meyſto eera, *hi habent maximam gloriam.* w. Truhtin, *dominus*, emphatice truhtina: ut, thih truthinan gehemes, *Te dominum confitemur.* Hymn. M.

X. Præterea à tyronibus Linguæ *Francicæ* ſtudioſis obſervandum eſt, quòd nomina quartæ declinationis in A exeuntia ſæpe vertunt A in o, & in nom. & vocativo & in cæteris caſibus AN in ON: ut, want er iſt ſelbo brunno, ioh alles guates wunno, *nam ille ipſe fons eſt, & oble-*

ſtamentum omnis boni. Otfr. Wir ne willon niet vergezzan thaz thiu genatho thines *Evangelii* ſuozer is, than thiu *auſteritas* thero ewo, *non obliviſcemur, quòd tui evangelii gratia dulcior eſt auſteritate legis.* w. Thin wamba is ſamo weizes houph, *venter tuus eſt ſicut acervus tritici,* w. At in alio loco, min wambo erbeueda ze ſinemo angripho, *venter meus intremuit ad tactum ejus.* Sic, erfloigat hauet mich min gethanka, *conturbavit me anima mea.* w. Aſt alibi, wanda thurgh thaz hauon ich thir mine *corporalem præſentiam ablatam,* thaz al thine gethanco ſi ze therro werelde, *ubi regem in decore ſuo videbunt oculi beatorum; Nam propter hoc à te abſtuli corporalem meam præſentiam, ut omnis tua cogitatio ſit* (converſa) *ad illum mundum, ubi regem,* &c. Sic in eodem auctore legimus kere withere, kere wither verhundeta, *revertere, revertere captiva;* aſt alibi, waz ſiheſtu in ther verhundeton, *quid videbis in captivâ.* Wille ich jemer gehugan thero ſinero michelan genathon, *ſemper meminero magnæ illius gratiæ.* w. Sic quamvis fere ſemper ſcribitur *thiarna vel thierna, *virgo,* apud *Otfridum*; thiorno tamen magis placuit *Tatiano.*

XI. Quinta declinatio eſt maſculinorum, & neutrorum, quæ in recto & vocativo ſingulari in o exeuntia, formant cæteros caſus utriuſque numeri in on, ut wingardo, *vinea*; herzo, *cor.*

Numerus Singularis.	*Numerus Pluralis.*
Nom. Ther wingardo.	Nom. Thie wingardon, un.
Gen. Thes wingardon.	Gen. Thero wingardon, wingardono.
Dat. Themo wingardon.	Dat. Then wingardon.
Acc. Thene wingardon.	Acc. Thie wingardon, un.
Voc. O ther wingardo.	Voc. O thie wingardon.
Abl. Themo wingardon.	Abl. Then wingardon.

Exempla.

Nom. Acc. Sing. Unſer wingardo is an bluothe, *vinea noſtra floret.* w. Thu biſt wola ſlozhaft gardo ſueſter min, gemahela, gardo ſlozhaft, brunno biſegelad, *hortus concluſus es ſoror mea, ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* w. Thu biſt gardbrunnon, *tu fons hortorum.* w. Samo ther fliezende brunno, *ſicut fons ſaliens.* w. Ich gieng in then nuzgardon, *deſcendi in hortum nucum.* w. Thogh ich minon wingardon beuolan haue then winzurnelon, *quamvis vineam meam cuſtodibus commiſi.* w. Nota vero, quod accuſativus ſing. aliquando ſimilis nominativo factus terminatur in o.

Dat. Abl. Min drut is nither gegangan ze ſinemo gardon, *dilectus meus deſcendit in hortum.* w. In thinemo garden ſint gewaſſen *aromaticæ arbores,* and allero ſlahta bouma, thie uphon libano gewaſſen ſint, *in horto tuo creſcunt aromaticæ arbores, & omne genus arbores, quæ ſuper Libanum creſcunt.* w. Wanda aller ſlahta dugeth an thir quekkent, alſo in themo gardon aller ſlahta krud gruoient, *nam omnigenæ virtutes in te floreſcunt, ut omnigenæ herbæ creſcunt in horto.* w. At pag. 73. w. legitur in themo boumgardo, ſed *mendosè,* ut opinor, pro boumgardon.

Nom. Acc. Pl. Thie wingardon bluoyent, *vineæ florent.* Alſo thie diuren ſaluon thie vol ſint thes guodes ſtankes, *ſicut pretioſa unguenta, quæ ſunt plena boni odoris.* w. Muade ruacham lichimanun, *feſſa curis corpora.* Hymn. Sia badun ina helagna, that hie im iro ogun opana gidedi, *rogaverunt ſanctum, ut illis oculos aperiret.* C. C. Hren ſia thuo mid is handon deda is helpa thar tuo, that them blindon thuo bethion uurthun ogun giopanod, *tum manibus ſuis tetigit eos, opemque ita tulit, ut cæcis ambobus oculi aperirentur.* C. C. Thaz her giuuente herzun fatero in kind, *ut convertat corda patrum in filios,* Tat. ii, 7. Samo mit then guoden ſalvon geheiled wirthent thie gekniſedon, and thie ſiechon lichamon, *quemadmodum cum pretioſis unguentis contrita & languida corpora ſanantur.* w. Fahent uns thie luzzelon vohon, thie the wingardon hardo geargerent, *capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* w. Ther thin weinega gardo, ther *in Judæa* was ther hauet maniga gardon gemachot, *parvulus ille tuus hortus, qui in Judæâ erat, fecit multos hortos.* w. Ward forhta ubar allo iro nahiſton, *factus eſt timor ſuper vicinos eorum.* Tat. iv, 10.

Gen. Zuene thine ſpune ſint ſamo zuey zuinele kizze thero reion *duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli.* w. Nec it God ni giſcuop that thie guodo bom gumono barnon bari bitteres uuiht, *nec ordinavit Deus, ut arbor bona quid amari hominibus ferret.* C. C. Manage zilotun ordinon ſaga rachono, *multi conati ſunt ordinare narrationem rerum.* Tat. procem. 1. Cunni natrono, *progenies viperarum,* Tat. xiii, 13.

---

* Quod originem vocis hujus attinet, notandum eſt *Anglo-Saxones* pro *Francico* thionan, *ſervire, famulari,* dixiſſe ðenan ł ðenian, unde ðinen (& ðinenne) iis erat *ancilla, Marc.* xiv, 69. *Luc.* i, 38. *Joh.* xviii, 17. dicebant & ðinenþ. Ita legimus *Pſ.* lxxxv, 15. ſicuti & *Pſalm.* cxv, 6. ſunu ðinenþe ðin, *filium ancillæ tuæ. Pſalmo* vero cxxii, 3. eaȝan þienenþe, *oculi famularum.* Ab hoc ergo ðinenþ vel ðienenþn, per leviſſimam contractionem, factum eſt *Franco-Theotiſcum* thiorno, thiorna, thierna, thiarna; unde *Belgicum* deerne, quod nunc in malam partem acceptum, *ſcortillum* ſignificat: ut, een gemeyne deerne, *proſtibulum.*

Dat.

Dat. Abl. Ste wir fruo uph ze then wingardon, *mane ſurgamus ad vineas.* w. Mit then guoden ſaluon, *cum pretioſis unguentis.* w.

XII. Notandum etiam eſt terminationem ON hujus declinationis præ confuſione vocalium mutari quoque in EN, & UN: ut in exemplis ſupra poſitis; in thinemo garden; muade ruachom lichamun; & ſexcentis aliis. Præterea obſervandum eſt, Ut nomina quartæ declinationis non raro mutant nominativi & accuſativi ſingularis terminationem A & AN, in O & ON; Sic nomina quintæ ſæpe invicem vertunt O in A in nominativo; & in accuſativo ſingulari & in aliis caſibus, ON in AN; ut ſequentia exempla docent: geſeereſt haueſtu min herto ſueſter min, *vulneraſti cor meum ſoror mea.* w. Thie hiro herza an themo thinga geueſtenont, *qui cor ſuum in ſpe hâc fundant.* w. In minemo herzan thaz enzuiſchan minan bruſtan ligad, *in corde meo, quod inter mammas meas jacet.* w. Hauon ich *remotam* vone minemo herzon alle *contradictionem.* w. Thine huffelon ſin ſamo turtelduvan, *genæ tuæ ſunt ſicut turturis.* w. Sine huffelan ſint ſamo wurzbedde, thie ther geſezzet ſint von then cuſtigan pigmentaren, *genæ illius ſicut aromatum areolæ, quæ conſitæ ſunt à gnaris pigmentariis.* w. Thine ougan ſint douuan ougan, *oculi tui oculi columbarum.* w. Wende thine augon, *verte oculos tuos.* w.

XIII. Notandum inſuper eſt, nomina primæ, ſecundæ & tertiæ declinationis, emphatice, & demonſtrative poſita, in quintæ claſſem tranſire, addendo o finali conſonanti nominativi casûs; ſic ab engil, *angelus*, fit engilo; à uuer, *vir*, uuero; à uuard, *cuſtos*, uuardo; & in *C. C.* non raro faciunt nom. & acc. plurales in o s; ut, thia uueros aftergengun, *ſecuti ſunt viri.* Than gangat engilos Godes helaga heban uuardos, *tum profecti ſunt angeli Dei ſancti cæli cuſtodes.*

XIV. Hactenus de ſubſtantivorum declinationibus; jam, ut Grammatici loquuntur, de eorundem ſpecie tractandum eſt. Species autem ſubſtantivorum duplex eſt, *primitiva & derivativa.* Primitiva eſt, quæ aliunde non trahitur: ut himil, *cœlum.* man, *homo.* fiur, *ignis.* wif, *mulier*, Derivativa ſunt, quæ aliunde, ſive à nomine, ſive à verbo formantur; & duplicia ſunt, vel ſine peculiari terminatione formata, vel quæ peculiarem ſibi terminationem adſciſcunt.

XV. A nomine formata vel ab adjectivis vel ſubſtantivis formantur. Ab adjectivis formata trahuntur à recto, vel ſine terminatione, vel cum terminatione. Prioris generis ſunt ſcone ł ſcona, *pulchritudo*; à ſcon, ſcone, ſcona, *pulcher, a.* Ungilaufulli, *incredulitas*, ab ungiloubfol vel ungilouful, *incredulus.* Luttri, vel luttre, *puritas*; à lutter ł luzzer, luzzere, luzzera, *purus, a.* Huldi ł hulde, *obſequium fidele*; à huld, hulde, a, *fidelis, devotus, a.* Wathlicha, *excellentia*, à wathliche, *excellens.* Poſterioris generis ſunt in heit, heyd, heyt terminata, ut ſconheit, *pulchritudo*, luzzerheyd, *puritas*, wathelicheyt, *formoſitas.* Secundo in niſſe vel neſſe & niſs; ut lutterniſſe, *puritas*, gelicneſſe, *ſimilitudo*, arloſneſſe, *redemptio.* Tertio, in duom, tuom vel dom: ut, wiſduom, *ſapientia*, jungarduom, *ſtatus* vel *relatio diſcipuli ad magiſtrum.* Thuruh thin jungarduom, *propterea, quod tui diſcipuli ſumus. C. C.*

XVI. Subſtantiva ab aliis ſubſtantivis formata omnia peculiari terminatione finiuntur: ut, I. in burd: ſic à mund, *tutela* vel *patrocinium*, mundburd, *protectio, protector*; à cunne, *genus*, cunniburd, *genus, proſapia.* II. In skepi vel skepe & skip: ut à land, *terra*, landskepi, *regio.* fiond, *inimicus*, fiondskepi, *inimicitia.* à gibod, *mandatum*, gibodskepi & gibodſcip, *idem.* ab ambaht, *miniſterium*, ambahtſcepi, *miniſterium, officium.* III. In ſcaf ſchaf ſcaft, & ſcefti: ut, à land, *terra*, landſcefti, *regio.* à giuuiz, giuuitſcaf, giuuitſchaf, *teſtimonium.* à hugi, *cogitatio*, hugiſcefti, *idem.* IV. In hedi, heiti: ut à jugund, (*extrito* N) jugud, *juventus*, juguthedi, *idem.* à magath, *virgo*, magatheiti, *virginitas.* V. In niſſi, niſſe & neſſe: ut à forliggar, *adulter*, forliggarniſſi, *adulterium.* VI. In ſli: ut à doupha ł douphe, dopa ł dope, *baptiſmus*, dopiſli, *baptizatio*; à mende, *gaudium*, mendiſli, *lætamen.* VII. Fœminina à maſculinis facta, addendo terminationem inna vel ina recto ſingulari. ſic à coning, *rex*, fit coninginna, *regina*; ex meyſter, *magiſter*, meyſterinna, meiſtrinna, *magiſtra*; ex friund, *amicus*, friundina, *amica.* VIII. In buſti: ut ab eid, *juramentum*, eidbuſti. Denique quædam à ſubſtantivis formata terminantur in er; ere; eri; ar; ut à gart vel garto, *hortus*, garteri, *hortulanus*: ſio tho uuanenti thaz iz garteri uuari, *illa exiſtimans, quod hortulanus eßet.* Tat. CCXXI, 4. A trumba vel trumbo, *tuba, tibia*, trumbar, *tibicen, tubicen.* Ab arn, *meſſis*, arnar, *meſſor.* Lazet iogiuuedar uuahſan unzan ziarni, in thero arn ziti quidu ih then arnarin, *ſinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus.* LXXII, 6. Denique ſubſtantiva ab aliis ſubſtantivis formata terminantur in duom, tuom: ſic à rih, *rex*, rihtuom, *regnum, imperium*; ab her, *dominus*, hertuom, *dominium.*

XVII. A verbo formata vulgò *verbalia* dicta, formantur vel ab infinitivo, vel ab indicativo. Ab infinitivo deducuntur terminata in eri, ere vel er, *officium* ſignificantia; ut doperi, *baptiſta*, à dopen, *baptizare.* Suoner, *pacificus*, à ſuonen, *expiare.* Ther ſuoner hauet einon wingardon, *pacifico vinea eſt.* w. Notandum autem eſt à lectore eri, ere & er, mutari non raro in ari, æri & ar, ut in toufar, *baptiſta*, apud *Tatianum*, à toufen, *baptizare.* forliggar, *adulter*, à forliggan, *mœchari.* Ab infinitivo etiam deducta terminantur in no, vel n in m mutato, in mo: ut, uuahſmo, *fructus*, à uuahſan, *creſcere.*

XVIII. Ab indicativo formata vel à præſenti vel à præterito proveniunt. A præſenti provenientia vel ad primam vel ad ſecundam vel ad tertian ſingularem reducenda ſunt. Ad primam: ut breſta, *defectus*, à breſto, *deſum.* Thes wines iſt in breſta, *deſtituuntur vino.* Otfrid. Giſcrib, *ſcriptura*, à giſcribo, *ſcribo.* trinko, *potator*, à trinko, *poto.* Hriuuo, *pœnitentia*, à hriuuo,

me pœnitet. Geheyze, giheizi, *promiſſum*, à geheize, *promitto.* Beſwich, piſwich, *dolus*, à beſuicho, piluicho, *decipio.* Cumi, *adventus*, à cumo, *venio.* Minno vel minna, *amor*, à minno, *amo.* Freûui, e, *lætitia*, à freuuo, *gaudeo.* Mara, e, i, *rumor*, *fama*, à maro, *divulgo.* Waſſi, *ſagacitas*, à waſſo, *acuo.* Chundo, *nuntius*, *angelus*, à chundo, *indico*, *nuntio.* Bodo & poto, *præco*, *nuntius*, à bode, *declaro*, *nuntio.* Forachundo, *præco*, à forachundo, *præconizo.* Scirmo, *defenſor*, à ſcirmo, *defendo.* Ad ſecundam reducuntur cumſt vel cuomſt, *adventus*, à comeſt vel cuomeſt, *venis.* Kunſte vel konſte, *ſcientia*, à kunneſt, *ſcis*, & iſtiuſmodi. Ad tertiam reducitur gevarda, giferte, *apparatus*, gefert, *ſocius itineris*, fert, *iter*, à gefarit, gevarit, farit, varit, *it*, *proficiſcitur*, & lexcenta alia.

XIX. A præterito formata reducuntur itidem vel ad primam ſive tertiam perſonam ſingularem, quæ eodem modo in linguâ *Francicâ* formantur, vel ad ſecundam. Prioris generis ſunt Dugath vel dugatha, *virtus*, à dugada vel duchada vel dugade, *valui*, *valuit.* Geſcripht vel giſcripht, *ſcriptura*, à giſcribada, giſcribata, *ſcripſi*, *ſcripſit.* Freuuida, *gaudium*, à freuuida, *gaviſus ſum*, *eſt.* Martha, e, vel maritha, e, *bona diffamatio*, à marida, *diffamavi*, *diffamavit*, *divulgavi*, *vit.* Waſſid, *acies*, à waſſida, *acui*, *it.* Kiſuonida, *pactio*, à kiſuonida, *reconciliavi*, *it.* Irrida, *error*, ab irrida, *erravi*, *it.* Chundida, cundida, *indicium*, à chundida, *indicavi*, *it.* Gaue *donum*, gaf vel gab, *dedit.* Ad ſecundam reducitur vernumſt, *perceptio*, à vernamſt, *percepiſti*, & id genus alia. Nota etiam nomina ejuſdem rei non raro tam à præſenti quam à præterito formari: ut à diurian, *glorificare*, diuri & diurida, *gloria.*

XX. Verbalia quoque terminantur in ung: ut, ilung, *feſtinatio.* Arſtantenti Maria in then tagon, gieng in giburgu mit ilungu, *exurgens Maria in diebus illis*, *abiit in montana cum feſtinatione.* Tat. IV, 1. Heilizung, *ſalutatio*: uuard tho ſo ſiu gehorta heilizunga Mariun, *factum eſt autem cum illa audiret ſalutationem Mariæ.* Tat. IV, 2.

XXI. Diminutiva terminantur in * el, il, elo, ela, ilo, ila. Sic à tubi, *columba*, tubiel, *columbula*, *pullus columbæ*: zua gimachun turtilutubun edo zuei tubielin, *par turturum*, *aut duos pullos columbarum.* Tat. VII, 3. In ſo uueliha burg odo burgilun ganget, *in quamcumque civitatem*, *aut caſtellum intraveritis*, XLI, 7. Sic à shef vel shif, *navis*, shefila, *navicula*: ſteig tho in shifilin, *aſcendit tunc in navigium.* LIV, 1.

CAPUT QUARTUM.

De nominibus adjectivis.

I. ADJECTIVUM rem, ut alîus eſt, vel ut aliud connotat, ſignificans non poteſt præmitti, ut ſubjectum orationis; vel ut alii definiunt, adjectivum eſt nomen, quod unam rem ſignificat, & connotat alteram: ut Scon, *pulcher.* Gotelich, *divinus.* Himiliſc, *cæleſtis.* Erthiſc, *terreſtris.* Siluerin, *argenteus.* Guod, *bonus.* Ubil, ubil, *malus.*

Quamobrem tametſi adjectivi ſignificatio ſimplex ſit, utpote rem unam denotans; multiplex tamen eſt ejus connotatio. Connotat enim totum; partem; ſubjectum; adjunctum; cauſam efficientem; effectum; materiam; ſignum; objectum; dominum vel poſſeſſorem; habitum; privationem vel defectum; circumſtantiam, ut locum, tempus, ſitum; munus vel officium; materiam ex qua res fit, & rei formam; actionem & paſſionem.

II. Declinantur autem adjectiva per tria genera ſecundum paradigma infra poſitum:

Numerus Singularis.

N. †Sconer, ſcon, e, i, a, o, *pulcher.*	N. Scone, i, a, o, u, ſconiu, *pulchra.*	N. Scon, ſconaz, as, *pulchrum.*
G. Scones, is, as.	G. Sconero, a, u, ſconere, er.	G. Scones, is, as.
D. Sconemo, *more Gothico*; & ſconon, an, en, um, *more Saxonico.*	D. Sconero, a, u. ſconere, er.	D. Sconemo, ſconon, an, en, um.
Ac. Sconena, ina, ana, *more Gothico*; & ſconen, an, on, *more Saxonico.*	Ac. Scone, i, a, o, u.	Ac. Scon, ſconaz, ſconas.
V. Ut nom.	V. Ut nom.	V. Ut nom.
Ab. Sconemo, ſconon, an, en, um.	Ab. Sconero, a, u. ere, er.	Ab. Sconemo, ſconon, an, en, um.

---

* Vide Gramm. *Anglo-Saxonicæ* cap. III. 27.

† Nota vero, quod adjectiva, pronomina, & participia maſculina nom. caſûs ſingularis numeri rarius terminantur in er.

Exempla

Exempla per omnes caſus in genere maſculino.

Nom. Min wino is wiz, ande ruod, *dilectus meus eſt candidus, & rubicundus.* w. Ther ſuoze ſtank an themo niwen ouaze, *ſuavis odor fructûs recentis.* w. Thich ne minnot nieman, her ne ſii recht, ande nieman ne is recht, her ne minnot thich, *nemo te amat niſi juſtus, & nemo juſtus eſt niſi te amet.* Vel, *nemo te amat, qui non eſt juſtus, & nemo eſt juſtus, qui te non amat.* Nam *her* pro *ther* bis ſcriptum mendoſe eſſe ſuſpicor. Than uuas thar en mari berg bi thero burg utan, the uuas bred, endi ho, gruoni, endi ſconi, hetan ina Iudeo barn oliueti bi namen, *tum ibi juxta urbem* (ſitus) *erat mons celebris, qui latus & altus, viridis & pulcher erat, Judæi illum olivetorum montem appellaverunt. C. C.* Thie ubilo bom guodan uuaſtom ni gibit, nec it God ni giſcuop that thie guodo bom gumono barnon bari bittéres uuiht, *mala arbor bonum fructum non præbet, neque ordinavit Deus, ut bona arbor quid amari ferret hominibus. C. C.* Ubil boum berit thas, thaz imo iſt joh giſlachtaz, *arbor mala fert illud, quod generi ſuo conſentaneum eſt.* Otfrid. Hic tamen denuo notandum eſt, Adjectiva, pronomina, & participia maſculini generis in recto ſingulari produci nonnunquam more *Cimbrico* in ſyllabicum augmentum ER, vel R ejecto E: ſic à ſlaff, fit ſlaffer, *iners*; à muad, muader, *laſſus*; à biſuuichan, biſuichaner, *deceptus*; à zuawartent, zuawartenter, *intuitus*; à trieffente, *diſtillans*, trieffenter. Thine leffa, gemahela, ſint trieffenter wabo, *labia tua, ô ſponſa! ſunt favus diſtillans.* w. A zuakimanot zuakimanoter, *admonitus*; à kekarat kekarater, *præparatus*; ab habente, habenter, *habens*: giwalt habenter, *poteſtatem habens.* Tat. A keuuerdonte, kewerdonter: kewerdonter iſt, *dignatus eſt.* Kero. A min, miner, *meus.* A thin, thiner, *tuus:* ut, uuih ſi namo thiner, *ſanctificetur nomen tuum.* Otfrid. Guati ſo iſter hor her, ioh Gote filu Liuber, *bonus erit & magnus, & deo valde dilectus.* Otfrid. Tho uuard mund ſiner gar ſprachanter, *tum perfectè locutum eſt os illius.* Otfrid. Tho uuaro ther fater alter, Gotes uuihi irfulter, *tum erat pater annoſus domini ſpiritu impletus.* Otfrid. vide cap. XII. R. 5.

Gen. Ne ſeent thaz niet ana weliches leythes ich leuon, *non percipiunt, quam acerbè vivam.* w. Si thor ik muoſta thieſes erlo folcas giuualdan theſes uuidon rikeas gi ſculon mi te uuaron ſeggian far theſon liudeo folca bihui gi ſin te theſan lande cuman, *quandoquidem mihi incumbit, huic forti populo, huic amplo regno dominari, veſtri eſt mihi vere dicere coram hoc populo, cur huc veniſtis. C. C.* Than lato ik thi brukan uuel allas thieſes oduuelon, *tum ſinam te frui omnibus hiſce divitiis. C. C.* Gi ſculun niman lon alles thes unrehtes thes gi odron hier gileſteat, *recipietis retributionem omnis injuſtiæ, quam aliis feceritis. C. C.* Than is hie thes ferahes ſcolo all ſulicas urdeles ſo thie ander uuas, *tum eſt ille protinus mortis reus, & omnino talis condemnationis, qualis alter,* (dignus) *erat. C. C.* Thie ju dopan ſcal an juuas drohtines namo, *ille vos baptizabit in nomine domini veſtri. C. C.* Frumida ſinas Godes jungerſcepi, *perfecit dei ſui miniſterium. C. C.* Uſas uualdandes, *domini noſtri. C. C.*

Dat. Ab. Vone thannan ſint ſie gelich elphandinemo wiguſe, *quamobrem ſunt ſimiles eburneæ turri.* w. Ich beſueron jua thaz ir thie thes ne irret mit cheinemo wereldlichon *ſtrepitu, Adjuro vos ne illam ab hoc vagari faciatis cum aliquo mundano ſtrepitu.* w. Sunder joh hiro *poſteritatem* mit bitteremo fluoghe begreiph, *ſed illorum poſteritatem cum amara* (dirâ) *execratione conſtrinxit.* Diuremo giwate, *pretiosâ veſte.* Tatian. Tiuremo pluate, *pretioſo ſanguine.* Hymn. Hertuom habentemo Herode, *dominium habente Herode.* Tatian. Dativus, aut ablativus in emo exeuns, dativus vel ablativus *Gothicus* haud abſurde dici poteſt, quippe quod in linguâ *Gothicâ* dat. & abl. exit in ᚬMMᚬ, *amma*, ut docuimus grammaticæ noſtræ *Anglo-Sax.* & *Mæſo-Goth.* cap. IV. R. 7. Et præ mutatione vocalis o in u, definit etiam in emu: ut truhtinlichemu tage, *dominico die.* Kero. Lutteremu nemin, *puro nomine.* Kero. Sitiu kewonanemu, *more ſolito.* Kero. So ſculon gi mid juuuon leron liud folc manag uuendean after minon uuilleon, *ſic veſtrâ doctrinâ convertetis multum populum ſecundum meam voluntatem.* Vane then help mich mit thinan genathan, ſo ſcund ich andere ze thinemo wega, *quare auxiliare mihi gratiâ tua, & alios advocavero ad vias tuas.* w. Thu biſt an them hohen himilo rikie, *tu es in alto cœli regno. C. C.* uuerthe thin uuilleo obar theſa uuerold alla ſo ſamo an erdu ſo thar up iſt an them hoho himilo rikie, *fiat voluntas tua per totum hunc mundum, ſic in terrâ, ut in alto cœli regno.* In ſulichemo bedde geligon mid minon winon, *in tali lecto jaceo cum meo dilecto.* w.

Dativus, aut ablativus in on, an, en, um exeuns, Dativus *Saxonicus* haud improprie dicitur, quippe quod in linguâ *Anglo-Saxonica* definunt hi caſus in um, (quod facile vertitur in un, & deinde in on, & an,) ut capite citato quoque docuimus.

Acc. Accuſativum in ina, ena, ana definentem, accuſativum *Gothicum* voco, quòd iſte caſus apud *Mæſo-Gothos* in ᚬNᚬ, *ana*, formatur, ut in citato capite etiam docui; & inſuper hic notandum eſt terminationem ina, ena & ana haud raro contrahi in na: Almahtigna God ſuitho lobodun, *Deum omnipotentem valdè laudaverunt. C. C.* Tho uuarth thegno hugi blithi an iro brioſton that ſia fundan habdun helagna heban cuning, *tum diſcipulorum animus in ſuis pectoribus lætus erat, quòd inveniſſent ſanctum cœleſtem regem.* Endi ina mid iru folmon tuem ligda lieflico luttilna man that kind an ena cribbum, *& illum parvulum ipſum infantem ambabus manibus poſuerunt cum affectu in præſepi. C. C.* Giuuitun im thuo ſuocan an ther uuoſtunnia uualdandes ſuno craftigna criſt, *tum iverunt ad quærendum in deſerto domini filium omnipoten-*

tem Chriſtum. C. C. Siu bad thena craftigna drohtin helagna that hie iro helpa giredi, *petiit à Chriſto omnipotente & ſancto domino, ut illi ferret opem. C. C.* Kieſan im oðerna niudſamana namon, *elegerunt illi aliud gratum nomen. C. C.* Geng im thuo frithu barn Godes eft giſittian under thaT folc, endi ſagda filo langſamana rad, *tum diſceſſit pacificus Dei filius ad ſedendum inter populum, & longam concionem habuit. C. C.* Accuſativum in en, an, on deſinentem, accuſativum *Saxonicum* voco, quippe quòd iſte caſus ſermone *Anglo-Saxonico* deſinit in ne, quod contractum eſſe reor ab ene, cui haud diſſimile eſt terminatio en, & per mutationem vocalium, an, on. Thurgh thinen willon, *tui gratiâ.* Hebbeat juuuan willeon tharod liudi juuan giloƀon, *ibi habete amorem veſtrum, & veſtram fidem. C. C.*

Exempla per omnes caſus in genere fœminino.

Nom. wie ſcone, ande wie ziere thu biſt in thinen weleluſten, *quàm pulchra es & decora in tuis deliciis.* w. Scone biſtu *in fide*, ziere *in operatione.* Scona biſtu min friundina, mithewara, ande ziere alſo Hieruſalem, *pulchra es amica mea, ſuavis & decora, ſicut Hieruſalem.* Et paulo poſt; ſcona biſtu friundina min, mitheware biſtu ſamo Hieruſalem. w. Ich bim ſalo, *nigra ſum.* w. Magad zieri, *virgo eximia, compta,* Otfrid. Ne duor thes niet wara thaz ich ſo ſalo bim, *nolite conſiderare, quod fuſca ſim.* w. Einfaltu wunna, *merum gaudium.* Otfrid. Iah alt quena thinu iſt thir kind berantiu, *& uxor tua ſenex pariet tibi filium.* Otfr. Maria Magdaleneſgiu. Tat. CCXXI, 1. alias, Magdaleniſga: ut CCXVI, 2. Euua altiu, *lex vetus.* Hymn. VII, 2. Tiure ſela, *pretioſa anima.* S. Ann. Min thurghnatiga, *mea perfecta.* w. Thiu ſuoze thinere *gratiæ* is bezzera, than thiu skarphe thero *legis.* w. Hic tamen notandum eſt in auctoribus *Francicis* adjectivum fœminini generis indifferenter occurrere ſine vocalibus I, E, A, O; ut, ſcona biſtu min friundina egeſlich alſo wole gethrangada zéltſcara, *pulchra es amica mea, terribilis ut caſtra conferta.* Bezzer is thiu moderliche ſuoze mines *evangelii,* thánne thero aldon ewon *aſperitas.* w. Sæpe tamen abſcinditur vocalis à fine adjectivorum fœminini generis: ut, Auor *ipſa vox prædicantium, quæ per guttur intelligitur,* thiu is geliich themo bezzeſton wino. w. Thiu ſteyga tha man ze themo diſche uph ſcal gan, thiu is ruod. w. Ich bim ſalo, ande ich bim auor wathelich, ſamo gazheit Salomonis, *nigra ſum, ſed formoſâ, ſicut tentoria Salomonis.* w. Vide Reg. 13.

Gen. Ze thiu thaz ſie mugan *conſortes* werthan minero *paſſionis.* w. In minero muoder hus, *in domum matris meæ.* w. Miner muoder kind vuchtan wither mer, *matris meæ liberi pugnabant contra me.* w. Hic tamen obſervandum eſt terminationem ero contrahi haud raro in ro: ut, skeyne wilcharo doichene thinero caſtro, *oſtende aliqua ſigna tuæ poteſtatis.* w. Quinimo præ confuſione vocalium ſæpe in era vertitur: ut, herro thie guodo, quat hie, us is thinera huldi tharf te giuuirkeanne thinan uuilleon, *bone magiſter, inquit, nobis opus eſt tuâ gratiâ ad faciendam tuam voluntatem. C. C.* Vertitur etiam ob eandem rationem in eru, ut infra oſtendetur. Mith wirthegaro ruowon trahenen, *cum dignis pœnitentiæ lachrymis.* w.

Dat. Abl. Thine *cogitationes* thie ther *procedunt de mente,* alſo thaz vahs *de capite,* thie ſint geliich thero cuninglichero *purpuræ, Cogitationes tuæ, quæ procedunt de mente, ſicut coma de capite, ſimiles ſunt regiæ purpuræ.* w. Thuo hi te Lazaruſe hreop ſtarkero ſtemnun, endi hiet ina up ſtandan, *tum clamavit ad Lazarum forti voce, & juſſit illi ſurgere. C. C.* Heitareru zeſawan, *præclarâ dextrâ,* Hymn. Hiet that ik thi thoh gicutdi that thi kind giboran ſan thinera aldera idis odan ſcoldi vuerthan, *juſſit mihi tibi dicere, quod filius ex ſene tuâ uxore tibi naſceretur. C. C.* Iſt ſineru giburti ſih vuorolt mendenti, *mundus in ejus natalibus gaudebit.* Otfr. Zi mitter naht, *media nocte.* Tatian.

Acc. Thu behaldes thich alſo ſcona, *tu adeo pulchram te ſervas.* w. Saliga mich quedent alliu cunniu, *beatam me dicent omnes generationes.* Thie thiernan ſahon ſie, ande zaldon ſie ze aller wiuo ſaligoſta, *filiolæ viderunt eam & reputaverunt eam omnium fœminarum beatiſſimam.* w,

Exempla per omnes caſus in genere neutro.

Nom. Acc. Sin haar is ſuarz ſamo ein rauon, *coma ejus nigra ſicut corvus.* w. Vuanta iſt gibet thinaz fon druhtine gihortaz, *nam oratio tua à domino eſt audita.* Otfr. Er unthankes in zalta wio iz allaz weſan ſcolta, *invitus iis dicebat, quomodo id omne fieri deberet.* Otfrid. Thaz allaz druhtin was thiner dank, *omnia hæc, domine, tuæ gratiæ debemus.* Otfrid. Ubil boum birit thaz, thaz imo iſt joh giſlachtaz, *arbor mala fert illud, quod generi ſuo conſentaneum eſt.* Otfrid. Thie bezeichnet *cinnamomum* weynegaz boumelin, *quos ſignificat cinnamomum parvus frutex.* w. Wig hebigaz, *certamen grave.* Otfrid. Zuakihanganaz, *adpenſum.* Kero. Thar was ſtrit umbi thaz, ioh gefliz hebigaz, *de illo orta eſt contentio & certamen grave.* Welhſit jamarlichaz thing ubar theſan worolti ring, *ſuccreſcit res miſerabilis ſuper hunc mundi circulum.* Otfr.

Thie man thoh thie thar ſcantun, *Homines, qui miniſtrabant,*
Iz filo wola irkantun, *Valde bene noverunt,*
The iz wazzar luzzeraz was, *Aquam fuiſſe puram,*
Tho ſi vultun thiu vaz. *Dum vas impleverunt.* Otfrid.

Impri-

Imprimis mirari me ſubiit, cur neutrum recti ſingularis in linguâ *Francicâ* produceretur in AZ, antequam mihi in mentem venerit, neutrum ſingulare adjectivorum recti casûs produci apud † *Mœſo-Gothos* in ΑΤΑ, *ata*, unde ablatâ A finali reſtat AT, quod per cap. I. R, 15. mutatur in AZ; & AZ itidem per ejuſdem capitis R. 12. facilè mutatur in AS. unde in *Germanicâ* linguâ neutrum fit à maſculino, addendo s vel ES; ut à ſchon, *pulcher*, ſchons vel ſchones, *pulchrum*; à gut, *bonus*, guts vel gutes, *bonum*.

Dat. Abl. In einemo hare thines halſes, *in uno crine colli tui*. w. So ich in ſulichemo bedde geligon, ſo is ſin winſtra under minemo hoiueda, *In tali lecto dum jaceam, læva ejus eſt ſub capite meo*. w.

Numerus Pluralis communis.

Nom. Scone, a, o, iu.	Acc. Scone, a, o, iu.
Gen. Sconero, ere, er.	Voc. Ut nominativus.
Dat. Sconen, in, an, on, un. & N in M mutatâ, em, im, am, om, um.	Abl. Sconen, an, in, on, un, em, im, am, om, um.

Exempla.

Nom. Acc. Thiu word mines *ſponſi* ſint ſcone ſamo lilion, *verba mei ſponſi ſunt pulchra, ut lilia*. w. Manega waron the ſia iro muod geſpon that ſia bigunnun uuord Godes reckean, *Multi fuerunt, qui animum ſuum appulerunt ad enarrandum verbum Dei. C. C.* Thie engilos haliga an himile, *ſancti angeli cæleſtes*. In *cypro* thar ſint ethelo reuon, *in cypro ſunt præſtantes vites. Reginæ*, thaz ſint thie ethele ſelan, *reginæ, hoc eſt, nobiles animæ*. The thar huſe ne hauent, ſunder okkerret wildesbuda, ande andere unwatheliche herebergan, *qui domos non habent, præter latebras ſilveſtres & iſtiuſmodi turpia tabernacula*. w. Giuuerbit manage, *convertit multos*. Tat. 11, 6. Saliga mih quedent alliu cunnu, *beatam me dicent omnes generationes*. Tat. Tauganiu muates, *occulta mentis*. Otfrid. Heitariu liohtfaz, *claras lampadas*. Hymn. Heitariu muat, *ſplendidas mentes*. Hymn. Unkiwarnotiu, unfeſtiu, *immunita*. Kero. Liſtlikhiu, *ſophiſtica*. Kero. Thie lutteres and thie ſcona ſinne thero haligan ſcripte, *puri & limpidi ſenſus ſanctarum ſcripturarum*. w.

Gen. Wir gehugega thinere ſpune ouer then win, *memores ſumus uberum tuorum ſuper vinum*. So war ſo ir ioh ainega juwera geluchon vindet, *ubicunque aliquam veſtrarum ſodalium inveniritis*. w. Ubi notandum eſt terminationem genitivi pluralis ERO verti etiam in ERA & ERU.

Dat. Abl. Si ſiu dura, vougen wir mit cedrinin tauelon, *ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*. w. Allem gernlicho, *omnibus diligenter*. Tat. Unchreftigem, *imbecillibus*. Kero. Frouuem muatum, *lætis mentibus*, Otfrid. Ruachon wanchontem, *curis laſcivis*. Otfr. Lauginem radum, *flammeis votis*. Hymn.

III. Adjectiva, præmiſſo articulo, aut alias emphaticè & demonſtrative poſita, in recto ſingulari deſinunt in o vel A; & in AN, ON, EN, UN, cæteris caſibus utriuſque numeri; excepto accuſativo ſingulari, quæ in fœmininis & neutris eſt nominativo ſimilis; & præter vocativum ſingularem, qui in maſculinis in o deſinit, in fœmininis in A, in neutris in AZ; & vocativum pluralem, qui in fœmininis deſinit in E, A, o. ut exemplar ſubjectum docet.

Place, *locus*, & κατ' ἐξοχὴν *forum.* A *Franco-Theotiſco* platz, inde *Latino-barbara* vox *placitare*, [platzitare,] *in foro contendere.*

Pleige, *fide-juſſor, vadimonium*: pleger, *pro aliquo ſpondere*; pleigment, *fide-juſſio, ſponſio pro alio*; *Saxon.* plihtan, eſt *ſpondere, Belgice* plechten vel plichten.

Poche, *ſaccus*; *Saxonice*, & *Franco-Theotiſce*, pocca, poccha, poha.

Pour, *pro*; à *Francico* fore, vore, furi. *Saxon.* for; *Germ.* vur.

R.

Robber, deſrobber. *Ital.* Robbare, rubbare, *ſpoliare*; *Saxonicè*, hippan & huhian; *Gothice*, RANBGAN; *Anglicè* to robb.

Robba, robbe, roba, *Ital.* Robe, *Gall. veſtis, toga*; vox proculdubio *Teutonicæ* originis, ut conſtat ex *Saxonico* heaf, hief, hæf, ejuſdem ſignificationis. *Matth.* IX. 16. ne doð hitoblice nan man niper claþer ſcýp on ealð heaf. he tobrýcþ hýf ſtede on þam heafe:.

Rocca, *Ital. colus.* Neque à *Latino colus, cola*, & per metatheſin *loca, roc, rocca*; neque à *colucus, corucus, coruca, ruca, roca, rocca*, ut Menagius; neque à diminutivis *colicula, colucula, lucula, rucula, ruca, rocca*, ut *Ferrarius*; ſed à veteri Septentrionali Rocc, & Rocca, *colus*, omnibus Septentrionis gentibus communi; unde quoque *Græco-barbarum* ῥόκα, *colus.*

Rotir, roſtir, *Franco-Gallice* un roti, roſti, *Francice* roſten, giroſtan, *aſſare, torrere*: ſie tho brahtun imo furi deil giroſtites fiſges, *at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi.* Tat. CCXXI, 2.

Route, *via, iter*; *Iſland.* at rata, *viam noſcere, viam tenere.*

S.

Sale, *cœnaculum, aula, curia. Francice* ſal & ſeli. *Iſlandice* & *Cimbricè* ſalur, & ſal. *Germ.* ſaal. & notet hic lector *Gallus*, legem *Salicam* ita dictam eſſe, non à flumine *Sala*, ſed à *Theotiſco* nomine ſal, propterea quid in regum & principum *palatiis* & *aulis* leges ferri ſolebant.

Sale, *ſordidus, ſpurcus, fœdus.* à *Francico* ſal, ſalo, *niger, fuſcus.*

Samedy, *Franco-Gallice, dies Saturni*; *Francice* ſambaz-tag: Uuanta iz frige-tag uuas that ni bilibin in themo cruce thie lichamon in ſambaz-tag. uuas giuueſſo mihhil ther ſambaz-tag, *quoniam paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato*; *erat enim magnus ille dies Sabbati.* Tat. CCXI, 1.

Seier, *ſerra ſecare.* A *Theotiſco* ſawen, *ſerrare.*

Seneſchal vel ſenéchal. *Gall.* ſiniſcalco; olim ſeſcalco *Ital.* Latino-barbare, *ſeneſcalcus, ſeneſcallus*, etiam *ſineſcalcus, ſineſcallus, ſiniſcallus.* Imprimis *oeconomum*, vel *officialem* in aulis regum, vel procerum; atque adeo etiam privatorum, cui domûs cura incumbebat, ſignificat. Præterea *adminiſtratores* redituum totius fiſci dominici, *ſeneſcalci* ſunt nominati; ut & *dapiferi*, qui principibus à menſa, & dapibus erant, ſive *Regiæ menſæ præpoſiti. Seneſcalli* etiam dici ſolebant, quorum erat *jus reddere principis ſubditis*, & *curiis ſive majorum ſive minorum gentium præſidere. Equitatûs* etiam *caſtrenſis*, & dein *civilis præfecti, ſeneſcalci* vocabantur; unde *Turnebus* adverſariorum lib. XXVIII. cap. 11, *ſeneſcalcos* dictos putat, quaſi *Senes Caballi*, id eſt *equitatus*; ſed perperam: etenim de altera parte compoſiti, nempe *ſcalcus*, nemo jam dubitat, quin à *Franco-Theatiſco* ſcalc, quod *miniſtrum* vel *ſervum* ſignificat, derivanda eſt. Quod vero priorem attinet, *Voſſius* de vitiis ſermonis, *Lindenbrogium* ſequens, eam derivandam cenſet de *Alamanicis* ſon, ſenneſte, vel ſente, quæ *armentum* ſignificare dicit; ac ſi *ſeneſcalcus* primitùs *armentorum cuſtodem*; ut *Mareſcalcus, equorum*, ſignificaret: fruſtra vero & hic; cum tam vilem ſordidumque miniſtrum, ac *gregi* vel *ar-*

mento præfectum, ſeneſcalcum dictum unquam fuiſſe, nemo poſſit oſtendere. *Seneſcalcus* enim nomen honoris, & dignitatis erat; & inter officiales dominorum, ſive ii reges, ſive principes, ſive barones eſſent, ſemper primas *ſeneſcalli* tenebant. Aliqui aiunt conflatam eſſe vocem ex *ſen*, veteri verbo quod *juſtitiam* ſignificat, & *ſcalcus*, quaſi *juſtitiæ præfectus, ſeneſcalcus* eſſet. ſed neque conſtat de veteri iſta *ſen*; neque juri adminiſtrando dicundove præfecti erant omnes, qui dicebantur *ſeneſcalci*. Deridendi planè ſunt, qui *ſeneſcalcum* dictum volunt, quaſi *ſenum* ἀρχὴν, vel *coenarchen*, ex κοινὸν, *commune*, id eſt, *reſpublica*, & ἀρχὴ vel ἀρχός. Non dignæ quidem fuerunt, quæ à *Menagio* vel citarentur iſtæ Etymologiſtrorum ineptiæ. Doctiſſimus *Dufreſnius*, cujus gloſſario origines ſuas linguæ *Gallicæ* in altera editione auctas & emendatas, magna ex parte acceptas retuliſſe debuit *Menagius*, doctiſſimus, inquam, ille & in originibus vocum exquirendis, ſagaciſſimus, de hujus fonte nihil habet, incertæ adeo, aut obſcuræ ſignificationis priorem partem *ſine* vel *ſene* eſſe cenſuerit. Ego vero jamdudum opinatus ſum, *ſine* in *ſineſcalcus* accerſendum eſſe vel à veteri Septentrionali SINN, quod *vicem* vel *vices*; vel à pronomine SIN, quod *ſui* & *ſuus*, τὰ ἴδια ſignificat. Secundum priorem notationem, *ſeneſcalcus* idem eſt ac *miniſter domini vicarius*, vel *miniſter in aliquo munere* vel *officio, domini vices gerens*, vel *locum tenens*, ſive *miniſter*, cui à domino alicujus rei vel negotii cura commiſſa eſt: ſecundum quam quidem explicationem & aulis, & fiſcis, & menſis, & curiis, & equitatui, ſive caſtrenſi ſive civili, à regibus & principibus, & aliis miniſteriis, ab aliis dominis præpoſiti, eandem ab rationem *ſineſcalci* vocantur. Quod vero SINN *vicem* denotat, non ſolum Lexicographorum teſtimonia, ſed uſus vocis in probatis auctoribus oſtendit: at Þeſſu ſinne, *hâc vice*. Þriſuar ſinnum, *tribus vicibus*. Sic in Evang. *Iſland.* Jodru ſinne, *altera vice*. rurſum, *Joh.* IX. 24. ᚹᚷ Þo ᚼann briote ſio ſinnum, *ſi ſepties* (*ſeptem vicibus*) *in die peccaverit*. Luc. XVII, 1, ſinn autem formatur à ſind, quod à *Gothico* SINᚹ. Unde etiam abjecto N, *Anglo-Saxonicum* ᚹᛁᚦ, *vicem* ſignificat; haud ſecus ac à *Gothico* MᚱNᚹS, fit *Franco-Theotiſcum* mund, *Cimbricum* munne vel myne; & *Anglo-Saxonicum* muᚦ, *os*. Secundum poſteriorem derivationem, *ſeneſcalcus* appoſitè ſignificat, Primario *ſuorum præfectum* vel miniſtrum à domino *ſuis præfectum*, i. e. *oeconomum*, ſive *miniſtrum cui à domino domeſticorum*, τῶν ἰδίων, *cura commiſſa eſt*; & dein quia *oeconomo* aliarum rerum cura acceſſit, *ſeneſcalus* etiam ad ſignificandos *adminiſtratores redituum, dapiferos, curiarum præfectos*, & *aliis muneribus præpoſitos* tranſlatum eſt.

Senno, *Ital. judicium, ſapientia*; neque à *ſenio*, ut vult Menagius, quod ſenes juvenes ſapientia, & judicio ſuperant; neque à *ſenſu, ſenſo, ſenno*, ut *Ferrarius*; ſed à *Gothico* ſinne, *mens, affectus, ſenſus*. Unde affinna, ut apud *Italos*, forſennato, *mente captus, amens*; ſinniſveikia, *inſipientia, mentis alienatio*; At ᚼafa i ſinne, *animo pervolvere, concipere, meditari*: ut, ᚼan ᚼefur illi i ſinne, *concipit iniquitatem*.

Sillon, *ſulcus*. & ſillonner une terre, *ſulcare, ſulcos ducere in arvo*. *Sax.* ᚹyl, ᚹul, ᚹylh, ᚹulh, *aratrum*; ᚹulunᚷ ł ᚹulinᚷ, *aratrum terræ*, tanta nimirum fundi portio, quanta unico per annum aratro arari poterat. In veteri charta regis *Offæ*: *In nomine Jeſu*, &c. *Ego Offa rex*, &c. *Concedo Daniberht Archiepiſcopo aliquam partem trium aratrorum, quod Cantianis dicitur* three ſulinge.

Sire, ſieur, ſir, non ex *ſenior*, unde *Ital. ſignore*, & *Gallicum, ſeigneur*; ſed à *Goth.* SIHᚷR, *ſihor, dominus*. *Arme ſihor, miſerere domine*, barbarâ ſuâ linguâ, ut obſervavit *S. Auguſtinus*, *Gothici Chriſtiani* captæ *Romæ* dicere ſolebant. Sihor autem fit ex ᚹiᚷoᚹ, *triumphus, triumphator*, quod a ᚹiᚷe, *victoria*, ut autumat *F. Junius*. Et origo hujus vocis ᚼIR ᚼer, inquit *Wormius*, non uſque adeo magnam præ ſe fert antiquitatem, ſiquidem ejus loco ᚺIR, ſir, vel ᚺIᚪR, ſiar, poſitum in antiquioribus invenio. Vide *F. Junii* gloſſarium *Gothic.* in voce ᚪKMᚪN:

Snello, iſnello, *Ital.* unde vetus *Gallicum* iſnel, *velox, celer, agilis*. Non ut *Ariſtarchus* Italicus *Caſtelvetro*, ab *anello*; neque proprie à *Germanicô* ſnell vel ſchnell, ejuſdem ſignificationis, ut *Ferrarius*, & *Menagius*; ſed utrumque pariter petendum eſt, a *Franco-Theotiſco* ſnell, vel ſnello; *Saxonice* ᚹnel, *celer, pernix, acer, alacer, velox, citus*; unde verbum ᚹnellian, *accelerare, feſtinare*. *I* autem in *iſnello*, & *iſnel*, fit ab incæptivo ge, gi, ghe, ghi: *Saxonicè* ᚷe: *Gothice* ᚴᚪ: quod in I, vel Y, liqueſcere ſolet.

Sonder, *ſcrutari, exquirere, tentare*; ut ſonder la riviere, ſonder une playe, ſonder le deſſein de queſqu'un; à *Theotiſco* ſonderen, *diſtinguere, diſcernere*, vel potius à ſondan, *explorare maris profunditatem*; *Sax.* ᚹonᚦline, eſt *bolis*.

Souhait, *votum*; ſouhaiter, *voto poſcere, optare*; olim ſoubshait, & ſoubshaiter. vox *hybrida*, comp. ex ruſtico *ſoubs* & *haiter*; & *Teutonibus* priſcis heitan eſt *vovere*; heiting, *votum*, *Goth.* autem ᚼᚪITᚪN. *Angl-Sax.* haᚹan, ᚷehaᚹan eſt *rogare, poſtulare, poſcere*.

Soupe, *Gall. juſculum, panis jurulentus, ſorbillum, pulmentum*; *Cimbrice* ſoup, ſupa, ſappa, ſoppa. quæ omnia ſunt verbalia ab at ſupa, *ſorbere*; quod in præterito facit ſaup. Sic *Saxonice* ᚹype eſt, *ſorbillum*; & ᚹupan, *ſorbere, ſorbillare*.

Spanna, *Ital.* olim eſpan; nunc empan, *Gall.* Spithama, *palmus major*, ſive quantum eſt ſpatii inter ſummum pollicem, & longiſſimum digitum expanſos, vel extenſos; *Francicè* ſpan, ſpanna, *Sax.* ᚹpan. *Kiliano* ſpanne; *Cimbrice* ſpan, vel ſpon. *Germ.* ſpann. A verbo ſpanna, *Sax.* ᚹpannan, *extendere, diſtendere*; & ſecundario ſenſu *ſpithamâ metiri*. Quam perperam ergo *Menagius*, qui ſpanna à *Germanico* ſpann; & *Germ.* ſpann, à *Latino expalmus, expanmus, expammus, exſpannus, ſpannus, ſpann, ſpanna* derivat. Sed ita in etymologiis ſuis ludere ſolet vir magnus, in Septentrionali literatura (eheu!) non verſatus.

Spe-

Sperone, *Ital.* eſperon, eperon, *calcar. Franc.* ſpor, ſpora, ſporro, ſporo. *Saxonice* ꝛpop, ꝛpopa; *Kiliano* ſpore; *Angl.* a ſpurre. *Germ.* ſporen.

Stanga, ſtaggia, ſtaggo; *Ital. fuſtis, contus, vectis, trabs tranſverſa*; omnia etiam hæc ſignificat ſtanga, ſtang vel ſtong, *Scand.* & *Iſland.*

Stocco, *Ital.* eſtoc, *Gall.* a tuck, *Angl. gladius longus* & *anguſtius, punctim feriens*; verbale à *Gothico*, STIꝛꝛAN *ferire, pungere*; unde STIK vel STIKS, *punctum.* Sic à *Sax.* ꝛtican, *pungere*, *Angl.* to ſtick, ꝛtice, *punctio.* A ſtocco etiam ſtoccado; *Gall.* eſtoccade, *coup d' eſtoc, punctim inflicta plaga, cuſpide vulnus illatum.* Fruſtra igitur *Ferrarius* ſtocco à *ſtipe, ſtipicum, ſtoccum* petit.

Strale, *Ital. ſagitta.* Non à *trahere, traho, tractus, tragula, tragulis, extragulis, ſtragulis, ſtragule, ſtrale*; vel à *Germanico* ſtraal, quod *radium ſolis*, ſignificat, ut vult *Menagius*, petendum eſt; ſed à *Gothico* vel *Francico*,, ſtral, ſtrala, *ſagitta, telum, ſpiculum, jaculum*; *Saxonice* ꝛtꝛæla, ꝛtꝛæl, unde ꝛtꝛæl-boꝛa, *ſagittarius*; ꝛtꝛælian *ſagittare, jaculari*; & in metaphorica ſignificatione, *Germ.* ſtraal, *radius ſolis.*

Suite, *comitatus*, & *comitum cœtus*; *Scandice* ſueit, *multitudo, comitatus, ſatellitium, cohors, ſocietas*; og med honum mikel ſueit, *& cum eo multa turba*, Marc. XIV, 43. var Þar hia einglenum mang-følde himneſkra her ſueiti, *erat ibi cum angelis multitudo militiæ cœleſtis*, Luc. II, 13.

T.

Teton, *mamillæ*, *Ital.* & *Hiſpanice* tetta; *Anglice* teate; *Saxon.* ꝛiꝛꝛ. *Gothice* ᛞᛅᛞ:

Toccare, *Ital.* toucher, *Gall. tangere.* Non à *tangere, tango, tago, taco, tacco, taccare, toccare*, ut *Menagius*; ſed à veteri *Goth.* ᛏᛈᚴᚨᚾ. *Sax.* ꝛacan, ꝛæcan; *Cimbrice* taka, & takia, *tangere*; unde atekt, *tactus.*

Tomare, *Ital.* tomber, *Gall. Cadere.* non à *titubare, tubare, tumare, tomare*: ut *Menagius*; neque a *tumba*, veluti *in tumbam cadere*, ut *Ferrarius*; ſed a *Gothico*, vel *Cimbrico* tumba, *cadere, ruere, procumbere*: ut, han tumbar af heſtinum, *ex equo cadit.*

Tornare, *Ital. revertere*; *Scandice* & *Iſlandice* at turna, *convertere, circumagere*; inde turnreid vel turniment, idem quod *Italorum* torneamento, *ludus equeſtris*, vel *certamen equeſtre ludicrum*, Kong. *Sag.* Ridum i turnreid, *haſta certemus equeſtres. Wilk. Sag.* eingi riddari i ollu Vilkinalandi i turniment, *in tota Sueonia non reperitur eques, qui in ludis equeſtribus certare potuit.*

Touaille, *mantile, linteum manuale.* A *Francico* tuele, duele, duuahila, *mappa, mappula, linteum.*

Touer, *ducere, trahere*; ut *touer un vaiſeau*; à *Francico* ziohan. *Saxonice*, ᵹeohan, *trahere, ducere.*

Tourbe, *Gall.* turba, *Ital. gleba*, vel *ceſpes foſſilis*; *Angl.* turf. *Francice* zurb, zurf. *Latino-Theotiſce* * zurba, & turba; *Belgice* torfe; *Iſlandice, Scandice*, torf, *ima arvi gleba eruta ad alendum focum*; unde torfa, *ceſpes*; torf voler, *ſuggundia domus.*

Treves, *Ital.* tregua; *Angl.* truce. Pro quo treague habet *Spencerus*; *Latino-barbarè treuga.* Manifeſte deſumpta ſunt omnia à *Gothico* ᚦᚱᛁᚢᚷᚢᛋ, *pactum, fœdus. Cimbrice* trugth; *Iſland.* trigð, *fidelitas. Goth.* quoque ᚦᚱᛁᚢᚷᚨ, *fidelis.* Huc etiam referendum eſt *Gallorum* intrigue, quod *ſecretum commercium, ſecretè actum, pactum*, & *fidei commißum* ſignificat.

V.

Varech, werech, vox forenſis *Gallo-Normanica*, Latino-barbare *wreccum, res è naufragio in terram adductas* denotans; *Latino-barbarum wrechum. Angl.* wrack. A *Saxonico* ꝑꝛæcce vel ꝑꝛæcca, *advena, peregrinus, exul, miſer*, quòd bona è naufragiis ad littus à mari appulſa advenarum, peregrinorum & miſerorum, qui naufragio perierunt, bona ſunt.

Vaſſus, Latino-barbarè *cliens, fiduciarius, miniſter domino ſuo fide & ſacramento adſtrictus.* Unde τὸ *vaßus* aliqui quaſi *faſtus*, ᴛ in ꜱ facile mutato, non ſine ratione dictum putant. *Faſtus* autem & dein *faßus*, *vaſſus*, à veteri *Theotiſco*, faſt, & fæſt, *Saxonice* ꝛæꝛt, quod eſt *firmus, fixus, ſtabilis, conſtans*, accitum dicunt. Ego vero Latino-barbarum *Vaßus* à *Gothico* ᚠᚨᛞᛋ, *fads*, quod in † compoſitione reperitur, & ſignificat totius *rei*, vel *negotii procurationem*, & *curam*, accerſendum judicio. ᚠᚨᛞᛋ igitur à priſco aliquo verbo, quod reſpondet *Anglo-Saxonico* ꝓaðian, *ordinare, diſpenſare, diſponere*, profluxiſſe putat *Franciſcus Junius*, *F. F.* Certe *Orcadum præpoſitus*, quæ *Danorum* olim imperio ſubjectæ erant, faud, vel ꝓaað dicitur, & in legibus barbaris urbium, & regionum *præfecti*, qui è miniſtris imperatorum, & principum eligi ſolebant, *Thiufadi* appellantur, quaſi *thiufadi*, i. e. οἱ ἄρχοντες, *fads* in *fadus* verſo. Quoniam igitur miniſtris, & famulis Regum, & principum, munera fere omnia, & officia, ob quorum fidelem procurationem Beneficia (quæ poſtea feuda appellabantur) accipiebant, commiſſa erant; ideo à regibus, & principibus ad aliquod munus obeundum, vel officium fungendum conſtituti *fadſi*, & dein *faſſi*, & *vaſſi*, quod nomen dignitatis eſſet, appellati ſunt. *Baſſus* etiam pro *vaſſus* legitur; & fides, quam domino *vaſſus* præſtat, *vaſſaticum* dictum eſt; & quod apud *Anglo-Saxones Thanus*, id apud *Gothos, Francos*, & *Franco-Gallos* FADS, Latino-barbare *vaßus*, à *fadſus*, fuiſſe videtur. Porro, qui *vaſſi* vel *vaſſi dominici* dicuntur, nullo diſcrimine *vaßalli* vel *vaſalli* dominici appellan-

* Nota, quod z & ᴛ in multis invicem permutantur, & indifferenter uſurpantur apud *Francos.* ut ſupra oſtendimus. † Ut in ᚺᚾᚾᛅᛚ-ᚠᛚᛅᛋ *centurio*, ᚠᚾᛋᚾᚾᛅᛁ-ᚠᛚᛅᛋ *Chiliarcha.* ᛋᚤᚾᛚᛁᚱᚷᛁᛚ-ᚠᛚᛅᛋ, *Archi-Synagogus.* ᛒᚱᚿᚠ-ᚠᛚᛅᛋ, *ſponſus.*

tur. *Vaſallus* autem, vel *vaſſallus*, unde *vaſſal*, *Ital.* & *vaſſall*, *Gall.* & noſtrum **vaſſall**, non eſt diminutivum à *vaſſus*, ſed compoſitum à fads & *Francico* ſcalc, *miniſter*; unde Latino-barbare *vaſſallus*, quaſi *fads-ſcalcus*, plane ut *Mareſchallus*, quaſi *Mareſcalcus*. Hoc ex eo conſtat, quod idem fere ſemper ſignificant, paremque dignitatem denotant *vaſſus* & *vaſſallus*, ut innumeris exemplis oſtendit in ſuo gloſſario *Dufreſnius*, gloſſographorum poſt *Spelmannum* noſtrum facile princeps; ubi etiam notat *vaſſos*, ſive *vaſſallos* primitus fuiſſe regum vel principum *domeſticos miniſtros*, & *clientes*, quibus *negotia*, & *rerum gerendarum curam* mandabant. præterea *vaſſorum*, vel *vaßallorum* filii, *vaſletti*, quaſi *vaſſalletti* dicti ſunt, & dein, *valeti*, *valecti*. A *valetto* ergo, *valetto Italicum*, & Gallicum *valet*, olim *valecto*, *valect*; quod in antiquis noſtris corrupte **varlett** legitur, recte derivat *Ferrarius*. An vero à *vaſſis*, *valvaſores*, *vaſvaßores*, & *vavaſores* petenda ſunt, ut cenſet *Dufreſnius*, nondum mihi conſtat. *Vaſvaßor* pro quo *valvaſſor*, & dein *vavaſor*, forſan decompoſitum eſt, ex faſt, fads, & ſior, *dominus*; unde *vaſvaſſor*, quaſi faſt-fads-ſior, *domini fidelis miniſter, illius locum tenens*, vel *domino fide ſtrictus miniſter, & in aliquo munere ejus locum ſupplens.*

XIII. Apud poetas, qui metrice ſcribunt, I, E, & OI, ante alias vocales tum in nominibus, quum verbis, interponitur: ut in rikioſt, pro rikoſt; bruodier, pro bruoder; vuoſtiun, pro uuoſtun; wiceon pro wicon; dadeon, pro dadon; thriddeon, pro thriddon; vualdandies, pro vualdandes; felleat pro fellat; auuardiaτ, pro auuardaτ; hebbian, pro hebban; hebbie, pro hebbe; duoian, pro duan; haloian, pro halan; & alia ſexcenta in codice *Cottoniano*.

XIV. Poeticè etiam A additur in fine vocis ad eam producendam: ut in vuoſtunnia, pro vuoſtunni, vel vuoſtunne; aloſannea, pro aloſanne; forliggerniſſia, pro forliggerniſſi, vel forliggerniſſe; & alia haud pauca in codice *Cottoniano*.

XV. Apud *Otfridum* etiam occurrit frequens duarum vocum in unam coalitio vel contractio: ut in nu'ſt, pro nu iſt; ſi'uns, pro ſia uns; thu'z, pro thu iz; nu'b, pro nu ob; z'uru, pro zuo iru; vuas'mo, pro was imo; ni'mo, pro ni imo; er'nan, pro er inan; er'mo, pro er imo; n'ales, pro ni ales; man'nan, pro man inan; z'en, pro ze en; z'in pro ze in; z'imo, pro zi imo; er zeinen brunnen kiſaz, *ſedit apud fontem*. fragm. diſp. Haud diſſimiles vocum contractiones occurrunt, nonnunquam & apud alios: ut, uuidar ſanta'nan, pro uuidar ſanta inan, *remiſit eum*. Tatianus CXCVI. 7. In lingua etiam Alamannica communes ſunt iſtiuſmodi vocum craſes: ut inam, pro an dem; auffm, pro auff dem; auffs, pro auff das; im, pro in dem; ins, pro in das; vom, pro von dem; z'um, pro ze dem; z'ur, pro ze der. Etiam in *Belgicâ*: ut in 'tis, pro het is; 't volk, pro het volk; 'k hebbe, pro ik hebbe; 'ter, pro te der; ten, pro te den.

XIV. Vocum ſyncope etiam haud raro occurrit apud *Otfridum*, qui non tantum metricè, ſed rythmicè etiam ſcribit: ſic irk'natin, legitur pro irkenatin.

Ad exercendum lectoris Philo-Teutonis *ingenium, obiter huic capiti adjiciam hymnum matutinum veteris eccleſiæ, è ſchedis* Junianis *exſcriptum.*

1. Scinantes ortfrumo himiles	*Fulgentis auctor ætheris*
Du der manun leoht nahtim	*Qui Lunam lumen noctibus*
Sunnun tago lauſtim	*Solem dierum curſibus*
Kauuiſſemu kaſtudnos fade.	*Certo fundaſti tramite.*
2. Naht ſuuarziu giu furtripan uuirdit	*Nox atra jam depellitur,*
Uueralti ſconidiz itporan uuirdit,	*Mundi nitor renaſcitur,*
Niuuer ioh giu muates uuahſmo	*Novuſque jam mentis vigor*
Suazze in tati arrichtit.	*Dulces in actus erigit.*
3. Lop lutten giu dinu	*Laudes ſonare jam tuas*
Tak auûrprunganer motit,	*Dies relatus admonet,*
Antluzz ioh himiles ſlectera	*Vultuſque cœli blandior*
Unſaro heitarit pruſti.	*Noſtra ſerenat pectora.*
4. Midem eogalicha ſleffari,	*Vitemus omne lubricum,*
Kanige abahiu atum keiſt,	*Declinet prava ſpiritus,*
Lip kitati ni unreinnen,	*Vitam facta non inquinent,*
Zunga ſunta ni inkifalde.	*Linguam culpa non implicet.*
5. Uzzan ſunna tak denne kituat,	*Sed ſol diem dum conficit,*
Kilauba tiufiu ſtrede,	*Fides profunda ferveat,*
Uuan za keheizzam cacruaze,	*Spes ad promiſſa provocet,*
Criſte kafuage minna.	*Chriſto conjungat caritas.*

CAP-

CAPUT VIGESIMUMSECUNDUM.

De Poetica veterum Francorum

I. QUI poëticam *Francorum* veterum ſcire velit, carminumque genera, quæ apud illos in uſu fuerunt, in Grammaticæ *Anglo-Saxonicæ* capite XXIII. quæ ſcripſimus, ei imprimis legenda ſunt. Etenim in iſto capite de metro, de rhythmo carminum *Anglo-Saxonicorum*, & de eis etiam, quæ *Anglo-Saxonum* carminibus accidunt, fuſe tractavimus. Quibus omnibus, poëticam *Francorum* qui diſcere cupiunt, eamque recte intelligere, tanquam neceſſariis quibuſdam, quæ præcognoſcenda ſunt, ut diligenter ſtudeant, illis auctor eſſe velim. Præſertim quæ in capitis iſtius r. IX, & X. de metro, rhythmo, & pſeudo-rhythmo tradidimus, iis animos intendant poëtices *Francorum* ſtudioſi. Poemata enim veterum *Francorum* vel *rhythmica* ſunt, vel *pſeudo-rhythmica*. Rhythmica dico, in quibus non tantum quantitas & menſura ſyllabarum, quæ pedes faciunt, carminaque à proſâ ſcriptis diſtinguunt, habetur; ſed in quibus etiam eſt apta pedum conſtitutio, & proportio, cum numerorum, & temporum harmonia, quæ venuſtum, & concinnum carmen reddunt, ejuſque inceſſum adeo decorum etiam faciunt, ut carmen eſſe, vel non prænoſcentibus eſſe carmen, ſtatim ac legitur, ex venuſta partium ſymmetriâ, & concinno ejus motu ſentiatur. Ex adverſo pſeudo-rhythmica ſunt, in quibus certus, & definitus ſyllabarum numerus ſine ſyllabarum quantitate obſervatur, & in quibus etiam rhythmi defectus ὁμοιοτελεύτων ſimiliter deſinentibus ſonis, quos *rimas* Angli appellant, quodam modo, ſuppletur & reſarcitur. Prioris generis carmina omnia ea ſunt, quæ in Gramm. *Anglo-Sax.* cap. XXIII. ex Geneſeos paraphraſi, fragmento *Judith*, Verſibus *Boethii* ab *Aluredo* rege metrice verſis, & libro Bibliothecæ *Cottonianæ*, cujus nota *Caligula*, A. VII. 1. in quo res à *Jeſu Chriſto* geſtæ in lingua *Francica* metrice deſcribuntur, ut alia prætream, quæ in iſto capite aliunde in doctorum conſpectum producuntur. Poſterioris autem generis ſunt univerſa, quæ ex bibliothecis noſtris *Semi-Saxonice*, & *Dano-Saxonice* ſcripta in ejuſdem Grammatices capite XXIV proferuntur, quæ poematum *Francicorum* genium, verſuumque, ex quibus conſtant, ſtructuram, & ſtrophas inveſtigare ſtudentibus, tanquam ea quæ maxime profutura ſunt, ut commendarem etiam faciendum mihi putavi.

II. A *Philo-Teutone* etiam, quæ *de dialecto poetica* capite XXI. traduntur, diligenter legenda ſunt, ut carminum *Francicorum*, eorum maxime, quæ *rhythmice* conduntur, doctrinam & intelligentiam facilius aſſequatur. Quibus tandem munitus arduum iſtud poematum rhythmicorum genus, eorumque difficultates, quibus in poëtica dialecto conflictandum erit, cum minori multo operâ ſuperabit, & perrumpet.

III. Unicum autem, quod ſcio, poema rhythmicum *Francicè* ſcriptum extat, nempe aureum iſtud Bibliothecæ *Cottonianæ*, in quo quaſi in evangelio harmonico, res à *Jeſu* Salvatore geſtæ traduntur. Hujus poematis nonnulla Latine à nobis tranſlata dedimus Grammaticæ *Anglo-Saxonicæ*, cap. XXIII. Et ne vel inſtituto noſtro, vel antiquiſſimæ & nobiliſſimæ *Germanorum* Genti, è qua maxima ex parte oriundi noſtri ſunt, deeſſe videar, alia ex eo *Latine* etiam verſa ſine punctis tamen metricis, quibus in continuæ ſcripturæ poematis verſus diſtingui ſolent, in hoc capite danda cenſemus. Eheu, inquam, ſine punctis metricis, quibus exemplar tameſi *Anglo-Saxonis* alicujus manu, ut videtur, deſcriptum, carens, cauſa eſt, quòd poeſeos ratio, quæ verſibus interpunctione metrica diviſis maxime ſe oſtendit, in iis quæ ſubſequuntur, non exhibetur.

Lucæ Cap. I. *Fuit autem in diebus Herodis Regis Judææ ſacerdos quidam nomine Zacharias*, &c.

1. Than uuaſthar en ȝiȝamaloƀ mann, thaƀ uuaſ fruoƀ ȝomo, habƀa ferehtan huȝi. pas fan them liuƀeon Leuiaſ Cunnas Iacobaſ ſumeaſ ȝuoƀero thiedo; Zachariaſ uuaſ hie hetan, thaƀ uuaſ ſo ſaliȝ man, huanƀ hie ſimblon ȝerno ȝoƀe theonoƀa, uuarahta æfter is uuilleon. ƀeƀa iſ uuiƀ ſo ſelu, uuaſ iru ȝialƀroƀ idiſ. ni muoſta im erƀiuuarƀ an iro luȝuthedi ȝiƀithiȝ uuerthan. libƀun im far uter laſter uuaruhtun loſ ȝoƀa, uuarun ſo ȝihoriȝa heƀan cuninȝe, ƀiuriƀan uſan ƀohtin, ni uueliƀun ƀerbeaſuuiht unƀer mancunnie meneſ ȝifrumean, ne ſacane ſunƀea.

1. *In illo tempore quidam ſenex erat qui fuit vir ſapiens, habens mentem religioſam. Erat ex populi Leuitico tribu* (i. e. *ſacerdos*) *& ex cujuſdam Jacobi honeſta gente, Zacharias vocatus erat, & beatiſſimus fuit, ut qui ſemper deo diligenter ſerviens, mandata ejus faciebat. Beata ejus uxor ita etiam faciebat, valde annoſa mulier. Dum autem Juvenes eſſent, non aſſequi potuerunt hæredem, etſi ſine labe coluerunt deum, & cælorum regi tam obedientes fuerunt, & glorificarunt dominum noſtrum, nolentes inter homines, quid piaculi, vel quicquam quo accuſari poſſent, perpetrare.*

2. Uuaſim tho an ſoroȝon huȝi, that ſea erbiuuarð eȝan ni muoſtun. Ac uuarun im barnolos.

3. Than ſcolða hie ȝiboð ȝoðeſ thar an Hieruſalem, ſo oft ſo iſ ȝiȝenȝi ȝiſtuoð that ina torohtlico tiði ȝimanoðun, ſo ſcolða hie at them uuihe ualðanðeſ ȝelð helaȝ bihuereƀan heƀan cuninȝeſ. ȝoðeſ Junȝerſcepi ȝern uuas hie Suitho that hie thuru ferahtan huȝi fremmean muoſti.

4. Thuo uuarth thiu tið cuman, the thar ȝitalð habðun uuiſa man mið uuorðun, that ſcolða thena uuih ȝoðaſ Zacharias biſehan. thuo uarth thar ȝiſamnað filo thar ti Hieruſalem Iuðeo Liuðo uueroðes te them uuihe thar ſea ualðanð ȝoð ſuithe, thiulica thiȝȝean ſcolðun her on iſ huldi, that ſea heƀan cuninȝ lethas alieti.

5. The liuði ſtuoðun unbi that helaȝa huſ, endi ȝienȝ im thie ȝieroðo man an thena uuih innan. that uueroð oƀer beð umbi thena alah utan Hebreo liuði, huan er thie fruoðo man ȝifrumið habði uualðanðes uuilleon. So hie thuo thena uuiroȝ broȝ alð after them alahe, endi umbi thena altari ȝienȝ mið iſ rokfaton rikeon theonon frumiða ferehtlico frohon ſinas ȝoðes Iunȝerſcipi ȝerno Suitho miði hlutro huȝiu, ſo man herren ſcal ȝeorno fulȝanȝan: ȝruri quamun im eȝiſon an them alahe, hie ȝiſah thar after thiu enna Enȝil ȝoðeſ an them uuihe innan hie ſprak him mið iſ uuorðon tuo. hiet that fruoð ȝumo foroht ni uuari; hiet that hie him ni anðriebe. thina ðaði ſinð, quat hie, ualðanðe uuertha, endi thin uuorð ſo ſelf. thin theonoſt is im anthanke, that thu ſulica ȝithaht haƀes an iſeneſ craft. ik iſ enȝil beon. Gabriel biun ik hetan thie io for Goðe ſtanðu anðuuarð for them alouualðen, neſi that hie me an iſ arundi huarað ſenðean uuillie.

6. Nu hiet hi mi an theſan ſiƀ faran. Hiet that ik thi thoh ȝicuði that thi kinð ȝiboran fan thinera alðera iðiſ oðan ſcolði uuerthan an theſaro uueroldi, uuorðon ſpahi, that ni ſcal an iſ liƀe ȝio lithes abitan uuines an iſ uueroldi. ſo haƀit im uurð ȝiſcapu metoð ȝimarcoð, endi maht ȝoðeſ. hiet that ik thi thoh ſaȝði that it ſcolði ȝiſith uueſan ƀeƀan Cuninȝeſ; hiet that ȝi it hielðin uuel tuȝin thuru treuua. Quaƀ that hie im tyreas ſo filo an ȝoðes rikea forȝeƀan uuoldi.

6. Hie quat that thie ȝuoðo ȝumo Johanneſ te Naman hebbean ſcolði. ȝibuð that ȝyt hietin ſo that kinð, than it quami. quaƀ that it Criſtes ȝeſith an thiſero uuiðun uuerold uuerthan ſcolðe iſ ſelƀeſ ſunieſ, endi quaƀ, that ſea ſniumo heroð an iſ ȝiboðſcipe bethia quamin.

7. Zachariaſ thuo ȝimalða, endi uuið ſelƀa ſprak ðrohtineſ Enȝil, endi im thero ðaðio biȝan uunðron thero uuorðo. huo maȝ that ȝiuuerthan ſo, quat hie, after an alðre. it iſ unc al ti lat ſo te ȝiuuinnanne ſo thu miði thinon uuorðon ſprikiſ, huanæ uuit habðun alðreſ er ef-no tuentiȝ uuintro an uncro uueroldi, er than quami that uuiƀ ti mi. than uuarun uuit nu at ſamne at ſiounta uuintro ȝibenkeon endi ȝibeððeon, ſi thor ik ſea mite bruði ȝicoſ.

2. *Sed animis contriſtati erant, quòd hæredem adipiſci non potuerunt, ſed liberorum orbi fuerunt.*

3. *Quoties vero cunque requireret ordo vicis ſuæ, quam tempora fulgentia (calendarii nempe rubricæ) deſignabant, toties ſecundum ſtatutum divinum ad Sanctuarium Dei, Templum Sacrum Hieroſolymitanum, illi proficiſcendum erat, qui valde ſtudioſus erat, ut cum religioſa mente dei miniſterio fungeretur.*

4. *Cum vero ventum eſſet tempus iſtud in quo prophetæ prædixerant à Zacharia templum dei videndum eſſe, tum Hieroſolymis in Sanctuario convenerunt Judæorum ingens multitudo, ut Domino Deo humillimè pro miſericordia ſua ſupplicarent, ut ille Rex cælorum peccata eorum dimitteret.*

5. *Populo autem circumſtante domum ſacram, templum intrabat reverendus ille vir. Coetus etiam ille populi Hebræi extrà circa templum uſque expectabat, dum quod præceptum à deo erat, ſenex eſſet executus. Dum autem thure templum fumigaret vetulus, aramque circuiret thuribulum, vas pretioſum geſtans, puraque cum mente religioſus dei domini ſui miniſterium tam diligenter functus quam quis mortalium hero ſuo ſervire poſſit, horror in Baſilicâ eum invadit protinus ut vidit angelum dei infra templum, qui eum voce ſua allocutus, ſic dixit.* Scilicet, *juſſit ne paveret, aut ab illo metueret. Quæ locutus es, inquit, pariter, ac quæ feciſti,* officio tuo fungens, *deo digna ſunt. Miniſterium tuum illi gratum eſt, propterea quod ſpem talem reponis in ejus ſolius virtute. Ego ſum angelus ejus, qui* Gabriel *ſum vocatus, quique ſemper adſto coram Deo, in ipſius omnipotentis conſpectu, niſi me interdum mandata ejus perferentem aliquò mittere placeat.*

6. *Modo mihi imperavit hoc iter ſuſcipere, in mandatis dans, ut tibi dicerem quod à vetula tua conjuge pariendus tibi filius eſſet, & in hoc mundo educandus, & ut verbis nuntiarem illum, dum viveret, neque ſiceram guſtaturum, neque vinum in mundo hoc bibiturum. Et enim ſic immutabile decretum,* inquit, *ſic creator omnium, ſic potentia dei ſtatuerunt. Juſſit etiam ut tibi enuntiarem illum fore Cæli regis Comitem, quod, etiam juſſit, ut vera fide valentes credaretis, aiens, ſe illi in regno dei tantam dominationem daturum.*

6. *Dixit etiam* inquit *quod bonus ille vir Johannem nomen haberet & ambobus veſtri mandat puerum iſtum, quam primum natus fuerit, ſic vocare. Præterea dixit, quod Meſſiæ, ſuiipſius filii per latum hunc terrarum orbem ſocius foret, & quod eorum ambo ad ejus mandata exequenda, huc brevi venirent.*

7. *Tum Zacharias locutus eſt, & domini Angelo ipſi reſpondit. Quomodo hoc poſſibile, ait, poſtquam in ſenectâ proceſſimus. Id quidem obtinere, quod tu verbis tuis ſic locutus es, nobis ambobus plane per annos non jam licet, ſiquidem* XX *annos nos ambo pares habuerimus, ante quam à me ducta erat illa mulier. Et ex eo tempore quo mihi eam elegi ſponſam per Septuaginta integros annos menſa & thoro conviximus.*

8. So uuit an uncro iuguthi gigernean ni mahtun, that uuit erbiuuardigan muoftin fuodan an uncon fletttea: nu uuit fus gefruodat find; habit unc eldi binoman ellean dadi; that uuit find an unero fiuni giflekit, endi an unkon fidon lat flesk if unc afallan, fel unfconi, if unca lud gelithan, lik gidrufi. not find unca andbari, odar-licron muod endi megin-craft, fo uuit iu fo managan dag uuarun an thefaro uueroldi: fo mi thef uundur thunkit, hu it fo giuuerthan mugi, fo thu mid thinon uuordon fprikis.

9. Thuo uuarth that heban Cuningaf bodon harm an if muode, that hie if giuuerkes fo uundran fcolda, endi that ni uuelda gihuggean, that ina mahti god, fo ala lungan fo hie fan erift uuaf felbo, giuuerkean ef hie fo uueldi.

10. Scerida him thuo te uuitie that hie ni mahta enig uuord gifprekean gimahlean mid if muthu, er than thi magu uuirdit fan thinero aldero idif erl afuodit, kind iung giboran Cunneaf guodef uuanom te thefaro uueroldi.

8. *Quamobrem cum in noſtra juventute promereri non potuerimus nos duo ut filium in thalamo noſtro procrearemus, jam nunc cùm in ætate tam provecti ambo ſumus; cùm nobis* (liberis operam dandi) *virtutem adeo abſtulit ſenectus, ut nobis genæ depreſſæ, & complanatæ ſint; cùm in lateribus utriuſque noſtri* [ſucculenta, quæ pridem extabat] *ſerotina caro lapſa ſit; cutiſque facta deformis; cùm vox utriuſque noſtri langueat; & corpora labaſcant; cùm noſtrî neutri, qui in hoc mundo tam diu ſumus verſati, neque fœcunditas neque appetitus, virtuſve ad ſuſcipiendos liberos utilis, ullus eſt, de hoc, quod voce tua dixiſti, non poſſum quin mirer, quo modo nempe fieri poteſt.*

9. *Tum Cœleſtis Regis legatus animo contriſtatus de hoc erat, quod Zacharias de illo ejus negotio dubitans adeo miraretur, & quod cum animo ſuo reputare nollet deum, qui idem erat, qui ab initio ſemper fuit, id, ſi vellet, poſſe facere.*

10. *Quamobrem hoc in eum* [incredulitatis] *ſupplicium inflixit*: nempe, *quod non prius verbum aliquod polleret dicere, & cum ore ſuo ſermocinari, quam à vetula ejus uxore decreto pareretur ille puerulus, & infantulus ille nobilis proſapiæ, hunc in mundum naſceretur.*

Angelus Gabriel miſſus ad B. Virginem Mariam Joſepho deſponſatam.

1. Thuo ni uuas lang after thiu ne it allfo gileftid uuarth, fo hie mancunnea managa huila god almahti forgeban habda, that hie if himilisk barn herod ti uuoroldi if felbes funo fendean uuolda, te thiu that hie hier alofdi alliud ftamna uuerod fon uuitie.

2. Uuarth if uuif-bodo an Galilea land Gabriel cuman, engil thes aluualdan, thar hie ena idif uuiffa munelica magat, Maria uuas fou hetan.

3. Uuaf iro thiorna githigan, fia en thegan habda Iofeph gimahlid guodef cunneaf man thia dauidef dohtor, that uuaf diurlic uuib idif andheti.

4. Thar fia the engil Godef a Nazareth burg bi namen felbo gruotta gegin uuardi, endi fia fan Gode quedda. Hel uuif thu Maria. quat hic, thu bift thinon herron lief ualdandi uuirthig, huand thu giuuit habif idif enftio ful. thu fcealt furi allon uuefan uuirbon giuuihid. ni habi uuekean hugi ni forohti thu thinon ferahe. ni quam ik thi te enigon frefon derod. Ne dragu ik eni drugi thing. thu fcealt ufes drihtnef uuefan modor mid mannon, endi fcalt thena magu fuodean, thef hohem himil cuningef funo, thie fcal Heland te naman egan mid eldion, endi ni cumid thef uuiden rikief giuuad, thef hi giualdan fcal mari thiodan.

5. Thuo fprak im thiu magat angegin uuid thena Engil, Godef idifeo fconioft, ellero uuibo uulitigoft. huo mag that giuuerthan fo, quat fiu, that ik magu fuodie, ne ik gio mannes ni uuarth uuif an minero uuerold.

6. Thuo habda eft hif uuord garo engil thef aluualden thero idefi tegegnef. An thi fcal helag gaft fan hebanuuange cuman thuru craft Godes. tha nan fcal thi kind oban uuerthan an

1. *Ab hoc non diu erat, antequam Deo omnipotenti placuit, prorſus ut humano generi ſæpe fidem dederat, Cœleſtem infantem ſui ipſius filium in hunc mundum mittere, ut hic omnem, qui ſermonis uſum habet, cœtum* [omnem humanam gentem] *à ſupplicio redimeret.*

2. *Venit igitur ſcientiſſimus ejus nuntius, omnipotentis angelus Gabriel in regionem Galilææam, ubi fœminam, quæ Maria dicta erat, monialem* [i. e. puram] *Virginem viſit.*

3. *Erat ea virgo adulta, quam nobilis quidam Joſephus nobilis generis vir deſponſaverat, ut quæ Davidis filia eßet, mulier illuſtris, & fœmina devota.*

4. *Hanc in urbe, quæ vocatur Nazareth, ex adverſo ſtans ipſe Dei Angelus ſalutabat, & ad eam, deo auctore, ſic dixit, inquiens, Aue Maria, tu es domino tuo dilecta, domino dominantium digna, quoniam ſapiens es. Tu, ô virgo gratiæ plena! præ omnibus mulieribus benedicta eris. Ne ſis jam infirmo animo, neque de vita tua paveas; non enim tibi adventus meus alicui nocumento erit, neque fero ego nuntium ullum mœſtum. Tu enim domini noſtri inter homines mater eris. Tu paries puerum illum excelſum Cœlorum Regis filium, qui Jeſus ab hominibus vocabitur, & imperii ejus ampliſſimi, cujus illuſtris dominus erit, non venturus eſt finis.*

5. *Tum Angelo Dei reſpondit virginum formoſiſſima, omnium mulierum maxime ſpecioſa, dicens, quomodo poteſt fieri, ut ego puerum pariam, quæ nondum virum cognovi?*

6. *Tum reſponſum paratum habens omnipotentis angelus, ad virginem replicuit. Spiritus ſanctus ab æthereis campis in te per potentiam divinam ſuperveniet, cujus ope infans tibi natus*

thesaro uuerolði. uualðanðes craft scal thi fan them hohoston heðan cuningę scaðoian mið Scimon, ni uuarth sconera ǯiburð ni so mari mið mannon, huanð siu cumit thuru maht Goðes an thesan uuiðun uuerolð.

7. Thuo uuarth thos uuiðes huǯi after them arunðie all ǯihuorban an Goðes uuilleon. than ik hier ǯaru standu, quat siu, te sulicon ambahtscipie so he mi eǯan uuili thiuuaa biun ik thieð-Goðes, nu ik thos thingesǯetruon. uuerthe mi after thinon uuorðon, allso is uuilleosi herren mines. Nis mi huǯi tuifli ne uuorð ne uuisa. so ǯifraǯn ik that that uuiþ antfienǯ that Goðes arunðe ǯerno suitho miðleohtu huǯi, enði mið loðon ǯuoðon, enði mið hluttron treuon.

erit. Domini virtus ab altissimo Cælo hic te cum splendore inumbravit, neque inter homines partus fuit, aut pulchrior, aut illustrior, ut qui per virtutem dei in hunc mundum venturus est.

7. *Tum mentem in ea, quæ in Dei nomine dicta erant, convertens mulier sic dicit: ad exequendum tale munus, & ministerium, quale me exequi vult Deus parata hic sto, quæ Dei patrii ancilla sum. Jam enim quod nuntiasti, credo, fiatque mihi secundum verbum tuum, atque prorsus ut domino meo placet. Non enim amplius mihi dubitat animus sive de re, sive de modo. Sic tandem, ut rescivi, mulier illa dei nuntium valde amplexa est cum mente clara, bona cum fide, & cum dubitationis pura fiducia.*

Johannes Baptizat Christum.

1. Bethania barn Israheles. quamun thar ti Manaǯ samnoða thar ti Iohanese cuningo ǯesithos liuði ti lerun, enði iro ǯiloðon antfienǯun. hie ðopiða sia ðaǯo ǯihuilikes enði im iro ðaði luoǯ uurethero uuilleon, enði loðoða im uuorð Goðes herran sines heðan-rikes.

2. Uuirthit, quat hie, ǯaro ǯumono sohuem so ti ǯoðe thenkit, enði an thena uuili hluttro ǯiloðean lestean is lera.

3. Thuo ni uuas lanǯ ti thiu that him fan Galilea ǯiuuet Goðes eǯan barn, ðiurlic ðrohtines sunu ðopi suokean. Uuas im thuo an is uuastme ualðanðes barn allso hie mið thero thieðo thritiǯ haðði uuintro an is uuerolði.

4. Thuo hie an is uuilleon, thar Iohannes an Iorðana-strome allan lanǯan ðaǯ liuði manaǯa ðopti ðiurlico, Reht so thuo is ðrohtin ǯisah holðan herron so uuarth im is huǯi bliði.

5. Thes im thie uuillo ǯistuoð, enð sprak im thuo mið is uuorðon to suitho ǯuoð ǯumo Iohannes te Criste. Nu cumis thu te minero ðopi ðrohtin fromin thieð-ǯumo best, so scolða ik te thinero ðuan, huanð thu bist allero Cuningo craftiǯost.

6. Crist selðo ǯiboð ualðanð uuarlico that hie ni spraki thero uuorðo than mer. uuest thu that us ǯirisit, quat hie, allaro rehto ǯi huilik ti ǯifullanne for uuerðes nu on ǯoðes uuillon. Iohannes stuoð ðopta allan ðaǯ ðruht folc mikil uueroð an uuatere, enði oc ualðanð Crist herren heðan Cuninǯ handon sinon an allero bethuo them beston, enði im thar te beðu ǯihneǯ an kneo.

7. Craftiǯ Crist up ǯiuuet faǯar fan them floðe friðu barn Goðes, hof liuðeo uuarð. So hie thuo that land of stuop, so anthliðun thuo himiles ðuru, enði quam the heloǯo ǯest fan them aluualðan oðona te Criste. uual im anǯelicnesse Iunǯras fuǯles ðiurlicaro ðufun, enði sat im uppan usses ðrohtines ahsla, uuonoða im oðer them ualðanðes barne, after quam thar uuorð fan himile hluð fan them hohon raðore enði ǯruotta thena helenð selðon Crist allaro Cuningo bestон, quat that hie ina ǯicorana haðði selði fan sinon rikea;

1. *Multi istûc in Bethania convenerunt filii Israelis, multi regum comites, multi è populo, ut instituerentur, ad Johannem venerunt, quos fidem suam confessos, quotidie baptizabat, & ab eorum facinoribus purgabat, dominique sui, Cælorum Regis verbum commendabat.*

2. *Paratus enim, inquit, ille est omni homini, qui de deo cogitat, in eumque vult sincere credere, & doctrinam ejus implere.*

3. Quibus utique dictis, *non diu erat, cùm ad baptismum petendum è Galilæa profectus est proprius dei filius, glorioſus domini gnatus, qui tum in statura sua adeo profectus erat, ut prorsus popularibus dominantis ille filius triginta annos ætatis habere videretur.*

4. *Tunc vero Johannes illius gratia multum populum per totum diem in flumine Jordano illustrissimus baptizans quàm primum vidit herum suum dominum supremum gavisus est animo.*

5. *Eum enim desiderabat vir bonus Johannes, & voce sua magnopere sic ad Christum locutus est. Honorande domine, hominum præstantissime, tu baptizandus ad me venis, qui à te omnium regum potentissimo baptizari debeo.*

6. *Tum quidem Christus ipse dominus imperabat ei ne his verbis utens amplius loqueretur. Nostin', inquit ille, quod nos jam decet, dei causa, omnem justitiam prompte implere? Johannes ergo in aqua manens ingentem turbam, hominunque Coetum, & eorum omnium optimum dominum Christum, qui Cælorum rex erat, cùm manibus suis baptizabat, & baptizatum genu flectens ibidem adorabat.*

7. *Tum pacificus dei filius, colenduſque hominum custos, omnipotens Christus, ut ex flumine venustus ascendit & in ripa pedem posuit, Cæli fores apertæ sunt, & sanctus spiritus ab universitatis rerum domino superne missus in Christum descendit. Similis ille erat juveni pullo nitentis columbæ, & sedens super domini nostri humeros morabatur super eum, qui Cæli terræque gubernator erat. Dein vox canora è Cælis auditur veniens è sublimi æthere, quæ Salvatorem ipsum Jesum, regum omnium præstantissimum salutabat dicens, scilicet, quod is erat, quem è regno suo elegerat,*

Quæ

Quot that im thie ſuno hitode beſt allero gi-
boranero manno; Quat that hie im uuari al-
lero barno leodoſt.

8. That muoſti Johannas allſo it guod uuell-
da giſahan endi gihorean. hie gideda it ſan af-
ter thiu mannon mari that ſia thar mahtina
herron habdun. that iſ, quat hie, heban-cu-
ningeſ ſuno. En alouualdan theſes uuilleo ik
urkundeo uueſan an theſaro uueroldi.

9. Huand it ſagda mi uuord Godeſ drohtineſ ſtemna, thuo hie mi dopian hiet uueroſ an uuatere, ſo huar ſo ik giſauui uuarlico thena helagna geſt fan heban-uuange an theſan middilgard emgan man uuaron cuman mid craftu, that, quat, ſcoldi Criſt uueſan diurlic drohtineſ ſuno, hie dopian ſcal an thena hela-gan geſt, endi helean manago manno men-dadi. hie habit tha maht fan Gode that he alatan mah liudeo gihuilicon ſaca, endi ſundea. thit iſ ſelbo Criſt Godeſ egan barn gumono beſta fridu uuid fiondon.

10. Uuela that iu theſ mag frah muod-hugi uueſan an theſaro uueroldi, thei iu thie uuillo geſtuod that gi ſo libbeandi thena lan-deſ uuard ſelbon giſahun.

11. Nu muot ſniumo ſundeono loſ manag geſt faran an Godeſ uuilleon tionon atomid, the mid treuuon uuili uuid iſ uuini uuirkean, endi anuualband Criſt faſto gilobean, that ſcalt te frume uuerthan Gumono ſo huilicon ſo that gerno duot.

quod filius ejus erat, quo, præ omnibus qui nati eſſent, maxime delectatus erat, & quod ei etiam eſſet filiorum omnium chariſſimus.

8. *Hæc oportebat Johannem, ſicut deus voluit, videre, & audire. Dein protinus hominibus, qui omnipotenti domino ibi præſenti gaudebant, ea explanavit dicens. Hic eſt regis Cælorum filius, quem, domino dominorum auctore, mundo notum facio.*

9. *Etenim dei verbum, domini vox, cum me homines baptizare in aqua juberet, hoc mihi dixit: nimirum, quandocunque revera viderem ſpiritum ſanctum de Cælo cum potentia in aliquem hujus terrarum orbis hominem certo deſcendere, quod eum opporteret eſſe Chriſtum glorioſum Dei filium, qui baptizabit cum ſpiritu ſancto, & medebitur multorum peccatis. Ille enim potentiam à deo habet conceſſam omnibus hominibus dimittendi crimina, & peccata. Hic profecto Chriſtus ipſe eſt, proprius dei filius, hominum excellentiſſimus, qui pacifici animi erga inimicos eſt.*

10. *Utinam vobis erga illum amicus hic animus eſſet, erga illum cujus voluntas fuit, ut vos ipſum patriæ fautorem (ſervatorem) viventes videretis.*

11. *Jam multi ſpiritus, per dei voluntatem peccatis abſoluti, & ſupplicio liberati poſſunt diſcedere, nempe eorum, qui cum amicis fidem ſervabant, & in dominum Chriſtum firmiter credere. Ea enim omnibus proderunt, qui ſtudioſe ea faciunt.*

In carminum rhythmicorum tribus his Speciminibus non tantum voces in exemplari continuo ſcriptas dividere, ſed orationem rhythmicam, quæ etiam abſque omni membrorum diſtinctione ſcripta eſt, commatis, colis, & periodis ſeparare viſum eſt, tum quod orationis contextum diſtinctionibus notatum commodius poſſem interpretari; tum etiam ut poëseos ſtylum aſyndetis, appoſitione nominum, & verbis participiorum officio fungentibus perturbatum lector magis perſpectum haberet.

IV. A rhythmicis jam ad pſeudo-rhythmica tranſeamus, quæ certum & definitum numerum ſine quantitate ſyllabarum obſervantes *finalium ſimiliter ſonantium tinnitu* aures delectant, atque eo modo veri metri rhythmique abſentium vices quaſi ſupplent, defectumque pro viribus ſuis compenſant. *Otfridus* Monachus *Weißenburgenſis*, *Rhabani Mauri* Abbatis *Fuldenſis* auditor & diſcipulus, volumen quinque librorum in id genus carminibus conſcriptum, quibus evangelicam hiſtoriam poëtice deſcripſit, ante annum Chriſti DCCCLXXVI compoſuit. Volumen iſtud evangeliorum pſeudo-rythmicum à *Flacio Illyrico* mendoſe editum Baſileæ, Anno MDLXXI. Verſione Latina, variis lectionibus, notiſque illuſtratum, & mendis omnibus purgatum denuo publicandum in ſe ſuſcepit, in *Francicis*, *Gothicis*, *Cimbricis*, *Anglo-Saxonicis*, & *Longobardicis* verſatiſſimus *Jo. Schilterus* Argentoratenſis. hujus operis ſpecimen ante biennium in publicum emiſit, nempe *Otfridi* ad Ludovicum I regem Franciæ Orientalis, voluminis ſui evangeliorum dedicationem; quod Lectori *Philo-Teutoni*, quoniam poëſeos pſeudo-rhythmicæ vetuſtiſſimum ſimul, ac aptiſſimum exemplum eſt, hic ponendum exiſtimo. Eſt autem hoc poema adeo artificioſe compoſitum, ut cujuſque tetraſtichi *prima* & *ultima litera* ſit eadem, principiumque ac finis omnium tetraſtichorum eundem infra-ſcriptum titulum in utroque carminis deſcendentis latere exhibeant.

LUDOVVICO ORIENTALIUM REGNORUM REGI SIT SALUS ÆTERNA.

1. Ludouuig ther ſnéllo
thes uuiſduames follo.
er Oſtarrichi rihtit al
ſo Francono Kuning ſcaL

Ludovicus alacer,
Sapientiâ plenus,
Is Orientale regnum (Francicæ) regit omne
Ut Francorum Regi decet.

2. Vbar frankono Lant gizalt
ſo gengit ellu ſin giuualt
thaz rihtit, ſo ih thir zellu,
thiu ſin giuualt ellV.

Super Francorum regionem inclutam
Progreditur omnis ejus poteſtas.
Hoc regit, quod ego tibi recenſeo,
Omnis ſua poteſtas.

3 Themo ſi jamer heili
joh ſalida gimeini
druhtin [a] hohemo thaz guat
joh [b] freuuemo [c] emmizen thaz muaT

Huic ſit ſemper ſalus
Atque Felicitas publica.
Dominus accumulet ipſi Bonum
Atque exhilaret ipſi jugiter animum

4 [d] Hohemo gimuato
jo allo ziti guato,
er allo ſtunta freuue ſih.
thes thigge io [e] mannogiliH.

Accumulet ipſi gratiam
Atque omnia tempora bona (felicia)
Is omnibus horis gaudeat.
Hoc voveat unuſquiſque.

5 Oba ih thaz iruuellu
[f] theih ſinaz lob zellu
zi thiu due ſtunta mino
theih ſcribe dati ſinO.

Etſi ego hoc proponerem,
ut ipſius laudes recenſerem,
(&) ad hoc collocarem horas meas
ut ſcriberem facta ejus.

6 Vbar mino mahti
ſo iſt al thaz gidrahti.
hoh ſint ſo ih thir zellu
thiu ſinu thinkan ellV.

Supra meas vires
utique eßet omne hoc intentum,
Grandia ſunt quæ ego tibi narro
Ejus facta omnia.

7 Vuanta er iſt edil Franko
vuiſero githanko.
vuiſera redinu
thaz duit er al mit ebinV.

Namque ipſe eſt nobilis Francus
Sapientum cogitationum.
Sapientum ſermonum
Idque facit is omne cum æquanimitate.

8 In ſines ſelbes bruſti
iſt herza filu feſti.
Managfalto guati.
bi thiu is ſinen er gimuatI.

In ſuo ipſius pectore
eſt cor multum ſtrenuum,
multiplex benignitas:
ideoque eſt ſuis gratioſus.

9 Cleinero githanko
ſo iſt ther ſelbo Franco.
ſo iſt ther ſelbo edelinc,
ther heizeit auur LudouuiC.

Subtilium cogitationum
Sic eſt ille ipſe Francus.
Sic eſt ille ipſe nobilis,
Qui appellatur rurſus Ludovicus.

10 Offto in noti er uuas inuuar
thaz bivuankota er ſar.
mit Gotes ſcirmu ſcioro
joh harto filu ziorO.

g Sæpe in neceſſitatibus is fuit revera,
Eas ſuperavit illico,
Per DEI protectionem certè, (commodè)
Et maximo cum decore.

11 Oba iz uuard uuanne
in not zi fehtanne.
ſo uuas er io thero redino
mit Gotes krefftin oborO.

Etſi fiebat aliquando
In anguſtiis ut dimicaretur,
Tamen erat is ea in cauſa
per DEI potentiam ſuperior.

12 Riat Gott imo offto in notin
in ſuaren arabeitin.
gigiang er in zala [h] uuergin thar
druhtin halff imo ſaR

Conſuluit ipſi DEUS ſæpe in neceſſitatibus
In gravibus laboribus.
[i] (Si) Verſabatur is in periculis fortè,
DOMINUS juvabat ipſum illico.

13 In notlichen uuerken,
thes ſcal er Gotte thanckon.
thaz thancke ouh ſin gidigini
joh [k] unſus mah uuidI,

In anguſtis rebus.
Propterea debet DEO gratias agere.
De hoc etiam gratias agat ejus comitatus,
Atque noſtri fratres conſecrati.

---

a Per poeticam craſim, pro *hohe imo.* *b* Pro *freue imo.* *c* Pro *emmizigen.* *d* Pro *hohe imo.*
e Pro *manno gihuilih.* *f* Pro *the ih.* *g* Strophen ſic potius vertendam cenſeo:

Sæpe quidem in neceſſitatibus fuit,
quas magnopere ſuperavit,
per Dei illuſtrem protectionem,
& audaciam maxime decoram, (laudandam.)

h Rectius legendum eſſe *uuegin* cenſet *Schilterus.* *i* Reddo hos duos verſus paullò aliter:

Superavit pericula
in quibus dominus ipſum valde juvabat.

k Rectius videtur legendum *unſere*, vel *unſe mahe.*

14 Er

14 Er uns ginadon ſine uualt.
thaz ſulichan Kunic uns * ghidalt
then ſpar er nu zi libe.
uns allen io zi liab*E*.

Qui (DEUS) nobis gratioſè ſervet ipſius potentiam,
ut talem Regem nobis ſalvum ſervet.
Hunc conſervet in vita
nobis omnibus ad favorem.

15 Nu niazen uuir dio guati
joh fridoſamo ziti.
ſines ſelbes uuerkon.
thes ſcullun vvir Gotte tanckoN.

Nunc fruimur his bonis
& pacatis temporibus.
Ejus ipſius factis (operibus)
de hoc debemus DEO gratias agere.

16 Thas mannilich nu gerno
ginada ſina fergo
von Gott er muazi haben munt,
jo uueſan lange giſun*T*.

Quo quilibet nunc lubenter
gratiam ejus ambiat.
A DEO is obtineat protectionem
Et ſit diu incolumis.

17 Allo citi guato
ſo leb er io gimuato.
joh bimide io zala
thero fianto fal*A*.

Omnibus temporibus bonus (felix) ſemper Auguſtus
Vivat hic gratioſus
Et evitet pericula
Inimicorum inſidias.

18 Lango Liobo, druhtin min,
laz imo thie daga ſin.
ſuaz imo ſin lib al
ſo manȝ er emo ſca*L*.

Longam vitam, Domine mi,
Fac ei dies ſuos.
Edulca ipſi ſuam vitam omnem
quàm varia (ea) debeat (eſſe)

19 In imo irhugg ih thrato
Dauides ſelber dato.
er ſelb thulta ouh in noti
jo manago arabeit*I*.

In ipſo recordor valdè
Davidis ipſius factorum.
tæ, *lanam carpo*: in præt. taade, in Infinitivo tæia.
tagl, *cauda equina.* G. TAGL, *capillus.* Inde *S.* tægl, *cauda. A.* tail.
tak, *ictus.*
tal, *numerus. A.* tale. *S.* talian, *æſtimare.*
tala, *loquor*: talade, *locutus ſum. S.* talu. *A.* tales, *fabulæ*; à tellan, to tell, *loqui, dicere narrare.*
tamur, *aſſuetus, manſuetus. S.* tam, tame. *A.* tame.
tappe, *ſtipamen.*
tarfur, *taurus.*
taug, *funiculus*; à toga, *attrahere. A.* to tow.
taung, *forceps*: teingur, *forcipes. A.* tonges.
tek, *ſumo*: took, *ſumpſi*: taka, *ſumere. A.* to take.
teirn, *lamina.*
tel, *numero*: talde, *numeravi. A.* to tell.
tem, *domo*: tamde, *domui. S.* tamian. *A.* to tame.
tennur, *dentes*: tonn, *dens.* G. TANDS. *S.* eliſo N, toð. *Ang.* tooth.
tidinde, *rumores. A.* tidings.
tidugur, *tempeſtivus. Sax.* tiꝺ. *tempus, hora.*
tigg, *mando dentibus*: tugde in præt. tiggia, in Infinit.
tyk, *canis canicula*: tykur in plur. *A.* Bor. a tyke, *canus.*
tyne, *perdo*: tynde, *perdidi*: tyndur, *perditus.*
tyr, *Deus Aſianorum.*
tyr, *Mars vel Mercurius.*
tyu, *decem*, &c. vide Gramm. noſtræ Cap. 6.
tillaatfeme, *indulgentia.*
tiorn, *ſtagnum ſeu lacus. Ang.* Bor. a tarn.
titlingur, *avicula. Ang.* a tit, *parus.*
toff, *mora.*
töffur, *magia.*
tolle, *hæreo*: tollde, *hæſi.*
tolungur, *loquax, diſertus. Sax.* tellan, *dicere, loqui, narrare.* A. to tell.
tomur, *vacuus. Anglis* Aquilonaribus tum, teum.
tonn, *dens.* vide tennur.
tooffa, *vulpes.*
toolff, *duodecim.* vide Cap. 6. Gramm. noſtræ.
torff, *ceſpes. S.* tuꝛꝛe. A turfe.

traaß, *obſtinatio.*
traudur, *invitus.*
tred, *tero*: trad, *trivi*: troda, *terere. S.* tꝛeꝺan. Anglicè to tread.
trie, *lignum.* G. TRIN. *Sax.* tꝛeop, tꝛyꝛ. A. tree.
trigd, *virtus, fidelitas.*
trine, *roſtrum.*
trippe, *equula.*
trog, *linter. Sax.* tꝛoh. Angl. trough, *alveus.*
troll, *gigas.*
trur/ trun/ truutt, *fidus, a, um.* Ang. true. truu, *fides. Sax.* tꝛeope.
tueir, *duo.*
tugur, *numerus vicenarius.*
tuinne, *filum lineum. S.* tꝛin. A. twine, *filum retortum*: à tꝛinan, *conduplicare.* Ang. to twine.
tungl, *luna. S. ſtella, aſtrum.*
turn, *turris. S.* top. A. tower.
tuttugu, *viginti.* vide Cap. 6. Gramm. noſtræ.

Þ.

Þaang, *alga.*
Þacka, *gratias ago*: Þackade, *gratias egi. Sax.* þancaꝛ. Ang. thanks, *gratiæ*: & þancian, to thank, *gratias agere.* Þackargiord, *gratiarum actio.*
Þad, *hoc vel illud.*
Þagd, *beneplacitum.*
Þagmælſtur, *taciturnus.*
Þægur, *gratus.*
Þær, *illæ*: plurale ab hann, *illa.*
Þamb, *tentigo.*
Þamb, *extenſio.*
Þang, *alga.*
Þare, *alga.*
Þaug, *illa*, plurale à Þad, *illud.*
Þefur, *odor.*
Þeyr, *illi*, plurale ab hann, *ille.*
Þeingell, *rex*, Poëtice.
Þeige, *taceo*: Þayde, *tacui.* G. ÞAGJAN, *tacere.*
Þen, *extendo*: Þande, *extendi.*
Þeſſe, *hicce.* v. Cap. 5. Gramm. noſtræ. Þeß kyns, vel Þeß konar, ejuſmodi.
Þickur, *craßus. S.* þiccol. Ang. thick.
Þid, *vos*: dualis à Þu, *tu.*
Þad Þidnar, *quod gelu rigidum erat, reſolvitur.* A. to thaw, *regelare.*
Þier, *vos*: plur. à Þu, *tu.*
Þiettur, *denſus.*
Þife, *furtum. Sax.* þeoꝛ. Ang. thæf, *fur.*
Þigg, *accipio*: Þaa, *accepi*: Þiggia,

Þiggia, *accipere. Sax.* þicgean.
Þy, *mancipium. S.* þeop.
Þy, *famulitium.*
Þydur, *egelidus.*
Þil, *ſponda.*
Þil, *confuſe recito*: habet Þulde in præterito.
Þing, *forum, res. S.* þinz, *res, cauſa.* Inde the huſtings, *Iſlandicè* Þinghuſe. *Marc.* xv, 16. *John.* xviii, 28, 33. *domus cauſarum*, vel *forum Londinenſe.* Anglicè thing, *res.*
Þingd, *gravitas.*
Þinn, *tuus*: Þyn, *tua*: Þitt, *tuum.* vide Cap. 5. Gramm. *Angl. Sax.*
Þioffur, *fur.* vide Þiſe.
Þioo, *femur. A.* thigh.
Þioor, *bos caſtratus.*
Þioos, *portio vel ceti*, vel *alterius cadaveris partiti.*
Þis, *feſtinanter & tumultuoſe incedo*: habet Þuſte in præt.
mier Þiſter, *ſitio. A.* to thirſt.
Þogull, *taciturnus.* vide Þeige.
Þoka, *caligo.*
Þol, *patientia, tolerantia. Goth.* ψΠΛΛΝ, *pati*: ψΠΛΔΙΝΛ, *patientia, Sax.* þolian, *pati.*
Þemb, *alicujus rei extenſio.*
Þooff, *condenſatio.*
Þoofe, *dorſuale.*
Þootta, *tranſtrum.*
Þor, *audacia. S.* þeappan. *A.* to dare, *audere.*
Þorfnum, *abſtinentia.*
Þorn, *fibula.*
Þ.all, *ſervus. Sax.* þþæl. *Ang.* thrall; & thraldome, *ſervitus.*
Þrælſlegur, *ſervilis.*
Þrætne, *contentio.*
Þraunguz, *anguſtus. A.* throng.
Þreya, *thorax.*
Þreittur, *feſſus.*
Þrep, *parietis pars prominens.*
Þridia/ Þridia/ Þridta, *tertius, tertia, tertium.*
Þrif, *nutritio. A.* to thrive, *augeri, nutriri.*
Þrym, *ſub onere duro*: habet in præt. Þrumde.
Þryz, *tres.*
Þroskulldur, *limen. S.* þæþrc-pald. *A.* threſhold.
Þrot, *defectus*; item, *vocula juris mendicis egeniſque applicari ſolita, qui proximorum bonis alendi ſunt.*
Þu, *tu.*
Þuæ, *lavo*: Þuode, *lavi*: Þua, *lavare.* G. ψΥΛhΛΝ. *S.* þpehan, þean. Þuætte, *lotio*: Þueigenn, *lotus.*
Þuerfare, *aſcia.*
Þuffa, *tumor terræ.*
Þungur, *gravis.*
Þunnur, *tenuis. S.* þinne, *tenuis. A.* thin.
Þuß, *gigas.*
Þuſund, *mille*: Þuſunder, *millia.* vide. Cap. 6. Gramm. *Angl. Sax.*

u.

ude, *imber*: Þad udar, *continui imbres deſcendunt.*
ugla, *noctua. A.* owle.
ulffur, *lupus.* G. ΥΝΛΡS. *S.* pulf. *A.* wolf.
ull, *lana. S.* pulle. *A.* wooll.
undarlegur, *mirus, alienus. S.* pondop. *A.* wonder, *miraculum.*
undeferull, *faldus animi.*
unge, *pullus. S.* ionz, *juvenis.*
ungur, *juvenis.*
ungur/ ingre/ ingſtur, *juvenis, junior, maxime juvenis. S.* ionzþe. *A.* younger.
unna, *favere*: unnande, *favens*: unne *favi*, ab ann *faveo. S.* unnan, zeunnan, *indulgere, ex mera gratia dare.*
upphaf, *initium, principium.*
upphriggiadur, *qui eſt tumenti gibboſoque dorſo, inſtar elephanti. Sax.* hpicze, *dorſum. A.* Bor. rigg.
urde, *erui*; ab ir, *eruo.*
urskurdur, *cenſura, judicium, ſententia lata.*
utburdur, *expoſititium quid.*
uxe, *bos caſtratus. S.* oxa. *Ang.* ox, *bos.*

v.

Vad, *vadum. S.* paban, *vadare, vadum tranſire*: pad, *vadum. Eboracenſibus* a wath.
vadur, *funis.*
vær vel vier, *nos*; plur. ab eg, *ego.* v. Gr. *A. S.* Cap. 5.
værd, *jucunda quies.*
vaf, *involutio.*
vafenn, *implicatus.*
vagl, *trabs.*
vagn, *currus. S.* pæzen. *Ang.* wain; or waggon.
valenn, *electus.* G. ΥΛΛΓΛΝ, *eligere*: ΓΛΥΛΛΙΔΛΝS, *electos, Luc.* 18. 7. *A.* Bor. to weal, *eligere.*
valennkunnur, *perſpectæ fidei & integritatis homo.*
vallttur, *vacillans in verbis & ſermone fallax. A.* to falter, in verbis vacillare.
vanmegnugur, *imbecillis.* ΥΛΝ, & pana, ut antea notavimus, denotant *defectum.*
var, *cautus. Sax.* pæpe, *cautio. A.* wary, *cautus*: beware, *cave.*
vareigd, *cautio, prudentia.*
vargur, *furioſus*: vann giordiſt vargur i vie, *violavit vel exuit ſacramentum.*
varme, *calor.* G. ΥΛRMGΛN, *calefacere. S.* pæpmian, pýpman. *A.* to warme.
varordur, *prudens & parcus.* G. ÞRRΔΛ, *ſapiens.*
varp, *ora calcei, pullatio.*
vaſe, *funda.*
vax, *cera S.* pæx. *A.* wax.
ved, *vado*: habet ood in præterito. vada, *vadere.* v. ood.
vedur, *aër, ventus. Sax.* peden. *Anglicè* wether, *tempeſtas, cælum.*
veſ, *circumvolvo*: habet vafde in præt.
veſ, *telam texo*: habet oof in præt. vefa, *texere. S.* peoxan. *A.* weave.
veſur, *tela textoria. S.* pexta. *A.* the weft, *ſubtegmen.*
veg, *trutino vel interimo*: habet vo in præt. vega, *trutinare. S.* pæzan. *A.* to weigh.
veggur, *paries.*
veglegur, *inſignis, glorioſus.*
vegſamlegur, *inſignis, glorioſus.*
vegſemd, *honor.*
vegur, *via.* G. ΥIRS. *S.* pæz, pez, *via. A.* way.
veide, *venor*: habet in præt. veidde.
veikur, *infirmus, languidus. S.* pac, pace. A. weak.
veitsla, *convivium.*
vek, *excito*: vakte, *excitavi. S.* pacian, *excitare.* Angl. to waken, awaken.
vel, *eligo*: valde, *elegi.* vide valenn.
vell, *ebullio*: vall, *ebullii. S.* peallan, *fervere, æſtuare. Droitwicenſibus* to wall.
velld, *levando oneri ſum*: habet valld in præt. Infinitivus eſt vallda.
vellde, *potentia. Goth.* ΥΛΛΔΛΝ. *S.* pealdan, *dominari, poteſtatem habere.* Ƿald, *potentia*: pealdan etiam ſignificat *regere, gubernare.* Inde apud nos to weild the ſcepter, to weild the ſword,

ſword, *ſceptrum, gladium regere.*
vellt, *volvor*: habet vallt in præt. A. Bor. to wellt a cart, i. e. *evertere. Goth.* ƿΛΛƿGΛN. *S.* palpian. A. to wallow.
ven, *aſſuefacio*: vande, *aßuefeci. Sax.* ȝepuman, *aſſueſcere.* A. to wont.
vende, *verto.* G. ƿΛNdGΛN. *S.* penban, *vertere.* Ang. to wind.
ver, *defendo*: varde, *defendi. S.* pepian, *defendere.* Angl. to ward.
að vera, *eſſe*; Infinitivus ab eg er vel em, *ſum*; in ſecunda Perſona Imperativi vertu, unde Ang. Boreal. dicunt war thou by, i. e. be thou by, or ſtand out of the way.
verð, *cogor*: habet in præt. varð.
að verða, *fieri*; ab eg verð, *fio.* vide Gramm. Angl.Sax. c. 7.
verður, *prandium.*
veria, *armamentum.*
verk, *opus. S.* peopcan, *operari.* Ang. to work.
versla, *aqua quæ non congelatur.*
veske, *ſcrinium, pyxis.* Angl. deske.
veſöld, *miſeria, calamitas*
veſtur, *occidens.*
vetur, *hyems.* G. ƿINTRNS. *S.* pintep. A. winter,
Það vetraz, *hyemeſcit*; unde A. Bor. dicunt it weathers, *tempeſtas ſævit.*
við, *nos*, de duobus.
viðburður, *eventus.*
viður, *arbor, lignum.*
viður, *frutex vel arbor.*
vie, *ſacramentum juſtitium. G.* ƿEIhΛ, vel ƿEIhS, *ſanctus.*
viel, *cauda avis.*
viel, *fallacia.*
vielinde, *gula.*
vier vel vær, *nos.*
vif, *fœmina. S.* pıf. A. wife.
vige, *munimentum.*
vigur, *enſis.*
vÞdforall, *qui longe lateque peregrinatur.* vÞdur, *amplus. S.* pıð, pıde. A. wide.
vÞg, *cædes. S.* pıȝ, *bellum.*
vÞk, *ſinus terræ*; etiam vik. *S.* pıc, pÿce, *ſinus, ripa, littus ſinuoſum.*
vÞk, *cedo*: veik vel vick, *ceſſi*: vÞkia, *cedere.*
vÞn, *vinum.* G. ƿEIN. *S.* pın. Ang. wine.
vÞngl, *vertigo.*
vÞs, *ſapiens. S.* pıſ. A. wiſe.
vil, *volo.*
villa, *error. S.* ÞpolIan, *errare.*
villtur, *errore captus.*
vilð, *voluntas. S.* pılla. A. the will.
vinatta, *amicitia. Sax.* pine, *dilectus.*
vind, *glomero*: vatt, *glomeravi.* Ang. to wind.
vindur, *curvus.*
vindur, *ventus.* G. ƿINDS. *S.* pınd. A. wind.
vingan, *amicitia, favor.*
vinn, *laboro*: vann, *laboravi.* G. ƿINNΛN, *tolerare. S.* pınnan, *laborare.*
vinſæll, *amicitia polleus.*
vinskapur, *amicitia. Sax.* pıneſcıp, *fraternitas.* óvinskapur, *inimicitia.*
vinur, *amicus.*
virke, *vallum. S.* pepc, peopc. A. a work, vel bullwork.
vit, *ratio, ſcientia.* G ƿITΛN, *ſcire. S.* pıtan. A. I wot, *ſcio*: pıtt, wit, *ingenium.*
vitna, *teſtor*: vitnade in præt. G. ƿEITƿRdGΛN, *teſtari. S.* ȝepıta, *teſtis*: pıtneſſe, ȝepÿtnıſ, *teſtimonium.* A. witneſſe.
vitnißburður, *teſtimonium.*
vitur, *ſapiens. Sax.* pıta. vitur/ vitrare/ vitraſtur.
vöde, *periculum.*
vödve, *coxa.*
vogur, *fretum.*
Það vöknar, *humeſcit.*
Það völnar, *incaleſcit.* v. vell.
vömb, *venter.* G. ƿΛMBΛ. *S.* pamb. A. womb. *Scot.* wamb.
vönum, *nævus, dedecus. S.* pem, & pemme. A. wem.
von, *ſpes.*
vöndur, *virga.* A. a wand.
vopn, *arma. Sax.* pæpen. Ang. weapons.
vopnaður, *armatus. Saxonicè* pæpneð.
vor, *noſter & noſtra*: vort, *noſtrum.*
vör, *labrum.*
vör, *ver.*
Það voraz, *ver incipit.*
vörn, *defenſio, munitio.* v. verð.
vös, *poſtula.*

SPECIMEN Iſlandiæ *Hiſtoricum & magna ex parte Chronographicum, per* Arngrimum Jonam, *Iſlandum, Amſtelodami*, 1648.

Biildur, notat *Uncum quo in venæ ſectione Chirurgi utuntur.*
Blanda, eſt *ſerum lactis, à miſcendo, quòd non niſi aqua mixtum bibatur. A.* Bor. to blend, *miſcere.*
Hængur, ſic *piſcem marem* vocant.
Hogg, eſt *verber.* Storhoggue, *magna verbera infligens.*
Onundur, liom, *ſplendor, à venuſtate formæ.*
Knappe, *velox.*
Kiſtropp, *querno corpore præditus.*
Belgur, *uter, bulga.*
Mioffce, *gracilis.*
Ormerus, hin orve, i. e. *liberalis; munificus.*
Helga fel, *ſacer mons.*
Siup, audga, *prædives.*
Thranderus, nuðbeinn dictus, à *crurum gracilitate.*
Stenulfus, hin lagir, dictus à *ſtatura puſilla.*
Kialke, *maxilla.*
Quiia vel kuiia, eſt *ſtabulum æſtivum agnis mulgendis ſub dio deſtinatum.*
Skutull, *ſagitta.*
Ogiæffa, *infortunium.*
Snæffioll, *montes nivoſi.*
Huiith sky, *alba nubes.*
Fagra brecka, *amœnus clivus.*
Faer eru friidare, foſtre þo peir, skiæle ſig, *pauci ſunt, mi nutritie, qui ſi ringant faciem, formoſiores appareant.*

Skammhendiguz, *qui curtum habet brachium.*
Thorderus, hræda, quasi dicas, *timor* vel *terror.*
Quærnbytur, *molam præmordens.*
Liot, *turpis.*
Gil, *montis cujusdam ruptura.*
Thorbrandus, orrekur, *quasi acriter impellens.*
Staffuz, denotat *scriptionem.*
Beckur est *rivus & scamnum.*
Helgo, hin magre, *macilentus.*
Kroppe, *corpus vel cadaver.*
Thoralfus, hin starke, *fortis.*
Odinus, rotenn sive *calvaster.*
Thever aa, est *rivus qui vallem, non per longitudinem, sed qui è montibus ruens, eandem transversim interluit.*
Fiskelækur, *piscosus rivus.*
Lundur, *lucus.*
Ormerus, Tosku-bakur, à *portata tergo mantica* dictus est.
Gnupar, vocantur *altiora montium cacumina.*
Skard, est *ruptura, defectus, hiatus.*
Skratta fel, *mons dæmonum.*
Þeianda dal, *silens vallis, vallis rivi sine murmure decurrentis.*
Thorkillus, hinn haffve, i. e. *procerus.*
Gunulfus, kreppa, i. e. *angustia.*
Boka neff, *rostrum accipitris.*
Bialme, appellant Islandi *Boves capite albos, reliquo vero corpore conspiciendo, quovis colore simplici præter album.*
Thyckva-bœ *conferta habitatio.*
Digre, *crassus, corpulentus.*
Raffnerus, Haffnar-lykill, cognominatus est à *portu & clavi, quòd, cum insignis fuerit pirata, portum ubique commodum tamen inveniret & aperiret.*
Biorno, offlate, i. e. *ornatui deditus.* Idem etiam hin audar cognomen habuit, i. e. *opulentus.* Audur, *vernacula, nomen est singulare collectivum, plurali defectivum: notat omnis generis opes & divitias.*
Kvolld, *vespera.*
Oarga, *animosus & audax, confidentia leonina præditus.* Leonem certe appellant *Islandi* dyr-red oarga, *quod metuere nesciat.*
Bliid, denotat *lætus, mentis cujusvis.*
Thornkillus, kernamule, *quasi os vel mentum hordeaceum.*
Breidbolstad, *latifundium.*
Olverus, Barna-kall, sic dictus *quia piraticam more sui seculi exercens, pueris & infantibus parceret, contra piratarum consuetudinem.*
Thorbernus, farlakappe, i. e. *Baronum pugil.*
Raffnerus, hinn-hermske, i. e. *stolidus.*
Hostmyrcuz, *Autumnales tenebræ.*
Sleggia, *majus mallium.*
Aatfanes, *Cygnorum Isthmus.*
Hauka-dal, *accipitrum vallis.*
Kirckus, hinu raude, i. e. *rufus.*
Germundus, heliar-skinn, à *furvo colore dictus.*
Thorarinus, hrokur, i. e. *uncus.*
Hafturs-fell, *Hircorum mons.*
Thorgerus, floskubakur, dictus à *gibbositate.*
Kutafiord, *sinus arietum.*
Kolsven, hinn rame, dictus à *robore.*
Gallte, *Suem marem & adultum*; Griis, *Suculum* exponimus.
Myvatn, *Stagnum majus in* Islandia, dictum à my & vatn, *propter muscas misere stagnum illud infestantes.*
Chetellus, pistill, à *tributis.*

GEORGII HICKESII

S. T. P.

DE ANTIQUÆ LITTERATURÆ SEPTENTRIONALIS UTILITATE,

SIVE

De Linguarum Veterum Septentrionalium Usu

DISSERTATIO EPISTOLARIS,

AD

Bartholomæum Showere,

EQUITEM AURATUM,

Non ita pridem Jurisconsultum apud *Anglos*, & Causarum Patronum Celeberrimum.



OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCIII.

CHARLWOODO LAWTON,

ARMIGERO, JURIS-CONSULTO,

Et Foris in Juridicis litigantium Patrono,

GEORGIUS HICKESIUS, S. P. D.

DE Linguarum Veterum *Septentrionalium* Uſu & Dignitate ad *Bartholomæum Showere*, quas ſcripſi, Litteras, ad Te legendas mitto, *Charl. Lawtone*, quo interveniente, mecum amicitiam Is iniit, initamque ita colere & fovere voluit, ut Illi, quam qui maxime, familiaris & conjunctus eſſem. Meminiſſe jam juvat de variis argumentis ſermones, quos nunc in *prædio* Ejus *urbano*, nunc in *ruſtico* habuimus. Speciatim eos recolere delectat, quos mecum ferebat de fontibus Juris Civilis *Anglicani*; de Sacerdotio & Regno, ſive de Rep. Eccleſiaſtica & Civili; de Patria, pro qua nemo bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus; & de Patriæ vero amore; de cauſis & ſignis cadentis Imperii; de Exiſtimatione populari; de Veri Juſtique arcanis viribus; de Principiis Boni & Mali, ad quæ Humana & Chriſtiana Vita inſtituenda eſt; & de Inhoneſto iſto Vitæ genere, quod licentioſi homines Reip. tam Civilis quam Eccleſiaſticæ peſtes vivunt, principiis illis ſoluti, ad quorum normam ſe ſuoſque mores fingere & componere & Philoſophia & Theologia docet. De his & hujuſmodi materiis, quum ſuo more (quem noſti) ſolide & acute diſputans animi ſui ſenſa exponeret, equidem neſcio an majoris judicii, an ingenii Hominem ſe eſſe oſtendebat. Crede mihi, *Lawtone*, cum delectatione ſemper, & non raro cum admiratione, eum in *Quieto* dicendi genere ſermocinantem audivi; In *Contentioſo* vero & *Forenſi*, quam dicendi peritus, quam fervidus & nervoſus orator, denique quam fauſtus & fortunatus cauſarum propugnator erat, norunt Tecum, qui Forum frequentant, univerſi; præſertim Clientes ejus, qui tantum non omnes, Eo Defenſore, Victores à judicio abire ſoliti, id maximo ſuo commodo ſenſerunt. Quam juris etiam peritus erat, quos ſcriptos vivus edidit, libri monſtrant; & quos ſcripturus etiam erat, itidem demonſtraſſent, ſi D. O. M. qui ſuum cuique vitæ terminum definit, longiorem Illi vitam indulſiſſet. Noſti enim conſilium quod nobis aperuit, de edenda altera parte Libri ſui, quem inſcripſit **Cases in Parliament**; & de ſcribendo Tractatu *De*

Jure Criminali, quod Forenſes noſtri *Jus Coronæ* vocant. Ad quem quidem condendum tractatum, quæ opus eſſent, colligere cœperat, Defenſionum laboribus, & Senatoriis muneribus tandem (quod optabat) liberatus, id operis *Architectonica* manu auſpicaturus. Mitto dicere quam charus Amicis, & quam gratus Concivibus ſuis Exonienſibus erat, qui jam tertio, cum in extremis ageret, eum Procuratorem eligebant, qui in Senatu populi *Anglicani*, quem *Domum Comm.* nominamus, vices ſuas gereret. Quod Te attinet, *Lawtone*, ob eas rationes propter quas Ille Te, Tu Illum unice amaſti, nempe ob ingenium, morum ſuavitatem, honeſtatem vitæ, humanitatem cum beneficentia junctam, &, qui ſplendentium virtutum fere omnium parens eſt, divitiarum, quas maxime liberali manu non diſpenſavit dicam, ſed honeſtiſſime diſſipavit, contemptum vere *Chriſtianum*. Quapropter per *Showeri* noſtri ſemper chariſſimos Tibi manes, perque amicitiam quæ Tibi Illique communis fuit, oro Te, obſecroque, *Lawtone*, ut *Diſſertationem* hanc noſtram, qualis qualis eſt, non tamen ut noſtram, ſed ut Illius potius, æquo & benevolo animo accipias: ut illius, inquam; quia quemadmodum imago non amplius pingentis, ſed ejus, qui pingitur, eſſe dicitur; ſic ea Epiſtolarum & Epiſtolarium Librorum eſt natura, ut conſuetudine, quæ & in rep. literaria vim legis habet, non tam ſcribentium, quam eorum, ad quos ſcribuntur, eſſe habeantur. Præterea, Illo auctore, ſcripta eſt hæc *Diſſertatio*, ſiquidem ejus argumentis expugnatus, quibus id genus tractatum ſcribi oportere, Te audiente, contendebat, eam in me ſcribendam ſuſcepi. Quam jam prælo proditurum Omnibus qui civem in Eo bonum, & bonarum litterarum egregium fautorem ſibi patriæque ereptum dolent; Tibique imprimis, apud quem magnum Sui deſiderium reliquit, mærens dat, dicat, dedicatque Tuus *Georgius Hickeſius*. Vale.

Dabam Londini
xix.Cal.Jan.MDCCII.

IN-

INDICIUM
HUJUS
Dissertationis.

I. INTRODUCTIO, in qua Auctor declarat se in *Dissertatione* sua de *Linguarum Vett. Septentrionalium* usu, jucundum ab utili non secernere. Codices in lingua *Anglo-Saxonicâ* MSS. quid à Majoribus dictum, quid actum, quid doctum, quid constitutum; qui eorum mores, & consuetudines, quæ virtutes, quæ vitia; denique qui fuit apud eos *Reipub.* & *Ecclesiæ* status, ostendunt, pag. 1, 2.

II. Inchoat Auctor *Dissertationem* suam ab iis, quæ acta sunt apud *Anglo-Saxones* in *Comitiis* sive *Curiis Comitatuum*, utpote quæ primordia sunt, ex quibus jus nostrum *Civile*, & Consuetudines *Forenses* nascuntur. Commentarius sive *Recordum* Curiæ Comitatus *Herefordensis*, Saxonicè. pag. 2. idem Latinè versus. p. 3.

III. Undecim animadversiones in Acta *Curiæ* Com. *Herefordensis*. pag. 3. Regis negotia in *Comitiis Comm.* tractari, & geri solebant. Id amplius probatur ex *Causa*, quæ acta fuit *Saxonice* inter *Winflædam* & *Leofwinum* in *Comitiis Com.* pag. 4, 5. Acta *Comitiorum* istorum *Latinè* versa, ubi *Dissertatio* in Margine de *Signis* & *Sigillis*, & nonnullæ chartæ Sax. Ecclesiæ *Exonienses* fictitiæ esse evincuntur. pag. 5, 6, 7. Chartæ apud *Anglo-Saxones* bipartiri & tripartiri haud secus, ac apud nos membranarum INDENTURÆ per dimidiatos characteres majusculos solebant, pag. 8. ubi in Margine de *Forensi* nostro EXONIO, Anglicè **Essoin**. An *Brevia* originalia dari solebant è Curiis *Anglo-Saxonum*. pag. 8. Causæ apud *Anglo-Saxones* summariè & simplici modo agi solitæ. pag. 8.

IV. Mos erat apud *Anglo-Saxones* in libros qui in Cœnobiorum Bibliothecis asservati erant, tanquam in tabulas publicas, acta Curiarum *Comm.* referre; ut & emptiones, venditiones, donationes, *&c.* Id amplius probatur ex instrumento emptionis & venditionis contractæ inter *Leofwinum* & *Ædricum*, &c. pag. 9. ubi in margine de Feodo *Restricto*, seu conditionali, apud *Anglo-Saxones*. Instrumentum, sive emptionis contractus, quo *quidam* Se, & Suos à servitute redemit in Curia Urbis *Bathonensis*, è Bibl. *C. C. C. C.* descriptum. pag. 10. ubi sequuntur multa id genus alia *Saxonicè*. Donatio *Ealburgæ Saxonice*. pag. 10. Conventio *Eldredi Lisingesunii* cum *Wulfrico* Abbate, *Saxonicè*, *ibidem*.

Commentarius sive *Recordum* terrarum cujusdam *Gilebeardi*, *Saxonice*. *Ibid.* De celeberrimo codice Evangeliorum MS. Ecclesiæ *Lichfieldensis*, qui vulgo vocatur *Liber* S. *Ceadæ*: & de S. *Teliao*, *Landavensis Ecclesiæ* patrono. pag. 11, 12.

V. In membranis liturgicis contractus suos scribendi mos apud *Anglo-Saxones* fuit. pag. 12. id probatur ex *Manumissionibus servorum*, pro quibus redimendis contractum erat in publicis *Comitiis*, ut & *Curiis Urbium*, & *Hundredorum*. Quarum *Manumissionum* & *redemptionum* servorum formulæ multæ habentur notatu dignæ. pag. 13, 14, 15. inter quas notanda maxime est illa *Willelmi*, Episcopi Exonienses, quæ ansam Auctori dedit exhibendi Chartam, ut putat, Commentitiam, Ecclesiæ *Exonienses*, in quâ dicitur *S. Eadwardus* R. *Leofricum* Episcopum per dextrum brachium ducens, & *Eadgytha* ejus Regina per sinistrum, in novæ sedis Cathedra Episcopali illum constitisse. pag. 16, 17. in marg.

VI. *Recordum* Curiæ *Normanno-Saxonice*, quæ habita erat in *Exoniensi* Civitate, *Portreva Alwardo* præsidente. pag. 18. *Recordum* privilegii *Normanno-Sax.* quo *Osburnus Exonienses* Episcopus indulsit monachis *S. Nicolai*, ut pulsarent Campanas ad horas suas die nocteque significandas. pag. 18. *Sodalitia* sive *Fraternitates*, quas Episcopus & Canonici *Exonienses*, cum aliis, piis Laicis, instituerunt ad conservandam charitatem & pietatem promovendam. pag. 18, 19. *Sodalitium* institutum à *Wulfstano* Episcopo *Wigorn.* cum Præfectis, & Fratribus VII Monasteriorum, quo stipulati sunt se Deo obedientes, & Regi fideles fore, & multa alia charitatis & pietatis officia se præstituros, *Saxonicè*, è Bibl. *C. C. C. C.* pag. 19, 20. *Sodalitium Cantabrigiæ* institutum; ubi refutatur *G. Somnerus*, qui in Dictionario suo *Anglo-Saxonico* transfert þegena gild, **Gentlemen-hall**. pag. 20. *Sodalitium Exoniense*. pag. 21, 22. sequuntur *manumissiones* Servorum, & Servarum, in urbe *Bathonensi*, cum conventione inter Priorem & monachos *Bathonenses*, & quendam *Sæwium*, & uxorem ejus *Theodgifam* de domo & tertis eorum. pag. 22, 23. Auctor rationes dicit, propter quas tot *Manumissiones* Servorum ex

vetustis

vetuſtis MSS. deſcripſit. pag. 23. ubi rationes etiam declarat, quibus inductus nomina teſtium & fere ſemper cognomina omnia, quæ actis ſubſcripta cernuntur, tam diligenter deſcripſit. ubi etiam diſſertatiuncula de cognominibus, quæ in gentilia ſunt converſa, & de tempore in quo primum prænominibus addi cœperunt pag. 23, 24, 25, 26, 27, 28. ubi in margine nonnulla *Anglo-Saxonice* è MS. quodam Bibl. *Cottonianæ* proferuntur, quæ prima facie probare videntur nomina gentilia apud *Anglo-Saxones*, in uſu fuiſſe, quod tamen non reipſa probant.

VII. Duo Inſtrumenta *Saxonicè*, quæ demonſtrant ea perfectain & pleniſſimam firmitatem habuiſſe apud *Anglo-Saxones*, quæ in Curiis acta & teſtata erant. pag. 29.

VIII. De *Curiæ Comitatus* dignitate, amplitudine, & auctoritate apud *Anglo-Saxones* & *Anglo-Normannos*. pag. 30. *Willelmus* I. *Anglicum* regnum bello conquiſivit. pag. 31. in marg. & 32. in marg. Placitum apud *Pinendenam*. *Placitum* in *Com. Cantwarenſis* Curia inter *Roffenſem* Epiſcopum, & *vicecomitem*. pag. 31, 32, 33.

IX. Incipit Diſſertatio de *Cauſarum Duodecimvirali judicio*, & ejus origine. pag. 33. Mos iſte audiendi & finiendi cauſas non erat in uſu apud *Anglo-Saxones*. p. 33. reſpondetur illorum objectionibus, qui ſecus ſentiunt. pag. 34. per Duodecim Viros juratos judicandi ratio non ſtatim obtinuit, ac incepta eſt apud *Anglo-Normannos*. pag. 35, 36. Inſtituta tandem erat ab *Henrico* II. ad tollendam impiam per DVELLVM cauſas terminandi conſuetudinem. ibid. Ejus origo è *Scania*, unde *Nortmanni*, qui eam in *Angliam* induxerunt. pag. 37, 38, 39, 40, 41. Reſpondetur Juriſperitorum Argumentis, qui eam ab *Anglo-Saxonibus* petendam contendunt. pag. 42, 43, 44, 45, 46. de Curiæ *Cancellariæ*, & *Reſcriptorum Forenſium*, quæ *Brevia originalia* dicuntur, origine apud *Anglo-Normannos*. pag. 46, 47, 48, 49, 50.

X. *De Re Teſtamentariâ Anglo-Saxonum*. pag. 50. *Byrhtrici* & *Ælfswithæ* uxoris ejus *Teſtamentum*, *Saxonice* & *Latine*. pag. 51, 52. ubi in *nota* ad verbum *Regina*, multa de *Anglo-Saxonico* Hlafdia, in quibus defenditur R. *Bradeius*, qui verba *W. Malmsburienſis*, *Si eam* (Matildam) *in Dominam reciperet*, Anglice reddidit, If he would receive her as Queen. Teſtamentum *Wulfari*, *Saxonice*. p. 54. ubi in marg. oſtenditur, *Anglo-Saxones* ſervorum & ſervarum *prædialium* nomina mandaſſe literis, ut bonorum ſuorum partem, quæ cum prædiis legare fas eſſet. *Badanothi Beoltingi* teſtamentum Saxonice. pag. 54. *Abbæ* vicecomitis Teſtamentum, *Saxonice*, qui terras ſuas Relictæ ſuæ fruendas dedit, dum Vidua manens à ſecundis nuptiis abſtineret. pag. 55. permiſſum erat marito & uxori, ut conjunctim Teſtamentum facerent apud *Anglo-Saxones*. pag. 56. Lex nulla *Anglo-Saxonum* requirebat, ut Annus, quo teſtamenta facta erant, à tabellionibus notaretur. pag. 56. Tempus, ex quo *Teſtamentorum* uſus apud eos receptus erat. ibid. Quis apud eos legitimus Teſtium numerus, quibus coram Teſtatore uno eodemque tempore ſubſcribentibus & conſignantibus Teſtamentum erat jure factum. pag. 56, 57. Auctoris ea de re ſententia, ubi probat teſtium numerum eum fuiſſe, quem *Jus Civile Romanum* ſtatuit, ita tamen ut in extrema vitæ lucta agens, uno adhibito, eoque gravi, & optimæ fidei teſte, recte teſtaretur. pag. 57. Id probatur ex MS. Narratione Teſtamenti cujuſdam *Ælfegi*, qui moribundus teſtamentum ſuum fecit, ſingulari Teſte adhibito, *S. Dunſtano* Archiepiſcopo *Cantwarenſi*, quod in lite de eo mota, *Comitatus Curiæ* nihilominus jure factum eſſe videbatur. ibid. Apud *Anglo-Saxones*, quemadmodum apud *Romanos*, quis unum Teſtamentum pluribus Codicibus conficere potuit. ibid. non apud eos mos erat inſtituendi hæredes fideicommiſſarios, quos Practici EXECUTORES vocant: id ex eo veniſſe Auctor putat, quod CURIA pro hærede gereret, vel ſaltem aliquem è Legatariis loco hæredis fideicommiſſarii conſtitueret, cui Bonorum poſſeſſionem dabat, ut ea quæ relinqueret, & quibus reliquerat, Teſtator ſecundum Teſtamenti tenorem reſtitueret. pag. 57, 58. Hoc ut credat, facit narratio MS. de Teſtamento *Ælfegi* compoſita, in qua graviter taxatur *Leofsunius* quidam, qui ducta *Ælfegi* Relicta, & teſtamentum ejus, ut non jure factum, cauſans, terras occupabat BUTAN ƿITENA DOME, *ſine conſilio & judicio ſapientum*. pag. 57, 58. ubi multa, de poteſtate quam in cauſis teſtamentariis habuit Curia Com. apud *Anglo-Saxones*. Quomodo ab *Anglo-Normannis* de rebus & cauſis Teſtamentariis jus comparatum eſt, Civili & Eccleſiaſtico foro diviſis. pag. 58. Quomodo Auctor credit jus iſtud ſe prius habuiſſe, quàm diviſa fora erant. ibid. ſequitur narratio de Teſtamento *Ælfegi*, & controverſia de eo mota è textu *Roffenſi*, *Saxonice* & *Latine*, in qua traditur S. *Dunſtanum* mille Sacramentalium juramentis honeſtatum, non victorem tantum, ſed triumphatorem maximum ex litis iſtius judicio diſceſſiſſe. pag. 58, 59, 60. *Wulfſigus* presbyter Curiæ præpoſitus erat, cum in controverſia iſta juramento ſe adigeret *Dunſtanus*. ibid. Jurans S. *Dunſtanus* Codicem SS. Canonum in altera manu tenebat; Qui forte ille Codex MS. Canonum eſt, cui in Bibliotheca Bodleyana jam nunc extanti vetuſta manu in dorſo inſcribitur CODEX S. DUNSTANI. pag. 60. Codicem SS. Canonum, ut officii ſui inſigne, in Curiis præſto habebat Epiſcopus apud *Anglo-Saxones*. ibid. Codice iſto, & Canonibus ipſis nihil ſanctius populo *Anglo-Saxonico*, apud quem in publicis regni Comitiis nihil unquam contra Canones Eccleſiæ ſtatutum erat. ibid. Teſtatorum apud *Anglo-Saxones* aliis Conſenſus Regius, quo Teſtamenta ſua rata habita eſſent, impetrandus erat; aliis non. pag. 60, 61. Unde hujus diſcriminis ratio petenda eſt. ibid. Ubi de beneficiis, ſive terris beneficiariis, & feudalibus, apud *Anglo-Saxones*. Teſtamentum *Ælfrici* Archiepiſcopi *Cantwarenſis*, *Saxonice* & *Latine*. pag. 62. Ubi oſtenditur in margine

gine navium habendarum facultatem, & ab omni Vectigali, vel portorio ſolvendo immunitatem Archiepiſcopis Cantwarenſis olim, & Epiſcopis Roffenſis Eccleſiæ indulgere ſolitos eſſe RR. *Anglo-Saxonum*. De *re Teſtamentaria* Anglo-Saxonum deſideratur juſtum volumen. Id nonniſi à literarum *Anglo-Saxonicarum* peritiſſimo accurate ſcribendum eſſe, quod quidem quam utilis reipub. literariæ Linguarum Vett. *Septentrionalium* eſt ſcientia, manifeſte docet. pag. 63.

XI. Deſideratur etiam de Donationibus *Anglo-Saxonum* juſtus tractatus, pag. 63. Quo autem ordine, & qua diligentia ſcribendus eſt hujuſmodi tractatus, oſtendit Auctor. In eo ſcribendo nihil quis præclari præſtare poteſt, niſi literaturæ *Anglo-Saxonicæ* qui ſcientiſſimus eſt. Talis tractatus, opus ſingulare eſſe poteſt, vel pars Prolegomenωn, quæ Chartulario *Anglo-Saxonico*, & *Normanno-Saxonico* præmittenda ſunt. Chartularium *Anglo-Saxonicum* & *Normanno-Saxonicum*, & Regios ſumptus & Collectorem in literis *Septentrionalibus* verſatiſſimum poſtulat. Huic quæ evolvenda ſunt, & quæ ab eo præmittenda in ampliſſima talis operis præfatione oſtendit Auctor. De generibus Chartarum, quæ primo dividuntur in *Autographas* & *Apographas*. De veterum *Manuum* diſcrimine & *Manuum* diſtinguendarum peritia. Chartæ veteres, quas Auctor ex Manibus, quibus exaratæ ſunt, falſas eſſe, ſtatim ac eas inſpexit, cognoſcebat. Chartarum aliæ in Majuſculis, aliæ in Minuſculis, aliæ autem in Intermediis quibuſdam literis à majuſculis declinantibus exarantur. Exempla earum, quæ in Majuſculis ſcriptæ, rariores ſunt. In Majuſculis tum ſcribi ſolebant Chartæ, cum in iis Codices ſcribi ſolebant apud *Anglo-Saxones*, in quibus Inſtrumentis fori, vel Diplomatis ſcribendis, nulla ante S. *Eadwardi* II. tempora, qui innovator fuit, propria unquam Scriptura fuit. Exemplum Chartæ, quæ in Intermediis litteris ſcripta eſt. De ſermonibus & eorum dialectis, in quibus Chartæ apud *Anglo-Saxones* ſcribebantur. In legendis Chartis etiam animadvertendum eſt, an voces, & phraſes, quæ in iis occurrunt, iſtorum temporum fuerunt, in quibus ſcriptæ eſſe dicuntur. Nonnullæ Chartæ quum autographæ, tum apographæ, per voces ſuas & phraſes, falſitatis evictæ. Modus conficiendi Chartas apud *Anglo-Saxones*. An Chartæ apud eos *Non traditæ* perfectum robur habebant? Sine *Inſinuatione* etiam Chartæ apud eos valebant. Quibus tamen nihil antiquius, quam in Monaſteriorum libris ſacris, tanquam in tabulis publicis, eas Inſinuare. Modus ille communis conficiendi Chartas ſuprà memoratas non adeo obtinuit, quin ab eo aliquando receſſum erat. Signa, quæ Chartis præponi apud *Anglo-Saxones* ſolebant. De differentia, quæ eſt inter *Crucis* ſigna, quæ *Angli* ante *Conquæſtum*, & poſt *Conquæſtum Anglo-Normanni* facere ſolebant. Tres tabulæ rem iſtam elucidantes. Sigillorum appendentium ante S. *Eadwardi* II tempora nullus *Anglo-Saxonibus* uſus. Ubi de *Monogrammatis*, & eorum uſu in Signandis literis *Patentibus*. Iis uſus eſt aliquando *Willelmus* I. Chartas tam Saxonico more ſignis Crucis factis, quam *Normannico*, ſigillo appendente, confirmandi mos erat apud *Anglo-Normannos*. Non adeo tamen obtinuit ille mos, quin ab eo, quoad multa, receſſum eſſet, quod Chartæ multæ oſtendunt. Secunda differentia inter factionem Chartarum *Anglo-Saxonicam*, & *Anglo-Normannicam*, quæ ex Chartis etiam citatis conſtat. Mos erat *Anglo-Saxonibus* unam eandemque Chartam in pluribus tabulis, ſive exemplaribus conficere. Id pluribus exemplis monſtratur. *Willelmus* I. etſi in Chartis conficiendis innovator, nonnullas tamen, *Saxonico* ritu, abſque ſigillo adpendente confecit. Id Chartæ Eccleſiæ *Exonienſis* exemplo docetur. Quæ graviter à Chartarum ſtudioſo exploranda ſunt, ut Veras à Fictis diſtinguat. De tempore, in quo Chartæ ab *Anglo-Saxonibus* primum factæ ſunt. De Æris, quibus in *Anglo-Saxonum* donationibus tempora deſignari ſolebant. In ſeptimo ſeculo annus incarn. Chriſti, ſed ſæpius annus Indictionis ſolus ad deſignanda Chartarum tempora, uſurpatus erat. Octavo ſæculo haud multum progreſſo ad annum *Indictionis* annus *Chriſti incarnati* ante *Caroli* Magni tempora in deſignandis Chartarum temporibus frequentiſſime acceſſit. Originalis *Commentarius*, ſive *Recordum* eorum, quæ acta ſunt in Synodo Pan-Anglicâ, quæ *Cloveshouſi* in Regno *Merciorum* convenit, *Saxonice*. In qua Synodo Rex, Aldermannus, & Sapientes cum Clero conſederunt. In notandis Chartarum temporibus ad annum Indictionis & Chriſti, acceſſit etiam non raro annus Regni. Quinetiam quemadmodum tempus, ſic etiam locum non raro notarunt *Anglo-Saxones*, in quo Chartas conficiebant. Tempus confectæ Chartæ aliquando in principio, ſæpiſſime in medio, nonnunquam etiam, ſed rariſſime, in Chartæ fine notatur. Chartæ *Anglo-Saxonum* nominibus confectæ, quæ rubris aureiſve literis, aut rubris aureiſve Crucis ſignis ſplendent, falſitatis ſuſpiciendæ ſemper ſunt. Id multis exemplis docetur. à pag. 63, ad pag. 83.

XII. De generibus Donationum apud *Anglo-Saxones*. pag. 83. Donationes ſunt vel *ſine Scriptis* ſive *Verbales*, vel *cum Scriptis* ſive *Codicillares*. Utræque ſunt vel Simplices, vel Solennes. Præterea Donationes reſpectu donorum ſunt vel rerum *Mobilium*, vel *Immobilium*. Quid ad perficiendas rerum mobilium Donationes requiſitum erat. Prædia & quæ ad prædiorum exemplum dabantur apud *Anglo-Saxones* quemadmodum *cum Scriptis*, ſic *ſine Scriptis* ſolenni more conferri ſolebant. Id probatur exemplis. Donationes etiam per ſcripturam ritibus maxime ſolennibus non raro celebrari ſolebant apud *Anglo-Saxones*. Id probatur exemplis. Donantes ad Eccleſias profecti non raro Chartas ſuas ſolenni more ſuper altaria ponebant. *Ranulphus* Dunelmenſis Epiſcopus Annulum cum Charta ſuper altare ponebat. Ubi in margine de *Inveſtitura* dicta Eccleſiarum per Annulum & Baculum. De *Ceſpitis* traditione ſolenni

apud *Anglo-Saxones.* Donationes ſine ea perfectæ apud illos fuerunt. Ab ea ortus videtur ſolennis ille ritus *Anglo-Normannorum*, quem Forenſes noſtri vocant **Livery and Seizin**, ſine quo terrarum Venditio & Emptio inſtrumentalis, vel pretio numerato, olim non conſtabat. Donationes *Anglo-Saxonum* ſcriptis confectæ conſiderantur quoad jus, quod donans donatario in prœdiis conferebat. Quot Chartulario *Anglo-Saxonico* & *Nortmanno-Saxonico* poſtponenda cenſet auctor. Chartæ R. *Eadgari* de OSWALDESLAWE examinatio & cenſura. à pag. 83, ad pag. 87.

XIII. Legum *Saxonicarum* deſideratur editio nova prioribus auctior & emendatior, quæ à nemine niſi à *Saxonicæ* Linguæ & antiquitatis peritiſſimo expectanda eſt. Quæ in nova Legum iſtarum editione præſtanda ſunt. Leges *Saxonicæ Æthelberhti* I, *Hlotharii*, & *Eadrici*, regum *Cantiæ* cum Verſione *Latina Joh. de Laet*, Antwerpenſis, in locis nonnullis ab Auctore emendatâ, qui rationes dicit, quibus inductus leges illas antea non editas in libro ſuo edendas exiſtimat. à pag. 87, ad pag. 98.

XIV. Deſideratur *Homilarium Saxonicum*, ſeu *homiliarum Saxonicarum* ſelectior Sylloge. Quid in eo opere præſtandum auctor cenſet. Id autem nemo niſi Linguæ, & hiſtoriæ *Anglo-Saxonicæ* peritus literario orbi dare poteſt. Sermo *Lupi* Epiſcopi in die ſolenni indicti jejunii ad populum habitus, *Saxonice*, cum *Dani Angliam* terra marique maxime affligerent. Rationes dicit Auctor propter quas ſermonem iſtum Latine verſum edendum in libro ſuo putat. à pag. 98, ad pag. 108.

XV. Deſideratur liber, qui CENTO SAXONICVS inſcribi poteſt, in quo fragmenta multa *Saxonica*, incertorum auctorum opuſcula varia, rerumque deſcriptiones collectæ edi debent, ne æternis tenebris damnentur. Id genus nonnulla pretioſa fragmenta ab auctore deſcripta *Speciminis* nomine imprimuntur. In hoc Capitulo de *Nummorum Saxonicorum* generibus, ut de *Stica*, de *Helſingo*, de *Peningo*, de *Sceatta*, de *Thrimſa*, de *Scyllingo*, de *Mancuſſa* vel *Marca*, de *Ora*, & de *Punda* Diſſertatum eſt. *Juramentorum* formulæ ſolennes apud *Anglo-Saxones.* perſonarum jurantium æſtimatio. de finibus intra quos *Pax Palatina* ſancte ſervanda erat. Hiſtoriola Cauſæ, quæ determinata erat in Curia Publica per *Eadgarum* R. in tribunali ſedentem. Ratio propter quam Auctor iſtius cauſæ determinationem exhibuit. De Sanctis in *Anglia* Sepultis, *Saxonice.* cum verſione *Latina*, à pag. 108, ad pag. 121.

XVI. Literaturæ & Antiquitatis *Saxonicæ* utilitas ex eo oſtenditur, quod nemo, niſi qui illis inſtructus, *Britanniæ Saxonicæ*, & *Dano-Saxonicæ* Topographiam, quam literatus Orbis maxime deſiderat, publico dare poteſt. Quid per topographiam iſtam intelligit Auctor. Quo in libro, & quo ordine regiones, provincias, urbes, *&c.* quæ in *Saxonum* aut *Danorum* imperio, ſive in *Anglia*, ſive in *Scotia* ſitæ erant, deſcribendas cenſet, & quid in opere iſto Topographico præſtandum à Linguæ *Saxonicæ* perito proponit. pag. 121, 122.

XVII. Danda doctis viris eſt opera, ut *Arctoi* Orbis Linguas omnes antiquas intelligant. In iis omnibus ſcriptos eſſe libros auctor oſtendit, qui illorum operam compenſabit. *Hialmari* R. *Biarmlandiæ* hiſtoria, *Runice.* à pag. 123, ad pag. 148.

XVIII. Linguarum Veterum *Septentrionalium* Scientiam non tantum utilem ſed quodammodo neceſſariam oſtendit auctor ex erroribus, quibus lapſi ſunt præſtantiſſimi Viri, Lexico-graphi, Gloſſo-graphi, & Archæologi, qui Linguarum iſtarum aut nullos, aut non omnes intellexerunt; aut ſi aliquam forte intellexerint, ejus tamen perfectam ſcientiam non adepti ſunt. *ibid.*

De *F. Junii* F. F. Linguæ *Anglicanæ* Etymologico. doctiſſimi cujuſdam *Sueci* de eo judicium. quæ in eo deſiderantur. *Anglis* omnibus, Scotiſque, qui aut Vetuſtos ſuos ſcriptores, aut ſermonis ſui provinciales Dialectos recte ſcire velint, Linguarum Veterum Septentrionis ſcientiam Auctor oſtendit eſſe neceſſariam. pag. 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155.

XIX. Illarum notitia illi neceſſaria eſt, qui unius alicujus earum gloſſarium recte velit ſcribere; ut & illi, qui Borealium gentium Nomina Propria recte velit explicare. Quid docti in hac re tentarunt. *Gothici* etiam Orbis doctis viris neceſſaria eſt illarum linguarum ſcientia, quotquot de patriæ ſuæ ſermonum hodiernorum origine & progreſſu recte velint ſcribere, aut penitiores eorundem receſſus perſcrutari. Neceſſaria etiam iis eſt illarum ſcientia, qui patriarum linguarum grammaticas *ratiocinativas*, vel *ſcientificas* (detur verbo venia) ſcribere velint; & utilis omnibus, qui accuratiſſimam, quæ acquiri poteſt, multarum aliarum linguarum ſcientiam adipiſci cupiunt. pag. 157, 158.

XX. Linguis Vetuſtis *Septentrionis* qui eruditus eſt, bonos quoſdam auctores præſertim hiſtoricos, qui de *Gothorum* Origine rebuſque geſtis ſcripſerunt, majori non tantum cum delectatione, ſed uberiori etiam cum fructu lecturus eſt. Iis etiam, qui eas intelligunt, non adeo neceſſe erit Lexica & Gloſſaria *Latino-Barbara* verſare. Diſſertationem claudunt *Andreæ Fountaine* Equitis aurati numiſmata *Saxonica.* pag. 158, 159.



BARTHOLOMÆO SHOWER,

GEORGIUS HICKESIUS

S. P. D.

QUUM ante ſeſquiannum, Clariſſime SHOWERE, *Grammaticas* noſtras *inſtitutiones* recudendi conſilium Tibi omne meum exponerem, & tecum deinde complures horas, nullis in aliis, niſi de literatura *Septentrionali*, ſermonibus verſatus ſim, multis argumentis contendebas de linguarum veterum *Septentrionalium* dignitate & uſu *diſſertationem*, ſaltem *diſſertatiunculam* aliquam, me oportere ſcribere, qua, è doctorum numero qui venerabilem antiquitatem colerent, ad earum ſtudium accenderentur. Immo etiam continuis verbis iterum iterumque rogaſti, ne id facere prætermitterem, quod non modo honos *Grammatici* noſtri operis, ſed *auctoris* exiſtimatio poſtulare videbatur. Ego auctoritate tua graviſſima motus, id me facturum non tardavi promittere, tum quod maxime mihi faciendum exiſtimabas, tum etiam quod factum cum eſſet, tibi pergratum fore perſpiciebam, tum denique, ut tibi morem gerendo non tantum oſtenderem quanti ſemper apud me ponderis eſt judicium tuum; ſed ut meum ſtudium erga Te, & officium, quod tibi cognitum eſſe ſpero, & magnitudinem tuorum erga me meritorum, publice declararem. Præterea id operis, etſi laboris & moleſtiæ pleni, ſub tuis libentius auſpiciis moliri volui, quòd alii à me, ut idem facerem, petierunt, quum *noſtrates*, tum *exteri* ſummæ eruditionis viri, qui ad ſuam utilitatem *Græcis* & *Latinis Gothica* & *Saxonica* conjungere volentes, illi *Cimbricos* veteres & *Franco-Theotiſcos* Codd. hi *Anglo-Saxonicos*, quibus ſe exercerent, integros ad *Theſauri* noſtri finem, ut appendicis nomine adderem, non tantum plurimis verbis ſcribentes rogaverunt, ſed crebris etiam nuntiis, ut quod petierant, impetrarent, vehementer ſe expectare, ut intelligerem, fecerunt. Quamobrem cum *arctôas* veteres linguas nihilo magis ornari, aut uſum earum oſtendi, quam codicibus editis poſſe conſtat, noſtri eſſe cenſeo quod explicitis illi verbis, Tu implicitis rogaſti, uno eodemque opere dare, propterea quod non diverſum ſed unum idemque ambo poſtulâſtis, tametſi non iiſdem verbis; illi nempe qui MSS. tractatus in ſuum uſum è tenebris in lucem, me obſtetricante, miſſos deſiderant; & Tu qui diſſertationem de earundam linguarum uſu & dignitate requiris, quæ abſque publicatis MSS. pro merito ſuo non poſſunt ſatis declarari.

Hoc igitur, quicquid erit operis, tibi cum illis commune aggreſſurus, duo præcipue, VIR mihi ſemper colende, habeo in optatis; Primum, ut Deus Opt. Max. quod, te auctore, ſuſcepimus, adprobet & fortunet, vireſque quum animi tum corporis, quibus illud tandem ad finem feliciter perducam, pro infinita ſua bonitate largiatur; deinde ut Te nihil non, quod ſcripturus ſum, delectet, tametſi ea non poſſum eloquentia ſcribere, qua Tu cauſas coram tribunalibus tam in foro, quam in utroque Senatu, agis: Tu, cui quidem vel nondum *quadragenario*, ſi idem apud

nos in uſu mos eſſet, ob partas in contentione forenſi qui erat apud Romanos olim ob reportatas bello victorias, dici vix poſſet, quot decernendi eſſent triumphi, vel quoties imperator eſſes appellandus. Quinetiam non minus ſcribendo, quam dicendo eloquentia illa tua divina nota & illuſtris eſt. Etenim vernaculo ſermone ſcripſiſti libros, qui mirificè omnibus placent, & laudi ſuo auctori ſempiternæ erunt, præſertim quem togatis plaudentibus in forenſi dicendi genere nuper [a] edidiſti, ille de litibus & controverſiis coram ſupremi Senatus tribunali diſceptatis, & in eo judicatis, in quibus quidem in librum texendis tam pura, propria & ſuavi oratione adeo famam tuam, & dignitatem amplificaſti, ut Tibi ad eloquentiæ gloriam nihil addi poſſe videatur.

Hæc apud Te, Ornatiſſime vir, præfanda, mihi duxi, ne te dignam tuæve ſimilem orationem expectares in hac diſſertatione, quam, ut ad Te ſcriberem in Epiſtolâ, quamprimum de eâ ſcribenda inter nos conveniret, Tu qui rogatus, nihil mihi negare ſoles, cum eam ſcribendi conditionem interponerem, permittere non gravatus es. At vero quamvis mihi aliqua ſive dicendi, ſive ſcribendi foret, quam nullam eſſe ſcio, facultas, haud ullus plane in his, quæ mihi tradenda ſunt, ei locus eſſe poteſt. Nam *grammaticalia*, nam intacta, nam inculta, quæ ut barbara delicatuli noſtri in faſtidio habent, & tardum, ipſis judicibus, ingenium requirunt, mihi ſcribenda ſunt. Quinimo in epiſtolarum eo genere mihi ſcribendum eſt, cui, ut *Tullius* Tuus docet, non ultra plebeium ſermonem eſt aſſurgendum. Quapropter ſi Tu ea, ſummus qui ſis tum in dicendo, tum in ſcribendo orator, quæ neque per meum ornari queunt ingenium, neque ſuâ naturâ ornanda ſunt, quo tamen animo ornate & non vulgari dicendi genere ſcripta amplecteris, voles accipere, eo candore tuo, & humanitate, quàm muſis noſtris *Septentrionalibus*, imò quàm nobis ſis amicus, teſtificaberis, meamque tibi exiſtimationem chariſſimam eſſe, facies ut exteri pariter ac noſtri ſciant.

Præterea cum in hoc libro imprimis laborandum ſit, ut ea ſcribam, quæ bonarum literarum ſtudioſos inducant, ut linguis antiquis *Septentrionalibus* cum maximo ſuo commodo, haud ſecus ac *Latinæ* & *Græcæ* operam gnaviter dent; id quoque præmittendum exiſtimo, me à jucundo utile non ſecernere, ſed quod vere doctos & ſapientes cognitum delectet, iiſque *jucundum* ſit, id etiam omne iis *utile* exiſtimamus, propterea quod animi delectatio magnum doctrinæ beneficium eſt, opibus, honoribus & iſtiuſmodi vitæ commodis æquiparandum ſaltem, ſi non longe anteponendum.

Te certè, qui Tui *Ciceronis* æmulus, juriſprudentiæ & eloquentiæ ſtudium cum illo Philoſophiæ cohoneſtas, & quem aliter in multis ac vulgus non hominum tantum, ſed doctorum ſapientia docuit ſentire: Te certe, inquam, in hac re mecum idem ſentire ſcio. Etenim nihil tibi dulcius, niſi miſeros cives vafris & nequam hominibus oppreſſos coram tribunalibus defendere, quàm, ſiquando otii quid nactus fueris, bonos libros pervolvere. Imo non raro latebras & receſſus quæris, in quibus ab hominum frequentia remotus libris Te totum dedas, quorum delectum quotidie facis, & è quibus nulli tibi magis in deliciis ſunt, quam qui de rebus, quæ ad majorum tempora ſpectant, tractant; & ex eis, quid ab iis dictum, quid actum, quid doctum, quid conſtitutum, qui fuerunt eorum mores & conſuetudines, quæ virtutes, quæ vitia denique, qui fuit apud eos Reip. & Eccleſiæ ſtatus, optime potes cognoſcere. Quocirca, CL. SHOWERE, cùm MSS. codices, è quibus linguarum veterum *Septentrionalium* uſum & commoditatem notum, ſi non illuſtrem, facere velim, id genus ſint, diſſertationem hanc noſtram, cujus magna pars ſunt, non tibi ſolum, ſed omnibus *arctoarum antiquitatum* cultoribus voluptati fore magna mihi ſpes eſt.

Ab *Anglo-Saxonibus* igitur inchoans, à quibus *Anglo* inchoandum eſt, ea in fronte colloco, quæ tibi juris peritiſſimo, & primordiorum juris indagatori ſummo non poſſunt non eſſe grata, utpote quæ ipſa primordia ſunt, vel primordiis proxima, ex quibus jus noſtrum civile, & conſuetudines *forenſes* naſcuntur.

Inter hæc autem merito primum locum vendicat cauſæ ſive litis cujuſdam in comitiis ſeu curia comitatus *Herefordenſis* auditæ, diſceptatæ & determinatæ, & deinde in tabulas publicas relatæ apographum *Saxonicum* recenti manu, non ſine mendis plurimis, & lacunis deſcriptum; cui, ut medicam manum adhiberem, rogavit, cum propter ſummum ingenium ejus, ſummamque doctrinam, tum propter modeſtiam ſingularem honorificè ſemper appellandus *Robertus Harleyus* noſter, qui, exemplari eheu perdito, mecum tranſcriptum communicare voluit, quod in his verbis ſcriptum legitur.

Þeſ ꝛputelaþ on þiꝛꝛum ȝeꝛꝛite þ an ꝛcip-ȝemot ꝛæt æt [b] Æȝelnoþeꝛ-ꝛtane be Cnuteſ dæȝe Linȝeſ: Ðæſ ꝛæt on [c] Æþelꝛtan þ. ⁊ Raniȝ Ealdoꝛman. ⁊ Eoꝛpine þæꝛ ealdoꝛmanneſ. ⁊ Leoꝛꝛine Fulꝛiȝeſ ꝛunu. ⁊ Ðuncil Hꝛita. ⁊ Toꝛiȝ Pꝛuda com þæſ on þæꝛ Linȝeſ æſende. ⁊ þæſ þæꝛ Bꝛyniȝ ꝛcip-ȝeneꝛa. ⁊ Æȝelpeaꝛd æt [d] Fꝛome. ⁊ Leoꝛ-pine æt Fꝛome. ⁊ Loꝛꝛic æt [e] Stoce ⁊ ealle þa þeȝnaſ on Heneꝛoꝛd-ꝛcire: Ða com þæſ ꝛaſende to þam

---

a Libri titulus hic eſt: **Caſes in Parliament reſolved and adjudged upon Petitions and Writs of Errour.** fol. **London.** MDCXCVIII *b* Nunc **Aylſton** & **Aylton.** *c* Hic fuit Epiſcopus XXV *Herefordenſis.* *d* Quinque hujus nominis vici ſunt in pago *Hereford.* omnes ut videtur à cognomine fluvio ſic vocati: nempe Birh-Fꝛome i. e. **Biſhops-frome.** Canfrome i. e. **Canons-frome**, **Caſtle-frome**, **Little-frome**, & qui viculus eſt, **Frome** ſimpliciter vocatus. *e* Quatuor hujus nominis vici ſunt in Com. *Hereford.* **Stoke-Idy**, **Stoke-Lacy**, **Stoke-bliſſe**, **Stoke-prior**, quorum primus jam dominus eſt *Paulus Foley* armiger, inferioris Senatus quem *domum communium* vocant, non ita pridem bis Prolocutor.

ȝemote

ȝemote Eoꝑine Enneapneꝛ ꝛunu. ⁊ ꝛpæc þæꝛ on hiꝛ aȝene moꝺoꝛ æꝼteꝛ ꝛumon ꝺæle Lanꝺeꝛ. þ pæꝛ Feolintun. ⁊ [f] Lẏnꝺeꝛleah. Ða acꝛoꝺe þe biꝛceop. hpa ꝛceolꝺe anꝺ-ꝛpeꝛian ꝼoꝛ hiꝛ moꝺoꝛ:· Ða anꝺ-ꝛpeoꝛoꝺe Ðuncil Hpita. ⁊ ꝛæꝺe þ he ꝛceolꝺe. ȝiꝼ he þa talu cuꝺe. þa he þa talu nane cuꝺe:· Ða ꝛceopoꝺe man þꝛeo þeȝnaꝛ oꝼ þam ȝemote þæꝛ ꝺæꝛ heo pæꝛ. ⁊ þæt pæꝛ æt [g] Fæliȝlæh. þæt pæꝛ Leoꝼꝛine æt Fꝛome. ⁊ Æȝelꝛiȝ þe Reaꝺa. ⁊ Ðinꝛiȝ Ꝺtæȝꝺman. ⁊ þa þa heo to hiꝛe comon þa acꝛoꝺon heo hpẏlce talu heo hæꝼꝺe ẏmbe þa lanꝺ þe hiꝛe ꝛunu æꝼteꝛ ꝛpæc:· Ða ꝛæꝺe heo þ heo nan lanꝺ hæꝼꝺe þe him aht to ȝebẏꝛꝺe. ⁊ ȝebealh heo ꝛpiꝺe eoꝛlice piꝺ hiꝛe ꝛunu. ⁊ ȝecleopaꝺe ꝺa Leoꝼlæꝺe hiꝛe niaȝan to hiꝛe Ðuncilleꝛ piꝼ. ⁊ beꝼoꝛan heom to hiꝛe þuꝛ cpæꝺ. heꝛ ꝛit Leoꝼlæꝺe min mæȝe þe ic ȝeann æȝꝺeꝛ ȝe mineꝛ lanꝺeꝛ. ȝe mineꝛ ȝolꝺeꝛ. ȝe pæȝlæꝛ. ȝe peaꝼeꝛ. ȝe ealleꝛ þe ic ah æꝼteꝛ minon ꝺæȝe. ⁊ heo ꝛẏꝺꝺan to þam þeȝnon cpæþ. ꝺoꝺ þeȝnlice. ⁊ pel abeoꝺaꝺ mine æꝛenꝺe to þam ȝemote beꝼoꝛan eallum þam ȝoꝺan mannum. ⁊ cẏꝺaþ heom hpæm ic mineꝛ lanꝺeꝛ ȝeunnen hæbbe. ⁊ ealne minne æhte. ⁊ minan aȝenan ꝛunu næꝼꝛe nan þinȝ. ⁊ biꝺꝺaꝺ heom beon þiꝛꝛeꝛ to ȝepitneꝛꝛe:· Anꝺ heo þa ꝛpæ ꝺẏꝺon. ꝛiꝺon to þam ȝemote. ⁊ cẏꝺꝺon eallon þam ȝoꝺan mannum hpæt heo on heom ȝeleꝺ hæꝼꝺe. Ða aꝛtoꝺ Ðuncil hpita up on þam ȝemote. ⁊ bæꝺ ealle þa þæȝnaꝛ ꝛẏllan hiꝛ piꝼe þa lanꝺeꝛ clæne. þe hiꝛe maȝe hiꝛe ȝe-uꝺe. ⁊ heo ꝛpa ꝺẏꝺon. ⁊ [h] Ðuncill naꝺ ꝺa to ꝛce Æþelbeꝛhteꝛ mẏnꝛtꝛe be ealleꝛ þæꝛ ꝼolceꝛ leaꝼe. ⁊ ȝepitneꝛꝛe. ⁊ let ꝛettan on ane Lpiꝛteꝛ boc.

VERSIO.

In hoc ſcripto oſtenditur, Comitatus conventum quendam habitum fuiſſe *Ægelnothes-ſtan*[g] Rege Canuto regnante. In quo quidem conventu conſidebant *Æthelſtanus* Epiſcopus, & *Ranigus* comes, & *Edwinus* comitis & *Leofwinus Wulſigei* filius. Eò etiam convenerunt ad negotia regis gerenda *Thurcilus* cui *Albus*, & *Tofigus* cui *comptus*, cognomen erat, cum *Bryningo* vicecomite, *Ægelweardo Fromenſi*, *Goodrico Stocenſi*, & omnibus pagi *Herefordenſis* liberis hominibus. Tum ad conventum profectus *Edwinus Enneawnes* filius, [i]agebat contra matrem de quorundam prædiorum jure, quibus nomina erant *Weolintun*, & *Cradeſleah*. Controverſiâ autem ab illo motâ, rogavit Epiſcopus, quiſnam reſponſurus eſſet pro matre *Edwini*, cui ſtatim *Thurcilus Albus* ſe pro illa reſponſurum ait, ſi cauſam, unde actio deſcenderet, ſciret, cujus nullam eſſe ſciebat. Tum conſpecti erant in conventu tres liberi homines, nempe *Leofwinus Fromenſis*, *Ægelſigus Rufus*, & *Thinſigus Stægthmannus*, qui erant è vico *Fæligleahenſi*, ubi mater *Edwini* habitabat. Hi à curia mandati erant, ut ad eam profecti rogarent, de jure quod haberet ad terras, de quibus filius ejus controverſiam moviſſet. His autem illa reſpondens dixit ſe nullas terras habere, quas ille aliquo juris prætextu vendicare poſſet, & dein heroica quadam indignatione in ſuum filium vehementer excandeſcens, & *Leofledam* propinquam ſuam *Thurcili* uxorem advocans, ſic coram illis prope ſe ſedentem eam allocuta eſt. Ecce *Leofledam* propinquam meam, cui Ego cum prædia mea, tum aurum, tum etiam veſtes & indumenta, tum denique omnia, quæ habeo, me mortuâ, fruenda concedo. His dictis, dein liberos homines à curia miſſos ſic adfatur. Eja agite, ut liberos homines decet, & diligenter perferte mandata mea ad Curiam, fideliter declarantes coram omnibus [k]probis hominibus, cui terras meas omnes, & univerſa bona eâ intentione dedi, ut filium meum exhæredem facerem, & rogate eos, ut huic donationi teſtes eſſe velint. Illi protinus, quod petierat, præſtiterunt. Equis enim conſcenſis, ad conventum remeant, & coram probis hominibus univerſis, quod ſe præſentibus *Enneawne* ſe defendens protulerat, declaraverunt. Quibus quidem declaratis, ſurgens in foro *Thurcilus Albus* ab omnibus liberis hominibus poſtulabat, ut uxori ſuæ terras a lite immunes adjudicarent, quas illi propinqua ejus donaverat. Hi vero ita fecerunt, prout rogaverat *Thurcilus*, qui ſtatim conſentientibus univerſis, qui conventui intereſſent, cum omnium teſtimoniis, equo conſcenſo, ad Sancti [l]*Æthelberhti* monaſterium tendit, ad quod profectus, quod actum erat in quendam Evangeliorum codicem referri curavit.

In his actis Curiæ Com. *Hereford.* haud pauca ſunt, SHOWERE, animadverſione digna, quæ Te perſpicaciſſimi, quidni cum *Cicerone* tuo dicam, divini ingenii hominem fugere non poſſunt. *Primo* autem ſe oſtendit ſive antiqua [m] *Anglo-Saxonum Lex*, ſive ante legem latam, legis vigorem

---

f Nunc **Cradely.** *g* Nunc **Fawley** Viculus. diſtat v mille paſſus ab **Aylſton.** *h* Ðuncil vel Ðuncill, per contractionem, ut videtur, à Ðuncetil, pro Ðunketil, vel Ðurcẏtel, de quo infra. Fuerunt apud *Anglo-Danos* multi præclari hujus nominis viri, præſertim ille totius *Angliæ* ſub *Canuto R.* tetrarcha, qui orientali *Angliæ* præfectus erat. Ab aliquo hujus nominis magnate Vicus **Thurkilby** in *Septentrionali* præfectura *Com. Ebor.* prope oppidum *Thrusk*, *Threisk* vel *Thursk*, nomen ſuum ſortitus, in dominio prænobilis & perantiquæ FRANKLANDORUM Gentis, jam diu ſe manſiſſe jactat. *i* Placitum movebat. *k* Id eſt, legalibus. *l* Monaſterium hoc in loco edito amæniſſimo juxta *Wigam* fluvium, qui præterlabitur *Herefordiam*, ſitum olim erat. *m* LL. *Edgari* politicæ, c. v. Be Gemotum. Sece man hunꝺpeꝺ ȝemote ꝛpa hit æꝛ ȝeꝛette pæꝛ:· Anꝺ hæbbe mon þꝛiꝛa on ȝeaꝛe buꝛȝ-ȝemote. ⁊ tpa ꝛciꝛe-ȝemote. ⁊ þæꝛ beo on þæꝛe Sciꝛe-ȝemote Biꝛceop. ⁊ ꝛe Ealꝺoꝛ-man. ⁊ þæꝛ æȝþeꝛ tæcan ȝe ȝoꝺeꝛ niht ȝe peoꝛulꝺ-niht e:· Vide etiam LL. *Canuti* politicas, cap. XVII.

habens *conſuetudo*, quâ conſtitutum erat, ut Epiſcopus cum Comite vel ejus Vicecomite in curia comitatûs conſidens, primam obtineret ſedem, & parem cum illo in dicundo jure haberet poteſtatem. Duravit hujus conſeſſûs uſus uſque ad tempora *Conquæſtoris*, qui Eccleſiæ cum ſuis *Nortmannis* ſemper infeſtus, [n] ſtatuit circa annum imperii XVII. ut Sacerdotio in omnibus pagis ſuum à regno ſejunctum tribunal habente, Cauſæ civiles & Eccleſiaſticæ diverſis in foris agerentur. *Secundo*, conſeſſus Epiſcopi cum Comite, vel Ealdormanno, in comitatûs curia in memoriam facile revocat poteſtatem, quam veterum *Germanorum*, è quibus *Anglo-Saxones* oriundi ſunt, ſacerdotes olim habuerunt, ſine quibus, ut [o] *Tacitus* tradit, *ducibus in bello neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec ducis juſſu, ſed veluti * deo imperante, quem adeſſe bellantibus credunt.* In conſiliis etiam magnis, ubi armati conſidentes eligebant [p] principes, qui jura per pagos vicoſque redderent, *ſilentium ſacerdotes, quibus tum & coercendi jus, imperare ſolebant.* Quocirca ut gentes omnes, quàm primum ad religionem *Chriſtianam* converſæ eſſent, maximi *Chriſtianos* faciebant ſacerdotes: hoc *Germanis*, ut facerent, maxime pronum erat, utpote apud quos ad fidem nondum converſos ſacerdotum auctoritas tanta erat, ut ſine eis nihil in conſiliis ſive *caſtrenſibus*, ſive *civilibus* agi rite poſſe credebant. *Tertio*, notandum eſt, Comite præſente *Gerefam*, qui vices ejus gerebat, communem cum cæteris *Thanis* ſive liberis hominibus, ſedem & poteſtatem in comitatûs conventù tantum habuiſſe. *Quarto*, conſtat omnibus comitatûs *Thanis*, ut conventui intereſſent, patrio jure non indultum ſolum fuiſſe, ſed [q] graviſſimis pœnis etiam cautum legimus, ne quis ter eo abeſſet. *Quinto*, *Thanorum* omnium, qui in conventu com. præſentes erant, par mihi videtur fuiſſe poteſtas, omniaque in eo communibus omnium vel majoris numeri ſuffragiis acta, decreta & definita fuiſſe: mihi quoque perſuaſum eſt; propterea quod nondum legi certum quendam hominum numerum ex iis unquam electum fuiſſe, quibus res forenſes, ut ante multa ſæcula apud nos majorum & minorum gentium cauſæ *duodeno* quos vocant *juratorum* numero, ſpeciali jure committerentur. *Sexto*, puto *Thanos* in comitatus ſui comitiis conventos in ea quaſi ſubſellariorum judicum munus obiiſſe, & Epiſcopo & Comiti, tanquam pedaneos vel inferioris ordinis aſſeſſores fuiſſe, quibus, ut *Taciti* verbis utar, conſilio potius, quam imperio præerant, officio ſuperiorum judicum auctoritate ſuadendi, & arguendi magis fungentes, quam coercendi jure, & jubendi poteſtate. *Septimo*, hujus conventûs ſive Curiæ vel maximam fuiſſe poteſtatem ex eo conſtat, quod à curiis centenarum, quas *hundredos* vocant, & [r] *Trithingis*, quæ plures complectebatur *centenas*, jus appellandi ad eam erat; ex ea vero appellare ad [s] ſolum regem liceret. Præterea ipſius Regis negotia in hac Curia tractari & geri ex eo conſtat, quod duo magni nominis *Thani* Com. *Herefordenſis* ad eam erant mandati, ut negotia Regis curarent. Quod etiam ulterius obſervare poteris, SHOWERE, ex apographo actorum curiæ cujuſdam comitatûs, quod ex autographo [t] *Cottoniano* deſcriptum hic infra & à nobis *Latio* donatum, antiquorum amatoribus & TIBI præcipue, quâ par eſt obſervantia, exhibeo.

Hep cyþ on þyrum ȝeppite hu pynfæd ȝe-lædde hyne ȝepitnerre æt pulfamepe beforan æþelpede cyninȝe. þ pær þon riȝenic ancebircop. ȝ ondbyrht bircop. ȝ ælfric ealdepman ȝ ælfþryþ þær cyninȝer modop. þ hi pæpon ealle to ȝepitnerre þæt ælfric realde pyrfladde þ land æt haccebupnan. ȝ æt bpadanfelda ongean þ land æt deccet. þa rende re cy-

---

n Vid. *Joh. Seldeni* ad *Eadmerum* not. & Spicileg. p. 167, 168. *o* De mor. *Germanorum*. * Deo vel Deaſtro, quem *Germani* bellantibus adeſſe credebant; nomen fuit *Odinus*. Sax. Poden. *p* Hepetoȝar & ȝepefar, Ealdopmen, qui per provincias, pagos & vicos dicebant jus, vocabant *Anglo-Saxones*. *q* *Æthelſtani* R. L. 20. leges *Hen. I.* cap. XXIX. *r* De Trithingis recte in legibus, quas vocant, *Edovardi* R. 34. *Erant etiam & aliæ poteſtates ſuper Wapentachia, quas vocabant Trithingas, quòd erat tertia pars provinciæ. Qui vero ſuper eas dominabantur, vocabantur Trithingerefas. Ad hos deferebantur cauſæ, quæ non poterant definiri in Wapentachiis. Sicque, quod Angli vocabant Hundredum, iſti Wapentachium; & quod Anglice vocabant* III *vel* IV *Hundreda, iſti vocabant trithingas. In quibuſdam vero provinciis Anglice vocabantur* leð, *quod iſti dicunt Trithinga. Quod autem in Trithinga definiri non potuit, ferebatur ad Scyram. Trithing* vero origine Cimbrica, vel Cimbro-Danica vox eſt ex þriu, *tres*, & þinȝ, *forum, conventus, comitiæ*; occurrit enim vox in hiſtoria R. R. *Septentrionalium à Snorrone Sturlonide* conſcripta, cap. CIX. cujus Epigraphe Fra Bruſa Jarli, oc Þorfinni Jarli. Þa er Þeir bræÞer komo veſtur til Orkneya Þorfinnur oc Bruſi Þa tok Bruſi tuo luti landi til forraÞa enn Þorfinnur ÞriÞiung; quæ ſic optimè vertuntur à doctiſſimo *Joh. Peringskioldo*, cui librum illum aureum, cum multis aliis, literatus orbis refert acceptum: *Quamprimum in Orcades delati eſſent Bruſo atque Thorfinnus, duarum regionis partium adminiſtrationem ſibi adſcivit Bruſo, Thorfinnus vero unius tantum*: quod aliter reddi poteſt, *tertiæ vero Thorfinnus*. Hinc tertia quæque pars provinciæ noſtræ *Eboracenſis*, in qua natus eram, vocatur adhuc *Riding*, corruptè pro *Trithing*: ut, **the North-riding, the Eaſtriding, the Weſtriding**, hoc eſt, **the North-trithing, the Eaſt-trithing, the Weſt-trithing.** ſLL. *Edgari*, 2. Ne ȝerece nan man þone cynȝ fop nanre rpræce. butan he æt ham nihter pyrþ beon ne mote. oððe niht abiddan ne mæȝe:. Lif þæt nihte to hefiȝ rÿ. rece rÿþþan þa lihtunȝ. to þæm cynȝe:. [t] In collectione Chartarum. N. 13.

ninȝ

ning þæp pihte be þam apcebiſcop. ⁊ be þam þe þæp mid him to ȝepitneſſe pæpon to leoſ-
pine ⁊ cyðdon him þiſ: Ða nolde he butan hit man rceote to rcipe ȝemote. þa dyde man
rpa. þa rende re cyning be æluepe abbude hiſ inſeȝel to þam ȝemote æt cpicelmeſ-hlæpe.
⁊ ȝpette ealle þa pitan þe þæp ȝeſomnode pæpon. þ pæpe æþelpiȝe biſcop. ⁊ æſcpiȝ biſcop
⁊ ælfpic abbud. ⁊ eal pio rcip. ⁊ bæd ⁊ hæt þ hi rciolden pynflæde ⁊ leofpine rpa pihtlice
ȝeſeman rpa hi æfpe pihtlicoſt þuhte. ⁊ piȝepic apcebiſcop rende hiſ rputelunȝa þæpto. ⁊
opdbyrhte biſcop hiſ. þa ȝetæhte man pynflæde þ hio morte hit hyne ȝeahnian. þa ȝe-
lædde hio þa ahnunȝa mid ælfþryþe "fultume þæſ cyninȝeſ modop. þ iſ þonn æpeſt pulf-
ȝap abbud. ⁊ pulfftan ppioſt. ⁊ æfic þapa æþelinȝa diſcſten. ⁊ eadpine. ⁊ eadelm. ⁊ æl-
felm. ⁊ ælfpine. ⁊ ælfpeapd. ⁊ eadpold. ⁊ eadpic. ⁊ ælfȝap. ⁊ eadȝyfu abbudiſſe. ⁊ hiof-
pun abbudiſſe. ⁊ æþelhild. ⁊ eadȝifu æt leofecan-opan. ⁊ hyſſe rpuſtop. ⁊ hyſſe dohtop.
⁊ ælfȝy (fu ⁊ hyſ) e dohtop. ⁊ pulfpyn. ⁊ æþelȝyfu. ⁊ ælfpapu. ⁊ ælfȝyfu. ⁊ æþel-
flæd. ⁊ menig ȝod þeȝen. ⁊ ȝod pif þe pe ealle atellon ne maȝon. þæt þæp fopþ come
ealle re fulla ȝe on pepum. ȝe on pifum. þa cpædon þa pitan þe þæp pæpon. þ betepe pæpe
þ man þene aþ apeȝ lete þonn hine man realde. fop þan þæp rydðan nan fneondſcipe næpe.
⁊ man polde bidðan þæſ neafflacef þ he hit rciolde aȝyfan ⁊ ropȝyldan. ⁊ þam cyninȝe hiſ
pep þa let he þone aþ apeȝ. ⁊ realde æþelpiȝe birpcope unbepacen land on hand þ he þanon-
fopþ ryþþan þæpon ne rppæce. þa tæhte man hyne þ hio rciolde bpinȝan hiſ fædep ȝold.
⁊ riolfop eal þ hio hæfde. Ða dyde hio rpa hio dopfte hyne aþe ȝebiopȝan. þa næſ he þa
ȝyt on þam ȝehealden butan hio rceolde rpepian. þ hiſ æhta þæp ealle pæpon. þa cpæþ hio
þ hio ne mihte hyne dæleſ. ne he hiſ. ⁊ þyſeſ pæſ ælfȝap þæſ cyninȝeſ ȝepefa to ȝe-
pitneſſe. ⁊ byrhtpic. ⁊ leofpic æt hpite cyſcan. ⁊ menig ȝod man to eacan him:

VERSIO.

Præſenti hac ſcriptura notificatur *Wynflædam* coram Rege *Æthelredo* teſtes ſuos *Wulfameræ* ſtitiſſe. Hi autem erant *Sigericus* Archiepiſcopus, & *Ordbyrhtus* Epiſcopus, & *Ælfricus* Comes & *Ælfthritha*, Regis mater, qui omnes teſtabantur *Ælfricum* dediſſe [vendidiſſe] *Wynflædæ* prædium iſtud, quod eſt apud *Hacceburnam*, & iſtud quod eſt apud *Bradanfeldam* è regione terræ, quæ eſt apud *Deccettam*. Tum protinus miſit eos Rex ad *Leofwinum*, qui ei id annunciarent, quod Archiepiſcopus, & qui cum illo conteſtes erant, coram illo declaraſſent. Ille vero cedere noluit, niſi comitatus conventus ad controverſiam cognoſcendam cogeretur, quod proinde, ut voluerat, factum erat. Conventu autem in *Cwicelmoshlæwa* acto, † Rex ad eum, per Abbatem *Ælverum*,

---

u Fultum, ut ego credo, idem ac a ðfultum. LL. Eccleſ. *Canuti*, R. 5. Scilicet *juramentum*, quo quis conſacramentalis in gratiam alterius una cum illo jurat. † Saxonicum in-ſeȝl reddendum duxi, *Showere*, per SIGNUM, vel SIGNACULUM, potius quam per SIGILLUM, quod pro adpendentibus *cereis impreſſionibus*, quibus chartæ & chirographa, ab adventu *Nortmannorum* apud nos corroborari ſolebant, & in noſtris & in exteris ſcriptoribus ſumptum eſt. Hujus autem diſtinctionis primus apud nos auctor fuit *Ingulphus* in monaſterii *Croyland.* hiſtoria, ubi ſic ſcribit: *nam chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad* EADWEARDI *regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis aliiſque* SIGNACULIS *firma fuerunt, Normanni condemnantes chirographa* CHARTAS *vocabant, & chartatarum firmitatem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale* SIGILLUM *ſub inſtillatione trium vel quatuor teſtium aſtantium conficere conſtituebant.* Sic monogrammata IMPP. occidentis, SIGNA vocat *Octavius de Strada* in libro, cui titulus VITÆ IMPP. CÆSARUMQUE ROM. Ut enim *crucibus aureis* chartas ſuas, ita etiam tum literas, tum aliquando etiam *teſtamenta* & *chartas* monogrammatis, quæ Galli *Chifres*, nos **Cifers** vocamus, ſignare ſolebant IMPP. & RR. atque hoc *R. Æthelredi* inſeȝl, *monogramma* ejus fuiſſe, ut vero ſimile eſt, ita per SIGNUM vel SIGNACULUM, vertendum eſſe cenſemus. Occurrit vox in SNORRONIS STURLONIDIS hiſtoria veterum RR. *Septentrionalium*, nunc **innſigli**, nunc **inſigli** exarata, quam doctiſſimus editor & interpres *Johan. Perinskiold* haud recte vertit SIGILLUM, ut in cap. CXL. p. 612. **Knutur enn riki ſendi menn veſtan of Englande til Noregs, oc var Peirra ferÞ, buinn allvegleg haufÞu Þeir bref oc inſigli Englands kongs Knutur.** *Canutus dives legatos ex Anglia in Norvegiam miſit cum magnifico apparatu literiſque creditivis Angliæ ſui regni* SIGILLO *munitis.* Ita ille. ego vero locum ſic reddendum exiſtimo: *Canutus dives legatos ex Anglia in Norvegiam miſit, ad quorum iter omnibus magnifice paratis, iis dedit Rex Angliæ Canutus literas ſuo* SIGNO *munitas.* Sic cap. CLVIII. p. 677. **SiÞann bar iarl framm bref oc incigle Knuta kongs,** *regias inſuper literas ſigillo regio munitas in medium produxit Iarlus.* **Enn i Þeſſari raÞagionÞ hafÞi verit upphafs maÞur Emma drotning hafÞi hun latit giora bref Þeſsi, oc latit incigla, hafÞi hun med brogÞum naÞ incigli kongs en hann ſialfur var levnder Þeſſo aullo,** *horum vero conſiliorum arbitra erat Regina Emma, quæ literas conſcribi, atque* SIGILLO *obſignari curaverat, ſublato per dolum* REGIO ANNULO, *inſcioque horum omnium Rege.* Ita ille pro more recentiorum temporum; ſed, *Canuto* regnante, morem non fuiſſe apud *Anglos* chartas literaſve SIGILLIS ſive SIGILLORUM cereis appendentibus impreſſionibus firmare; ut credam,

dam, facit non ſolum *Ingulphi* auctoritas, ſed quod omnes ejus chartæ, quas mihi contigit inſpicere, crucis ſignis, ut mos tum obtinuit apud *Anglos*, corroborantur. Hujus etiam diſtinctionis, quæ inolevit inter *Signum* & *Sigillum*, ignarus prorſus falſarius quidam Eccleſiæ veſtræ *Exonienſis*, SHOWERE, duas regis chartas cum eadem temporis deſignatione, iiſdem maxima ex parte teſtibus, & in eadem manu *Normanno-Saxonica* ſcriptas, ſub *Æthelſtani* R. nomine, neſcio majori an impudentia, an imperitia, orbi obtrudens, ſignum Sanctæ Crucis, *Sigillum* vocavit. Chartas vero, ut quæ egregia doli & impoſturæ exempla ſunt, ambas infra ponendas cenſeo.

✠ Anno ab incarnatione dominica dclxx. indict̄. xi. Ego æðelſtan rex Anglorum dabo p̄ eterna retributione animæ meæ quinque Larratos ubi incolæ uocitant Culumſtoce. dō et rcē mariæ nec ñ et rcō petro principi apoſtolorum ab monaſterium qđ ab incoliſ nominatur Exanceaſter ut habeat quā diu fideſ catholica in gente anglorum maneat. precipimuſ q°q. et obſecramuſ in dī omnīptiſ nōie et in rcē trinitatiſ honore. ut nulluſ homo in aliq° tempore. unquam hanc n̄ram donationem infringere auſuſ ſit. reō ſtabiliſ ſit corā dō et hominbꝯ urque in rcłm. Si quiſ autem hoc in aliq°. frangere ł minuere temptaverit. rciat re in ētna dāmpnatione puniri. n̄. hic celebrit̄ emendet. huiuſ agri terminī hæc ſt̄. æreſt on hacapenn forðeardð aðun on recgpyll. þanon on Lnaðuce. þonne anlang ſtreameſ on culumforð. of þæm forðe to þornpylle. þanon to bryðpylle. þanon to þære ænlipan æc. þanon anlang herpoðeſ on hean hangran middeweardne. þanon on hpitan beorh. þanon on gerihtne on fengel. þanon on gerihtne to þam ealdan gemeorc. þanon to bynichangran. þon up on gyrantorn. þanon on þone hpyrfel. þanon on þone þorn. þanon on peon-mynet eaſtepaſð þanon on gerihte on þa lace aðun on culum. up of culum on þam ealdan lace on burhgeaðeſ - porðig. þanon on gerihtne to rancumb þanon perſt on gerihtne be ecge on hacapenn forðeardne.

Ego æðelſtan rex Anglorum hanc meam donationē cum SIGILLO ðcē cruciſ imp̄ri. Ego Eadmund inðoliſ Lito confenſi. Ego pulfhelm Archiep̄ dictaui. Ego ælfeah Epſ̄. adquieui. Ego æðelgar Epſ̄. Notaui. Ego brihthelm Epſ̄. faui. Ego pynſige Epſ̄ Loncluſi. pulfgar dux. æðelſtan dux. odda mī. ælfheah mī. æðelfeld mī. pihtgar mī.

✠ Anno dōmicæ incarnationiſ dclxx. indic̄ xi. Ego æðelſtan rex Anglorum dabo p̄ eterna remuneratione et p̄ expiatione animæ meæ ðex pecticaſ ubi incoliſ uocitatur hrocaſtoc dō et rcē mariæ ad monaſterium, qđ incoliſ uocitatur Exaceaſter *&c.* huiuſ agellulī terminī hæc ſt̄. æreſt of ſulforða eaſt anlang herpoðeſ on Lulum. þanon eaſt pihte to longanforð. þanon ſuð anlang ſtreameſ oð Lulum lace. anlang lace. of þære lace up to þære ealdan dic. anlang þære dice on Leagðan-cum þanon on Lingorſloh. þanon anlang þæg̃eſ to þæm mege̅n ſtane. þanon ſuð þæt þa pegaſ to-licgað. þanon on þone Norð-myſtan hricpeg anlang hrycgeſ to þære eorð-burh midde peapðne. þanon on brydenapill. þanon ut on exan up anlang exan oð ſeteæpanlegeſ lace ⁊ rcræpanlegeſ þæſto. þænne fram æðelſtaneſ hammeſ forða on ſulforða and feoper æceraſ beteſten Exan-forn agean eaſterðeſ ealð landæ.

Ego æðelſtan rex Anglorum meū donū cum ſigillo rcē cruciſ concluſi. Ego Eadmund inðoliſ clito confolidaui. Ego pulfhelm Archi-epſ̄ ad-quieui. Ego þeoðred epſ̄ coaðunaui. Ego brihthelm epſ̄ ſubſcripſi. Ego ælfeah epſ̄ faui. Ego æðelgar epſ̄. confolidaui. æðelſtan dux. ælfhere dux. Eadmund dux. odda mī. pihtbord mī. heremod mī. pihtlaf mī. ælfhere mī.

Tempus quo has chartas confeciſſe dicitur *R. Æthelſtanus*, qui in regem electus eſt an. dccccxxv, eſt an. dclxx. adeo non peritus chartarum fabricator fuit hic Falſarius, ut maxime ſtolidus & doctrinæ temporum imperitus eſſet, qui chartas *Æthelſtani R.* nomine commentus, eas regem confeciſſe prætendit ante cclv annos, quam Rex eſſet creatus. Præterea quod *Æthelgarus* Epiſcopus utrique chartæ teſtis ſubſcripſiſſe legitur. Unus fuit iſtius nominis Epiſcopus, ille nempe qui factus eſt Abbas novi monaſterii *Wintonienſis*, anno dccccLxiv, ut Chron. *Sax.* deinde factus eſt Epiſcopus *Seleſienſis*, ut *Malmsburienſis*, denique Archiepiſcopus *Catwarenſis*, anno dccccLxxxviii. Secundum quem computum Epiſcopus factus erat poſt mortem *Æthelſtani R.* qui diem obiit vi Kal. *Novembis*, an. dccccxli. Verum ut commentitias eſſe chartas has anachroniſmi probant; ſic abſque iis phraſis illa ſubſignandi *cum ſigillo crucis* utrique communis eas merito ſuſpectas reddunt. Ob eandem rationem aliam etiam chartam Eccleſiæ *Exonienſis*, quâ *Eadgarus R.* cuidam, nomine Vulfnoð, tres terræ manſas dicitur dediſſe, ſuſpectam habui, quippe quæ ſic concluditur: *Ego Eadgar gratiâ dei totius Britanniæ telluris Rex meum donum proprio* SIGILLO *confirmavi.* Sic enim *ſignum crucis*, quod nomini Regis præponitur, vocat Falſarius; qui chartam etiam cum anathemate finali univerſam præter nomina propria in manu *Normannica*; deſcriptionem terrarum manu *Normanno-Saxonica*, quam literarum apices bicornes oſtendunt; nomina vero teſtium, uno excepto, nempe illius, qui poſtremus ſubſcribit, omnia cum ſex primis chartæ vocibus manu *majuſcularum* deſcribit; quæ HEN. primo regnante in uſu erant, deſcripſit, ut autographon, cujus hic apographon habes, cum ipſis mendis deſcriptum, inſpicienti conſtabit.

Regnante in perpetuum Dnō nr̄ō ihō xr̄ō cunctiſ ſophie ſtudium fere prime primantib: ſtabili notum conſtat ratione quod preſentiſ eſentia periculiſ incubantib. et cupiſ evanercentium perum inopinate crebreſcentib. humana moralium perum cognitio quaſi roſ minuendo elabitur et oblivioni tantundem trabitur niſi aliqua certi ratione prenotetur

quia

Ælverum, ſignum mittens ſuum omnibus ſapientibus, qui in eo convenerant, ſalutem dicebat. Hi autem erant *Æthelſigus* Epiſcopus, & *Æſcwigus* Epiſcopus, & *Ælfricus* Abbas, cum univerſo comitatu, quibus mandabat & jubebat, ut *Winflædam* & *Leofwinum*, prout ſibi æquiſſimum videretur, conciliarent. *Sigericus* quoque Epiſcopus miſit ſuum teſtimonium, ſuumque *Ordbyrhtus* etiam Epiſcopus. Quibus lectis teſtimoniis, oſtendebant *Wynflædæ*, quod illius erat rem in controverſia poſitam petere ſive vindicare. Illa igitur terras, quarum dominam ſe eſſe dixerat, conſacramentalem habens *Ælfthrytham* regis matrem, his teſtibus vendicabat; videlicet *Wulfgaro* Abbate, qui primus erat, & *Wulfſtano* presbytero, & *Æſico* regis filiorum (*Clitonum*) dapifero, & *Edwino*, & *Eadelmo*, & *Ælfwino*, & *Ælfweardo*, & *Eadwoldo*, & *Eadrico*, & *Ælfgaro*, & *Eadgifa* Abbatiſſa, & *Liofruna* Abbatiſſa, & *Æthilhilda*, & *Eadgyfa Leofecanoranenſi*, & ejus ſorore & filiâ, & *Ælfgyfa* filiaque ejus, & *Wulfwina*, & *Æthelgyfa*, & *Ælfwara*, & *Ælfgyfa*, & *Æthalflæda*, cum multis aliis probis Thanis, & fœminis, quos non poſſumus facilè numerare, adeo ut celebritas maxima eſſet quum virorum, tum mulierum. Dein, qui curiæ intererant, ſapientes dicebant melius & conſultius fore, omittere, quam deferre juramentum. Siquidem jurejurando interpoſito, nulla amplius amicitia inter partes litigantes foret, propterea quod reus [x] juramento obſtrictus, ſi cauſa caderet, bona [y] rapta non ſolum reddere, ſed juſtum inſuper eorum pretium ſolvere deberet, & regi præterea *Weram* ſuam, ſive capitis æſtimationem dependere. Tum ille, omiſſo juramento terras tradebat in manus epiſcopo quietas & controverſiæ immunes, ut exinde de iis nulla lis moveretur. Dein illam de hac re docent, nempe, quod ille etiam deberet producere patris ſui aurum & argentum & quicquid bonorum haberet, quod proinde fecit ac ſi auderet jurando ei ſatis dare. Verum his non adeo contenta erat, niſi etiam omnia ſua bona ſe produxiſſe juraret; ſed reſpondet, neque ſe in partem paternorum bonorum quæ illius, neque illam in partem quæ ſui erat, poteſtatem habere. Hujus autem rei teſtis erat *Ælfgarus* regis Vice-comes, & *Byrhtricus*, & *Leofricus Whitecircenſis*, atque inſuper multi probi homines, qui in conventu aderant.

Sic *Wynflæda*, ut videtur, terras quas petebat, evictas ac acquietas recepit, ſcyræ vel comitatus teſtimonio ſecundum *Canuti* legem 76, qua ſtatuitur, ut quiſquis terram comitatus teſtimonio protectam haberet, eâ ab omni lite liberâ & tutâ, dum viveret, frueretur, & cui voluerit

---

quia non ſunt æteꝛna quæ conſumentuꝛ hic ſed teꝛꝛena. Idō Ego Eadgaꝛ ꝛex Angloꝛum telluꝛiſ gubeꝛnatoꝛ et ꝛectoꝛ uni meo fideli vaſallo nomine Wulfnoð ꝛumancant aliquā teꝛꝛæ poꝛtionem id eſt III. manſaſ concedo libeꝛalitep in æteꝛnam poſſeſſionem. in loco ubi vulgaꝛiteꝛ vocitatuꝛ Leſmanaoc et pennaꝛð ut illo p̄ dicto teꝛꝛitoꝛio voti compoſ vita ꝼꝛuatuꝛ comite et poſt obitum eiuſ cuicunque uolveꝛit heꝛedi deꝛelinquat tam in minimiſ quam in magniſ. campiſ. paſcuiſ. ꝓꝛatiſ. ſilviſ. piſcaꝛiiſque: immunem ab ꝼꝛuendum deꝛelinquat. ꝓꝛeꝼatum ſiquidem ꝛuſ omni ſeꝛvitio caꝛeat ꝓꝛæteꝛ expeditionem. pontiſ et aꝛciſ munimen.

Ðiſ iſ þaꝛa III. hida Landgemæꝛu æt Leſmanaoc. æꝛeꝛt up oꝼ puꝛðalap anðlanz ꝛiðe azean ſtꝛeam to hꝛyt eꝛelt. þon ꝛuð ⁊ lanz ꝛiðe to cꝛouſꝛꝛah þon ꝼoꝛð to ceſtell-meꝛit. ꝼꝛam ceſtellmeꝛit to cꝛucou-meꝛeðen. þon eaſt azeꝛihꝛt to lembꝛoin. þon to ꝛyht catꝛallon. þon aðun anðlanz cenðeꝼꝛion oð þa litlan ꝛiðe: þon up anðlanz ꝛiðe to ꝼontonzen. ꝼꝛam ꝼonton-zen ⁊ lanz ðiceſcoþam heꝛepaðe. þanon a ðan lytlan-ðic to þan miclan ðic. þon ꝼoꝛ on þa ðic to ꝼoꝛnocedu. þon aðun ⁊ lanz ꝛiðe eꝼt topeꝛð alau. þon iſ þiſ þæſ aneſ aceꝛeꝛ landgemæꝛu æt pennaꝛð. æꝛeſt ꝼꝛā ſæ ⁊ land-ðic to þa ꝛiðe þon anðlanz ꝛiðe eꝼt on ſæ. Dominicæ incaꝛnationiſ Anno DCCCCLXVII. mei imperii VII° Anno ſcꝛipta eſt hæc ſyngꝛafa hiſ teſtib: conſentientib: quorum nomina eſſe uidetur. Ego Eadgaꝛ gꝛā dī totiuꝛ bꝛitanniæ telluꝛiꝛ ꝛex meum donum ꝼꝛio ꝛigillo conꝼiꝛmavi. Ego Dunſtanuſ aꝛchiꝛꝛeſul Aꝛgiæ ſcē cꝛuciſ imꝛꝛeſſi. Ego Æðelꝛoldus Epꝛ̄. conteꝛtoꝛ. Ego Ælꝼſtanuſ Epꝛ̄. coꝛꝛoboꝛavi. Ego Byꝛhtelmuſ Epꝛ̄. adquievi. Ego Ælꝼꝛoldus Epꝛ̄. annui. Ego Wulꝼꝛie Epꝛ̄. hanc chaꝛtulam dictantiꝛ Regе ſuiſque ꝓꝛæcipientib: ꝓſcꝛibeꝛe iuſſi. Ego Ælꝼheꝛe ðux. t̄. Ego Ælꝼhean ðux t̄. Ego Æþeſtan ðux. t̄. &c.

Siquiſ veꝛo hominum hanc meam donationem cum ſtultitiæ temeꝛitate jactitando inꝼꝛingeꝛe ceꝛtaveꝛit. ſit ipſe gꝛavib: ꝑ colla deꝛꝛeſſuſ catenis inteꝛ ꝼlammivomaꝛ teꝛꝛoꝛum dæmonum cateꝛvaꝛ. niſi ꝓꝛiuſ iꝛꝛigуiꝛ penitentiæ gemituꝛ. et puꝛa ſatiꝛꝼactione emendaveꝛit.

Præter ea, quæ ſuprà obſervata ſunt, vox feudalis ſive forenſis *Vaſallus*, quam *Nortmanni* à *Franco-Gallis*, à *Nortmannis Angli* habuerunt, chartam hanc poſt introitum *Nortmannorum* confectam eſſe docet. Quinetiam Falſarius ille ſui propoſiti oblitus *Gallicam* vel *Nortmannicam* præpoſitionem A, bis pro Saxonica TO in deſcribendis terris uſurpavit. In averſa facie pergamenæ, in qua hæc charta *Eadgari* ſine adſcripto tempore deſcribitur, altera ejuſdem regis, ſed ejuſdem plane furfuris, exaratur, quæ annum & indictionem habet conſignatum; ſcil. annum ab incarnato Xpō D.CCCC.LIX. & indictionem XII. ſed eam etiam eſſe fictam manus pariter oſtendunt.

x De periurii pœnis vide LL. *Aluredi*, cap. 1. *Eadwardi*, cap. 3. *Æthelſtani*, cap. 25. *Canuti*, 33. y Vid. LL. *Inæ*. be neaꝛlace, *de rapina*. cap. 10. & *Canuti* cap. 60. in his verbis. gif hꝛa neaꝛlac gepyꝛce agife. ⁊ ꝼoꝛgilde. ⁊ beo hiꝛ peneꝛ ꝛcyldiz piþ ðone cyninge.

poſt mortem dandi poteſtatem etiam haberet. Se þe land ȝepeorð hæbbe be rcỳre-ȝeþincþeȝe hebbe he unbeȝacen on dæȝe. ⁊ æfter dæȝe to rỳllenne þam þe him leofaſt rỳ. Porro, SHOWERE, in ima membrana, unde hæc deſcripſimus, novemdecim majuſculi characteres dimidiati, & ultimæ chartæ lineæ paralleli cernuntur exarati, qui haud ſecus ac membranarum INDENTURÆ, ut vocantur, quæ in uſu apud nos ante multa ſæcula fuerunt, alterum exemplar hujus inſtrumenti cum eo par, & unà confectum fuiſſe docent, Bipartitæ vero per medias literas membranæ partem alteram penes *Wynflædam*, alteram penes *Leofwinum* fuiſſe, vero ſimillimum eſſe videtur. *Octavo*, notandum eſt Curiæ Comitatus ingens in eo beneficium & commoditas, quòd per cauſam *Sonticam*, quam vos, SHOWERE, * *Soinum* & *eſſonium* vocatis, cùm reus ad forum, actore litem movente, venire non poterat, à Curia ad eum mandarentur probi homines, qui, iis, quæ in ſe defendendo proferret, auditis reverterentur diligenter a Curiam, & quæ dicta eſſent Epiſcopo, Comiti & liberis hominibus conſidentibus fideliter renunciarent. *Nono*, obſervandum hoc præcipue eſt, ut donationes, emptiones, venditiones terrarum, & aliorum quæ inter bona numerantur, & omne genus ſtipulationes conventionales in his curiis ſolenni more tranſigi ſolebant, ut & teſtamenta, perinde ac apud *Romanos* in *Calatis Comitiis*, fieri, vel facta declarari, ut earum auctoritate, & in eis conſidentium teſtimoniis ſcriptis & adhibitis, rata omnia firmaque, & apud poſteros inconcuſſa haberentur. Sic *Enneauune*, *Edwini* actoris mater, à tribus *Thanis*, ad eam à Curia miſſis petebat, ut reverſi coram omnibus liberis hominibus, cui terras & bona ſua dediſſet, declararent; & ut donationi ejus teſtes eſſe velint, rogarent. *Decimo*, à tribus liberis hominibus, qui ad *Edwini* actoris ſive petentis matrem à Curia comitatûs Herefordenſis miſſi erant, probabile videtur *Summonitionum* ſcriptarum ſolennes iſtas formulas, quas † *Brevia*, SHOWERE, vos appellatis, apud *Anglo-Saxones* aut raras hactenus, aut plane nullas fuiſſe, quibus mos potius fuiſſe videtur reos in jus vocare, ſive ad centuriæ vel comitatûs Curias per nuntios citare. Certè, SHOWERE, cum *Glanvillæ* veſtri tractatum de legibus, & conſuetudinibus Angliæ legerem, non poſſem non credere quin *brevium* uſus tum primum iniret, cum majorum gentium cauſæ, tam *civiles*, quam *criminales*, à curiis Comitatûs, ad curiam domini Regis primum traherentur. Tunc enim, ut videtur, ſummus Regis Juſtitiarius in omnes partes Angliæ ſua *brevia* expedire ſatageret, quibus non opus eſſet, dum in comitatibus omne genus cauſas agere & determinare mos apud *Anglos* eſſet.

Præterea, SHOWERE, quatenus ex iis, quæ ſupra protulimus conjectare fas eſt, cauſæ agi, cognoſci, diſceptari, atque tandem penitus decerni apud *Anglo-Saxones* ſolebant ſummarie, planoque & ſimplici modo, quo quidem homines in cauſis judicandis procedere liceret, apud quos juris peritiâ nondum in artem vel diſciplinam adulta, quiſque cauſam ſuam ſine ſolennioribus juris formulis vel ipſe agebat, vel cauſidicum & patronum ſibi adſcivit, quem amicitia, quem propinquitas, quem charitas, aut benevolentia, vel denique quem ſors ipſa nonnunquam obtulerit.

---

* Aliàs *Exonium*, *Exonia*, *Sonia*, *Sonnis*, *Sunnis*, *Sunnia*, *Soinus*, *Sonius*, quæ in LL. veterum *Germanorum* & *Wiſi-Gothorum*, nunc *impedimentum*, nunc etiam *excuſatio*, Latinè transferuntur; quùm quis in jus vocatus, per alium mittit, cauſam oſtendens quâ impeditus ad Curiam non poterat venire. De *eſſoniorum* autem variis generibus vide *Glanvillæ* tractatum de LL. & conſuetudinibus Angliæ lib. 2. c. 6, 7, 8, &c. ad libri finem. vide etiam *Dufreſnii* Gloſſ. in voce SUNNIS. Deducuntur autem *Sunnia*, *Sunnis*, &c. à veteri *Mæſo-Gothico* SNNGIA, Sunia, *veritas*, vel SNNNGIENS, Suniens, *Cimbricè*, Sannur, *verus*. Nempe quod *impedimentum*, quo quis ad Curiam ſummonitus ſe *Eſſoniari* vel *excuſari* in foro curabat, *verificari*, vel *verum eſſe* probari, non tantum *Eſſoniatoris* ſeu illius qui vice ejus reſpondebat, ſed ſui ipſius & conſacramentalis aliquando juramento, cum tandem ad Curiam veniret, probandum erat. Hinc etiam Latino-barbarum *Eſſoniare* quàm aptiſſime reſpondet *Mæſo-Gothico* verbo SNNGIAN, Sunian, *Cimbro-Gothice* at Sanna, *probare verum*, *verificare*, *jure-jurando confirmare*, unde quoque *Eſſoniator* is propre dictus, qui excuſationem abſentis nomine factam, & impedimentum ſive cauſam, à quâ ſumpta excuſatio eſt, ſive nudè affirmando, ſive jure-jurando, confirmabat. Huic concinit etiam quod *Sunnium* vel *ESSONIUM*, *cauſam veram* vel *rationabilem*, quâ quis impeditus ad forum venire non poteſt, Juris periti definiunt. Vetus conſuetudo *Normanniæ* ait *Exoine* eſſe *ung delay qui Monſtre cauſe pourquoy cil qui eſt ſemons ne vient à court*. Monſtrare autem cauſam idem ſonat ac SNNGIAN, *Sunian*, apud *Mæſo-Gothos*, & apud *Cimbro-Gothos* at Sanna, quod modo obſervatum eſt. † Vel BREVIA ORIGINALIA, quibus apud nos reus ad comparendum, & actioni reſpondendum, & nomine regio & auctoritate compellitur. de his autem *brevibus*, ſive *reſcriptis regiis* plura infra, ubi de *duodecimvirali* cauſarum audientiâ & judicio tractatur. Interim nota forenſem vocem *breve* derivatam eſſe à veteri *Danico* vel *Norvegico* bref, brief, quod *epiſtolam* vel *literas* ſignificat. unde verbum at briefa, *exſcribere*, *literis mandare*. Bibl. *Iſland*. Act. Apoſt. cap. XXIII. 25. Skrifade brief Þeſſarar meiningar. *ſcripſit epiſtolam hæc continentem*. At *civili* ſignificatione vocis in *forenſem* converſâ, reſcripta regia *brevia* à *Nortmannis Norvegorum* & *Danorum* poſteris, dicta ſunt. Literæ etiam Regiæ, quibus in miſerorum ſubſidium collectas fieri mandat Rex *Angliæ*, etiamnum in hunc uſque diem appellantur the kings brief.

Ultimo

Ultimo, notandum eſt, SHOWERE, acta Curiæ Comitatûs liberis hominibus permittentibus, ob majorem eorum celebritatem,& perenniter manſuram memoriam,in libros qui in Coenobiorum bibliothecis aſſervati erant, maxime in libros ſacros, tanquam in tabulas publicas, referri ſolere. Sic quod actum & definitum erat in cauſa *Enneaunes* à curia Com. *Herefordenſis*, in quodam Evangeliorum codice, qui Sancti Æthelberti Monaſterii erat, quum ſolenni pompa, tum formula, ad conſervandam ejus memoriam, ſcriptum erat; unde non dubito, quin exemplar mendoſiſſimum, quod intervenientibus neſcio quot tranſcriptis, ſine mendis publico dedi, deſcriptum eſſet. Ex eodem Evangeliorum libro, vel alio conſimili deſcriptum fuit inſtrumentum emptionis & venditionis contractæ inter *Leofwinum* & *Ædricum*, in conventu quodam Com. *Herefordenſis*, qui *Herefordiæ* ſedebat, præſidente *Æthelſtano* Epiſcopo & *Ulfcetelo* vice-comite.

Hep ꝛputelaþ on þirꝛum ȝepꝛitе. þ leoꝛꝛine leoꝛlæþer bꝛoþoꝛ hæꝛþ ȝeboht healꝛe hiþe lanþeꝛ æt Malveꝛ-hylle. æt Æþꝛice hiꝛ mæȝe. uꝛiceꝛ ꝛuna. miþ healꝛ maꝛce ȝolþeꝛ. ⁊ miþ ane punþe ꝛeolꝛꝛeꝛ. ⁊ tpeȝan oꝛan. æꝛꝛe in hiꝛ cynn to ꝛane. ⁊ to ꝛyllanne þam þe him æꝛꝛe leoꝛoꝛt beo. on Sꝛeȝneꝛ eoꝛleꝛ ȝepitneꝛꝛe. ⁊ Æþelꝛtaneꝛ biꝛceoþeꝛ. ⁊ Ðunceleꝛ hꝛitan. ⁊ [a] Ulꝛceteleꝛ ꝛcipe-ȝeneꝛan. ⁊ ealna þaꝛa þeȝna on heneꝛoꝛþ-ꝛcipe. ⁊ þaꝛa tpeȝna hiꝛeþa æt ꝛcē Æþelbeꝛhteꝛ mynꝛtꝛe. ⁊ ꝛcē Guþlaceꝛ.

VERSIO.

In hoc ſcripto declaratur, quod *Leofwinus*, *Leofledi* frater, dimidio marcæ auri, una libra argenti, & duabus oris emit ab *Ædrico* propinquo ſuo, *Uſici* filio, dimidium hidæ terræ, quæ eſt *Malves-hyllæ*, ea quidem conditione, ut poteſtatem ſemper haberet illam dandi cuilibet, qui illi maxime charus eſſet è gente ſuâ, [b] in quâ illam deſcendere ſemper oportet. Teſtibus *Suuegeno* Comite, & *Æthelſtano* Epiſcopo, & *Thurcilo Albo*, & *Ulfcetelo* vice-comite, & duobus illis Coenobiis S. *Æthelberhti* & S. *Guthlaci*.

Sic in MS. quodam quod extat in Celeberrima bibliotheca *C. C. C. C.* folium membranaceum eſt, quod olim erat pars alicujus codicis Evangeliorum, in quo breviter *Saxonicè* memorantur emptiones & venditiones, quæ ſubſequuntur.

[c] Hep ꝛputelaþ on þiꝛꝛe cꝛiꝛteꝛ bec þ Leoꝛenoþ Æȝelnoþeꝛ ꝛuna æt koꝛꝛtune hæꝛþ ȝeboht hine. ⁊ hiꝛ oꝛꝛꝛpinȝ ut æt Ælꝛꝛiȝe abb. ⁊ æt hiꝛeþe on baþon. miþ ꝛiꝛ oꝛan ⁊ miþ xii heaꝛþon ꝛceapa, on keaꝛcilleꝛ ȝepitneꝛꝛe poꝛtȝeneꝛan ⁊ on ealne þæne buꝛhpane on Baþon. Lꝛiꝛt hine ablenþe þe hiꝛ æꝛꝛe apenþe.

Hic oſtenditur in hoc Evangelio, Leofenothum [d] *Korſtunenſem, Ægelnothi filium, quinque oris, & xii ovibus, ſe & ſuos ab Ælfſigo Abbate & omnibus monachis Bathoniæ redemiſſe. Teſtibus Keaſcillo urbis præpoſito, & univerſis civibus Bathonenſibus. Chriſtus eum excæcet, qui hoc obliteraverit.* Celebratus fuit hic emptionis contractus inter Leofenothum Coenobii Bathonenſis cum ſuis ſervum, & dominos ſuos in urbis curia ſive Comitiis. Ut enim Comes, ſive Ealdormannus ha-

---

a Lẏtel, apud veteres *Danos* Ketil, quod à *Goth.* ΓΛΤΙΛS *bonus, opportunus*, cum compoſitis proprium hominibus erat apud *Danos* veteres & *Dano-Saxones*. Hinc in *Aræ multiſcii Schedis* occurrunt Ketil; Ketilſſon; Ketil-biorn. Et in *Anglo-Saxonicis* Lẏtel. Oꝛcẏtel. Lꝛimcẏtel. Ulꝛcẏtel. Thuncẏtel. *&c.* Hinc quoque propria locorum, ut Lẏtelbẏ, corruptè Kettelby. Lẏtelpell. corrupte, Kettelwell, à quo in cognomen gentis converſo, Gens *Kettelwellorum* in agro *Eboracenſi*: è qua ſummus ille Theologus & ſanctiſſimus vir *Joh. Kettelwell* noſter, Eccleſiæ *Anglicanæ* eheu deſiderium, ſed immortale decus, oriundus eſt. *b* Addidi: *in qua illam ſemper deſcendere oportet*: & ut id adderem, tanquam Paraphraſtes, induxit lex *Aluredi* R. 37. cujus verba hæc ſunt: Se mon ꝛe þe boclanþe hæbbe. ⁊ him hiꝛ maȝaꝛ læꝛþon. þonne ꝛetton pe þ he hiꝛ ne moꝛte ꝛẏllan oꝛ hiꝛ mæȝe boꝛh. ȝiꝛ ðæꝛ biþ ȝepꝛit. oþþe ȝepitneꝛꝛe. þ hiꝛ þæꝛa manna ꝛoꝛþboþ pæne þe hiꝛ on ꝛꝛuman ȝeꝛtꝛinþon. ⁊ ðæꝛa þe hiꝛ him ꝛealþon. þ he ꝛpa ne mote. ⁊ þ þonne on cininȝeꝛ. ⁊ on biꝛcoþeꝛ ȝepitneꝛꝛe ȝeneccе beꝛoꝛan hiꝛ maȝum. Hæc autem ſic vertimus: *Statuimus ne quis terram aliquam, vel prædium codicillare à majoribus ſibi relictum, à cognatione vel familia ſua alienet, ſi ſcripto vel teſtimonio aliquo probari poteſt, eum, qui primus terram iſtam adeptus eſt illamque familiæ dedit, ne alienaretur prohibuiſſe, & prohibitionem ſuam Rege & Epiſcopo teſtibus confirmatam coram cognatis declaraſſe.* Secundum hujus legis tenorem propinquus propinquo, vel cognatus cognato (& non alieno) dimidium hidæ terræ vendidit; & qui emit, poteſtatem tantum habuit terram illam dandi vendendive cuilibet è cognatione ſuâ. Quale autem jus, vel dominium dominus talis prædii habuit per juris feudalis, præſertim Anglicani terminos, arduum eſt explicare. cum feudo *antiquo*, quod & *paternum* dictum eſt, in hoc convenit, quod terra, alienatione interdicta, familiæ conceſſa ſit, & ad naturam feudi ſimplicis, quod poſſidendi genus omnium maximum & ampliſſimum eſt, in eo accedit, quod terras ab illo, qui eas primus acquiſivit, chartâ ita datas quis ſimplici & perpetuo jure, interdicta tantum alienatione, ſibi & hæredibus ſuis teneret. Quidni igitur jus, quod quis in tali terra habuit, *feudum ſimplex reſtrictum* vel *conditionale* vocemus, quod alienandi conditioni, per donantis prohibitionem & legem hanc prohibitionem donantis corroborantem, non obnoxium fuerit? *c* Id eſt, In hac pagina hujus Evangelii. *d* Id eſt, *Colonum Korſtunenſis glebæ adſcriptitium.*

bebat, qui vices ſuas gerebant ad jus dicendum in pago & vicis; ſic in majoris nominis oppidis & urbibus, ubi religionis aut mercaturæ cauſa hominum frequentia erat, habebat etiam ſuos *Gerefas*, qui idem munus obirent, & *Port-Gerefæ*, vel *Tun-Gerefæ* vocarentur. Hep rputelaƀ on þirre Cnihtep bec þ Godpig re bucca hæfƀ geboht Leofgifre ƀægean æt Northtolce. ⁊ hyne offrþnig mid halfan punde æt Ælfrige abb to ecan fneote. on ealler þær hinedep gepitnerre on Bathon. Cnihт hine ablende þe þir æfre apende. *Hic notificatur in hoc Evangeliorum libro Godwigum Buccam dimidio libræ Leofgifam ſervam Northſtolcenſis glebæ adſcriptiam cum ſuis ab Ælfſigo Abbate in perpetuam libertatem redemiſſe. Teſtibus totius Coenobii fratribus, qui Bathoniæ ſunt. Chriſtus eum excæcet, qui hoc obliteraverit.*

Hep rputelaƀ on þirre Cnihtep bec. þ Ægelrige æt Linnecume hæfƀ geboht Pilrige hir runu ut æt Ælfrige Abb on Baƀon. ⁊ æt eallon hinede to eccan fneote.

Hep rputelaƀ on cnihtep bec þ Ægelrige Bytticep runu hæfƀ geboht hilderige hir runu æt Ælfrige abb. on Bathon. ⁊ æt eallon hinede mid rixtegon penegon to ecean fneote.

Hep rputelaƀ on cnihtep bec. þ Ælfrige abb. hefƀ gefneoƀ Godpine Bace æt Stantune fop tune. ⁊ fop ealne þone hined on Baƀon. on Sæmannep gepitnerre. ⁊ Pulrigep æt Pniretun. ⁊ Ælfnicep cepmep. Sic in codice IV Evangeliorum, qui majuſculis ſcriptus aſſervatur in eadem Bibliotheca; ad finem Evangelii S. *Matthæi* ſcripta legitur conſtitutio & donatio cujuſdam nobilis fœminæ Ealbuph vocatæ, qua ex prædio ſuo *Bradanburnenſi* certos redditus & proventus annuos præſtari voluit ad alendos & ſuſtentandos Abbatem & monachos coenobii *S. Auguſtini*, quod *Cantuariæ* erat.

In nomine Domini Ealbuph hafaƀ gefet myƀ hyne fneonda þeahtunga þ man ælce geape agyfe þam hypum to rcē Agurtine of þam lande æt Bnaƀenburnan XL. ambna mealtep. ⁊ ealƀ hnyƀep. ⁊ IIII Pebepap. ⁊ XL. ⁊ cc. hlafep. ⁊ ane Pægе rpicep. ⁊ cycep. ⁊ IIII fohho puƀep. ⁊ XX hen-fugla. *&c.* Ante Evangelium *S. Marci* ſequitur conventio vel concordia *Wulfrici* Abbatis cum *Eldredo*, *Lifingi* filio, in his verbis: In nomine domini Jeſu Chriſti. Hep rputelaƀ on þirum gegnite hu pulfnic. abb. and Ealdred lifinger runu þær þegner pæpon rammæle ymbe þ land æt clife. þæt he gebeh fop Godep ege. and fop Scs Augurtinur. ⁊ fop hir fneonda mynegunge. mid lande into S. Augurtine. ⁊ ælce geape ryld on Scs, Augurtinep mærre-dæg I. pō to gerputelunga. ⁊ æfter hir dege gange þ land, into S. Augurtine rpa gepenud. rpa hit þonne byƀ. þirep ir to gepitnerre re hined æt Scē Augurtine. ⁊ re æt cnihtep cyncean. ⁊ lifing hir fadep. ⁊ Sipeand. ⁊ Sined hir bnoƀop. ⁊ Pulfrtan æt realt-puda. ⁊ oƀep Pulfrtan. ⁊ þir ry gedon. fop Sipenƀ. ⁊ fop hir offrþnig. to hyna raple-ƀeanfe. á butan ende. amen. Sic in membranis Evangelicis MSS. biblioth. *Bodleyanæ* ſcriptum cernitur, in quo recenſentur prædia, ornamenta & veſtimenta ſacra cum libris, quos *Leofricus*, Epiſcopus olim veſter, dedit S. *Petri* monaſterio, quod tum erat *Exoniæ*, Weſt-Saxonum olim gloriæ; quæ ſe jam Te peperiſſe jactat, SHOWERE, cujuſque populus fruſtra renitente Tui æmulo, & in ambitu competitore gnavo, impigroque viro, Te procuratorem elegerunt, qui civitatis ſuæ perſonam in inferiori *Anglorum* Senatu ſuſtineres, cum prænobili & ampliſſimo viro *Edwardo Seymour* Baronetto, qui non ita pridem regnante *Carolo* II. binis vicibus, nemine reluctante, ejuſdem prolocutor fuit electus, licet altera vice Regiæ Majeſtati morem gerens de ſuo jure ceſſit. Scriptum vero iſtud ſic incipit:

Hep rputelaƀ on ƀirrepe Cnihtep bec hpæt leofnic B. hæfƀ gedon into rancte petpep mynrtpe on Exeanceartpe: & cætera, prout ſequuntur in Monaſtico Anglicano Gulielmi Dugdalii noſtri, immortalis memoriæ viri, qui de regno & de Eccleſia Anglicanâ, ſi quis alius, optimè meritus eſt. Sic ad finem codicis Evang. in Bibl. Bodl. cujus nota NE. B. 2. 9. Gilebeardi cujuſdam recenſentur terræ in ſcripto quod ſubſequitur: Hep reiþ hu micel landep Gilebeand hæfþ on Stiþfond þ ir on nopþ healfe þam bnoce XXX æcepap. ⁊ þa mæd þæpto. ⁊ XII on ruƀ healf þa bnoce æt þa rtane XXX æcepe. ⁊ fopep. ⁊ XX penege ælce geape. þæpto ir gepitnerre. Sigep. Sipond. Ægelnoƀ. Ægelpini. Ælfrtan. Godpine on peaplea. Sælide. Palƀpine. Hubeand. Ælfned Nuzpeoz. Lebbeand.

Scriptum hoc ſequitur aliud, quod morem hunc in pergamenis Evangelicis acta publica ſcribendi, etiam poſt adventum *Nortmannorum*, duraſſe oſtendit.

[a] Cyrographum.

Hoc [b] teſtamentum fieri juſſum eſt à domina Abbatiſſa *Ælfgiva* de decima, quam optulit filius *Leomari* de *Cochefelda* Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* in [c] *Berchingis* die nativitatis Sancti *Johannis* Baptiſtæ, ſic dicens: Ego *Adam* una cum matre meâ *Sagivâ* offero domino & Sanctæ *Æthelburgæ*

---

a Hæc vox proculdubio in dimidiatis majuſculis, ut bipartitæ ſyngraphes ſignum, in tranſcripti hujus exemplari exarata erat. *b* Id eſt, *publicæ atteſtationis inſtrumentum.* [c] De hoc monaſterio ſic *Beda*, Hiſt. Eccl. lib. IV. cap. VI. *Earconwaldum Epiſcopum conſtituit in civitate Londonia. Hic ſane, priuſquam Epiſcopus factus eßet, duo præclara monaſteria, unum ſibi, alterum ſorori ſuæ Æthilburgæ conſtruxerat; ſibi quidem in regione Suthrioæ juxta fluvium Tamyſam, in loco qui vocatur Ceorteſei; ſorori autem in orientalium Saxonum provincia, in loco qui nuncupatur in Bercingum, in quo ipſa Deo devotarum mater ac nutrix poſſet exiſtere fœminarum.*

ſuper

ſuper hoc altare in perpetuam poſſeſſionem pro ſorore mea *Edgitha* duas partes decimæ omnium illarum rerum, quæ decimari debent de terra quam teneo *Adlaleſeie* de quocunque illam teneam. Et ut ratum permaneat quod offero ſucceſſorum meorum venturis temporibus, hos quos præſentes hic video teſtes adhibeo, qui ſunt *Willelmus* monachus de Sancto *Eadmund*. *Godricus*, *Wilfricus*, *Rogerus* frater *Rodberti* vitrici mei. *Fulco* & *Rogerus* fratres mei de matre mea. *Wluardus* de *Hueletham*. *Godricus* presbyter de *Sexham*. *Walterus* de *Riſeby*. *Siuuardus* de *Ginga*. *Sigarus* dapifer. *Maximus* Presbyter. *Leveſtunus* Presbyter. *Sabernus* præpoſitus. *Ailmarus* filius ejus. In æternum Amen.

Sic etiam in celeberrimo codice Evangeliorum *Lychfeildenſi*, qui grandioribus literis exaratus, mille annorum antiquitatem præ ſe fert, (vulgo liber S. *Ceaddæ* vocatur) reperiuntur ſcripta in diverſarum paginarum marginibus, quæ infra ponuntur.

1. Þeꝛ ꝛputelaꝺ an ꝺæt Godpine Eaꝛꝛiȝeꝛ ſunu hæfꝺ ȝelæꝺ fulle laꝺe æt þan unꝛihtꝛiſe þe leofȝaꝛ ꝺ hyne tiht. ⁊ þ pæꝛ læꝺ æt Licitfelꝺa; *hic declaratur, quod Godwinus Earwigi filius ſe publico & plene purgavit de fornicationis ſuſpicione, in quam vocatus erat à Leofgaro Epiſcopo, & quod hæc ejus purgatio facta erat Licitfeldæ.*

2. Oftenꝺitu hic quoꝺ emit ✠ ȝelhi ✠ filiu apihtiuꝺ hoc euanȝelium ꝺe cinȝal et ꝺeꝺit illi p illo equm optimum et ꝺeꝺit pꝓo anima ſua iftum euanȝelium ꝺo̅ et ſc̅ teliau ſupeꝛ altaꝛe. ✠ ȝelhi ✠ filiu apihtiuꝺ et ✠ cincenu ✠ filiu ȝꝛipiuꝺ.

3. Supexit nutbulc filiu liuit haȝeneꝛ tutꝛi ꝺieꝛchm tiptelih haioꝺ ilau elcu filiu ȝelinȝ haluiꝺt iuȝuꝛet amȝucant pel cantannꝺi hoꝺiu et ꝺiꝛꝛotant ȝeneꝛ tutꝛi o ȝiuꝛ imȝuoꝺant inꝺeȝ ion ȝuꝛaȝun taȝc ꝛoꝺetit elcu ȝuetiȝ eq; tꝛeꝛ uache. tꝛeꝛ uache nouiꝺliȝi naȝiꝛ nibe caꝛ iȝ ꝛiꝺu ꝺimeꝺichat ȝuetiȝ bit ꝺiꝺ bꝛant ȝꝛeffiat ȝuetiȝ niꝛ minn tutbulc hai cencaïoiꝛ oiꝛouꝺ.

A ⁊ Ω

4. Aꝺulf. Ælfheh. æ pulfmeꝛ pulffȝeatim pulffꝛic. ꝺñe. ó. ꝛic̅ uiꝛ ⁊ ꝛciꝛ ꝛic ffac. [a] ōq MHᵖ ΔOCVERVPT. ⁊ ō qui MEIS ĪΔIIGNIꝛ p̄cibuꝛ ꝛM cōMENΔAUERUNT. qⁱ c̄ffeꝛi ꝛunt et qui baptiꝛmū acceꝛunt.

5. ꝼVLΦYN. pulfeꝛꝺ. puffþꝛýþ. pulfꝺꝛýꝺ pihtimunꝺ. BHRHTΦLHA pat̄ eiȝ hehpýn. ÆLΦFLHA. LECΦⁱHi pýnꝛiȝe. pulfic. æꝺelfleꝺ. elfeheꝛe. pulffꝛn. pulfilꝺ. hehfleꝺ. ꝺ. el. æ. æ. ꝛ. pulfmæꝛ. p. l. b.

[b] 6. ✠ teliau t̄ tuꝛȝint t̄ Linhilinn t̄ ꝛꝛ̄ t̄ ↄ tota familia teliau, ꝺe Laiciꝛ numin m̄ aiꝺan t̄ ꝛiȝnou m̄ iacou t̄ beꝛthutiꝛ t̄ cinꝺa t̄ qⁱc̄q; cuꝛtoꝺieꝛit benedictuꝛ eꝛ̄ qⁱc̄q; ffanȝeꝛit malaꝺictuꝛ eꝛ̄ 3 , , -

7. Oꝛtendit iꝛta conꝛcꝛipꝛio nobilitatem munauꝛ meꝺ ꝺiminih et menꝛuꝛam [c]ə apᵒ hueꝛꝺic̄ ȝuiꝺ maun ꝺitolꝺaꝛ īȝuo iliut clunꝺiꝛit cellꝛin ꝺilih o mouꝛ ꝺibiꝛ main.....

Pag. 8. ...oc e e 2.. pene lit.. IIII. ꝛi...leꝺꝛi. ȝu... nȝiꝛn.... Ueh. et ...ci...; aꝛthiuꝺ...eunt li... utemble... ꝛilio ꝛul... et ꝛemini... inꝛempi... num ꝓp̄... [d] tq. h2...; q; ꝺeꝺit ... lib̄ta ...1. qᵘtuoꝛ ... aꝛ etoc ... inciaꝛ ... ā. iꝺoneiꝛ ... eꝛtibuꝛ ꝺe ...iꝛ. Riȝuo...n ꝛiliuꝛ... inc. ȝuen... ꝛiliuꝛ...ꝛ ȝuoluic... eꝺan. ou... [e] ꝼ. ȝuuꝛ... um. meꝛ... an. ꝼ. ꝛaluꝛ. aꝛthan. p. cimuleh. iuꝺꝛi ꝼ. iuꝺneꝛth. ꝺe cleꝛiciꝛ veꝛo nobiꝛ epiꝛcopuꝛ teiliau ....uꝛnȝuiꝺ ꝛaceꝛꝺoꝛ teiliau ꝺubꝛino et cuhelm. ꝛiliȝ epīꝛ. ꝺat'nbiu cam ibiau. et ꝛulȝen... laꝛticȝ qⁱ h̄ ꝛiꝺeliteꝛ ꝛcꝛipꝛit. qⁱ cuꝛtoꝺieꝛit [f] hᵒ ꝺecꝛetum libeꝛtatiꝛ bleiꝺiuꝺ ⁊ ꝓliꝛ ə ꝛit... ctȝ. qⁱ hᵒ n̄ cuꝛtoꝺieꝛit. ꝛit maleꝺictȝ á ꝺō et á teiliau in cꝛ̄ evanȝelio ꝛcꝛip̄. 2. et...at omniꝛ plꝛ̄ ffiat ffiat..,

9. Oꝛtendit iꝛta ꝛcꝛiptio quoꝺ ꝺeꝺeꝛt. piꝛ. et luith ȝꝛethi. tꝛeꝺ ȝuiꝺauc 1 maliꝺuch cimaꝛtȝuich.... eꝛt hᵒ ⅔ cenꝛuꝛ ə ꝺoceint toꝛth. hamahaꝛuin. ī iꝛham. ha ꝺeucemt toꝛth. ī iꝛȝaem. hahuch.... uceint mannuꝺenn ꝺeo ⁊ ꝛcō eliuꝺo [g] ꝺꝛ̄ t̄. ꝛatuꝛnnȝuiꝺ. t̄. nobiꝛ t̄. ȝuuꝛci t̄. cutulf t̄. ꝺelaiciꝛ cinȝueꝛnn t̄. collbiu t̄. cohoiȝet t̄. eꝛmin t̄. houꝛoꝺ t̄. q'cunque cuꝛtoꝺieꝛit ƀꝺictuꝛ eꝛit. ⁊ qⁱ ffanxeꝛit maleꝺictuꝛ eꝛit a ꝺō.

10. Oꝛtendit iꝛta ꝛcꝛiptio. quoꝺ.... ꝓunc. ꝓiꝛ. na.....cibꝛacina. behet hiꝛmaī ȝuiꝺauc. oꝛoiꝺ celli iꝛlath. behet camꝺubꝛ. iꝛem hichet tꝛiuceint toꝛth.... ꝓum. ha ȝuoꝛ thoueiꝛ emeninn... [h] ꝺꝛ̄ oīpō. t̄. ꝛatuꝛnnȝuiꝺ. ꝛaceꝛ t̄. Nobiꝛ t̄. ȝuꝛci t̄. cutulf t̄. ꝺe Laicis cinȝueꝛn ... t̄. cohoꝛȝet ... eꝛmin. t̄ ..... ꝺieꝛit ... ꝺictu .... qⁱ ffai ..... et. in ..... tuꝛ ei ...

Ex his autem, quæ ſupra ex cod. Evangeliorum *Decani* & Capituli *Liccitfeldenſis* deſcripta ſunt, conſtat eum *Landavenſis* monaſterii, cujus inſignis erat patronus *Teliaus*, alias *Eliud* dictus, prius in bonis fuiſſe, quam ad Eccleſiam *Liccitfeldenſem* S. *Ceadæ* ſacram, neſcio quo ducente fato, tranſlatus eſſet. De Sancto autem *Teliao* vel *Teliavo* Landafenſi Epiſcopo multa habet Uſſerius Armachanus in Britannicarum Eccleſiarum antiquitatibus, cap. v. XIII. & XIV. quæ ex vitæ ejus ſcriptoribus, & *Davidis Menevenſis* vita à *Giraldo Cambrenſi* deſcripta, excerpta congeſſit. Qui vero vitam ejus ſcripſerunt, ſunt [i] *Galfridus Landavenſis*, *Johan. Tinmu-*

---

a Omnes qui. *b* In hac ſcriptura t̄ eſt *Teſtis* ↄ eſt *cum*. m̄. forſan eſt *miniſter*. *c* Nota *ejus*. *d* Hoc eſt. *e* ꝼ. eſt *Filius*. *f* Hoc. *g Deus teſtis*. *h Deus omnipotens teſtis*. *i* Vita *S. Teliavi*, à *Galfrido Landavenſi* deſcripta, edita eſt ab *Hen. Whartono* in *Angliæ* ſuæ Sacræ Tom. II.

thenſis,

thenſis, ejuſque excerptor *Capgravius*. Haud pauca etiam de eo reperiuntur in regeſto *Landavenſis* Eccleſiæ, præſertim apud auctorem vitæ *Oudocei*. Memoratur etiam frequens in Synodis *Landavenſibus*, quas ex vetuſto illo MS. deſcripſit non niſi honorifice nominandus *Henricus Spelmannus*, Concil. lib. I. pag. 62, 63, 64. 381, 382, 383, 384, 385, 386. Verum, SHOWERE, ne de tam celebri apud *Britannos* tum Epiſcopo, tum ſcriptore, qui in Sanctorum numerum relatus eſt, nihil amplius ſcribendo, negligentia arguar, hæc paucis accipe.

Fuit *Enciſi* viri nobilis ex ſorore *Davidis Menevenſis* filius, in loco Eccluis Gunniau appellato natus; in ſcripturis ſanctis à *Dubricio* primum, deinde à *Paulino*, ſimul cum *Davide Menevenſi* eruditus, tandemque Presbyter, & dein Archiepiſcopus *Landavenſis* factus, & à peſte in *Armoricam* fugiens à *k Samſone Dolenſis* Eccleſiæ tum Archiepiſcopo rogatus erat, ut cum illo habitaret.

Illius precibus ſe dedens cum illo multum temporis commoratus eſt, quo quidem non tantum ab Archiepiſcopo, ſed etiam Rege Armoricano, ſive is *Budicus*, ſive *Hoëlus* fuit, plurimi factus erat.

Sedata peſte, tandem abiturum Rex & Archiepiſcopus eum detinuerunt, & in Archiepiſcopatum *Dolenſem* provehere voluerunt. Ille vero poſt ſeptem annos totidemque menſes in *Armorica* peractos, ad ſedem ſuam *Landavenſem* redire voluit, in qua *Dubricio* ſucceſſit, & dein *Kinoco* vel *Cenauco* Davidis ſucceſſore mortuo, ad *Legionenſem* Archi-epiſcopatum promotus eſt. Hiſce addere viſum eſt quæ ex *Joh. Lelandi* libro MS. de viris illuſtribus *Britanniæ* excerpta ad me mittere dignatus eſt vir doctiſſimus & in antiquitatibus noſtris longe verſatiſſimus *Th. Tannerus*, Coll. Omnium Animarum *Oxon.* Socius digniſſimus.

Theliaus qui & Eliud inter Britanniæ proceres Eccleſiæ conſpicuus erat, & quoties de rebus agebatur literariis aut Eccleſiaſticis, judicium illius apud congregationem in pretio ſtetit magno. Contigit ut Dubricius Lantavanæ proto-Epiſcopus ſedis, autoritate Synodi Archiepiſcopus urbi legionum ad Iſcæ *fluenta deſignaretur; non diu caruit gubernatore Lantava, nam Theliaus à patribus continuo ſurrogatus. Ille vero muneri ſollicite invigilans egregium ſe paſtorem exhibuit, ac bonis artibus Eccleſiæ miniſtros erudiendos anxiè curavit. Hic talem peperit ſibi famam, qualem nulla certe unquam auferet dies. Longa ætas, quæ & ipſa morbus eſt*, Theliaum *è medio rapuit. Succeſſit Odoceus monachus doctrinæ & pietatis nobile planè exemplar.*

Hæc breviter de Sancto *Theliauo*, cui donatus olim erat codex Evangeliorum *Latinus*, ante multa ſæcula Eccleſiæ *Liccitfeldenſis* peculium. *Cingal* ille *Britannus*, à quo emptus erat, gliſcentibus bellis, eum forſan ex aliquo monaſterio *Angliæ*, quod *Cambriæ* vicinum erat, cum aliis direptum vendidit *Gelhi* filio *Arithtiudi*, qui eum *S. Teliauo* dedit, è cujus Eccleſia, gliſcentibus iterum bellis, forſan etiam direptâ, aliquis *Anglus* eum abſtulit, & *S. Ceadæ* conſecravit. Verum quo modo cunque res iſta ſe habeat, ex eo multa deſcripſi, SHOWERE, à quibus haud abſimilia multa *Britannice* ſcripta cernere eſt in *Monaſtici Anglicani*, vol. III. p. 188, *&c.* quæ ex *Landavenſis* Eccleſiæ MS. regeſto congeſſit immortalis *Gul. Dugdalius*.

Denique codicem hunc Evangeliorum è quo tot deſcribere operæ pretium mihi viſum eſt, ad me auro magis pretioſum perferendum dedit non ſolum de divinis, ſed etiam humanioribus literis & rep. Eccleſiaſtica præclarè meritus *Lancelotus Addiſon* Eccleſiæ Cathedralis *Liccitfeldenſis* Decanus digniſſimus, & venerandæ antiquitatis cultor & patronus.

Sic etiam ad initium codicis Evangeliorum Sax. qui extat in Bibl. Coll. *D. Joan. Bapt. Oxon.* deſcripta cernitur in recentiori manu tam *Latinè*, quam *Normanno-Saxonice* charta illa fictitia *Ægelredi* Regis, quâ terras quaſdam ſui juris Eccleſiæ Chriſti *Dorobernenſi* ad ſuſtentationem Monachorum dediſſe dicitur. Quam quidem chartam, ut ſpeciem veritatis præ ſe ferret, membranis codicis evangelici inſcribendam curârunt, qui eam commenti ſunt, monachi; ut terras iſtas, quas veræ alicujus chartæ, quam perdiderant, titulo peſſidebant, à *Normannis* chartas requirentibus ſalvas & intactas conſervarent.

Quinimmo non membranis Evangelicis ſolum, ſed liturgicis, ut quæ ad eas in ſanctitate proxime accederent, contractus ſuos inſcribendi mos apud *Anglo-Saxones* fuit.

Sic in miſſali quodam pulcherrime ſcripto *Bibl. Bodl. Th. M.* 12. 12. quod *Leofricus Epiſcopus* Eccleſiæ Sancti *Petri* in *Exonia* veſtra, ſucceſſoribus ſuis utendum dedit, tam ad initium, quam ad finem quidem reperiuntur ſervorum quorundam manumiſſiones, pro quibus redimendis contractum erat in Curia urbis, vel *Hundredi*, ut ex ſubſcriptis formulis conſtat.

Halpun Noce on Execerꝛre ꝼꝛeobe hagel hipe piman þi hy *l* bocꝛe. ⁊ ꝛilbe ꝼop hipe ꝛapuale Cꝛiꝛꝛ. ⁊ Scē Peꝛeꝛ. ⁊ alle Cꝛiꝛꝛer halga. hi puꝛðe ꝑꝛaðe þe hi hæꝼne geþýꝛie. Amen.

Haluuuna Noce Exonienſis manumiſit Hagelam ſervam ſuam domeſticam, quam in regiſtrum liberæ nomine relatam pro anima ſua dedit Chriſto & Sancto Petro, & omnibus Chriſti Sanctis, quos iratos habeat, qui illam, in meliorem ſortem elevatam, in ſervitutem redegerit. Amen.

Hep kýð on þýrre bec þ ælgýuu gode alýrde hig and ðunna and heopa oꝼꝼꝑꝛing æꝛ mangode ꝛo XIII. mancꝛon and ælgnulꝼ *m* poꝛꝛ-geneꝼa. and Godꝛuc gupa namon ðæꝛ

---

k Dol. urbs *Britanniæ* minoris Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo *Turonenſi*, *Neodunum* veteribus dicta.

l Id eſt, bocade.

m Vid. legem *Æthelſtani*, 12. infra in margine citatum.

n toll

[n] toll. on manlefer gepitnerre. and on leoperder healta. and on leopiner hir bro'dor. and on ælfricer maphapper. and on rpeigner rcylopiphta. and hæbbe he goder cupr þe þir æfre undo á on ecnyrre. Amen.

In hoc libro hic oſtenditur, quod Ælgiuua Hygonem & Dunnam, & eorum progeniem à Mangodo XIII. *Mancuſſis deo à ſervitute redemit, & quod Æignulfus præpoſitus, & Godſucus Gupa cenſus nummos receperunt. Teſtibus Manlefo, Leoweardo Healta, & fratre ejus Leowino, & Ælfrico Maphappo, & Suuigeno [o] Scutario; qui vero hoc irritum fecerit, æternam Dei maledictionem habeto. Amen.*

Hep ky'd on dyr bec þ edpy beopneger runu lyrde hine and hir pif and hir cild on edpeperder dæge cyngep æt Hunepine hega runa ut of toppeshamm lande. akinrtaner gepitnyrre pp̄. and aleofruna gepitnirre apunfordа. and on ælfricer hpita. and on Picingep þ batrpegener. and on ræpiner lufarunu. and on leofrier and on ælfrier.

In hoc libro hic notificatur Edwinum Beornigi filium Edweardo regnante, ſe, uxorem ſuam, & liberos ab Hunewino Hegaſonio redemiſſe ex terris Toppeshammenſibus, ubi coloni & ſervi prædiales fuerunt. Teſtibus Akinſtano presbytero, & Awunforda Aleofsunio, & Ælfrico Whito, & Picingo Præpoſito remigum, & Sæwino Lufaſonio, & Leofsio & Ælfsio.

Hep ky'd on þirrepe bec þ godpine blaca bohte hine rylfne ⁊ hir pyf. ⁊ hir offrpring æt pillelme hofethe mid xv. rcill. on edmæper gepitner ⁊ on ælpier ⁊ on duningep ⁊ on ræmæper ⁊ on ælmæper ⁊ on ealler þær hundpeder on cuic-lande ⁊ ælfric harl nā þæt toll for þær kyngep hand. ⁊ hæbbe he goder cupre þe hit æfre un-do. amen.

In hoc libro hic notificatur Godwinum Blacan ſe, conjugem, & ſobolem ſuam à Willelmo Hoſetho à ſervitute XV *ſcillingis redemiſſe. Teſtibus Edmæro, & Ælwigo, & Dunningo, & Sæmero, & univerſa centena Cuuiclandenſi, & Ælfrico Haſel, qui pro rege cenſus nummos recepit. Qui vero hoc caſſum reddiderit divinam maledictionem in æternum habeto.*

Hep ky'd on þirrepe bec þæt edıuuu ræuugeler laf bohte gladu æt colepine py'd healfe punde to cepe ⁊ to tolle. ⁊ ælpord [q] porht-genefa nā þ toll. ⁊ þæp to par gepitnirre leopine leoporder bro'dor ⁊ ælpi blaca. ⁊ ælpine re cyng ⁊ Land-byrıht ⁊ Alca. ⁊ Sæpeрd. ⁊ hæbbe he goder cupr þe þir æfre undo on ecnirre. Amen.

In hoc libro hic declaratur Ediwam Sæuugili relictam, Gladum à Colewino pretio [r] dimidiæ libræ, & dimidia libra cenſûs nomine numerata, quam Ælwordus præpoſitus recepit, redemiſſe. Hujus teſtes erant Leowinus Leowordi frater, & Ælwigus Blaca, & Ælwinus Cyng, & Landbirihtus, & Alca, & Sæwardus. Qui vero hoc abrogaverit, æternam Dei maledictionem habeto.

In fine Miſſalis.

Hep cy'd on þirre bec þ brihtmæp æt hola-cumbe hæfd geboht hine ⁊ ælfgifu hir pif ⁊ hira cild. ⁊ hira offrpring æt nocgepe dependig to tpā pundum æfre to freolre. on dudemanner gepitnirre pheorter on exancertre. ⁊ on leofpiner pp̄ on hpita-rtane ⁊ on ælfgæper porht-genefa ⁊ ælfpeperder porhtgenefa þe þ toll namon for þæp cyngep hand. ⁊ leofpæperder hir bro'dor. ⁊ edpiner leofede runa. ⁊ oteper dyrlingep runa. ⁊ ælfgæper ælfricer runa. ⁊ blakemaner ⁊ leofricer ræpiner runa. ⁊ dunrtaner repiner runa. ⁊ randolfer. ⁊ albalder. ⁊ rmepiner on hola-cumbe. ⁊ ægilpærde. ælfrier runa. ⁊ ælfmæp cyngep runa. ⁊ ælfrigep mid þā bepde. ⁊ edpine leofricer runa. ⁊ edpine edmæper runa. ⁊ edric on hrēnahricge. ⁊ on ealler þær hundpeder gepitnirre on holacumbe. ⁊ hæbbe he cpirter cupr ⁊ rcā marian. ⁊ rcs̄ petrur þe þir æfre undo. ⁊ on ealler þær hundpeder gepitnirre on exancertre.

In hoc libro hic oſtenditur Brihtmærum Halacumbenſem ſe, conjugem, liberos & nepotes in perpetuam libertatem à Rocgero Derendigo duabus libris redemiſſe. Cujus rei teſtes ſunt Dudemannus Presbyter Exonienſis, Leofwinus Presbyter Whitaſtanenſis, Ælfgarus Præpoſitus, Ælfwærdus Præpoſitus, qui cenſum pro Rege recepit, Leofwærdus ejus frater, Edwinus Leofediſonus, Oterus Dirlingſonus, Alfgærus Ælfriciſonus, Blakemannus, Leofricus Sæwiniſonus, Dunſtanus Sæwiniſonus, Randolfus, Alboldus, Smewinus Holacumbenſis, Ægilwardus Ælfsiſonus, Ælfmærus Cyngiſonus, & Ælfsigus à barba, & Edwinus Leofriciſonus, Edwinus Edmæriſonus, & Edricus Rennahricgenſis, & univerſitas hundredi Holacumbenſis. Qui vero hoc caſſaverit, maledictus ſit à Chriſto, Sancta Maria, & Sancto Petro. Teſtis quoque eſt univerſum in Exonia hundredum.

---

n Quemadmodum emptiones & venditiones ſervorum, haud ſecus ac pecudum, & aliarum mercium, publice & coram teſtibus per leges *Anglo-Saxonum* & *Normannorum* contrahendæ erant. ita perinde eorum emptione & venditione confectâ, cenſus, quem adhuc **Toll** dicimus, ſolvendus erat.. *o* De ſcutariis lex lata eſt. II. Æthelſt. cap. 15. be rcylo pyphtum. in his verbis. Fe cpædon þ nan rcylopiphta na lecge nan rceaper felle on rcylo ⁊ gif he hit do gylde xxx. rcyll. *p* Inde noſtrum **Boſon** corrupte; a **Boatswain.** *q* L. *Æthelſtan.* 12. pe cpædon be þon þ mon nænne ceape ne ceapige butan porte ofep xx peninga. Ac ceapige þæp binnon on þær porhtgenefan gepitnerre. oddе ofeper ungeligener manner. oddе eft on þæna genefena gepitnerre on folc mote. *r* Alias forſan & rectius: *pro pretio & cenſu, quem Ælwordus præpoſitus recepit, dimidio libræ penſo, redemiſſe.*

‡ D Süpe-

Superiores formulas manumittendi & redimendi ſervos, quæ in membranis iſtis Liturgicis reperiuntur, vel paulo ante, vel haud multo poſt *Conquæſtum* ſcriptas fuiſſe conſtat, partim ex quibuſdam nominibus, & agnominibus teſtium, partim ex earum ſermone qui dialectum *Semi-Saxonicam*, vel *Normanno-Saxonicam* ſapit. Ad eas autem rite intelligendas conſulendæ ſunt à curioſo lectore leges *Inæ* XXIV. XXXIX. *Eaduuardi.* I. *Æthelſtani* XII. *Æthelredi* IV. *Canut.* XXII. *Gulielmi* I. XXXIII. XLIII. cum charta ejuſdem cap. LX. LXI. *Henrici* I. Lex LXXVIII.

Diverſi etiam generis, & ſcripturæ acta, ſive rerum geſtarum commentarii, haud pauci in membranis nonnullis cernuntur, quæ quorundam codicum ſacrorum, ſive evangelia, ſive miſſalia ii fuerunt, olim folia, jam extant compactæ cum nobiliſſimo carminum *Saxonicorum* miſcellaneo, quem mihi tradendum ad Te miſerunt Reverendus Vir natalibus, ingenio & humanitate præclarus *Richardus Anneſly* Vicecomes de Altham, Eccleſiæ Cathedralis *Exon.* Decanus, & ejuſdem cum illo magna ornamenta confratres ejus Canonici. Quibus Te, SHOWERE, nihil charius, nihil optatius, ut qui apud Schiſmaticos doctus & inſtitutus, à Conventiculis in Eccleſiam propria indole, Deique ſimul ſpiritu ducente, tum admodum adoleſcens Te recepiſti. Ex his igitur membranis nonnulla, quæ in *Exonia* veſtra, aut circa eam acta, Te *Exonienſem* non poſſunt non delectare, præſertim *Normanno-Saxonica* depromta, Epiſcopo & clero *Exonienſi* quo par eſt cultu & reverentia; Tibi qua par eſt obſervantia; tuiſque concivibus debito cum honore, quotquot *Philo-Saxones* eſtis, hic *Latine* verſa offero.

Horum autem actorum agmen ducit iſtud, quod *Saxonice* recenſet prædia, ornamenta, & veſtimenta ſacra, cum libris quos *Leofricus* Epiſcopus dedit S. *Petri* monaſterio *Exonienſi.* Deſcriptum vero videtur poſt *Conquæſtum* ex exemplari, quod eſt in MS. Codice Evangeliorum Bibl. *Bodl.* Monaſterii *Exonienſis* non ita pridem peculio, unde illud in regeſtum ſuum olim retulerunt monachi *Exonienſes.* Nam regeſti cujuſdam folia fuiſſe in quibus tranſcriptum reperitur iſtud exemplar, ex eo conſtat, quod initium nempe, hep ꝼputelaꝺ on ꝺiꝼꝼepe cpiꝼtep bec, prætermiſſo ſancto nomine cpiꝼtep, ſic ſcriptum legitur: hep ꝼputelaꝺ on ꝺiꝼꝼepe bec. Præterea tranſcriptum iſtud continuo ſequuntur alia *Latine* in *Normannica* manu plane ſcripta; & perinde prætermiſſa voce cpiꝼtep, ut par eſt credere, ex foliis ſacris in regeſtum tranſcripta quorum primum ſic incipit: *Leowinus Presbyter & Canonicus Exonienſis pro Dei amore & pro anima OSBERTI Epiſcopi.* Secundum ſic: *Quum quidem à divæ recordationis imperatoribus, vel ab aliis orthodoxis Eccleſiis fundandis vel honorandis donata ſunt literarum memoriæ commendare conſuevit Eccleſia, &c.* Verſus autem finem occurrit forenſe Normannicum *ſaiſiretur* in hoc membro, *nulla autem terra de qua prædicta Eccleſia ſaiſiretur.*

Tertium verò, quod formulam manumittendi ſervum ſive villanum ſolennem ante DCLVII annos *Latinè* factam exhibeat, integrum ponere placet eorum gratia apud juris noſtri peritos, qui originem illius & progreſſum, perinde ac Tu, SHOWERE, ſcire amant, ejuſve ſolenniores formulas legere, publica luce *Marculfi* iſtis, quas edidit *Frid. Lindenbrogius*, multo magis dignas. "Capitulum beati Petri Exonienſis Eccleſiæ omnibus Eccleſiæ filiis, clericis & laicis in Chriſto "Salutem. Quod ad multorum notitiam pervenire decrevimus, id literarum monumentis con- "ſervare, & conſervando ad memoriam reducere tam præſentibus quam futuris dignum duxi- "mus. Noverit igitur præſens ætas omniumque poſteritas quod RANꝺ Auenꝺ in Dei nomine "pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum, coram juſtitia Regis in Hundred civium "Exoniæ hunc Edricum filium Leowini de Alfintonia, ejuſque liberos ab omni vinculo ſervi- "tutis emancipavit, ita ut ab hac die, & deinceps ingenuus ſit, & ingenuus permaneat, tam- "que ſi ab ingenuis parentibus procreatus fuiſſet, eam partem pergat, vel remaneat, quam ma- "luerit. Nulli autem hæredum ſuorum vel prohæredum, nec cuique perſonæ aliæ quicquam "debeat ſervitutis, vel libertatis obſequium niſi ſoli deo, cui omnia ſubjecta ſunt. Siquis vero, "quod futurum eſſe non credo, de hæredibus ſuis, vel quælibet oppoſita perſona hanc abſolu- "tionem ingenuitatis infringere, vel infirmare voluerit, divino ſubjaceat judicio, à corpore San- "ctæ Dei Eccleſiæ diviſus efficiatur alienus. Facta eſt autem hæc abſolutio anno milleſimo cen- "teſimo quadrageſimo tertio incarnationis domini noſtri, regnante Stephano Rege & Rodb exi- "ſtente Epiſcopo, ſubannotatis teſtibus, Galtero Archidiacono, & Wiłł Archꝺ. & Hug̅. Arch. "& Raꝺ. Arch. & Rodb. Albo, & Galt. Iocelini filio, & Aluredo, Centiſque aliis.

Conſimilis alia formula non minus ſolennis manumiſſionis ſervorum reperitur ſcripta in iiſdem pergamenis, & in his verbis; in qua tamen, ut in ſuperiori, neque annus Chriſti, neque Rex Regnans deſignatur.

Capitulum Beati Petri Exoniæ omnibus fidelibus Eccleſiæ in Chriſto. Noverint omnes tam futuri quam præſentes, quod Will. Debur conſenſu uxoris, & Johannis filii, ejuſque pro æterna retributione, coram juſtitia Exoniæ Edwine Spileman ab omni ſervitute abſolvit, & abſolutum provida deliberatione ſub præſentia Will. Epiſcopi & nobilium, tam clericorum, quam Laicorum Eccleſiæ præſentavit, ut præſens ingenuitas tantorum aſtipulatione roborata omni tempore maneat inconvulſa.

Si quis hanc abſolutionem infeſtare tentaverit, ipſe, & ipſius factores ſubjaceant anatemati. Hujus rei teſtes, ſunt Odo arch. Ernold. arch. Heimgus presb. Rodb. Albus. Wal. presb. Alvricus Pater. Teocbal. Radul. fil. Teodb. Algarus fil. Feofled. Osb. filius Havoc. Are. presb. Notb. de Streete. Rodb. Leopes. Walt. fil. Are. Ricard fil. Odonis. Siward Letodore. Galfrid. Uedel. Alwine fil. Ueg. Rogerus Not. Pain rolboet. Turca.

Huc

Huc ſpectant in iiſdem membranis de ſervis manumiſſis teſtimonia *Normanno-Saxonice* deſcripta, qualia ſunt quæ infra ponuntur.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Gerfpæg fealа rune geboht Gibið Edpiger doctep æt Alprta on punfopda. ⁊ æt Hpælepincenne to x rcill. fpeoh ⁊ racler. ut of punfopda. ⁊ Gÿldebepð popꝛtgepefa nam þ toll fop þar cÿngep hanð. ⁊ ðir ir reo gepitnerre. Gebmep on cuike. ⁊ fægæp pp. on Hefatþipe. ⁊ Randolf de hage. ⁊ Roggepe on Pinnoc. ⁊ Mopin at Gertgete. Riceapð Alprtaner rune. ⁊ Wlfpopð hÿr bpoðep. Godpine Leopineſ rune. ⁊ Goda hir bpoðep. ⁊ Geda. ⁊ Sægæp. Riceapð Kÿke-beap. ⁊ Edmæp Nopðmaneſ rune. ⁊ re þe þirr undo. hæbbe he Godeſ cunf. ⁊ Scā Maria. ⁊ Scꝰ Petpeſ. ⁊ ealle Cpirteſ halgena á butan ende. Amen.

Præſenti hoc ſcripto declaratur, quod Gesfrægus Fealaſunus x *ſolidis redemit Giditham Edwigi filiam ab Alfſta domino Wunfordæ, & à Hrælepincennâ, ut libera & ſecura foret à ſervitio Wunfordæ, ubi ſerva prædialis fuit. Teſtibus*, &c.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Waltepe Wulfopðer rune upeode Aþelune inna Sceꝰ Petpeſ mÿnſtpe ouep hir fadeplic. hir fadep raule to alireonirre. ⁊ hir. on viuiener gepitnerre. ⁊ merſtpe Odo. ⁊ merſtpe Leopineſ. ⁊ Godpineſ p. ⁊ Edpakepeſ. ⁊ hir rune. ⁊ agealna. þapa hadeda. ⁊ lepeda þe þap igge pepe. ⁊ re þirr undo habbe he Godeſ cunf ⁊ þepe hlefdia Scē Maria. ⁊ Sceꝰ Petpeſ ⁊ gealle Cpirteſ halga. á butan ende. Amen.

*Præſenti hac ſcriptura notificatur Walterum Wulfordiſunum in Sancti Petri *Eccleſia pro redemptione animæ ſuæ & patris ſui animæ, ſuper patris corpus* [*ſepulchrum*] *Athelunen è ſervitute liberaſſe. Teſtibus*, &c.

Hep kið on þirrepe bec þ Sepine Finca boht hine relfne to x rcill. at Willelme on Edmæpeſ gepitnerre pꝑ. ⁊ on Edpineſ. ⁊ on Tailifepeſ. ⁊ on Rodbeſ. ⁊ on ealleſ þaſ hundpeðeſ on cuicu. ⁊ Alfric halſ nam þ toll. ⁊ habbe he Godeſ cunf þe hit æfre undo. Amen.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Teollinġ gebohte Ælwopð Stamepa ⁊ Edpine hir bpoðop æt Golupine to vii Mancron to cepe. ⁊ to tolle. ⁊ Ælfpopð popꝛtgepefa nam þ toll. ⁊ hepto ir gepitnerre Uiðel columtune. ⁊ ræpulf. ⁊ Uitula. ⁊ Eadmund p̄. ⁊ rnellinġ tullinġeſ runu. ⁊ Leopine Leopepðeſ bpoðop. ⁊ Ælfġap hellebula. ⁊ hæbbe he ġodeſ cunf þe þir æfre undo á on ecnirre. Amen.

In iiſdem etiam membranis leguntur formulæ; quibus quis alterum liberat, abſolvit & quietum reddit, vel ab omni, vel ab aliqua actione, in rem vel perſonam; vel quibus quis renuntiat juri alicui quietè & pacifice, quod habet, vel habere poteſt, vel prætendit habere perſequendi alterum in foro, propter id quod ſibi debetur. Hoc vos, Showere, *quietam clamantiam* vel *clamationem* dicitis, formulaſque quibus quis alterum quietum clamat, *acquietantias*, Anglicè **Acquittances** vocatis, quarum infra ſequuntur nonnullæ formulæ ſolennes & legitimæ conceptis verbis *Normanno-Saxonicè* ſcriptæ.

Acquietantiæ generales.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Aðelice Ricapðer rpurtep rcippeua cpæð Sepierrune an Alfintune raccleſ of elcre † cpauiġġe. Dap to ir ipitnir Ricapð re popꝛtpeua. ⁊ Willelm Lambꝑ. Dunniġ. Eoplapine. Reinep. Alupic Spot. Rotbð Puddiġ. Figġepe. Dalfin. Gotrelin Goppettil. Leġġefot..... Orbn ceaca. Rotbn Sceanca. Bpihtpic. Ailpopð Alġap runu. Ricapð Tpencapð. Iopðan re pꝑb. ⁊ eall þ hundpeð of Alfintun. Se þe þir undo. habbe he ġodeſ cunre. ⁊ Scē Mapie. ⁊ ealle cpirteſ halġena. á butan ende. Amen.

Hac præſenti ſcriptura notificatum eſt Athelicen Ricardi vice-comitis ſororem quietum, & ſecurum clamaſſe Hrodolfum Sewieſunum Alfintunenſem ab omni actione. Teſtibus, &c.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Willelm ðe la Bpuġepe cpæð Saccleſ pulpæpð þane pebba inna tune. and ut of tune of elce cpafiġġe. ⁊ þapto ir ipitnir Rau Teoðb rune. ⁊ Teoðb hir rune. ⁊ Acrum re hpita hpoðolf Alcaſ'. Heinen Gutakiġ. Philippe farenerc. Ricapð Alkaſ. Gerfpei Hoel. hepðð ⁊ Golein. Ailpepð Abec. ⁊ hir bpoðop. Rau ðe ralcei. heplapine. Bpihtmep uidic. Se þir mape undo. habbe he Cpirteſ cunf ⁊ Scē Maria. ⁊ ealle Cpirteſ halġena. a butan ende. Amen.

Hep kÿð on þirrepe bec þ Rotbepð ‡ A Polðpaham cpæð raccleſ Willhellm hir bpoðop rune of Polðpaham landе ⁊ of elcre Cpaufiġġe. þap to ir ipitnir Reinalð ppeort. ⁊ Dunniġ. ⁊ Dalfin. ⁊ Seuapa. ⁊ Sepi. ⁊ Gipapð. ⁊ Willelm Maneſcalð. ⁊ Ricapð á cuic. ⁊ Fulfpic pig. ⁊ Rau Sculðuſ. ⁊ Ricapð Gilðuleſc. ⁊ Hepbapð. ⁊ Segap. ⁊ Alġep innabuſc. ⁊ Al-

---

* Qui ſervum ſuum liberat in Eccleſia, & mercato, vel comitatu, vel Hundredo coram teſtibus, & palam faciat, & liberas ei vias, & portas conſcribat apertas, & lanceum, & gladium, vel, quæ liberorum arma ſunt, in manibus ei ponat. *leges. Hen.* I. cap. lxxviii. † Cpauiġġe pro cpafinġe, infra cpaufiġġe, *petitio forenſis*, vel *actio*, qua quis in foro quid petit. à veteri *Normannico* Krafa, *peremptorie poſtulare* vel *in judicio petere.* Krafa autem *Saxonice* cpafian, vel cpafiġean, & f in u verſo cpaviġean, unde cpafinġe & cpaviġġe pro cpafinġe, in acquietantiis *Anglo-Normannicis*, *actio*, *clameum forenſe*, vel *forenſis poſtulatio.* Practici noſtri in curiis adhuc dicunt, **we crave.** ‡ A Polðpaham *i. e.* in Polðpaham.

ȝep ꝑe ꝓebba. Roȝep ꝑe ꝑtipeꝺ. ⁊ Rotbeꝺ ꝓianaꝺ. ⁊ Ricaꝺ oꝼannaꝼꝼ. ⁊ ðemeꝑ ðpeċleꝺ ðeꝑ. ⁊ Iohel uppatote. ⁊ Aꝼcetill. ⁊ Rotbeꝺ Ɛꝺpieꝼ mæȝ:· ðe ꝺiꝼꝼ euꝑe unꝺo habbe he Lobeꝼ cuꝑꝼ. ⁊ ðcā Mapia. ⁊ ealle Lꝑiꝼteꝼ ȝecoꝑena a butan enꝺe. Amen.

Hep kẏð on ꝺiꝼꝼepe bec ꝓ otep ⁊ hiꝼ cild cpeꝺe ꝛaccleꝼ Aluꝑic ꝺane ꝑeꝺa ⁊ hiꝼ oꝼꝼpꝑinȝ. ⁊ ðaꝑ to ꝛ ꝛpitniꝼ Alpoꝑꝺ pr̄. ⁊ Waltepe ꝑe Lan̄. ⁊ Theoꝺbalꝺ. ⁊ ðemeꝑ Lipꝼꝑoneꝼ ꝛune. ⁊ Waltepe ꝑe ꝓleminȝ. ⁊ Lepꝼꝑei Hoel. ⁊ Randolꝼ ꝑe conꝺepan̄. ⁊ Alpine Modi. ⁊ Alpi Kẏa. anꝺ Alȝep Oxapamb. ⁊ Ailpaꝑꝺ. ⁊ Iopꝺan. ⁊ mapꝺin. ⁊ Oꝛbepn havoc. ⁊ Fillemot quikevot. ⁊ Ricaꝑꝺ ꝑe ꝓleminȝ nam ꝓeop peniȝap to ꝺolle. Se ꝺiꝼꝼ mape unꝺo habbe he Lobeꝼ cuꝑꝼ. ⁊ ðcā Mapia anꝺ ealle chiꝼteꝼ ȝecoꝑena. a butan enꝺe. Amen.

Acquietantia Specialis.

Hep kẏð on ꝺiꝼꝼepe becc ꝓ Willelm biꝛceop oꝼ Ɛxeceꝛtpe cpæð Fulꝼꝑic piȝ ꝓꝑeoh ⁊ ꝛaccleꝼ oꝼ ꝺa lanꝺe a Teiȝtune a ꝺane ꝺæȝ ꝺe * ma ꝺiꝺe Oꝛbepn Biꝛceop. ⁊ Leoꝼꝑic Biꝛceop oꝼ ꝺa † ȝealla minꝛtpe inna ꝓ Nipe. ⁊ hine ꝓꝑeoꝺe ꝓop Lobeꝼ luue. ⁊ ðcē Mapie. ⁊ ealle cꝑiꝛteꝼ halȝena. ⁊ ꝓop ꝺapa biꝛceopa ðaule. ⁊ ꝓop hiꝼ ðaule to aliꝛeꝺneꝛꝛe. Ðaꝑ to ꝛ ꝛpitneꝛꝛ. Alȝaꝑ ꝑe biꝛceop oꝼ conꝛtance. ⁊ ꝑe ꝑꝑiop oꝼ plimtun. ⁊ ꝑe ꝑꝑiop oꝼ tantune. ⁊ ꝑe ꝑꝑiop oꝼ Scep Nicol. minꝛtep. anꝺ ꝑe ꝑꝑiop oꝼ ðcep Anꝺꝑeaꝼ. ⁊ leopine ꝑe Lanon. ⁊ paltepe p. ⁊ Willm. p. ⁊ Roꝺꝺeꝺ ꝑe blunꝺ. ⁊ Aluꝑic p. ⁊ oꝛ̄n ꝑe kapel. Willmo ⁊ oꝛ̄n ꝛ. Willm ⁊ Baꝑthol. Oꝺo. ⁊ Hugo Ou. Lauꝼꝑeȝep. ⁊ Hugo Oc. Willm Ɛꝺpiꝛ'. Alȝep liꝼꝼiꝛ' ⁊ Iopꝺan hiꝛ'. Randolꝼ ⁊ Rau Mahtiller'. Waltepe Dan. Oꝛbepn hauoc. Aꝛcetil butapeit. ðepapa ꝛalepaꝛ'. Dunniȝ. Rau. Theoꝺb. ꝛeoꝺbalꝺ. Willm ðelipieꝛꝛ' ⁊ ꝓela oꝺ̄na ꝺe ma nemna ne meȝ. ðe ꝺe ꝺiꝛ eꝼꝑe unꝺo habbe he Lobeꝼ cuꝑꝼ ⁊ ðcā mapia. ⁊ ealle cꝑiꝛteꝼ ȝecoꝑena. a butan enꝺe. Amen. *Verſio:*

Præſenti hac ſcriptura notificatum eſt, *Willelmum* Epiſcopum *Exonienſem* in die tranſlationis Epiſcoporum ** *Osberni* & †† *Leofrici* à veteri in novum monaſterium, declarâſſe *Wulfricum Piigum*

---

* Ma pro man, ut cpaꝼiȝȝe vel cpauiȝȝe, pro cpaꝼinȝe. † Lealla pro ȝealꝺa vel ȝeealꝺa: ut infra ðunneue pro ðunꝺæȝe, vel Sunꝺei. ** De hoc *Osberno* ſic *Malmsburienſis: Succeſſit Leofrico Osbernus Regis Willelmi tempore, natione Normannus, frater Willelmi præcellentiſſimi comitis, in Anglia ſub Edwardo liberaliter & domeſticè converſatus, quippe qui cognationem regiam attingeret gradu. Unde in victualibus, & cæteris rebus ad anglicos mores pronior parum Normannorum pompam ſuſpiciebat, conſuetudines domini ſui Regis Edwardi efferens, ...pro more antiquorum temporum veteribus contentus ædificiis, liberalis animo & caſtus habebatur corpore. Vixit ad quartum annum Regis Henrici imminente ſenio non paucis annis lumine captus.* De *Leofrico* vero ſic: *Huic [Livingo] tempore Regis Edwardi ſucceſſit Leofricus apud Lotharingos altus & doctus, qui ſedem Epiſcopatûs tranſtulit in civitatem, quæ propter fluvium Exam, qui muros lapſu ſuo allambit, vocatur Exceſter*, &c. †† Scilicet à *Cridienſi* in *Exonienſe* monaſterium. Quemadmodum enim *Livingus* defuncto avunculo ſuo *Brihtwoldo* Epiſcopo *Cornubienſi*, ambos Epiſcopatus, *Devonienſem* ſcilicet & *Cornubienſem*, arbitratu ſuo adunavit: ſic *Leofricus*, conſentiente *Edwardo* Rege ſedem Epiſcopalem à *Cridia*, olim *Cridenton*, nunc Kirton, *Devoneſcyræ* villula, in *Exonienſem* urbem tranſtulit; vel Rex potius, auctore *Leofrico*, cathedram Epiſcopalem huc illinc transferendam curavit, ſi fides adhibenda ſit fictitio chirographo, ſive chartæ *Edwardi* Regis, quam à falſario aliquo, confectam ex archivis ſuis mihi ſemper cum honore ſummo nominandi honorabilis admodum Decanus & Canonici *Exonienſes* ad me miſerunt. In dorſo autem membranæ *Saxonicè* legitur hæc inſcriptio:

Ðiꝛ ꝛ ꝑe ꝓꝑeolꝛ to þam þ. ꝑice on ðeꝼenanſcipe. ⁊ on þealan ðe Ɛaꝺpeaꝺ Lẏninȝe ðihte ⁊ ȝeꝛette miꝺ hiꝛ pitena ꝑæꝺe. ꝓop hiꝛ ꝛaple alẏꝛeꝺniꝛꝛe. into þam biſceopſtole on Ɛxanceaſtꝛe Leoꝼꝑice ðe. ⁊ hiꝛ æꝼtepȝenȝean on æce ẏꝑꝼe:· Charta vero, quam cum ſuis membrorum diſtinctorum notis, abbreviationibus, & mendis exhibeo, ſic ſe habet: IGITUR CUM UNIVERSA IN SAPIENTIA A DEO BENE CONDITA SUNT, videlicet cœlum, arvum, & quæ in eis continentur. dignum quippe æquumque dignoſcitur fore, quanquam impoſſibilitas ægræ humanitatis humanos actus plurimis calamitatibus conturbet, quo nos qui rectores hominum à ðo conſtituti dicimur inſtinctu ſupernæ Clementiæ. juxta modulum N̄r̄æ cenſuræ, prudenter æquitatem civilis exquirere ſtudeamus ſcientiæ, atque præcipue res eccleſiaſticæ. benigne diſcutiendo tractare. & ea quæ cernuntur nr̄s̄ non æqua optatib:· rectius conſtituere. ſicque ſancita ad p̄fectum innocentiæ. ſive utriuſque vitæ corroborando gubernare; equidem glorioſum eſt nimiumque laudabile deſtructas ſedes ſc̄orum locorum ad divinum adminiculum expoſcendum re-edificare, ſacraque altaria venuſtis velis cum nitore pii cordis velare. & unamquamque nocturnam ſive diurnam ſinaxim armoniacis moduliſ reſonare. Quapropter Ego EADWEARDUS dei gratia Anglorum Rex conſilio imbutuſ bonæ voluntatiſ. q^m. puiſum eſt mihi. juxta quod precipitur in divinis decretis. cathedram pontificalem conſolidare Exoniæ civitatis, in monaſterio beati Petri ap̄lorū principis quod eſt ſitum infra moenia ejuſdem urbis. auctoritate ſuperni Regis. Meaque meæque conjugis EADGYDE. ac univerſorum Epiſcoporum, ducumque meorum. p̄ hoc

privi-

privilegium teſtamenti. atque Cauctione Cyrographi. in ꝑpetuo tempore. conſtituo preſulem. LEOFRICUM. ut ſit ibi pontifex. & poſt illum cæteri adfuturi. ad laudem. & gloriam ſcē & individuæ trinitatis. Patris et filu. et ſpſſcī. et ad honorem ſcī petri apſli. Dono etiam omn̄ſ poſſeſſiones ad eundem locum pertinentes quæcunque ſint tam in rurib:· quam in paſcuiſ. pratiſ. Silviſ. aquiſ. liberiſ. ſerviſ. ancilliſ. legibuſ. Cenſu. pagiſ. deo ſcōq; petro. frībuſque Canonicīſ ibi famulantib: ut habeat jugiter ſubſidium hubertim corporiſ. quo valeant Xpō militare ſine ulla moleſtia animi. hoc tamen notum. Papæ domino in primiſ LEONI facio. Ipſiuſq; adteſtatione confirmo. deincepſq; cunctiſ anglorum magnatib:· quod Cornubienſem dioceſim. quæ olim in beati germani memoria. atque Petroci veneratione epiſcopali ſolio aſſignata fuerat. ipſam cum omnib: ſibi adjacentib: parochiiſ. terriſ. villiſ. opibuſ. beneficiiſ. ſcō petro in exonia civitate trado. ſcilicet ut una ſit ſedeſ Epiſcopaliſ. unumq; pontificium. et una eccleſiaſtica regula. ꝑpter paucitatem atq: devaſtationem bonorum. et populorum. qm̄ piratici Cornubienſem. ac Cridinienſem aeccleſias devaſtare poterant. ac ꝑ hoc in civitate exonia tutiorem munitionem adverſus hoſtes habere viſum eſt. et ideo ibi ſedem eſſe volo. hoc eſt ut Cornubia cum ſuis aeccleſiis. et Devenonia cum ſuis ſimul in uno epiſcopatu ſint. et ab uno epiſcopo regantur. Itaq: hoc privilegium ego EADWARDUS rex. manu mea ſuꝑ altare Scī Petri pono. et preſulem LEOFRICUM. ꝑ dexterum brachium ducens. meaq: regina. ϵADGYTHA ꝑ Siniſtrum. in cathedra epiſcopali conſiſto. preſentib: meis ducibus. et conſanguineis nobilibus. nec non Capellanis. et affirmantib: laudantibusq: Archiepīſ. ϵADSINO. et ALFRICO. cum cæteriſ aliis. quorum nomina deſcribentur in meta hujus cautionis. ϵnimvero ſi quis hoc teſtamentum privilegii affirmare poſt meum vitæ tranſitum. et bona aeccleſiæ augere tuendo voluerit. abaugeat omn̄ſ deus dies vitae ejus atq: centuplicato fructu nono decimo. coronet eum aeterno premio in gaudio aethereo. Si autem quod abſit aliquis compilator fraudis. vel cavillator fautoriſ. nevo fomitatuſ iniquæ cupidiniſ. hanc cauctionem ſeu decretum huiuſ epiſcopii. deſtituere. aut ꝑmutare contempnendo preſumpſerit. vel eiuſdem minuere. et ſubtrahere ſubſtantiam tēptaverit. aeterniſ mancipatuſ habeniſ cum diabolo. eiuſq; miniſtriſ ſit ſeparatuſ a Xpo. ipſiuſq: ſanctiſ. diſegregatione ꝑpetuæ anathematis fiat. Anno igitur incarnationis dominicæ. Mill. L. INDICTIONE III. ϵpacteq: XXV. et Concurr̄ VII. hæc cautio ſcripta eſt ϵdictione ſolida. karacterata karacteribus teſtium. Iubente puſſimo Rege anglorum ϵADWARDO gubernante eodem feliciter totiuſ monarchiam majoris Britanniæ.

ϵGO ϵADWARDUS REX hoc donum cautione hac affirmo. ϵGO ϵADSINUS ARCHIEP̄S manu mea ſubſcripſi. ϵGO ÆLFRICUS ARCHIEP̄S eboracenſis eccl̄æ conſolidavi. ϵGO STEGANDUS EP̄S dignum duxi. ϵGO HERIMANUS EP̄S corroboravi. ϵGO ϵALDREDUS EP̄S. conſenſi. ϵGO ÆGELPERDUS ABB. adjuvavi. ϵGO ÆFLPINUS Abb. adjuvavi. ϵGO SIHTRICUS AB̄B. adjuvavi. ϵGO RÆINBALDUS ꝑb laudavi. ϵGO GODMANNUS ꝑb laudavi. ϵGO GODPINUS ꝑb laudavi. ϵGO GODPINUS dux. ϵGO LEOFRICUS dux. ϵGO SIPERDUS dux. ϵGO SPEGEN dux. ϵGO Hapalduꝛ dux. ϵGO RADULFUS dux. ϵGO Toſti Nobil. ϵGO ODDA nobil. ϵGO bẏpihtpic nobil. ϵGO ORDGARUS mīn ϵGO ælȝapuꝛ mīn. ϵGO touinuꝛ mīn ϵGO ꝑaðpulfuꝛ mīn. ϵGO dodda mīn. ϵGO eadulfuꝛ mīn. ϵGO opdulfuꝛ mīn. ϵGO Oſmæpuꝛ mīn. ϵGO ϵcȝulfuſ mīn.

Cautionem autem vel chartam hanc falſarii cujuſdam eſſe commentum, præter manum, quæ *Henrici I.* temporibus recentior eſt, monſtrant I. Subſcriptio nominis Archiepiſcopi *Cantwarenſis*, qui non niſi recentioribus ſcriptoribus vocatur *Eadſinus*. A *Florentio* autem Wigorn. & aliis, qui *Eadwardi R.* temporibus viciniores floruerunt, vocatur *Eadſius* pro *Eadſigus* à *Saxonico* ϵadpin, Ꝥ pro more iſtius ſeculi in Y liqueſcente. II. Deſignatio temporis, nempe Annus *Mill. L.* cum ſecundum chron. Sax. Robertus Gemeticenſis Archiepiſcopus Cantwarenſis eſſet ut qui in Archiepiſcopum conſecratus erat, An. M.XL.VIII. in quadrageſima, quæ ſecuta eſt mortem *Eadſigi*, qui obiit IV. Kal. *Novembris*. Anno M.XL.VII.

Gervaſius Dorobernenſis monachus ſic de obitu Eadſini ſcribit. *Eadſinus cum annis* XI *optimè rexiſſet pontificatum, & eidem Eccleſiæ nonnulla contuliſſet beneficia* V. *Kal. Novembris defunctus eſt. Eadſini* anteceſſor fuit *Ægelnothus*, qui conſentientibus ſcriptoribus univerſis, diem obiit ſupremum III Kal. Novembris Anno MXXXVIII. in quo ipſo anno ſedem ejus capeſſit *Eadſinus*.

Secundum igitur computum *Gervaſii Eadſinus* mortuus eſt v. Kal. *Novembris*, Anno XLIX. (ſi literæ numerales XI recto ordine ponuntur,) anno ſcilicet antequam charta *Eadweardi* confecta eſſet. Si vero literas numerales XI ſive ſcriptoris, ſive typographi errore præpoſtere poni contigit pro IX. tum tempus mortis *Eadſini* erat IV. ut chron. *Sax.* vel V. Kal. *Novembris*, ut *Gervaſius*, Anni M.XLVII. quo ipſo anno *Eadſinum* diem ſupremum clauſiſſe affirmat chronicon *Saxonicum*. Præterea tradunt omnes ſcriptores *Eadſinum* ob ſuam corporis infirmitatem, vel incurabilem morbum ut ſcribit *Malmsbur.* archiepiſcopatum ſuum dimiſiſſe, in eumque *Siwardum* Abbatem *Abbendunenſem* conſecrâſſe, Anno MXLIII. poſt quem Archiepiſcopi titulum ſibi arrogâſſe haud vero ſimile eſt; quamvis ad annum M.L. miſeram vitam protraxiſſet, in quo eum obiiſſe ſcribit *Florentius Wigornienſis*, & qui eum ſequuntur, ut *Simeon Dunelmenſis*. *Matthæus Florilegus* quum *Eadſigum* tum *Siwardum*, quem volens ſucceſſorem ſibi adſcivit, anno ML. obiiſſe ſcribit, ſed prius obiiſſe *Siwardum*. Falſarius autem, qui chartam hanc *Eadwardi R.* commentus eſt, menſem anni ML. non deſignare auſus eſt, ne ficta eſſe deprehenderetur. III. Chartam hanc fictitiam eſſe ex eo conſtat,

Piigum liberum, & abſolutum à ſervitute fundi *Teigtunenſis* ubi glebæ adſcriptitius fuit, eumque manumiſſiſſe propter dei, Sanctæ *Mariæ*, & omnium *Chriſti* Sanctorum amorem, & ad redemptionem animæ ſuæ, & animarum Epiſcoporum. Teſtibus *Algaro* Epiſcopo *Conſtantienſi*, Priore monaſterii *Plimtunenſis*, priore monaſterii *Tantanenſis*, & priore monaſterii *S. Nicolai*, & priore monaſterii *Sancti Andreæ*, & *Leowino* canonico, & *Waltero* presbytero, & *Willelmo* presb. & *Roberto Blundo*, & *Alurico* presb. & *Osberno* Capellano, *Willelmo*, & *Osberno* T. *Willelmo* & *Bartholomæo Odone*, & *Hugone* Ou. *Gaufrego* Eſ. & *Hugone* Oc. *Willelmo Edwiſono*. *Algæro Littlſonio*, & *Jordano Hiſſonio*, (forſan *illius filio*) *Randolpho* & *Rollone Mahtilleſonio*. *Waltero Dan*. *Osberno Havoc*. *Aſcetillo Butapeit*. *Sewara Salewaſonio*. *Dunnigo*. *Rollone*. *Theodberto*. *Teodbaldo*. *Willelmo Seliwieſonio*, & multis aliis quos nominare non poſſumus. Quiſquis autem hoc caſſum reddit, maledictus ſit à *Deo* & Sancta *Maria*, & omnibus *Chriſti* electis, in ſecula ſeculorum. Amen.

In iis etiam membranis reperitur actum curiæ *Exonienſis* authenticum, quod practici noſtri *recordum* vocant, quo declaratur *Hubertum* quendam ſervam ſuam cum ejus progenie perdidiſſe propterea quod eam liberam antea factam injuſte vendicaverat.

Ðeꝑ kẏ̈ð on þyrꝛeꝑe bec þ hubeꝑð on Elyꝛt cꝑæꝼeðe anne pyꝼman þe Eðit hatte Liuegeꝑeꝛ Wiꝼ. ꝼoꝑ þam Liuegeꝑ hiꝛ alyꝛðe ut at Gorꝼꝑeiꝛge byrceope ealꝛꝑa man ꝛceolðe ꝼꝑeohne pyꝼman. ⁊ alꝛꝑa hit hꝑihꝛ pæꝛ on þam ðaꝛum æcle ꝼꝑeohne man piþ xxx [a] pe. ⁊ Ðubeꝑð pæꝛ leoꝛende þæꝑe pyꝼmanne ꝼaꝛ hiꝛ unꝑihꝛ Eꝑæꝼinꝛge þa ⁊ æꝼꝑe m... hiꝛ ⁊ eal hiꝑe oꝛꝼꝑpinꝛ. ⁊ þæꝛ to ꝛ ꝛepitneꝛ Willm. ðe buhut. ⁊ Ruolð ꝛe cnihꝛ. ⁊ oꝛbeꝑn ꝼaðeꝑa. ⁊ unꝼꝑeiꝛ ðe tettaboꝑna. ⁊ Alꝑoꝑð poꝑteꝑeua. ⁊ Iohan ꝛe cnihꝛ. ⁊ Rau ꝼolcaꝑð. [b] ⁊ þeoꝛ ꝛꝑæc pæꝛ innan Willmeꝛ buꝑe ðe buhut on Excerꝛtre ꝛerꝑæce.

Reperitur quoque *recordum* privilegii, quo *Osbernus Exonienſis* Epiſcopus monachis *S. Nicholai* pulſando Campanas horas ſuas die nocteque ſignificandi facultatem dedit.

Ꝑita þa þe nu beoð. ⁊ þa te cumene ꝛẏ. þat ẏc oꝛbeꝑn Excerꝛtreꝛ biꝛcop ꝛeꝼ leaua þam munche on Sc̄e Nichlauꝛ minꝛtre to hꝑinꝛende hẏꝑe tẏðe be ðaꝛe. ⁊ be nihte hpanne hi æꝼꝑe pillat ꝛꝑa belimpað to hiꝑe anðebeꝑnyꝛꝛe. bute an cꝑiꝛteꝛ paꝛꝛeniht. ⁊ ꝛieꝛteꝑ runneue. ⁊ Sc̄e petꝛeꝛ. ⁊ pauleꝛ maꝛꝛeðæꝛ. ⁊ þeoꝛ leaua þuꝑh hiꝑe Abbod Ðenꝑi. ⁊ toꝼoꝑan him. ⁊ hiꝛ munchun. ⁊ toꝼoꝑan eallum mẏnum chanunche innan minum capitule oꝼ mẏne. ⁊ hiꝑe ealꝑe helꝼ ꝛꝑa ꝼaꝛtlice ꝛ ẏꝛett. þ nan man aꝼteꝑ þẏꝛ ðaꝛ ẏꝛettinꝛe unðon ne mæꝛe. Anð ꝼoꝑ þẏꝛe leaua. tꝑẏꝛ elce ꝛeꝑe þat ꝛ an palmꝛunnenðeꝛ. ⁊ Eꝑiꝛteꝛ upꝛtiꝛandeꝛ to ꝑꝑoceꝛꝛiun mið þam Chanunche hẏ ꝛan ꝛceale.

Denique membranæ iſtæ nobis conſervarunt memoriam ſodalitiorum, ſive fraternitatum quarundam, quas Epiſcopus & Canonici *Exonienſes* communes inſtituerunt cum aliis piis hominibus ad conſervandam charitatem & pietatem promovendam.

On cꝑiꝛteꝛ naman. ⁊ Sc̄s Petꝛuꝛ Apoꝛtoluꝛ anð ꝛilðſcipe ꝛ ꝛeꝛaðeꝑoð on Ꝼuðebuꝑꝛ-lanðe. ⁊ ꝛe þ Oꝛb̄n. ⁊ þa canonicaꝛ innan Sc̄s petꝛuꝛ minꝛtre on Excerꝛtre habað unðeꝑꝼanꝛen þone ilcan ꝛeꝼeꝑꝛcipe on bꝑoðoꝑ ꝑæðenne ꝛemænelice ꝼoꝑð mið oðꝑum ꝛebꝑoðꝑum. Nu ðoð hiꝛ æt ælcum heoꝑðe to ꝛecnapnyꝛꝛe þam Canonicon anne peniꝛ to Eaꝛtꝑon ælce ꝛeaꝑe. ⁊ ealꝛꝑa æt ælcum ꝼoꝑðꝼaꝑenum ꝛilðan æt ælcum heoꝑðe ænne peniꝛ to ſapul-ſceote. ſe hit bonða. ſe hit piꝼ þe on þam ꝛilðoꝛcipe ꝛinðon. ⁊ þat ſapul-ꝛeꝛceot ꝛceulon þa canonicaꝛ habban. ⁊ ſpilce þeniꝛce ðon ꝼoꝑ hiꝛ ſpilce hiꝛ aꝛon to ðonne. ⁊ Ðiꝛ ſinðon heoꝑa nama þe beoþ on þam ꝛilðoꝛcipe. Bꝑihtꝑi. Wilnoð. Ealðpine. Leoꝼꝑic. Bꝑihtmæꝑ. Alꝼꝑic. Eðmæꝑ. Eðpine. Alꝛaꝑ. Eðꝑi. Wlꝑoꝑð. Alꝑoꝑð. Eðpine. Loðꝑi. Oꝛꝛoð. Aðeleoue. Bꝑihtmæꝑ. Loðꝑic.

In Chriſti, Sancti Petri Apoſtoli nomine, ſodalitium unum inſtitutum eſt [c] *in Wudeburglande, &*

---

quod neque crucis ſignis, neque aliquo ſigillo ceræ impreſſo confirmatur. Quinimo neque ſignorum, neque ſigilli ulla mentio fit, quorum alterutro *Eadweardi* chartæ omnes corroborari ſolebant. Adde quod ſine ſignis vel ſigillis nulla charta confici poteſt, ut enim charta donum ſic chartam ſigna vel ſigillum confirmat. Huic vero chartæ ſubſcriptum inſulſe legitur nomen Regis nudum abſque ullo ſive ſigno ſive ſigillo his in verbis. *Ego Eadweardus Rex hoc donum cautione* [*i. e.* charta] *hac affirmo.* IV. Fictitiam eſſe ut eam crederem, facit altum ſcriptorum de hac celebritate apud *Exoniam* ſilentium, cum in cathedram ſuam, brachium ejus dextrum Rege, Regina vero ſiniſtrum prehendente, inductus *Leofricus* eſſet. V. In charta ipſa ne una quidem litera, quæ non eſt *Normannica* ſive *Romana*, ſpectatur; quamvis manus *Saxonica* diu ab *Edweardo* denato, & adventu *Normannorum* apud *Anglos*, ut inſtrumenta, regeſta, & alia MSS. vetuſta oſtendunt, in uſu erat. Denique charta hæc falſarii commentum eſſe oſtenditur ex eo quod annus Xti. ML. coincidit cum indictione III. & Epacta VI.

Ejuſdem etiam furfuris ſunt quæ de ſede Epiſcopali *Exoniæ*, & inthronizatione *Leofrici*, leguntur in MS. (quod olim fuit Eccleſiæ *Exon.*) Bibl. *Bodl.* Med. 76. quæ in monaſtici ſui *Anglicani*, p. 220, 221. publicavit *Gulielmus Dugdalius*, qui chartas à *Rogero Dodſworth* incredibilis diligentiæ viro congeſtas, abſque fere omni ſive diſcriminis ſive cenſuræ nota univerſas, heu! in *Sax.* minus verſatus monaſtico ſuo publicavit.

a Peninꝛaꝛ. *b* Id eſt, *Et hæc acta erat cauſa in Curia Exoniæ civitatis, quæ apud Willelmum de Buhut convocata eſt.* *c* Vel *in Wudaburgenſi prædio.*

Epiſcopus

Episcopus Osbernus cum canonicis Sancti Petri monasterii & aliis fratribus eandem societatem in communi charitate fraternâ inierunt. Præterea fratres stipulati sunt se annuatim ad Pascha Canonicis unum denarium domatim exsoluturos. Quinetiam quoties diem obierit aliquis sodalis, sive maritus sit, sive uxor, promiserunt se omnes pro demortui anima domatim collaturos unum denarium, quos quidem denarios mortuales habebunt canonici, ut ea ministeria mortuis persolvant, quæ persolvere debent. Hæc autem nomina sunt sodalium, Brihtivius, &c.

On Wudebuȝe-lande is eac anoðer ȝildȝripe ȝeȝaderod crirte. ⁊ Scē petre. ⁊ hiȝ boð to Martinus mærran oþ ælcum heorðe anne peniȝ into scī petrus minstre þam Canonicon. ⁊ ælc sapul-ȝerceot ealra æt ælcum heorðe ænne peniȝ. and Ðis sint þæra manna nama. Kytel. Ðeoderic. Ðunnord. Ailnoð. Ailmer. pulmer. Ailric. Alfȝær. Sepine. Alpine. Edric. Alpi. Alpord. Nierdinȝ. Edmær. Lodpine. Lolspein. Brihtric. Edpine. Ælpord p̄. Soemer.

Oþ clistuner ȝildscipe. Isaac p̄. Almær. Lodpine. Alpine. Brihtric. Beorninȝ. Nierdinȝ. Ðeodric Edpin. Gladpine. Alupi. Leopine. Sæpor. Toui. Nemminȝ. Sæuue. Ailric. Alpine. Edrun. Ailpord. ⁊ Lifȝiue. Edpine. Alfric. ⁊ Alfric. Edpine. Edȝive. Wlfric. þada. Lodpine. Ailhild. Aluid. Edȝiue. Lifȝiue. Edȝive.

Oþ Lolutuner ȝildȝripe. orðric p̄. Almer. Ailpine. Alpord. Atherta. Lodric. Alȝær. Alfric. Osmær. Niaðemær. Sinic. pulpord. Ailric. Edric. Alfrid. Almær. *dein sequitur:* Ner kyþ on þirrere bec þ Leomær Sperrnæȝler sune hefð alired Leofilade hir meȝa ut oþ toppersamme-lande mid IIII ⁊ XX penuȝe æt Leolnice. Neordinȝer ȝereua Eadnoþor sune. ⁊ þærto is ȝeritner. Alpine preort. ⁊ Ailford puddinȝ. ⁊ Neordinȝ. ⁊ hir broðrar. ⁊ pulford at Iacober cirican. ⁊ huȝa se næda. ⁊ eall þ hundred at toppersamme ⁊ se þir undo hæbbe he Lober cunr. ⁊ Scā Maria erre butan ende.

Oþ Alpiner Lildȝripe on pudebiriȝ. Alstan. Leapine. Ailpine. Aðelhild. Ailric. Ðunerord. Alȝær. Siȝær. Aluið. Edmær. Alpord. Æþæpine. Dirlinȝ. Leopi. Lodpine. Edpine. Brihtpine. Ordric. Brunȝær. Alpin. Særic. Lodpine. Alȝær. Nierdinȝ. Alȝær. Edrihe. Vivet. Alpine. Edȝive.

Oþ Bridaforder ȝildȝripe. Edpine. Wlfric. Sæpine. Sæmær. Edpine. ⁊ Edpine. Alfric. Leopine. Ailric. Leofric. Alpine. Edmær.

Oþ Lirtpike. Waltere p̄. Edmær. Leopine. Sæneð. Sprin. Kinȝ. Ailpord. Alȝær. Særic. Edri. Edpine. ⁊ Edpine. Edri. Siprord. Edpine. Ailmær. Dunninȝ. Lodpine. Snellinȝ. Dirpine. Lodpine. Sæpine. Edric. Bruninȝ. Særi. Selepi. Ordȝiue. Edȝiue.

Oþ þam ȝildȝripe on leȝe. Ailri p̄. Tyrri p̄. Willm. Alfred. Lorfnæȝ. Ailpord. Edpine. Osȝæd. Osford. Lodric. Brihtric. Lola. Punric. Ailri. Alpord. Alneð. Alȝær. Edpine. Leorric. Dirlinȝ. Brihtric. Bilebald. Lifȝiue. Estmær. Limmær. Ailpine. Lod.... Sexman. Rocȝere. Siprord.

Oþ Nutpike. Lodric. Alpine. Edpine. Lodpine. Lodric. Wlfric. Alfric. Leofric. Dunepine. Alȝer. Edpine. Edȝið.

Oþ Lolatune. Alpine. Tneddasunu. Lodric. Ailric. ⁊ Beorn. Brihtmær. Almær. Ordric. Dirpine. purma. Dunninȝ. Siprord. Alfric.

Oþ Sidemuða. Alȝar. Ailric. Wlpine. Wnkinȝ. Ailmær. Edri. Brihtric. Alfric. Alpric. Alpi. Ludupine. Kinsta. Wlfric. Ailric. Kippinȝ. Edpine. Alfȝiue. Edȝið. Alfȝiue. Edpine. Orpord. Alfric. Alpi. Alpine. Leopine. Almær. Sceott. Leopine.

Oþ Halsforda. Ilberd p̄. Edpine. Alpine. Wlford. Limmær. Ailmær. Leofric. Edpine. Edri ⁊ Edri. Edpine. Leopine. Fuȝel. Edpine. Ealdpine. Ailpord. Ordulf. Sæpord. Alȝar. and Limmær.

Oþ Nritasrane. Edzi. Lodric. Edpine. Leopine. Alupic. Ealdpine. Alpine. Særi. Sæȝar. Wlpi. Alȝar. Edri. Kari. Wikinȝ. Wnninȝ. Siprord. Alpord. Ailpine. Leopine.

Oþ Examutha. Lodȝið. Erȝar. Edrid. Ailpard. Ailpine. Leopine. Sæneð. Pikinȝ. Nerman. Edpord. Sceȝȝi. Atli. Sæpord. Rotbb. Siprord.

Sodalitia hæc *clericorum* sive *Sacerdotum* cum *laicis* instituta in memoriam mihi revocant, Showere, Societates sacerdotum cum sacerdotibus olim etiam iniri solitas; cujus rei exemplum quoque exhibet ms. bibl. *C. C. C. C.* quod inscribitur *Miscellan.* G. p. 55. Etenim ibi extat transcriptum sodalitii instituti à *Wulstano* cum præfectis, & fratribus septem monasteriorum; scilicet Monasterii *Eoveshamensis, Ceortisigensis, Bathensis, Persorensis, Wincelcumbensis, Glocestriensis,* & *Wigornensis,* cujus stipulati sunt sodales se Deo obedientes & Regi fideles fore & multa alia fraternæ charitatis & pietatis officia se præstituros, plane *quasi,* sicut scriptum est, *cor unum & anima una,* essent.

On brihtner naman hælender crirter. ir þ Wulrtan b. on brihtner naman hæfð ȝenæbb pið hir leofan ȝebroðra þe him ȝetreore rynd for ȝode ⁊ for porulde. Ðæt ir þonne ærerr Æȝelriȝ abb. on Eofersham. ⁊ pulfpold abb. on Leortirige. ⁊ Ælfriȝe abb. on baðan ⁊ þa ȝebroðra. ⁊ Eadmund abb. on perrcopan. ⁊ Rapulf abb. on Wincelcumbe. ⁊ Sæfle abb. on Glepecearrre. ⁊ Ælfran decanur on Wiȝracearrre. Ðæt ir. þ pe pillað ȝeorne ȝehyrrume beon Lode. ⁊ Scā Mariam. ⁊ Scē Benedicte. ⁊ ur rylfe ȝerihtlæcan rra neah rra pe nyhrt maȝon to þam nihte. ⁊ beon rra hit arriten ir, *Quasi cor unum, & Anima una*: ⁊ pe pillað unum porulð-hlafordde Willelme cyninȝe. ⁊ Mahchilde þære hlæfdian hold

beon for Code. ⁊ for populde:. ⁊ habbe pe ur gepædd betpeonan to upe saule-þeapfe· ⁊ to ealna þara gebroðra þe ur undep-þeodde rynd. þe munuc hadef rynd. þ ir. þ pe pilla∂ beon, an annerre. rþylce ealle þar VII. mynrtrar ryn an mynrtep. ⁊ beon rpa hit hep befopan appiten ir. Quaſi cop unum, et anima una. ∂ir þ pe ælcepe pucan rinzan II. mærran on ælcum mynrtre. rynðeplice for eallum zebroðrum. Monan-dæze. ⁊ fpizedæze. ⁊ pite re broðor þe capitula mærre puca bi∂. þ þar mærran zefor∂izе. for þa zebroðra. þe libbende rynd. ⁊ for ælcan for∂fapenan broðor· ælc þæra þinza fopedon rpilce hiz ealle ætzedepe on anum mynrtron pæpon:. ⁊ nu ir þara aboda cpyðpædenne þ hiz pilla∂ beon Code zehyfrume. ⁊ heopa birсope to heopa zemænelicum þeapfe. þ ir. þ heopa ælc rceal don an C. mærran. ⁊ for hir azenra handa zebyczе. ⁊ an C. þeapfendra manna zeba∂izе. ⁊ þa fedan. ⁊ ealle þa zercyzean. ⁊ ælc rinze himrylf VII mærran. and him fopedon xxx. nihta hir mete befopan him. ⁊ ænne pæniz on uppan þam mete:. Cod ur zefultumize. þ pe hit þur motan zelærtan. ⁊ mid ruman Code ze-eacnian. ∂ic fiat.

Đir rynt þara zebroðra naman on Eofeрham. þ ir æpert Æzelpiz abb. ⁊ Codric abb. ⁊ Æzelpine decaner. ⁊ Opdmæn. ⁊ Codefrid. ⁊ Đeodræd. Regnold. ⁊ Eadric. Ælfpine. ⁊ Eadpiz. Collinіz. ⁊ Leofpine. Ælfric. ⁊ Pulfpine. ∂iped. ⁊ Brunin3. Ælmæn. ⁊ Ælfpine. Æzelric. ⁊ Æzelpyrd. Dunnin3. ∂æzeat. Uhtræd. ⁊ Eadpeard. Eadmund. Ulf. Brihtric. Pulfrize. ∂exa. Ælfpine. Wlmæn. Æzelpiz. Đir rynden þara zebroðra naman on Leoptirize. þ ir æpert pulfpold abb. ⁊ Ælfpard. ⁊ rælaf. Oten. ⁊ Codpine. Æþertan. ⁊ Eadzan. Eadmæn. ⁊ Codpine. Ælfpine. ⁊ Benedict. ∂ipine. ⁊ Alfpold. Brihnno∂. and Ælfric. Codric. ⁊ Ælfric. Orpald. ⁊ Ælfric. ⁊ Pulfpard. ⁊ Pulfric. Đir rynd þara zebroðra naman on ba∂an. þ ir. æpert Ælfrize Abb. ⁊ Ælfric. Leorpiz. ⁊ hie∂epulf. Ælfpiz. ⁊ Æzelmæn. Eadpiz. ⁊ Codpine. Æzelpine. ⁊ Orpold. Ælmæn. ⁊ Đeodpold. Eadric. Æzelmæn. ∂æpulf. Đuped. Æzelric. ⁊ Hæplepine. ⁊ Codric munuc on Malmerbyrig. ealrpa upe an. ⁊ ealrpa pulfend Picer broðor on tantune.

Verum è Cod. MS. Cotton. Bibl. Vitellius E. 18. fol. 8. conſtat Monaſteriorum Sodalitates ad majorem numerum in citerioribus ſæculis creviſſe. *Iſtæ ſunt Conventiones in iſta eccleſia, Burch. Wigornienſ. Gloceſtrie. Redinge. Teokesb. Certeſie, * Bertonio. Helienſ. Abendon. Glaſton. Scſ. Pancraci. Scſ. Albani. Scſ. Cuthbert. Scſ. Marie de Merton. Malmesbiri. Scſ. Edmundi. Scſ. Petri Weſtmonaſterii. Werecciaelle, Romeſie. Becci. De Bello.* Vide etiam Bibl. Cott. Domitian. A. 7. fol. 33. b. & fol. 45, &c. Veſpaſian. B. 24. fol. 11, &c. Veſpaſian. A. 6. fol. 63. Titus D. fol. penult. Sodalitium ſacerdotum cum ſacerdotibus ſequatur Laicorum nobilium cum ſuæ conditionis Laicis Sodalitium Cantabrigiæ inſtitutum, quod Latine verti propterea quod docti aliqui viri non ita pridem in *Saxonicis* minùs verſati in eo ſibi perſpexiſſe videbantur nonnulla quæ bonarum literarum Academiam, Academiæ ſaltem incunabula, ante tempora Nortmannorum apud *Cantabrigienſes* fuiſſe demonſtrant. Hinc in Dictionario *Gulielmi Somneri* ſub vocibus zild & ∂ezen, ∂ezena zild on Grantabrycze *Anglice* transfertur **Gentleman-Hall in Cambridge.** Cujus (*inquit*) mentio in charta quadam imperfecta in Bibliotheca *Cottoniana.* Hæc *Somnerus*, non à ſe inſpecta charta illa *Cottoniana*, quæ imperfecta eſſe dicitur, ſed alterius cujuſdam Lexico-graphi proculdubio verba deſcribens, qui Sodalitium hoc quo nobiles cum nobilibus Cantabrigiæ Societatem inibant, *Saxonicarum* literarum non adeo gnarus, *chartam*, eamque imperfectam eſſe cenſebat. E cod. *Cottoniano*, qui inſcribitur, *Tib.* E. 5. fol. 75.

Hep ir on þir Leppite riu zerpitelunz þæpe zenædnirre þe þiur zefenpæden zenæd hæfþ on þezna Cilde on Cnanta-bpycze. þ ir þonne æpert þ ælc oþrum aþ on halizdome realde rofþe heldræddenne for Code ⁊ for populde. ⁊ eal zefenpæden þæm á rylrte þe nihtorт hæfde; Cir hpilc zezilda forþfæpe zebrinze hine ealzezildrcipe þæp he to pilnie. ⁊ re þe þæpto ne cume zylde Syrtep hunizer. ⁊ re Cildrcipe hyrfe be healfre feorme of þone forðfepedan. ⁊ ælc rceotе tpezen Pænezar to þæpe ælmerran. ⁊ man þæp ozebrynze þ zepire æt rcē Æþeldryde; ⁊ zif þonne hpylcum zylban þeapf ri hir zefepena fultumer. ⁊ hit zecyð pyrþe þær Cilban nihrtan Cepefan butun re zilda rylf neah ri. and re zepefa hit forzymelear zezylbean pund. zif re hlafopd hit forzymelearie zylbean pund. buton he on Hlaforder neode beo. oþþe lezen-bæna; ⁊ zyf hpa Cylban ofrtlea. ne ri nan oþer butun eahta pund to bote. zif re Stlaza þonne þa bote ofephozie. pnece eal Cildrcipe þone Cilban. ⁊ ealle bepan. Cif hit þonne an do bepan ealle zelice; ⁊ zif æniz Cilda hpilcne man ofrtlea. ⁊ he neadppaca ri. ⁊ hir birmep bete. ⁊ re ofrtlazana tpelf hende ry fylrte ælc Cezylda healf meanc to fylrte zyf re Ofrtlazena ceopl ry tpezen opan. zif he pylirc ri anne opan; Gif re Cilda þonne hpænne mid dyrie ⁊ myd dole rtlea. bepe rylf þ he porhte; ⁊ zif Cezilda hir Cezilban þurh hir azen dyri ofrtlea bepe rylf pif mazar þ he bræc. ⁊ hir zezilde eft mid eahta pundum zebyczе oþþe he þolie á zefepep. ⁊ fpeondrciper; ⁊ zif Cezilda myd þæm ete oþþe dpince þe hir Cezilban rtloz. butun hit befopan Cyninze. oððe Leod Birceope. oððe Ealdormen beo. zilde an pund. butun he ætracan mæze mid hir tpam zefetlun þ he hine nyrte; Cyf hpilc zezilda opepne mirzhete. zylde anne Syrtep hunizer. ⁊ zif hpa opepne mirzhete zylde anne Syrtep hunizer butun he hine mid hir tpam zefetlun zeladie; Cif cniht pæpn bnede. zild re hlafopd an pund. ⁊ hæbbe re hlafopd æt þ he mæze. ⁊ him eal Cildrcipe zefylrte þ he hir feoh of hæbbe;

⁊

ȝ ȝif Cniht oþerne ȝepundie ppece hit hlaforþ ȝ eal Cyldȝrcipe on an rece þæt ð..... he rece þ he feorh nebbe; ȝ ȝif Cniht binnan rtiȝ rittе. ȝylde anne ðyrten huniȝer. ȝ ȝif hpa fot-retlan hæbbe do þ ylce; ȝ ȝif hpilce Ceȝilda ut of lande forðfere oððe beo ȝeryceld. ȝefeccan hine hir Ceȝilðan. ȝ hine ȝebringan deadne oððe cucene. þær he to pilnie. be þæm ylcan pite þe hit ȝecpeden ir. ȝif he æt ham forðferð ȝ Ceȝilda þ lic ne ȝefæcð; ȝ re Ceȝilda þe ne ȝefece hir morȝen rpæce. ȝilde hir Syrter huniȝer.

VERSIO.

In hoc ſcripto continetur narratio inſtitutionis, quam Socii ſodalitatis nobilium in Cantabrigiâ ſanxerunt. Primo inſtitutum eſt quod omnes Socii, tactis S. reliquiis, jurabunt ſe ſincere fideles fore ſuis ſingulis conſociis, tam in iis quæ deum, quàm quæ mundum ſpectant, & quod univerſa Societas eum ſemper adjuvabit, qui juſtiorem cauſam habet. Si quis Socius moriatur ab univerſa Sodalitate efferetur in Sepulturæ, quem elegerit, locum, & quiſquis ad eum efferendum non venerit Sextarium [1] *mellis ſolvet, & Sodalitas alteram partem ſumptuum accommodabit, quæ ad juſta ſolvenda in ſilicernio, ſeu epulatione funebri impendentur, & ſinguli inſuper ſodales duos denarios Eleemoſynes nomine erogabunt, ex qua, quantum convenit, vel oportet, ad Sanctæ* [2] Etheldrythæ *Eccleſiam perferetur. Et ſi cui ſodalium, ſuorum conſodalium auxilio opus ſit, id denuntiabitur* [3] Gerefæ, *qui ſodali illi maxime erit vicinus, niſi ſodalis ille in proximo ei ſit. Et ſi* Gerefa *eum adjuvare neglexerit, libram ſolvito. Pariter ſi præſes Sodalitatis ei in ſubſidium venire neglexerit libram ſolvito, niſi per domini negotia illi non licet,* [*vel domino in ære gravi obſtrictus ſit*] *aut valde ægrotetur. Si quis Socium occidat, non amplius quam octo libras ſatisfactionis gratia ſolvito. Si vero, qui occidit, ſatisfacere contumaciter recuſaverit, univerſa ſodalitas Socium vindicabit, & omnes in id ſumptus dabunt. Verum ſi unus quis id faciat, omnes in impenſis erunt pares. Si quis autem Socius qui egenus eſt quenquam occidat, & ei compenſatio facienda eſt, tum ſi* [4] *occiſus valeat* M.CC. *Solidos, unuſquiſque Socius dimidiam marcam conferet. Sed ſi occiſus, colonus ſit, contribuet quiſque Socius duas oras; ſi vero Wallus, duntaxat unam. Si aliquis Socius quenquam temere & petulanter occidat, ipſe compenſato. Siquis vero Socius petulantiâ ſua actus Socium occidat, conſanguineis ejus ipſe ſatisfaciat, & præterea conſocium ſuum octo libris redimat, aut Sodalitii, & fraternitatis jus perdito. Et ſiquis Socius cum eo, qui conſocium ſuum occidit, niſi in præſentia regis, Epiſcopi vel comitis, comedat, aut compotet, libram pendito, ni cum duobus conſacramentalibus inficiari poteſt ſe illum non noviſſe. Si quis Socius alterum durius & illiberaliter appellet, Sextarium mellis pendito; ſi vero quenquam alium inciviliter & aſperius appellet, Sextarium mellis etiam ſolvito, niſi ſe cum duobus conſacramentalibus poterit purgare. Si famulus* [*armiger*] *gladium ſtringat, dominus ejus unam libram pendito, quam quibus poterit cunque modis ab eo repetito, & in ed repetendâ univerſa ſodalitas illum adjuvabit. Et ſi famulum famulus vulneret, id vulnerati dominus cum univerſa ſodalitate vindicabit..... & petat, quod vitâ non fruatur.* [5] *Si famulus in via cuiquam inſidietur, Sextarium mellis ſolvito, & ſi tendiculam, ſive decipulam ponat tantundem pendito. Si quis Socius apud exteros moriatur aut æger ſit, conſocii eum accerſunto, ferantque ſive vivum, ſive mortuum ad quemcunque voluerit locum; aut pœnas dent, quæ conſtituuntur. Siquis vero domi moriatur, & Socius qui ad petendum ejus corpus non iverit, & Socius qui* [6] ne ȝefece hir morȝen-rpæce, *Sextarium mellis Solvito.*

Fraternam hanc ſodalitatem *Cantabrigiæ* factam poſtremo excipiat altera, SHOWERE, quæ *Exoniæ* veſtræ conflata erat. Hanc autem ex ejuſdem Cod. fol. 76. deſcriptam, & *Latio* donatam Tibi & *Exonienſibus* tot quot antiquorum cultores ſunt, lubens, & honoris cauſa offero.

Ðeor ȝeramnunȝ ir ȝeramnod on Exanceartre for ȝodeȝ lufun. ȝ for urre raule þearfe. æȝþer ȝe be urreȝ lifeȝ ȝerunðfulnerre ȝe eac be þæm æftenan dæȝum þe pe to ȝodeȝ dome for ur rylfe beon pillaþ. þonne habbaþ pe ȝecpeden þæt ure Myttinȝ rie þpipa on. XII. mondum. ane to rcē Michaeleȝ mærran oðre riðe to rcē Marian mærran ofre Midne Pinteȝ. þpiddan rife on eall Hæliȝna Mærre-dæȝ ofeȝ Eartron. ȝ hæbbe ælc Ceȝilda. II.

---

[1] *Mel* in maximo pretio erat apud *Septentrionales* gentes, utpote quas hydromeli, vel mulſum maxime delectabat, iiſque in vini loco erat. [2] De *S. Etheldrytha* vid. *Bedæ* hiſt. Eccleſiaſt. lib. IV. cap. XIX, XX. [3] Gepefa, *vicecomitem, præpoſitum urbis* vel *portus*, tunȝepefam & portȝepefam dictum, item ȝepefam *hundredi*, vel *Trithingæ*, ut & *decurionem* ſignificat, quorum, ut videtur, plures hujus ſodalitatis Socii fuerunt. [4] Vide ad finem LL. *Æthelſtani* R. quæ de *Weris* ſeu *capitum æſtimatione* dicuntur. [5] Vel forſan, *ſi famulus in loco dominis deſtinato ſederit, Sextarium mellis Solvito, & ſi ſcabello uti præſumpſerit, tantundem pendito.* [6] Hæc verba forſan ſic reddenda ſunt: *qui exequiis ejus*, vel *concioni funebri, quæ pro eo habetur, non interfuerit.* Ut enim antipherna, ſeu bona, quæ viciſſim loco dotis à marito in matrimonium adferuntur, vel donatio propter nuptias, *Anglo-Saxonice* vocantur Morȝen-ȝifu, vel Morȝen-ȝifu, quòd maritus ea uxori ſuæ erogat die nuptiarum ante nuptiale convivium: ſic funebris oratio Morȝen-rpæce dicta eſſe videtur, quod ante convivium funebre haberi ſolebat.

ðeꝛtepaꝛ Mealtep. ⁊ ælc cniht anne. ⁊ ꝛceat Hunigep. anð ꝛe Mæꝛꝛe-ꝑꝛeoꝛt á ꝛingе tpa Mæꝛꝛan oþþe ꝛoꝛ þa lýꝛigendan ꝛꝑýnð. oþþe ꝛoꝛ þa ꝛoꝛðgeꝛaꝛenan æt ælcepe Mittinge. ⁊ ælc gemæneꝛ haðeꝛ bꝛoðuꝛ tpegen ðaltepaꝛ-ðealma. oðepne ꝛoꝛ þa lýꝛigendan ꝛꝑýnð. oþepne ꝛoꝛ þa ꝛoꝛð-geꝛaꝛenan ⁊ eꝛt ꝛoꝛð-ꝛiðe ælc monn. vi. mæꝛꝛan oððe vi. ðaltepaꝛ ðealma. ✠ ⁊ æt ꝛuþ-ꝛope ælc mon. v. peningaꝛ. ⁊ æt huꝛ-bꝛýne ælc mon anne pen. ⁊ gif hꝑýlc man þone an-ðagan ꝛoꝛgemeleaꝛige. æt ꝛoꝛman cýꝑꝑe. iii. Meꝛꝛan. æt oþepum cýꝑ-ꝑe. v. æt þꝛiðdan cýꝑꝑe ne ꝛcipe hiꝛ nan man butun hit ꝛie ꝛoꝛ mettꝛumneꝛꝛe. oððe ꝛoꝛ hlaꝛoꝛðeꝛ neoðde. ⁊ gif hꝑýlc monn þone anðagan oꝛep-hebbe æt hiꝛ geꝛceote bete be tpiꝛealðun ⁊ gief hꝑýlc monn oꝛ þiꝛ Leꝛepꝛcipe oþepne miꝛgnete gebete mið xxx. pe-ningum. þonne biðdaþ pe ꝛoꝛ gоðeꝛ luꝛun. ꝥ ælc mann þæꝛ Lemittinge mið ꝑihte healðe. ꝛꝑa pe hit mið ꝑihte gepæðoð habbað. Lоð uꝛ to þæm geꝛultumige.

VERSIO.

*Agitur hic conventus in urbe Exonienſi, Dei & animarum noſtrarum gratia, ut ea ſtatuamus tam quæ ad Salutem & ſecuritatem noſtram in hac vita ſpectant, quam in diebus futuris, quos ipſi coram Deo judice nobiſmet optamus. In hoc igitur conventu coacti decrevimus, ut tribus vicibus annuatim comitia haberentur: prima in feſto S. Michaelis Archangeli, ſecunda in feſto S. Mariæ proxime ſequente Solſtitium brumale, & tertia * in omnium Sanctorum feſto, quod poſt paſcha celebratur. In ſingulis autem comitiis quiſque Socius præſtabit duos Sextarios polentæ, & quiſque famulus unum cum ſuo Symbolo mellis. Sacerdos etiam in iis duas miſſas cantabit, alteram pro vivis, alteram pro mortuis amicis. Quiſque etiam Laicus frater cantabit duos Pſalmos, alterum pro amicis, qui inter vivos ſunt; & alterum pro iis, qui ſunt mortui. Porro quiſque † vice ſua ſex miſſas, aut* VI *Pſalmos cantandos ſuis ſumptibus curabit. Et cum Socius aliquis peregre profecturus eſt, conſocius quiſque quinque denarios; & cum domus alicujus conflagraverit, unum denarium quiſque etiam contribuet. Si vero quiſquam condicta comitiorum tempora neglexerit, prima vice, in tres celebrandas miſſas, impenſas faciat; ſecunda, quinque miſſarum impenſis multetur; ſi vero tertia monitus abfuerit non pugabitur, niſi ægritudine aliqua laboret, vel domini negotiis impeditus fuerit. Condicta etiam conveniendi tempora ſi quis forte prætermittat, duplicetur illius Symbolum. Si vero quis ex hac ſodalitate conſocium ‡ ſuum inciviliter eo durius appellaverit, cum triginta denariis id compenſato. Denique dei gratia quemque obſecramus, ut quæ in hoc conventu decernuntur, rite obſervet, quemadmodum rite à nobis inſtituuntur. Deus autem in iis ſervandis nos adjuvet.*

Vide etiam Sodalitatis aliud exemplar, *Saxonice*, bibl. *Cott. Titus*, D. fol. penult. Verum, Showere, ut commentarium hunc noſtrum, jam plus ſatis longum, de uſu, qui erat apud *Anglo-Saxones*, acta curiarum contractûs, & id genus res civiles apud ſe geſtas, monaſteriorum inſcribendi libris concludam; ultimo loco ſequantur, quæ ſcripta reperiuntur *Normanno-Saxonicè*, in initio Codicis ms. Evangeliorum *Saxonicorum*, qui eſt in bibliotheca C. C. C. *Cantab.*

Hep ꝛutelað on þiꝛꝛepe cniꝛtep bec ꝥ Ælꝼpig ꝛe neð hæꝼð geboht ꝛilꝼne ut æt Ælꝼ-ꝛige abb. ⁊ eallen hineðe mið anon punðe. þan iꝛ to gepitnep eall ꝛe hineð on baðan. Lniꝛt hine ablenðe. þe þiꝛ gepꝑit apenðe.

Hep ꝛputelað on þiꝛꝛe cniꝛtep bec ꝥ Eðꝑic æt ꝛoꝛðan hæꝼð geboht ꝛeginu hiꝛ ðohtoꝛ æt Ælꝼꝛige Abb. ⁊ æt þam hineðe on baðan to ecum ꝛneote. ⁊ ealle bine oꝼꝼꝑing.

Hep ꝛputelað on þiꝛꝛe cniꝛtep bec ꝥ Ælꝼic ꝛcot. ⁊ Ægelꝑic ꝛcot ꝛýnð geꝼneoð ꝛoꝛ Ælꝼꝛigeꝛ Abboðeꝛ ꝛaple to ecan ꝛneote þiꝛ iꝛ geðon on ealleꝛ hineðeꝛ gepitneꝛꝛ.

Hep ꝛputelað on þiꝛꝛepe cniꝛtep bec þæt Sipine Leoꝼꝑieꝛ ꝛunu æt Lincumbe haꝼuð ge-boht ꝛýðeꝼlæðe ut nu ꝼiꝼ Scýllingan. ponegan æt Iohanne þam biꝛceope. ⁊ æt eallon þæm hineðe on baðon to ecum ꝛneote. ⁊ heꝑto iꝛ gepitneꝛꝛe Loðꝑic Laðða. ⁊ Sæpolð. ⁊ hiꝛ tpegan ꝛunan Sciꝑepolð. ⁊ Bꝑihtpolð.

Hep ꝛputelað on þiꝛꝛepe cniꝛtep bec ꝥ Iohann hæꝼð geboht Lunnilðe þunkilleꝛ ðohtoꝛ æt Loðe Leoꝼenaðeꝛ laꝼe to healꝼan punðe on ealleꝛ hineðeꝛ gepýtniꝛꝛe. Lniꝛt hine ablenðe. þe þiꝛ ꝑꝑit apenðe. ⁊ he heꝼð hi betæht cniꝛte. ⁊ Sc̄e Petꝛe ꝛoꝛ hiꝛ moðeꝛ ꝛaple.

Hep ꝛputelað on þiꝛꝛepe bec ꝥ Sæꝑi haggꝼ æt ꝑiðecumbe hæꝼð geðon ut hiꝛ tpegen ꝛu-nu æt Ælꝼꝛige abbuðe on ealleꝛ hineðeꝛ gepitneꝛꝛe.

Hep ꝛputelað on ðiꝛꝛe cniꝛtep bec. þa ꝛoꝛepaꝛðan þe þe ꝑꝑioꝛ on baðan. ⁊ ealle þa ge-bꝛoðꝛan habbað gemakeð ꝑið Sæꝑi. ⁊ ꝑiþ þeoðgiꝼu hiꝛ piꝼ. ꝥ iꝛ. ꝥ pe habbað heom ge-unnen oꝛ Loðeꝛ healꝼ. ⁊ oꝛ S. Maꝛ. ⁊ oꝛ S. Petꝛeꝛ. ⁊ oꝛ upe þa bꝛoþeꝛꝑæðenne. ⁊ þa beðꝛæðenne ꝛoꝛ liꝼe. ⁊ ꝛoꝛ ðeþe. ⁊ gelænð heom ꝥ lanð oꝛ þæꝛe ꝛtꝛæte þe upe pæꝛ. heoꝛe huꝛ on to ꝑýmenðe. þa hꝑile þe hi libbeþ. ⁊ hi uꝛ þaꝛ toꝛgeneꝛ giꝼeð. ꝥ hi uꝛ to hýꝑꝛu-mien ꝑýlleð. ⁊ holðe beon. mið eallon þam þe hi maꝛon. ⁊ cunnen. ⁊ æꝼteꝛ heoꝛe tpeiꝛe ðæie. Sæꝑieꝛ ⁊ Ðeoðgýꝼe hi geꝼeþ heoꝛe huꝛ. ⁊ heoꝛe lanð ⁊ upe cniꝛte. ⁊ S. Petꝛe. to þam þat ** me hi ꝼægeꝛe unðeꝛꝼo. ⁊ holðlice ꝛoꝛ heoꝛe ꝛapla beo. heꝛ iꝛ to gepitneꝛꝛe.

---

* Id eſt, Calendis Maii. vid. librum H. Leſtrangei, cui titulus, **The alliance of Divine offices.** Prim. Edit. p. 158. Secund. Edit. p. 148. † Forſan *poſt mortem ſuam*, vel *in obitum Socii*. ‡ *Vel* male tractaverit. ** *Me* pro *men*, ut ſupra *ma* pro *man*.

Oꝛpaꝛð

Orpaꝺ ꝑꝛeoꝛt. ⁊ Wiłłm ꝺe cleꝛece. ⁊ huga þe poꝛtgeꝛefe. ⁊ Beoꝛninġ. ⁊ Leoꝼꝛic. anꝺ Heoþepulf. ⁊ Buꝛehaꝛꝺ. ⁊ Fylꝛi. ⁊ Leoꝼꝛæi. ⁊ Ælꝼꝛoꝛꝺ þe ꝛmiþ. ⁊ Eꝺꝛy ꝛceꝛeꝺeꝛ ꝛune. ⁊ Roꝺꝺ. þe Fꝛencyce.

Hen ꝛutelaꝺ on þyꝛꝛene cꝛyꝛteꝛ bec. ꝺ Æġylmæꝛ bohte ꝛæꝺꝛyþe æt ꝛepolꝺe abbuꝺe miꝺ III. maxan [*i. e.* mancuꝛꝛan] on ealleꝛ hyneꝺeꝛ ġepitnyꝛꝛe. ⁊ ofeꝛ hiꝛ ꝺæġ. ⁊ hiꝛ pyꝼeꝛ ꝺæġ beo ꝛe man ꝼꝛeoh. cꝛyꝛt hine ablenꝺe. þe þiꝛ ġeꝺꝛit apenꝺe.

Hen ꝛputelaꝺ on þyꝛꝛene cꝛyꝛteꝛ bec. ꝺ Fulꝛine haneþenꝺ bohte æt ælꝛiġe abbuꝺe ælꝼġyþe miꝺ healꝼan punꝺe. on ealleꝛ hyneꝺeꝛ ġepitneꝛꝛe. ⁊ cꝛyꝛt hine ablenꝺ. þe þiꝛ ġeꝺꝛit apenꝺe.

Hen ꝛputelaꝺ on þyꝛꝛene bec. ꝺ Æġylꝛiġe bohte pynꝛic æt Ælꝛiġe abbuꝺe miꝺ anon ẏne [*i. e.* one.] ġolꝺeꝛ. þẏꝛꝛeꝛ ıꝛ to ġepitnẏꝛꝛe Ælꝼꝛiꝺ poꝛtġeneua. ⁊ eal ꝛe hyneꝺ on baꝺon. cꝛyꝛt hine ablenꝺe. þe þiꝛ ġeꝺꝛit apenꝺe.

Ex his emptionibus & venditionibus ſervorum, quæ ad conſervandam earum memoriam *Anglo-Nortmannicè* ſcriptæ ſunt ante Evangelia in codice bibl. *C. C. C. C.* conſtat & illas, quas ſupra deſcripſimus ex folio alterius MS. codicis, ejuſdem bibliothecæ, ex hoc vel alio libro Evangeliorum, qui monaſterii *Bathonienſis* olim fuit, deſumptas fuiſſe.

Sed quæres forſan, SHOWERE, ſi tamen id quærere Tu potes, quibus inductus rationibus, tot manumiſſiones ſervorum ex vetuſtis membranis deſcripſerim, quas quidem varias ob cauſas mihi deſcribendas arbitratus ſum; quum quod ſervorum manumiſſionis ſpecies, tum quod fines, propter quas, ſervi manumiſſi eſſent; tum etiam quod ſpecies nummorum & pretia, quibus empti eſſent, oſtendunt; tum denique, quod modis, quibus manumiſſio apud majores noſtros procedebat, docent. Primo igitur manumiſſionis ſervorum ſpecies oſtendunt; ut qui vel *libertate donati* ab iis, in quorum poteſtate erant, vel *redempti* erant. Libertate donati perinde duplicis generis ſunt: vel qui *donatione*, quam appellant *inter vivos*; vel donatione à *defunctis* relicta, & ab hæredibus præſtanda, quam *legatum* vocant, juſtam libertatem aſſequuntur; Quorum utriuſque exempla in ſuperioribus habentur. *Redempti* pariter duplicis generis ſunt, vel à ſe redempti, vel ab aliis. A ſe vero redempti, vel ſe ſolos, vel ſe cum ſuis redimebant. Hæc autem *ſui*, & multo magis *ſui* & *ſuorum* redemptio, ſervitutem apud majores noſtros humanam, imo vere Chriſtianam fuiſſe probat, utpote apud quos ſervi non ſemper dominis, ſed ſibi aliquando acquirebant, & peculia ſua habebant, & quibus etiam dare & legare non inutiliter quis poſſet. Secundo ſervorum, quas deſcripſimus, manumiſſiones oſtendunt fines, propter quas libertate donati, vel redempti eſſent. Hæ autem variæ fuerunt. Nunc enim quis redimit ſervum, vel ſervam, ſolam, vel cum ſuis, propter naturalem, nunc propter conjugalem affectum, nunc propter amorem Dei, & ſuam, vel aliorum, ſive qui in vivis, ſive qui mortui eſſent, ſalutem; nunc etiam ob majorem rerum, quæ gerendæ erant, ſolennitatem, ut tranſlationum ſanctorum, nuptiarum, & id genus rerum celebritatem; nunc denique ſervos ſervaſque piis hominibus redimere placuit, ut eos è ſervitute redemptos ſervitio Domini Dei perpetuo addicaret. Tertio, ſervorum manumiſſiones, quas exhibuimus, non ſolum pretia, quibus ſervi ſive ſoli, ſive cum ſuis redimi ſolebant, ſed nummorum, & ſummarum ſpecies & nomina oſtendunt, quos *peningas*, *pundas*, *oras*, *mancuſſas*, & *marcas*, tum auri, tum argenti vocabant, quibus in redemptionum, quæ produximus, tabulis diligenter invicem collatis, non ſolum quantum ſinguli valebant, ſed quota pars majorum minores erant, à curioſis forſan poteſt etiamnum cum majore certitudine, quam antea exquiri. Denique oſtendunt modos, quibus à majoribus noſtris ſervi manumitti ſolebant; ut à defunctis teſtamento; à vivis in curiis comitatûs, Hundredi; in Eccleſiis & venalium foris, palam & coram teſtibus, iiſque *portas apertas, & vias liberas denuntiando.* Quæ ſi de *Græcorum* & *Romanorum* moribus ſcire omnia juvat, & operæ pretium à doctis putatum eſt; Eadem certe de majorum noſtrorum ritibus digna eſſe, quæ à doctis, præſertim antiquorum ſtudioſis, ſcirentur, nemo niſi difficilis & inſolentis ingenii ſemidoctus auſus erit negare.

Forſan etiam rationes ſcire velis, propter quas nomina teſtium & cognomina fere ſemper omnia, quæ actis ſuperioribus ſubſcripta ſunt, tam diligenter deſcripſerim, quæ profecto multa ſunt. Nam primo *nomina* teſtium, præſertim eorum, qui Reges, magnates, aut ampliſſimæ dignitatis homines fuerunt, non ſolum obſcuros hiſtoriarum locos quandoque elucidant, & incertos extra dubium omne ponunt, falſoſque corrigunt & emendant; ſed defectus etiam aliquando ſupplent, & quis cui coætaneus fuit, oſtendunt in actis genuinis, & in fictitiis & ſpuriis falſitatem evincunt. Dein quoad *cognomina*, quæ diverſi generis ſunt, maxime curioſorum intereſt & ea quoque ſcire, quippe quæ Gentilium nominum, quibus familiæ & tribus apud nos diſtinguuntur, primordia ſunt, & quodammodo nobis non ſine magna voluptate origines noſtras referunt. Eorum quæ in ſuperioribus occurrunt, alia à *loco*, alia ab *affectionibus animi* vel *corporis*, alia denique à *parentum nominibus*, ſumuntur, quæ à Grammaticis *patronymica* vocantur.

Quæ à loco ſumuntur, exprimuntur vel cum præpoſitionibus *Anglo-Saxonibus* æt, on, in, vel inna; vel *Dano-Normannicâ* a quæ ſignificat *in*; vel *Gallo-Normannicâ* de. Primi generis ſunt in ſuperioribus * æt ꝑꝛome, æt hꝑitaſtane, æt STOCE, æt hꝑitecꝑcan, æt priſetun, æt bup-

---

* Frome. Whitſton. Stoke. Whitchurch. Preſton. Burn. Holcombe. Wurley. Heftrey. Quick. Pinnoc. Buſh. Kinſtan, & Kinneſtan. Bec.

nan, æt holtcumbe; on paplea, on hexatpipe, on cuicu, on cuike, on pinnoc, inna burc. Secundi generis ſunt à pulopaham, à punxopoa, à kinſtane, à cuike, à bec. Tertii generis ſunt, de Salci, [a] de hazе, de ſalep. Quæ ab affectibus animi vel corporis ſumuntur, ea exprimuntur cum articulo, vel ſine articulo, & in ſuperioribus hæc ſunt, [b] hpita, re peda, pæde, healta, modiz, re blunо, re blaca. Patronymica vero duplicis generis ſunt, vel quæ terminantur more veteri in inz, vel quæ circumſcribuntur, ope nominis ſuna, vel ſunu, vel ſune, pro quo in *Normanno-Saxonicis* non raro per abbreviationem ſcribitur ſ. Prioris generis in ſuperioribus ſunt Puddinz, vel puttinz, *Puttæ filius*. Bpynninz, *Brynæ filius*. Dyrlinz, *Dyrli filius*. Teollinz, *Teollæ filius*. Beopninz, *Beorni filius*. Dunninz, *Dunni filius*. Snellinz, *Snelli filius*. Tullinz, *Tulli filius*. Brunincz, *Brunæ filius*. Hierdinz, *Hierdi filius*. Hiendinz, *Hiendi filius*. Kippinz, *Cippi filius*. De hujus autem formæ Patronymicis, ſic *Ælfricus* Grammaticus in præfatione de partibus orationis: Sume [Naman] rynoon patronymica þ rynd pædeplice naman. æptep zpecipcum þeape. ac peo leden rpræce næfað þa naman. hi rynt rpa ðeah on Enzlipcpe rpræce. Penda. ⁊ of þam [c] Pendinzc & Pendinzaf. Lpicelm. ⁊ of þam Lpicelminzaf. ⁊ fela oðre. De his autem patronymicis tria, Showere, obſervanda ſunt; primo quod nonnulla propria hominum in inz terminata accerſenda ſunt à *Dano-Saxonico* **ing**, quod *pratum* denotat, (ut Sceaping, à quo *Ang.* **Shipping**,) quæ inter propria à loco formata accenſenda ſunt. Secundo, quod inz patronymicum deducitur ab inze veterum *Septentrionalium*, quod *Juvenem* & *Junium*, *Juventutis deum* ſignificat; adeo ut Pendinz idem eſt, ac *juvenis Penda*, vel *Penda Junior*, &c. Tertio, quod *Anglo-Normannicè* **ing** mutatur in **ig**, exterminato **n**. & **ig** denuo in **y** vel **i**. Sic in ſuperioribus legitur [d] Dunninz & Dunniz. Puttinz & Puttiz. Sic à Tullinz fit Tulliz, & à Tulliz, **Tully**. à Teollinz Teolliz, & à Teolliz, **Teolly**, vel **Tolly**; quorum utrumque jam ſunt nomina gentilia apud *Anglos*. Sic à patronymico Pendinz fit Penninz, & deinde gentile Anglicum **Penning**, & **Penny**. Porro notandum eſt hujus formæ patronymica veteres *Anglo-Saxones* in deſcribendis genealogiis maximè uſos eſſe: ut Chron. *Sax.* Gibſ. An. dlx. Ælle penz to Nopðan-hymbpan pice. iðan popðzepapenum. ⁊ þ heolð xxx pintep. Ælle pæp Yppinz. Yppe Urcppeainz. Urcppea Pilzipinz. Pilzir pertenppaleninz. pertenppalena Sæpuzlinz. Sæpuzl Sæbaldinz. Sæbald Sizezeatinz. Sizezeat Spæpdæzinz. Spæpdæz Sizezeapinz. Sizezeap Pæzdæinz. Pæzdæz Podeninz. Poden ppiðopulpinz. Veruntamen in genealogia *Christi* Salvatoris noſtri, *Luc.* cap. iii. 23. *Heliæ filius* vertitur per patronymicum periphraſticum Helier punu. Cujus formæ multa occurrunt in exſcriptis hic à nobis membranis: ut Snellinz Tullinzep punu. Lodpine Leopinep puna. Edmæp Nopðmannep pune. &c. Occurrunt etiam non pauca ſcripta abbreviatim cum apocopes notâ: ut Ricaph Alcaſ'. Hpoðolp Alcaſ'. Ricaph Oſannaſ'. Wilim Edpiſ'. Silpieſ'.

Ab antiquis autem hominum propriis patronymicè formata cognomina, quæ olim diſtinguendis ejuſdem nominis perſonis tantum ſerviebant, jamdiu ad diſtinguendas familias & gentes, quod ſupra dictum eſt, non apud nos ſolum, ſed etiam apud *Germanos*, *Danos*, *Suecos*, *Norvegos* & *Iſlandos*, imo & apud *Belgas* uſurpata ſunt. Sic à proprio *Normannico* [e] Hugo, vel Haugo, quod in pergamenis noſtris ſcribitur quoque *Hygo* & *Hyga*, & *animum* vel *mentem* denotat, fit gentile **Hux** pro **Hucs**, **g** in **c** mutato; ut & **Hygs**, vel **Hygges**; & **g** in **c** verſo Noſtrum **Hics**, quod nunc ſcribitur **Hicks**, **Hickes**. Sic à *Nortmannico* Rou, quod in ſuperioribus toties pro Roll *Gallonormannicè* occurrit, formatur gentile **Rous**. Sic etiam à *Saxonico* Sæmæp, quod in ſuperioribus occurrit etiam ſcriptum Semep, Sæmep, & *Normanno-Saxonice* Seomep, & Ille Magnus, Clarus, Illustris ſignificat, fit nomen gentis, Somers, quæ ſe jam jactat *Angliæ* dediſſe virum, ſecundum nominis notationem, *Maximum* & *Clariſſimum*, in quo uno ea ſane omnia conveniunt, quæ olim potuit in prætore Roma, & in Summo Cancellariæ præfecto jam nunc *Anglia* poteſt optare; ſcilicet cum Summa juris peritia, Summaque amplitudine & auctoritate, non minor ſapientia; & in cognoſcendis, ac definiendis litigantium cauſis, ſuum cuique tribuendi conſtans & perpetua voluntas.

Inter cognomina, quæ à loco ſumuntur, merito etiam numerantur iſta, quæ in irc vel irce formantur: ut Fpencirce, Londenire, quæ in ſuperioribus etiam leguntur. Quæ etiam effectus animi vel corporis ſignificant, aliquando ſubſtantivè in tralatitia ſignificatione exprimuntur: ut Lodwir re bucca, forſan *ob impudicos mores* ita appellatus. Osbern Hauoc, quod *rapinæ deditus* eſſet, forſan ita dictus. Sic Ælpin re cinz, id cognominis forſan habuit, *à regio animo*; ut *à piceo colore*, ⁊ulfpic Pizz, unde gentile noſtrum **Pike**. Adjectiva etiam affectus corporis vel animi ſignificantia non raro in ſubſtantiva tranſeunt, compoſita cum ſubſtantivo, veluti man, pot,

---

a Ang. **Haye. Heller.** *b* Ang. **White. Read. Holt**, quod etiam inter localia numerari jure poteſt, utpote derivatum ab holt, *Lucus*, *Sylva*. **Woody. Blunt. Blake.** A cognomine autem *Holt*, Gentile nomen *Holtorum*, quorum ingens decus, & patriæ ornamentum, prænobilis vir Carolus Holt de *Aſton* in Comit. *Warwic.* Baronettus. *c* Corrupte pro pendinz. quod habet codex Coll. divi *Johan. Oxon.* *d* **Dunning**, & **Downing**. *e* Enn er thialffa Preitte ras vid Þann er Huge hiet Þad var hugur min, *Sed Hugo ille cum quo in ſtadio Thialfus contendit animus meus fuit.* Eddæ *Iſlandicæ* Mythol. xli.

&

& ſimilibus, ut Blaceman, quod idem ac Blaca denotat, ſcilicet *ſubalbum* vel *pallidi vultûs hominem*; quikuoτ, πόδας ὠκὺς, &c. Cognomina ſubſtantiva quoque non raro munus vel magiſtratum, quem quis gerebat, vel artem, quam quis exercebat, denotabant: ut Ruolδ ſe [a] cniht, *Ruoldus eques*. Sweigen Scylδwirhta, *Sweinus Scutarius*. Alger ſe Webbas, *Algerus Textor*. Roger ſe Stiparδ, *Rogerus Oeconomus*. Osbern ſe Capellen, *Osbernus Capellanus*. Leoword þe Smith, *Leowordus faber-ferrarius*. Wicceng Baſtwægen, *Wiccingus Scapharius*, vel *remigum præpoſitus*. Oſward preoſt, *Oſward presbyter*. Willm clerec, *Wilhelmus clericus*. Wulfſige cynges gerefa, *Wulfſigus comes regius*. Heorδing gerefa, *Heordingus vice-comes*. Leowine ſe canon, *Leowinus canonicus*. Se Prior, ſe Abbod, & conſimilia multa.

Ubi notandum eſt eos, qui cœlibes à ſacris muneribus cognomina ſortiti ſunt, illa in agnatos ſuos, quos hæredes inſtituebant, derivâſſe; ut Gentilia **Preiſt, Clerc, Prior, Frier,** [b] **Munk** vel **Monk, Canon, Biſhop,** hodiè monſtrant.

Præterea in antiquis membranis cognomina multa reperiuntur ſubſtantive, & cum & ſine articulo formata, quæ ab aliqua parte vel nota corporis, ob quam quis notabilis erat, deſumpta ſunt: ut Alfric Hals, *Alfricus à collo dictus*, Aluric ſpot, *Alfricus à nævo*. Osbern [c] Ceaca, Osbernus *à bucca* vel urceo. —— Sceanca, —— *à cruribus*. Ælfric miδ tham berde, *Ælfricus à longa barba*, & alia quæ in membranis noſtris cernuntur; ut Algar Oxawamb, *Algarus ab immani ventre*; Alwi kya, *Alwigus à vaccis*, vel *Alwigus ab ovium mulgendarum ſtabulo*. Porro ab *arboribus* & *floribus* majores noſtri cognomina ſumſerunt: ut Ælwi [d] Haſel, *Ælwigus Corylus*. Sewin [e] Pinca, *Sewinus Cariophyllus*. Denique nonnulla cognomina in vetuſtis actis leguntur, quæ aut nullam ſignificationem habent, aut quorum ſignificationes in obſcuro latent: ut Semer Spetlether; Ricard Kykebeau: Ælfgar Hellebula; Aſcytil Butapeit: Ricard [f] Trencard; Ægelric Bygga; quæ omnia caſu potius quam conſilio data videntur, niſi quod Bygga verbale à *Saxonico* byċgan, *ædificatorem*; & Trencard *Dano-Normannice* dreng-hard, & drenc-hard; *ſtrenuum militem*, vel *ſtrenuum potatorem* denotat. Nam apud veteres *Danos* & *Norvegos*, è quibus *Nortmanni* oriundi ſunt, in compotationibus haud ſecus ac in prælio durare & prævalere, magnum quidem ſemper facinus & laude dignum, exiſtimatum erat. Hæc pro occaſione data, SHOWERE, de majorum noſtrorum cognominibus; quæ apud poſteros ſuos in gentilia tranſierunt.

Jam, ſi placeat, de tempore, in quo primum prænominibus cognomina addi cœperunt, paucis inquirendum eſt. Apud ulterioris ævi *Anglo-Saxones*, raro *binomines* in legendis *Saxonicis* occurrunt, ſi illos excipias qui, data occaſione, ſibi cognomina patronymica adſciverunt, aut quibus ab aliis data ſunt, ut ab ejuſdem nominis perſonis, eorum ope, diſtinguerentur. Sic ante adventum *Danorum*, *Eadbrihtus Northymbrorum R.* vocatur Eatinġ, *Eatæ filius*; & Eata, Leodpalδinġ, *Leodwaldi filius*: Chron. *Sax. Gibſ.* DCCXXXVIII. Sic regnante *Æthelwulfo Weſt-Saxonum R.* quidam nobilis Baδanoδ, teſtamentum ſolemne faciens, per cognomen Beottinġ, ab aliis ejuſdem nominis, & forſan à Baδanoδ quodam, qui ſubſcripſit teſtamento, ſe diſcriminari intendens, deſignari voluit. Ic Baδanoδ Beottinġ cyδδo, ȝ þritan hato hu min þilla ir. Cætera, SHOWERE, infra te expectare jubeo, cum de *Anglo-Saxonum* teſtamentis tractaverimus. Sic etiam longe ante *Danorum* ingreſſum, *Æthelbryhtus Cantwarorum R.* cognominatur Eormenricer runu, *Eormenrici filius*: Chron. *Sax. Gibſ.* DLII. & *Oſredus Northymbrorum R.* ut multos alios prætream, Alchreδer runu, *Alcredi filius*, appellatur: DCCLXXXIX. Primus autem *Anglo-Saxonum*, quem ego cognomine non patronymico notabilem animadverti, eſt *Offa*, Abbas ille *Medeshamſtedenſis*, qui *Beonne appellatus*: Chron. *Sax. Gibſ.* Anno DCCLXXV. ſcil. XVIII annos ante appulſum *Danorum*: on þar kinġer daġum Offa pær an Abbot of Meδerhamſtede Beonne ġehaten. Se ilca Beonne, *&c.* Sic etiam *Eadbrihtus* ille *Cantiorum R.* ſed nondum rex factus, ante invaſam à *Danis Angliam*, & longe antequam domini cum moribus ſuis apud *Anglos Dani* prævalerent, cognomento Þræn inſignitus eſt: Chron. *Sax. Gibſ.* An. *Chriſti* DCCXCIV. anδ þý ilcan ġeare Eaδbryht on-fenġ rice on Cent. þam pær oδer nama nemneδ Þræn, *eodem anno Eadbryhtus capeſſit regnum in Cantio, cui cognomen fuit* Þræn. ſic an. MDCCXCVI. Anδ her Lenpulf Merena cyninġ ofer hergiende Lantpara oδ merċ. ȝ ġefenġ Eaδbyrht Þræn heora cyninġ, *Hoc etiam anno Cenwulfus Merciorum R. devaſtavit Cantwarorum terram*

---

a Hinc gentilia noſtra, **Cnight, Steward,** & regiæ familiæ divinum cognomen **Stuart,** ut & **Chaplain**; ac **Smith,** multis viris magnis clarum, ſed in nemine clarius, quam in noſtro *Thoma Smitho*, S. T. P. per totum literarum orbem ſuis operibus maxime noto: **Boſon, Preiſt,** & **Preiſtman. Clerk, Prior**; **Congreve**, *Theocrito Anglo* clarum. **Greave. Greaves**, *Gravio* non ita pridem *Oxonienſi*, & *Grævio Urtra-jectino* profeſſore glorioſum cognomen. *b* Immortale cognomen illius Præclari *Weſt-Saxonis Georgii* **Monk,** non ita pridem Ducis *Albemarlenſis*, & Regni *Anglicani* inſtauratoris. MDC.LX. *c* Unde gentile noſtrum **Cheok,** *Johanne* iſtius cognominis equite aurato, ob doctrinam & mores præclaro, notiſſimum. *d* Nunc etiam **Haſell.** *e* Nunc **Pink**; & forſan **Fynch** vel **Finche**, quo inter gentilia nihil ornatius, præſertim in honorabili viro *Hennageo*, *Henn. M. Cancellarii* filio, gentis ſuæ & togæ forenſis maximo ornamento. *f* Nunc **Trenchard**, quod antiquæ & prænobilis familiæ apud occidentales *Anglos*, *W. Saxonum* poſteros, gentile etiamnum cognomen eſt.

uſque ad Mariſcum, & cepit Eadbryhtum Pꝑæn, *illorum regem.* In legibus, quæ in textu *Roffenſi, Saxonice* ſcriptæ, judicia civitatis *Lundoniæ* inſcribuntur, duo binomines memorantur; nempe lege x. in *Saxonico* exemplari, quæ verſionis Bromptonianæ xvii eſt. hiſt. *Angl. Antiq. Script.* Col. 855.

Teoꝺe ꝑ ꝺa piꞇan ealle ꝼealꝺon heoꝑa peꝺꝺ ealle ꞇoᵹæꝺeꝑe ꝺam aꝑceꝺ æꞇ ꝺunneꝼꝼelꝺa. ꝺa ælꝼeah ſcẏbb. ⁊ bꝛihꞇnoꝺ oꝺꝺan ꝼunu coman ꞇoᵹeaneꝼ ꝺam ᵹemoꞇe ꝺæꝼ Linᵹeꝼ poꝛꝺe: Quæ ſic verto: *Decimo omnes optimates una dabunt vadium ſuum Archiepiſcopo apud Thundreſfeldam, quum* Ælfeah Scybb, & Brihtnoth Oddan-Sunu *ad conventum juſſu Regis venerint. Bromptonus* autem, qui in *Saxonicis* ſciolus fuit, malè diſtinguit inter *Ælfeagum*, & *Scybbum* (ac ſi duo viri eſſent) in ſua verſione; quæ hæc eſt: *Item quod ſapientes omnes dederunt vadium ſuum inſimul Archiepiſcopo apud Thundresfeldam, quando Ealfeagus, Scybb, & Brihtnodus, Odonis filius, venerunt ad concilium ex ore Regis.*

In *Danicis* autem & *Flandricis* ſcriptoribus, qui antiquorum temporum res geſtas tradunt, nuſquam non occurrunt *Binomines* heroes ſuis conſpicui cognominibus: ſic antiquiſſimus ille omnium *Deorum Odinus*, ut cæteros intactos prætéream, innumera cognomina habuit: ut Alfader, Aldfader, Herra, Hnikari, Ome, Oske, Suidor, & ſimilia perplurima, quæ videre eſt in *Eddæ Iſlandorum* prima parte, fabulâ iii. & in ſecunda parte, de variis appellationibus inter nomina *Odini*. Sic in *Saxonis Grammatici* hiſtoria *Danica*, binomines Reges & duces multi memorantur; ut Dan *Fridlevus* cognomento *Celer*. Iſtiuſmodi quoque ſunt Rati *Fionicus*, Scalk *Scanicus*, Alf Aggi *filius*, Olvir *Latus*, Gnepia *vetulus*, Bo *Brami filius*. Orin *Anglicus*, Vbbo *Freſicus*, Ary *altero caſſus lumine*; Roe, quem barbæ prolixitas cognomento inſignem fecit, *Brandmicæ* cognomen habens, Sle *oppido*, cum *Hacone genam ſciſſo*. p. 143. Editionis *Soræ* M.DC.XL.IV. Id genus haud pauca alia alibi dedimus, ex ſpecimine *Iſlandiæ* hiſtorico, per *Arngrimum Ionam Iſlandum*, arctoi orbis ſidus fulgentiſſimum edito, *Amſtælodami*, 1648. Ut, *Thranderus*, Vnobein dictus, à *crurum gracilitate*. *Thorderus* Hræda. *Thorbrandus* Orrekur. *Thoralfus* Hin ſtarke. *Ormerus* Tosku-bakur. *Thorkillus* Hin haffve. *Gunulfus* Kreppa. *Biorno* Oſlate. *Thornkillus* Kernamule. *Olverus* Barna-kall. *Thorbernus* Farla-kappe. *Raffenerus* Hin-hermske. *Kircus* Hinn raude. *Thorarinus* Krokur. *Thorgerus* Floskubakur. *Kolſven* Hin rame.

In *Crymogæâ* ſuâ, multos etiam præclaros *Iſlandiæ* viros, qui cognomentis gaudebant, æternitati cum ſuis cognominibus conſecravit: ut *Barderum*, qui dictus eſt Snæfelſas; *Heraldum*, qui harfagra, *pulchricomus*; & Sofra-foſtre dictus eſt, quod à *Dofrane enutritus*; *Haquinum*, qui *Adelſtenius*; *Cetillum*, qui haurdakare; & *Torleifum*, qui Hinn-ſpake, *ſapiens* appellatus erat. Quibus etiam adde *Wemnadum*, cui Jordlokar; *Egillum*, cui Skallagrimus; *Atlantem*, cui skamme; *Biornonem*, cui Buna; *Theodorum*, cui Skeggi; *Helgonem*, cui Biota; & ne Fœminæ choro deſint; *Iorunem*, cui Manvitzbrec; & *Thorunam*, cui Hyrna cognomen erat. Hiſce etiam accedunt *Thorerus*, cognomento yrnathorer; *Haraldus* Gulskeg; *Scuta* Sarskegg; *Siguardus*, à prudentia, ἀφιώδης; *Thorſteinus Rufus*; *Haraldus Crudelis*; *Olaus Manſuetus*; *Magnus Nudipes*; *Olaus Sanctus*; *Magnus Clemens*, Rex Norvegiæ, *Eiperus*, à *legum ſcientia* Logoider; *Ormerus Robuſtus*; *Snorro* Gode; *Thorſteinus* Thorſcabyr; & *Ulfo* cognomine Skialge.

Sic in hiſtoriis RR. Septentrionalium *Snorronis Sturlonidis*, quas ex mss. codd. edidit, & verſione gemina notiſque illuſtravit *Johan. Perinskiold*, cognomentis ſuis, non minus quam nominibus illuſtres, Reges & heroes ad poſterorum notitiam, ſuo quiſque ordine & ævo deſcenderunt. In prima parte, quæ primævorum RR. res geſtas tradit, *Odinus* Aſa, i. e. *Aſiaticus*, appellatur. *Dagus* Spaca, i. e. *Sapiens*. *Ottarus* Wendilkraka; *Rolfus* kraka, *Cornix*; *Solvo* Juꝑa; *Ingialldus* illraꝑa, *malitioſus*; *Ivarus* Viꝑfadma; *Olaus* Tretelgio; *Halfdanus* huitbein; *Gudreidus* Beiꝑi, *venator*; *Olaus* Geirſtaꝑa Alſi; *Ragnvalldus* herꝑum hærra, *altos humeros habens*, cognomenta habent. In parte ſeptima, quæ continet hiſtoriam *Olaui R.* qui helga, *Sanctus*, cognominatus eſt; rex *Angliæ Canutus*, in noſtris ſemper uninominis, Hinn riki, *dives*; & filius ejus à noſtris *Hardacnutus*, haurꝑa vel horꝑa, *durus* appellatur. Sic etiam ſimul ac aliqua pars *Angliæ* in binominum *Danorum* poteſtatem redacta fuerit, uſque obtinere in ea cœpit cognomentorum uſus, dum progreſſu temporis ad totius *Angliæ* imperium *Canuto* provecto, non tantum aulam, ſed ab aula maxime remotas plagas cognomina perſonarent. Sic *Thani* fere omnes, quorum mentio facta eſt in actis illis curiæ comitatus *Herefordenſis* ſupra deſcriptis, quæ, *Canuto* regnante, *Aegelnotheſtani* habita erat, ſuis cognominibus ad prænominum quodam modo magnificentiam inſigniti commemorantur. Ðuncil hꝛiꞇa; Toꝛɼᵹ ꝑꝛuꝺa; Æᵹelpeaꝛꝺ æꞇ ɼꝛome; Lobꝛic æꞇ Stoce; Ðinꝛɼᵹ Stæᵹꝺman; Æᵹelꝛɼᵹ ꝺe Reada; Omnes, O lepidi! novo ritu binomines, quam vos glorioſos ad curiam cognominibus veſtris crepantes proficiſci mihi videre videor. *Edwardo* verò, qui *apud Nortmannos enutritus*, *in Nortmannum*, ut *Ingulphus* loquitur, *pene tranſiit*, regnum adepto, amplius crevit binominum numerus. Etenim ille non tantum *Anglicos* ritus dimittere, & *Gallo-Normannicos* introducere contentus eſt; ſed *Nortmannos*, quorum ingentem numerum ſecum ex *Gallia* adduxit, ad magiſtratûs honores & munera publica, tam regni, quam ſacerdotii evexit. Hinc, eo regnante, legimus de Osgod Llapa, de Grymkytel, *i. e. Danicè* Kytel grima vel Kytel hin grime; de *Rodberto Gemiticenſi*, & binominibus aliis haud paucis, quorum favori *Angli* velificari volentes, cognomina proculdubio ſibi ſumpſerunt: ut Ælfric hꝛiꞇa, & alii quos ſuperiores chartæ nonnullæ oſtendunt. Regno ad *Wilhelmum*, Normanniæ ducem, tranſlato, *Angli* in *Normannicos* mores ruentes, *Nortmannorum* more,

cogno-

cognomina ſibi quum patronymica, tum aliunde petita, à *prædiis*, *ſilvis*, *villis*, *oppidis*, ab *animi corporisque dotibus* & *affectibus*, ab *officio*, *magiſtratu*, *negotiis*, *rebus geſtis*, ab *artibus* tum honeſtis, tum ſordidis, & fere ex omni rerum genere adſciverunt. Hoc abunde, SHOWERE, quæ ex Eccleſiæ veſtræ *Exonienſis* archivis, in publicum protulimus, cognomina demonſtrant. Tum enim, quum eſſe *Anglicus* eques, loqui *Anglice*, *Anglorum* more chartas conficere, quinetiam quum eſſe *Anglus* dedecori eſſet; eſſe uninominis, *Anglicano* ritu, non turpe ſolum & opprobrii quid plenum, ſed grave & moleſtum fuiſſe nemini dubium eſſe poteſt; præſertim ei, ad quem *Anglo-Nortmannæ* illius nobilis fama pervenit, *Roberto* Henrici I. ex Concubina filio quæ nupta eſſe noluit, quod *binis nominibus* nondum honeſtaretur. Ea autem erat MABILA, filia unica, hæreſque ROBERTI FITZHAIM, Domini de *Gloceſter*, inter quam, & regem, proxenetæ partes agentem, ut virginis animum filio ſuo conciliaret, extat dialogus à *Roberto Gloceſtrenſi*, anteriorum temporum celebri Poetâ, rythmicè contextus, quem hic infra habes, non ex exemplari, quod in Bibl. *Bodl.* aſſervatum conſulere *Londini* non poſſum, ſed ex *Seldeni* libro, qui inſcribitur **Titles of Honour.** p. 11. cap. v. deſcriptum.

.....he ſeold is ſone to her ſpouſing avonge,
This maid was ther agen, and with-ſaid it long.
The King of-ſought her ſuith ynon, ſo that atten ende
MABILE him anſwered, as gode maid, and hende.
Sir, heo ſede, wel I chot that your herte ope me is,
More vor mine heritage, than for my ſulve I wis.
So vair eritage, as ich habbe, it were me grete ſhame,
Vor to habbe an loverd, bote he had an to-name.
Sir ROBERD LE FITZHAIM my faders name was
And that ne might nought be his that of his kunne nought nas.
Therefore, Sir, vor Godes love, ne let me no mon owe
Bote he habbe an two-name war thorou he be iknowe.
Damoyſele, quoth the King, thou ſeiſt well in this caſe
Sir Roberd le Fitzhaim thy fader two-name was
And as vair two-name he ſhall habbe, gif me him may biſe.
Sire ROBERD LE FITZREY is name ſhall be.
Sire, quoth this maid tho, that is a vair name.
As who ſeith all, his life, and of great fame,
Ac what ſholde his ſonne hote thanne, and hi that of him come.
So ne mighte hii hote whereof nameth gone.
The King underſtood, that the maid ne ſaid no outrage
And that Glouceſtre was cheif of ire heritage.
Dameſeile he ſaid tho, thi loverd ſhall have a name.
Vor him, and vor his heires vair without blame.
Vor ROBERD EARLE of Glouceſtre his name ſhall be, and his,
Vor he ſhall be Earle of Glouceſtre, and his heirs I wis.
Sire, quoth this maid tho, well liketh me this
In this forme I chole that all my Gode be his.
Thus was Earle of Glouceſtre firſt imade there
Ac his Roberd of all thulke that long biuore were;
This was Endleue hundred yere and in the ninth yere right
After that ure Loverd was in his moder ahight.

Gulielmus invictiſſimus *Angliæ* conquiſitor, & *Gulielmus* ejus filius & in regno ſucceſſor, quibus nullum quidem gentile cognomentum; ille *Nothi*, ſive *Baſtardi*, quod patri ex concubina natus; hic vero à rutila cæſarie, *Rufi* cognomen ſortitus eſt. His, inquam, principibus nullum gentile cognomen; imo genti è qua orti ſunt, *Rodlonis* ſcilicet, vel *Rollonis* ſtirpi, quæ ſi antea initium neſcivit originis, *Rollonidum* vel *Rollungorum* progenies dici poterat, nomen quidem nullum fuit. Equidem, hoc me mirari aliquoties ſubiit, SHOWERE, propterea quod veterum RR. *Septentrionalium* gentes, patronymica, quibus ab invicem diſtinguerentur, ſua quæque habuerunt.

Hanc obſervationem acceptam referimus SNORRONI STURLONIDI in ſecunda *Eddæ Iſlandorum* parte, ubi in Sectione cui titulus **Vpprune nockra konga heita**, ſic ſcribit de *Halfdani* R. qui uxorem duxit *Algivam* ſapientem, novem filiis, à quorum ſingulorum nominibus ſuis familiis gentile cognomen patronymicum inditum eſt. I. **Hilder er hilldingar eru frakomner**, *Hillder à quo Hilldingi.* II. **Neffer er Niflunger eru frakomner**, *Neffer à quo Niflungi.* III. **Aude er Audlingar eru frakomner**, *Aude à quo Audlingi.* IV. **Yngui er ynlingar eru frakomner**, *Yngui à quo ynglingi.* V. **Dagur er Daglingar eru frakomner**, *Dagur à quo Daglingi.* VI. **Brage er Bragningar eru frakomner**, *Bragi à quo Bragningar.* VII. **Bodle er Budlingar eru frakomner**, *Bodle à quo Budlingi.* VIII. **Lofdi er Loffdungar eru frakomner**, *Lofdi, à quo Loffdungi.* IX. **Sigar, Þadan eru Siklingar komer**, *Sigar, à quo Siklingi.* Sic etiam pergit: **fra-**

skylde i SAMMARCK eru Skioldungar komner, *à Skioldo Rege Daniæ dicti ſunt Skioldungi.* Fra volſunge i Franklande eru volſungar komner, *à Volſungo Rege Franciæ Volſungi.* Skelffer hiet eirn herkongur, og hans ætt kallaſt skelvingar, ſu kinſlod er i Auſturvegum, *A Skelfero Rege Skelfingi dicti ſunt, cujus proſapia in oriente eſt.* *Skylldum* illum ſive *Skiolldum*, à quo gens regia *Daniæ Skiolldungi* appellati ſunt, *Odini* filium fuiſſe dicit *Eddæ* ſcriptor. Prolegom. cap. III. Sem odenn hafde skipt Þui lande med ſonum ſynum, Þa byrlade hann ferd ſyna nordur, og kom i Þad land er Þeir kalla Reid Gotaland, og eignadeſt i Þiu lande alt Þad er hann villde, og ſette Þar till landrada ſon ſina er skioldur hiet, hanns ſon var fridleifur, Þadan ær ſu ætt komenn er SKIOLSVNGAR heita Þad eru dana kongar, oc Þad heiter nu Jotland er Þa var kallad REIDGOTALANDS, *Ubi primum Odinus terram iſtam* (Saxonicam) *inter filios diſtribuiſſet, profectus eſt verſus Septentrionem, & in aliam migravit terram, quæ tunc REIDAGOTALANDIA dicta erat, ubi pro arbitrio quicquid voluit, vendicavit. Huic terræ præfecit filium ſuum SKIOLDUM, ex hoc Fridleifus genitus eſt, ex cujus ſtirpe SKIOLDIADÆ appellati, Daniæ RR. deſcenderunt. iſta vero Reidogotalandia, nunc Jutlandia vocatur.*

Ynlinga ſaga, ſive *Ynlingorum hiſtoria*, ſcripta eſt à *Snorrone Sturlonide*, quæ primam partem facit hiſtoriæ RR. *Septentrionalium.* Verum ex *Ynglorum* ſtirpe regiâ, neque aliqua ex alia, oriundus quiſquam vett. RR. *Septentrionalium*, gentis ſuæ nomen in hiſtoriis *Septentrionalibus* ſibi in cognomen ſumpſit. Idem obſervat de majoribus noſtris, tam *Danis*, quam *Saxonibus*, *Henricus Spelmannus*, in literis, quas ad *Ptolæmonem Roſecrantzium*, Danorum Regis apud *Anglos* legatum, dedit; in quibus ſic ſcribit: *Certe apud hiſtoricos noſtros, qui de Danis copioſius tractarunt, quam ipſi Dani; nullus, quod ſciam, occurrit Saxo vel Danus, gentili fretus cognomine. Neque ejuſmodi quempiam repperi inter Gallos veteres apud Gregorium Turonenſem, nec ſub mediis ſeculis apud Aimoinum, nec inter Longobardos apud Paulum Warnefredum, ſeu Diaconum.*

Fateor tamen in hiſtoriis noſtris, ut & aliarum gentium, deprehendi, interdum alium atque alium bino compellatum nomine, neutro tamen gentili.

* Certum eſt igitur majores noſtros ſive *Anglo-Saxones*, ſive *Anglo-Danos*, quum cognomento-

---

* Nonnulla tamen occurrunt *Anglo-Saxonice* ſcripta in Codice *Cottoniano*, qui inſcribitur *Tiberius*, B. 5. fol. 76. b. ad finem Evang. *Joh.* poſt verba; *Capere eos qui ſcribendi ſunt libros*; quæ primo intuitu gentem quandam, HATTEORUM nomine inſignitam, in comitatu *Hartfordæ* vel *Heortfordæ* olim floruiſſe, probare videntur. Quod quidem concedendum eſt, ſi vox HATTE, quæ pro HATEN, *dictus, vocatus*, ſæpiſſime uſurpatur, Gentis nomen proprium, ut prima facie videtur, eſſe ſtatuatur. Ego participium eſſe judico. Verum vetuſtatis *Anglo-Saxonicæ* ſtudioſi, ut liberam de hac re ferant ſententiam, en iis iterum iterumque legendum, conſiderandum, quod ibi ſcriptum eſt integrum exhibeo.

Dudda pær ȝebuȝ into hæðfelda. ⁊ he hæfde þreo dohtoȝ. an hatte Deoraȳn. oþer Deorȝrið. þridde Golde. ⁊ pullaf on hæðfelda hæfð Deoraȳnne to pife. ⁊ Ælfȝtan æt tæccinȝaþȳnðe Deorȝrið to pife. and Ealhȝtan Ælfȝtaneȝ bnoðaȝ hæfð Goldan to pife:. Hȝita HATTE pær beocene into hæðfelda. ⁊ Tate HATTE hiȝ dohtoȝ pær Fulfȝiȝeȝ modoȝ Scyttan. ⁊ Lulle HATTE fulfȝiȝeȝ ȝreoȝtoȝ hehȝtan hæfð to pife on peala-dene:. Fifuȝ ⁊ Dunne ⁊ Seoloce ȳndan inbȳnde to hæðfelda. Dudunȝ HATTE pifuȝefunu ȝit on pealadene. Geolmund HATTE Dunnan ȝunu ȝit eac on peala-dene. and Æðeleah HATTE Seolecan ȝunu ȝit on pealadene. ⁊ Tate HATTE Genpaldeȝ ȝreoȝtoȝ Mæȝ hæfð to pife on pelȝan. ⁊ Ealdelm hȳne þrȳðe ȝunu hæfð Tatan dohtoȝ to pife:. Fæplaf HATTE pæȝtaneȝ fæðeȝ pær niht æht to hæðfelda. heold þa ȝneȝan ȝrȳn:. Bnada HATTE pær ȝebuȝ to hæðfelda. ⁊ hȝite HATTE þær Bnadan pif pær ȝebuneȝ dohtoȝ to hæðfelda. reo hȝite pær pæȝtaneȝ. ⁊ pændȳðe. ⁊ Fȳnhuȝe þridde modoȝ. ⁊ ȝpæȝtan ȝit æt padtune hæfþ pinneȝ ȝreoȝtoȝ to pife. ⁊ Fine hæfð pændȳðe to pife. ⁊ Dunne fæt on padtune pær inbȳnde to hæðfelda. ⁊ Deoranȳn HATTE hiȝe dohtoȝ hæfð cynepald on Mundbene to pife. ⁊ Deoranað HATTE hiȝe bnoðaȝ bið mid Gynepalde. and Dudde HATTE Fifuȝe dohteȝ ȝit æt pilmundeȝlea:. Gynelm HATTE Genpaldeȝ fæðeȝ pær ȝebuȝ into hæðfelda. ⁊ Manna HATTE Genpaldeȝ ȝunu ȝit æt Padtune undeȝ Eadpolde:. Buhe HATTE pær Dȳhtlafeȝ modðniȝe pær afapen ut of hæðfelda into Erlinȝadene. ⁊ Æþelpȳn ⁊ Eaduȝu ⁊ Æþelȝȳð heo penan ðreo ȝerpeoȝtna. ⁊ tilepine. ⁊ Duda pæpon ealle þæne buȝebeaȝh. ⁊ Ealȝtan Tilepine ȝunu. ⁊ ⁊ pulfȝiȝe Eaduȝu ȝunu. ⁊ Geolem Æþelȝȳðeȝunu. ⁊ Geolȝtan. ⁊ Manpine:. Ðiȝ cyn com of Felda. Deoranulf Gynebuþeȝunu. ⁊ hiȝ tpa ȝreoȝtna. ⁊ Gynnic æt Glæfpinȝ iȝ heona Eam. þaȝ men ȝynd TATAN maȝaȝ æt hæðfelda þær Gebuneȝ.

In deſcriptione hac quarundam Gentium, ſive familiarum, quæ ex *Hæthfelda*, ſive *Hatfelda* comitatus *Heortfordenſis* & olim & nunc inſigni oppido ortæ ſunt, conſtat vocem HATTE in omnibus perinde ac in primo, quo occurrit, loco eſſe nomen participiale, quo familiarum deſcriptores familiariter, ſi dicam, uſi ſunt. Secundo conſtat non unam ſed plures hic eſſe deſcriptas familias, in quarum ſtirpibus & capitibus recenſendis participium HATTE, à verbo hatan quod *vocare*, *appellare* ſignificat, deductum pariter omnibus in participiale ſignificatione uſurpatur.

rum

rum uſus obtinere cœperit, *Gentili* non uſos eſſe cognomine, ut mos jamdudum apud nos fuit; ex quo utentium quaſi conſenſu, Nomen ad deſignandam perſonam, & cognomen ad gentem denotandam, ex qua quiſque oriundus eſt, uſurpatum & veluti inſtitutum eſt. Quoad tempus autem in quo cognomina perſonalia in Gentilia primum abire cœperunt, id quidem, SHOWERE, ut ego puto, fuit cum gentes, ſive tribus, & familiæ, inſignibus quæque ſuis, quæ nos Gallice *Armes* vocamus, deſignari ſolebant. Inſignium vero uſus ad diſtinguendas gentes & familias ex eo ortum ſuum duxit, quod gentium & familiarum principes, ſigno crucis recepto, ex omni natione Chriſtiani nominis ad bellum, quod ſacrum dici ſolet, cum ſuis proficiſcentes teſſeris typiſque, in ſcutis & vexillis depictis, ſinguli voluerunt inſigniri; quæ progreſſu temporis ſenſim in Symbola illa ſcutaria ſive gentilitia ſcuta converſa ſunt, quibus gentes à gentibus, & à familiis familiæ internoſcuntur. Inſignium igitur gentilitiorum iſto uſu progreſſu temporis robur & auctoritatem accipiente, gentilia etiam nomina in cognomina tranſierunt, quibus utique auditis lectiſque, magis commode quàm inſignibus cognoſci poterat ad quam gentem familiamve quiſque ſpectaret, & unde oriundus eſſet. Inſignium autem & cognominum gentilitiorum uſus haud multo forſan ante obtinuit, quam eorum cognitio excoli cœpit, & in artis, quam ab *Heraldis*, nos Heraldry vocamus, dignitatem aſſurgere.

Cujus quidem artis incunabula *Galliam* fuiſſe termini artis, qui omnes *Gallici* ſunt, oſtendunt. In *Gallia*, inquam, artis fœcialis hodiernæ prima rudimenta poſita ſunt, aliquandiu poſt introitum in *Angliam Nortmannorum*, quorum poſteri forſan ſub ipſa tempora Henrici II. *Heraldicam* à *Gallis* ad nos tranſtulerunt. Ea circiter tempora, ut ego conjecto, *Anglorum* & *Anglo-Normannorum* cognomina perſonalia in gentilia abire cœperunt, ut melioris conditionis homines, quibus tribus familiæve ſuæ inſignia geſtandi jus eſſet, cognominibus à tribu vel gente ſua ductis etiam inſignirentur. Quinetiam inferioris ſortis plebeii quibus ad inſignia ſuæ gentis aſpirare non licuit, cognomine tamen gentili honeſtari, ut in votis habebant, ita iis à principe gentis indultum ſemper erat. Sic cognomina perſonalia ſive à patribus, ſive aliunde ducta, gentilia tandem facta familiis, & tribubus communia facta ſunt.

Sic illuſtris *Weſt-Saxo* aliquis, SHOWERE, qui à patre Sepaꝑeꝛ vel Sepæꝑeꝛ vel Sæpeꝑeꝛ vel Seopæꝑeꝛ, per Aphæreſin pro Seopeꝑeꝛ runa appellatus eſt, genti ſuæ, ſive poſteris, ex quorum aliquo Tu deſcendiſti, cognomen commune, quod Tu majoribus virtute prælucens multo notius & illuſtrius reddidiſti, reliquit.

Weſt-Saxo, inquam, aliquis, quippe quod nomen Sepæꝑ, & Emphaticè Sepæꝑa, mutatis vocalibus pro more temporis, variè ſcriptum in Pargamenis Exonienſis MS. è quo tot ſupra deſcripſi, haud raro in teſtium numero reperitur. Nomen autem ex appellativo proprium perſonale, & ex proprio perſonali dein patronymicum, & ex patronymico gentile tandem factum, *cautum, prudentem, & ſolertis ingenii virum*, ſcilicet *Catonem* Emphaticè ſignificat. Verum quemadmodum patronymicum Seopæꝑeꝛ ſuna, per Aphæreſin factum eſt Seopæꝑeꝛ; ſic per Apocopen finalis (ꝛ) denuo factum eſt Seopæꝑe. Sic leguntur apud nos *Edwins* & *Edwin*; & *Geoffrys*, *Geofry*: *Hickes*, & *Hick*; *Cookes* & *Cook*, & id genus multa. Porro, quemadmodum *Nortmanni* pro ſibilanti aſperaque ſuâ pronuntiatione, pronomen *Saxonicum* Seo, *Semi-Saxonicè* Se, *illa*, Scæ & Schæ, unde noſtrum She, corruptè ſcripſerunt: Sic cognominis Veſtri primam ſyllabam *Seo* vel *Se*, Scæ & Sco, quæ tum ſonabat ut Schæ & Scho, ſibilanter & aſpere pronuntiantes fecerunt, ut Seopæꝑeꝛ in Schopeꝑeꝛ, unde *Anglice* Showers & Shower, ſcribendo mutaretur.

Hæc, SHOWERE, de uſu referendi in * codd. præſertim codd. ſacros monaſteriorum, quæ acta & geſta erant in conventibus ſive curiis *Anglo-Saxonum*. Jam autem unum atque alterum inſtrumentum producamus, quæ illa, quæ curiarum apud ipſos teſtimoniis corroborata eſſent, perfectam & pleniſſimam firmitatem habuiſſe, ſive donationes eæ eſſent, ſive obligationes ex contractu, demonſtrant. Prioris generis eſt donatio terræ cujuſdam teſtamentaria, quam *Thurſtanus* Eccleſiæ Chriſti *Dorobernenſi* dedit chirographo, quod ſubſequitur.

† Ðeꝛ cẏð on þẏſan ȝeꝛꝛite ꝥ þunꝛtan ȝean þæꝛ landeꝛ æt ſimbiꝛt into Xpẽꝛ cẏꝛceon ꝛoꝛ hiꝛ ſaule ⁊ ꝛoꝛ leoꝛꝛaꝛe. ⁊ ꝛoꝛ æðelȝẏðe þam hiꝛeðe to ꝛoꝛtꝛe. æꝛteꝛ Ðunſtaneeꝛ dæȝe. ⁊ æꝛteꝛ æþelȝẏðe. buton tꝛam hiðan. ⁊ ȝelæꝛte ſe hiꝛeð æt Xpẽꝛ cẏꝛceon ꝛoꝛ Ðunſtaneꝛ ſaule ⁊ ꝛoꝛ æþelȝẏðe þam hiꝛeðe unto ſcẽ auȝuſtine. tpelf punð be ȝetale þiꝛ ſẏnðon þa ȝepitnẏſſe þæꝛ cpẏðeꝛ. Eaðpeꝛð kẏncg. ⁊ ælfȝẏfu ꝛeo hlæfðiȝe. ⁊ eaðꝛiȝe aꝛcebiꝛcop. ⁊ ælfꝛic aꝛceƀ. ⁊ ȝoðꝛine eoꝛl. ⁊ leoꝛꝛic eoꝛl. ⁊ ælȝaꝛ þeꝛ eoꝛlleꝛ ꝛune. ⁊ ælfꝛæꝛð ƀ on Lunðene. ⁊ ælfꝛine ƀ on ꝛincealtꝛe. ⁊ ðtiȝanð p̄. ⁊ Eaðpolð p̄. ⁊ leoꝛcilð ſciꝛȝeneſa. ⁊ oꝛulf ꝛila. ⁊ uſic. ⁊ ælfꝛine ꝑulfꝛneðeꝛ ꝛunu. ⁊ ælfꝛic pihtȝaneꝛ ꝛunu. and ealle ða ðeȝenaꝛ on eaꝛt ꝛexan. and beon heoꝛa menn fꝛiȝe æfteꝛ heoꝛa beiꝛa dæȝe. and na ſtinȝe nan mann æfteꝛ heoꝛa dæȝe on ðæt land buton ſe hẏꝛeð æt Xpẽſ cẏꝛ-

---

* Apud *Anglo-Saxones* etiam mos erat leges RR. latas in codd. Monaſteriorum tanquam in tabulas publicas referendi. Hoc oſtendit *Textus* ille *Roffenſis*, in quo ſcriptæ extant leges non *Anglo-Saxonicæ* tantum plurimæ, ſed pro more *Anglo-Saxon. Anglo-Normannicæ* quoq; nonnullæ. Hunc morem ſequutus *Ingulphus* Abbas *Croylandenſis*, ſecum attulit ex *Londino* in ſuum monaſterium adſervandas & deſcribendas leges R. *Edwardi*, quas *Willelmus* I. Anglis obſervandas dedit. *Ingulphi* Hiſt. *Croyland.* Edit. *Oxon.* p. 88.

† E collectione chartarum *Cotton.* 31.

cean. ⁊ ẏnꝼan hi ꝼꝑa hi pẏnde pitan. ⁊ þiꝛꝛepa ȝepꝑita ſindan þꝑeo. an iſ æt Xpē̄ſ cẏꝑcean. oðep æt ꝛce * Auȝuſtine. þꝑidde mid heom ꝛẏlꝼan.

Hac præſenti ſcripturâ notificatum eſt Thurſtanum animæ ſuæ, & Leofwares, & Æthelgithes cauſa, prædium iſtud quod Wymbiſtæ eſt, duabus hydis exceptis, Eccleſiæ Chriſti, (Dorobernenſi,) *ſe & Æthelgytha mortuis, fruendum conceſſiſſe ad religioſæ familiæ victum & proventum, & ut religioſa illa familia Eccleſiæ Chriſti pro animis Thurſtani, & Æthelgythæ ſolvat cœnobio Sancti Auguſtini* XII *libras numeratæ pecuniæ. Hujus teſtamenti hi teſtes ſunt: Edweardus Rex, & Ælfgifa Regina, & Eadſigus Archiepiſcopus, & Ælfricus Archiepiſcopus, & Godwinus comes, & Leofric comes, & Ælgarus comitis illius filius, & Ælfwærdus Epiſcopus Londinenſis, & Ælfwinus Epiſcopus Wintonienſis, & Stigandus presbyter, & Eadwoldus presbyter, & Leofcyldus vicecomes, & Oſwulfa filia, & Uſicus, & Ælfwinus Wulfrediſonus, & Ælfricus Wihtegariſonus, & † omnes Eſſexiæ THANI, ſive liberi homines. Horum igitur libera, & immunis ſit poſſeſſio poſt utriuſque (ſcil. Thurſtani, & Æthelgythæ) obitum, à quo nemo, præter familiam Eccleſiæ Chriſti, in fundum iſtum ſe immittat, & poſſideat hæc, ſicut illi teſtificati ſunt. Hujus vero ſcripti tres partes ſunt, quarum una eſt in Eccleſia Chriſti, altera in Cœnobio Sancti Anguſtini, tertia vero remanet cum ipſis donatoribus.*

Poſterioris generis eſt membrana collectionis chartarum bibliothecæ *Cottonianæ*, 32. in qua oſtenditur non ſolum emptionis & venditionis contractum in com. Curia celebratum eſſe, ſed & inſtrumenti, quo utriuſque memoria ad poſteros tranſmitteretur, triplex exemplar in tripartita membrana confectum fuiſſe; cujus una pars in Eccleſiæ Chriſti *Cantwarenſis* monaſterio, altera in Coenobio Sancti *Auguſtini*, tertia autem in *Godrici* emptoris manibus repoſita, & cuſtodita erat; ut ex hoc tranſcripto conſtat; in cujus autographi imâ paginâ CYROGRAPHUM biſectis majuſculis exaratum, & ultimæ lineæ parallelum, ſectæ in partes pergamenæ ut ſupra obſervavimus ſignum, ſe videndum præbet.

Þeꝑ ſputelað on þiꝛum ȝeþþite hu ȝoðꝛic æt buꝛnan beȝeat þ land æt oꝼꝼaham þ iꝛ donne þ he realde eaðȝẏuan hiꝛ ſpeoſtoꝛ ane maꝛc ȝolder ⁊ xiii. pð. ⁊ lxiii. pen̄. on ȝeceopodne ceap to ȝẏꝼanne ⁊ to ꝛẏllanne on dæȝe ⁊ æꝼteꝛ dæȝe þam þe him leoꝼuꝛt ꝛẏ. þeꝛ ceap pæꝛ ȝeceapod on pii ætꝼoꝛan ealꝛa ꝛcẏꝛe þiꝛeꝛ iꝛ to ȝepitncꝛꝛe eaðꝛiȝe apceð. ⁊ ꝛipaꝛð þ. ⁊ ȝoðꝛic decanuꝛ. ⁊ eall ꝛe hiꝛed æt cꝑiꝛteꝛ cẏꝑican. ⁊ pulꝼꝑic abb̄. ⁊ ꝛe hiꝛed æt ſce auȝuſtine ⁊ æȝelꝑic bẏȝȝa ⁊ þuꝛȝaꝛ ælꝼȝaꝛeꝛ ꝛunu. ⁊ Eaðꝑic ælꝼꝑiceꝛ ꝛunu. ⁊ oꝛpeaꝛð æt heꝛȝeaꝛdeꝛ ham. ⁊ leoꝼꝑine pꝑeoꝛt. ⁊ ȝoðꝑic poꝛt-ȝeneꝼa. ⁊ pulꝼꝛiȝe þæꝛ cẏnȝeꝛ ȝeneꝼa. ⁊ maniȝ ȝoð mann þaꝛ to. Nu ꝛẏnð þiꝛꝛa ȝeþþita þꝑeo an iꝛ æt cꝑiꝛteꝛ cẏꝑicean. ⁊ oþeꝛ æt ꝛcē̄ auȝuꝛtine. ⁊ þꝑiðde hæꝼð ȝoðꝑic mið him.

Hâc præſenti ſcripturâ declaratur, quomodo Godricus Burnenſis *acquiſivit fundum iſtum Offahamenſem: ſcilicet pro eo dedit ſorori ſuæ* Eadgivæ *conſtitutum pretium, unam marcam auri,* XIII *libras &* LXIII *denarios, ut eum daret & concederet, quibus vellet, ſe vivente vel mortuo fruendum. Emptio & venditio hæc contracta & celebrata erat in* VII *coram univerſo comitatu. Cujus rei teſtes ſunt Eadſigus Archiep. & Siward Ep. & Godric Decanus, & univerſa familia religioſa Eccleſiæ Chriſti, & Wulfricus Abbas, cum Coenobio Sancti Auguſtini, & Ægelricus Bygga, & Thurgar Ælfgariſonus, & Eadric Ælfriciſonus & Osweardus Hergeardeshamenſis, & Leofwine preſbyter. Et Godricus præpoſitus, & Wulfsigeus regius vice-comes, & præterea multi probi homines. Triplex autem eſt hoc ſcriptum, cujus una pars eſt repoſita in Eccleſia Chriſti, altera apud monachos Sancti Auguſtini, tertiam vero Godricus penes ſe habet.*

Ex his, SHOWERE, & ſuperioribus conſtat, quanta fuit dignitas & auctoritas Curiæ Comitatus apud *Anglo-Saxones*, utpote ad quam non ſolum teſtimonia ſua mittere ſolebant Reges, Reginæ, Archiepiſcopi, & Comites, quemadmodum in cauſa, qua *Winflæda* cum *Leofwino* egit; ſed cui teſtes intereſſe non gravati ſunt, ſuâque præſentia eam honeſtare.

Nortmannis etiam dominis, amplitudinem & auctoritatem ſuam aliquandiu defendit, & indelibatam conſervavit Curia Comitatus; Id oſtendit præceptum [a] illud, quo *Willelmus* conquæſtor mandavit *W. de Curtello* vicecomiti *Somerſætenſi*, ut denarios *Romanos* à populo *Somerſætenſi* ſolvendos curaret in curia comitatus, quæ in proximo S. *Michaelis* feſto tenenda erat.

Maximè autem id probat celeberrimum iſtud, ut barbare inſcribitur, *placitum* apud *Pinendenam* in Comitatu *Cant.* quod *Gulielmus Dugdalius* in libro cui titulus *origines judiciales* ad fidem [b] MS. veteris *Cottoniani*; & *Henricus Whartonus* ad fidem perfectioris exemplaris in [c] textu *Roffenſi* deſcriptum poſt [d] *Seldenum* edidit, in libro qui inſcribitur *Anglia-Sacra.* In textu autem *Roffenſi*, quem jam ſcribens inſpicio, inſcriptio hujus placiti rubris exarata ſic ſe habet. De placito ap̄ð pinendenam in̄t Lanꝼꝑancū̄ aꝑchiepm et odonem baiocenſē̄ epm̄.

Inſcriptionem continuo ſequitur placitum, è quo nonnulla hic, quæ ad forenſia *Anglo-Saxonum* ulterius explicanda ſpectant, deſcribenda mihi exiſtimo.

---

* In exemplari auȝuꝛtine tantum non eraſo ſuperſcribitur albane. † Mentio vicecomitis, & omnium *Thanorum* probat hoc teſtamentum in Com. *Eſſexienſis* conventu, ubi tum Rex & Regina præſentes erant, factum fuiſſe. *a Grammaticæ Anglo-Sax.* cap. XXII. p. 164, 165. *b Veſpaſian.* A. 22. fol. 120. a. *c* P. 108. *d* In notis & Spicileg. ad *Eadmerum.* p. 197.

"Tempore

"Tempore Magni regis Willelmi, qui Anglicum regnum * armis conquiſivit, & ſuis dictionibus "ſubjugavit, contigit Odonem, *&c.* ..... præcepit ergo Rex comitatum totum abſque mora "conſidere, & homines comitatus omnes Francigenas & præcipue Anglos, in antiquis legibus "& conſuetudinibus peritos, in unum convenire; qui cum convenerunt apud Pinendenam con- "ſiderunt..... eâ causâ *totus comitatus* per tres dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus di- "racionavit Lanfrancus plures terras..... & *ab omnibus illis probis, & ſapientibus* hominibus, "qui

---

* Sic in prima Charta, qua *Gulielm. Conquæſtor*, Anno M.LX.VI. quinque Marcas argenti, duas Marcas auri, pretioſum pallium, cum certis quibuſdam prediis & decimis, donavit Eccleſiæ Weſtmon. *IN NOMINE S. & individuæ Trinitatis, Anno dominicæ incarnationis* M°.LX°.VI°. EGO WILLELMUS *dei gratia Dux Normannorum per miſericordiam divinam, & auxilium Beatiſſimi Apoſtoli Petri pii fautoris noſtri, favente juſto Dei judicio, Angliam venimus, in ore gladii regnum adeptus ſum Anglorum, devicto Haraldo rege cum complicibus ſuis, qui mihi regnum providentia dei deſtinatum, & cognati mei R. glorioſi* EDWARDI *Conceſſum, conati ſunt auferre, &c.* quæ habentur in *Sulcardi* hiſt. Eccleſ. *Weſtmon.* Bibl. *Cott. Fauſtina.* A. 3. In eadem *Sulcardi* hiſt. Eccleſ. *Weſtmon.* fol. 27. habetur Charta R. JOHANNIS, in qua leguntur hæc verba: *CARTÆ beati regis Edwardi, & Willelmi Anglorum debellatoris.* Sic in charta qua Willelmus iſte *Anglorum debellator* certa quædam privilegia Eccleſiæ *S. Martini de* BELLO à ſe fundatæ conceſſit: WILLELMVS *dei gratia rex Anglorum tam Clericis, quam Laicis Salutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe.... ut Eccleſia S. Martini de Bello, quam fundavi ex voto ob Victoriam, quam mihi Deus in eodem loco contulit, libera ſit & quieta,* &c. *Et conſuetudinibus regalibus, quaſi ei Regali auctoritate conceſſi.* De charta hac ſic *I. Seldenus* in Notis & Spicilegio ad *Eadmerum*: *Coenobio, quod à Bello, in quo vicit Haraldum, ad littus Suſſexianum, denominari voluit, plurima privilegia..... ſtylo perquam imperioſo conceſſit.* Habetur etiam hæc charta in *Spelmanni* Concil. Vol. II. fol. 14. & in *Roberti Bradeii* appendice ad librum ſuum, cui titulus: **a compleat Hiſtory of England.** N. 12. Sic quoque in charta Eccleſiæ *Exonienſis*, qua *Wilhelmus* ille bello victor ſeptem manſos *Leofrico* Epiſcopo *Exonienſi* dedit: *Ego Wilhelmus, victorioſus Anglorum Baſileus conceſſi.* Sic in Epigraphe legum, quas victorioſus ille rex *Anglo-Normannice* editas, & promulgatas Anglis devictis conceſſit, hæc leguntur: *Ce ſont les leis qui li Reis William grantut à tut le peuple de Engleterre apres le Conqueſte de la terre*, poſt ſubactam terram, ut locum reddit *Joh. Seldenus.* In eodem *Conquæſtus*, ſeu *Conquiſitionis* ſenſu, nempe *Conquæſtus per bellum*, quo perſequuntur reges, quod ſibi vendicant, *Gulielmus*, ſuperatis *Anglis*, ſe *Conquæſtoris* titulo inſignivit in monogrammate, quod ſubſignavit chartæ, quâ monaſterio novo *Wintonienſi* terras quaſdam apud BUTERMÆRAM dedit. Gramm. *Anglo-Sax.* cap. XXII. p. 137. Sic ſcriptores *Anglici*, qui eo regnante, aut paulo poſt floruerunt, de eo, ut de *Anglorum domitore*, ſive *Angliæ Expugnatore* loquuntur. Sic Chron. *Sax. Gibſ.* p. 172. Willelm þiſ land ȝeode, inquit *monachus Petroburgenſis*; i. e. *Willelmus hanc terram ſubjugavit.* Sic p. 182. Đa æfter þam þe pillelm cyng ȝepan Engla lande; *poſt quam autem W. R. ſubjugâſſet Angliam.* Utitur alibi Chronologus iiſdem phraſibus in deſcribendis gentium & urbium expugnationibus. p. 1. l. 23. p. II. l. 28. p. VII. l. 23. p. CLXXXV. l. 41. p. C.XCI. l. 6. p. C.LXXXII. l. 3. p. CXCIV. l. 42. Sic apud, *Latinè* qui ſcripſerunt, hiſtoricos, ut *Eadmerum* in ſuæ *Hiſtoriæ Novorum* p. 6. *Uſus ergo, atque leges, quas patres ſui, & ipſe in Normannia habere ſolebant, in Anglia ſervare volens, de hujuſmodi perſonis Epiſcopos, Abbates, & alios principes per totam terram inſtituit, de quibus indignum judicaretur, ſi per omnia ſuis legibus, poſtpoſita omni alia conſideratione, non obedirent, & ſi ullus eorum pro quavis terreni honoris potentia caput contra eum levare auderet; ſcientibus cunctis unde, qui, ad quid aſſumpti fuerint. Cuncta ergo divina ſimul, ac humana nutum ejus expectabant. Quæ cuncta, ut paucis animadvertantur, quædam de iis, quæ Nova per Angliam ſervari conſtituit, ponam.* Sic in brevi relatione de Willelmo I. quem *Silas Taylor* ad finem libri, quem ſcripſit de GAVELKIND, edidit. p. 193. *Poſtea vero rex Anglorum Abbatiam conſtrui præcepit ob memoriam hujus victoriæ, & abſolutionem peccatorum omnium illorum, qui ibi interfecti ſunt. Victis vero Anglis, ad Caſtra ſua Willelmus Comes rediit, maximas omnipotenti Deo gratias reddit, qui ei per miſericordiam ſuam victoriam conceſſit de inimicis ſuis.* Sic *Ingulphus* in hiſt. ſua *Croylan.* Edita Oxoniæ, MDCLXXXVI. *Victorioſiſſimus Comes Willelmus obtenta palma... ovanterque rex conclamatus ... regale ſolium conſcendit. ipſe vero Angliam ſibi ſubjiciens. porro contra victorioſiſſimum Willelmum novum regem plurimi principes terræ aliquandiu reluctati, ſed poſtea fracti viribus ejus, & ſuperati tandem ſe Normannorum nutui ſubmiſerunt. Joh. Seldenus*, in libro cujus Epigraphe, JANUS ANGLORUM. L. II. cap. 1. *probe tametſi dixeris everſum, ſecundum quod diſputant I. Cti, Anglicum imperium.* Cap. 1. *Gulielmus dux Normanniæ inauguratus commilitonibus terras Anglorum, & poſſeſſiones affluentiori manu contulit. Illud parvum quod remanſerat* (ita Matthæus Paris) *ſub jugo poſuit perpetuæ ſervitutis.* Ex quo, cis *Normannorum* adventum, præter ipſum regem non fuit in Anglia is, qui Allodii, ut loquuntur, jure fundum poſſederit, cum ſcilicet aliis ad unum omnes fiduciarios probe dixeris dominos ſuperiorem inveſtituræ auctorem, interpoſita fide, perpetuo agnoſcentes. *Epiſcopatus & Abbatias omnes* (auctor eſt, quem dixi, *Matthæus*) *quæ baronias*

"qui affuerunt, fuit ibi diracionatum; & etiam *à toto Comitatu* concordatum atque judicatum, "quod ..... Huic placito interfuerunt *Goisfridus* Epiſcopus *Conſtantienſis*, qui in loco Regis "fuit, & juſtitiam illam tenuit. *Lanfrancus* Archiepiſcopus, qui, ut dictum eſt, placitavit; & "totum diracionavit. Comes *Cantiæ*, videlicet prædictus *Odo Baiocenſis* Epiſcopus, & noſter "Epiſcopus de *Hroveceſtra*. *Agelricus* Epiſcopus de *Ciceſtra*, vir antiquiſſimus, & legum terræ "ſapientiſſimus, qui ex præcepto Regis adductus fuit ad ipſas antiquas legum conſuetudines di-"ſcutiendas, & edocendas. in una quadriga, *Ricardus* de *Tunebrigge*, *Hugo* de *Monte forti*, *Will.* "*Dearces*, *Hamo* vicecomes, & alii multi Barones Regis, & Archiepiſcopi, atque illorum Epi-"ſcoporum homines multi, & alii aliorum comitatuum homines, etiam cum toto iſto comitatu "multæ & magnæ auctoritatis viri, *Francigenæ* ſcilicet & *Angli*. In horum omnium præſentia, "multis & aptiſſimis rationibus demonſtratum fuit, quod *Rex Anglorum* nullas conſuetudines "habet in omnibus terris *Cantuarienſis Eccleſiæ*, niſi ſolummodo tres ..... hujus placiti multis "teſtibus, multiſque rationibus determinatum finem poſtquam Rex audivit, laudabat, laudans cum "conſenſu omnium principum ſuorum confirmavit, & ut deinceps perſeveraret firmiter præce-"pit. Quod propterea ſcriptum eſt hic, ut & futuræ in æternum memoriæ proficiat, & ipſi "futuri ejuſdem Eccleſiæ Chriſti *Cantuarberie* ſucceſſores ſciant quæ & quanta in dignitatibus "ipſius Eccleſiæ adeo tenere atque à Regibus & principibus hujus regni æterno jure debeant "exigere.

Veterem etiam dignitatem ſuam, *Nortmannis* imperantibus, Comitatus Curiam apud *Anglos* retinuiſſe, oſtendit cauſa iſta, quæ in Comitatus *Cantwarenſis* curiâ, inter *Gundulphum Hroſenſem* Epiſcopum, qui *actor*, vel *querelans* erat; & *Pichot* vice-comitem, qui erat *reus*, vel *querelatus*, diſceptata, & determinata fuit, Gulielmo Conqueſtore imperante. Hujus etiam

---

nias tenebant, & eatenus ab omni ſervitute ſecularí libertatem habuerant, ſub ſervitute ſtatuit militari, inrotulans ſingulos Epiſcopatus, & Abbatias pro voluntate ſuâ, quot milites ſibi, & ſucceſſoribus ſuis hoſtilitatis tempore à Singulis exhiberi. Agraria ad eam formulam lege lata *decrevit ſubjectum ſibi populum* (copiam facit *Gervaſius Tilburienſis*) *jure ſcripto legibuſque ſubjicere; propoſitis etiam legibus Anglicanis, ſecundum tripartitam earundem diſtinctionem, hoc eſt Merchenlage, Weſt-Saxonlage, Danlage, quaſdam* reprobavit, *quaſdam autem approbans illis* tranſmarinas Neuſtriæ, *quæ ad regni pacem efficaciſſime tuendam videbantur, adjecit. Ordericus vitalis.* lib. IV. p. 505. *Anglia* tunc *Haraldi* ſævitia perjurioque polluta *corruit*, & genuinis hæredibus orbata *externis prædonibus* Gulielmo *Victori* faventibus ſubjacuit, unde *flebile thema de ſua ruina* piis hiſtoriographis ad dictamen tribuit ..... poſtquam bello peracto fortiter hoſtes ſubegit, & diadema regium apud Lundoniam ſuſcepit. p. 523. Euſtachius ... aliique comites, & optimates, quos ſingillatim nominare nequeo, magnos redditus, & honores in Anglia receperunt à R. Guilhelmo. Sic extranei divitiis Angliæ ditabantur, pro quibus filii ejus nequiter interficiebantur, vel extorres per extera regna irremeabiliter fugabantur. Ipſi vero regi, ut fertur, *mille & ſexaginta libræ Sterilenſis monetæ Solidique triginta, & tres oboli ex juſtis redditibus Angliæ per ſingulos dies redduntur, exceptis muneribus regiis, & reatuum redemptionibus, Aliiſque multiplicibus negotiis, quæ regis ærarium quotidie adaugent.* ..... Terras autem militibus ita diſtribuit, & eorum ordines ita diſpoſuit, ut Angliæ regnum *ſexaginta millia* militum indefinenter haberet, ac ad imperium Regis, prout ratio popoſcerit, celeriter exhiberet. Adeptis itaque *nimiis opibus*, quas alii aggregarant, Normanni furentes immoderate tumebant, & indigenas divino verbere percuſſos mactabant. Nobiles puellæ deſpicabilium ludibrio armigerorum patebant, & ab immundis nebulonibus oppreſſæ dedecus ſuum deplorabant. Matronæ vero elegantia, & ingenuitate ſpectabiles, deſolatæ gemebant, maritorum, & omnium pene Amicorum ſolatio deſtitutæ magis mori, quam vivere optabant.

Hiſce adjiciam è Cod. MS. Bibl. *Cottonianæ* quæ *Gervaſius Tilburienſis* ſcribit libro primo de neceſſariis obſervantiis Scaccarii. *Cum inſignis ille ſubactor Angliæ R. Willelmus ejuſdem pontificis ſanguine propinquus ulteriores Inſulæ fines ſuo ſubjugaſſet imperio, decrevit ſubjectum ſibi populum,* &c. ut ſupra à *J. Seldeno* citata. Sic in vita MS. S. *Wulſtani*, quam *Saxonicè* à *Colemanno* monacho *Wigornienſi* ſcriptam, *Latinam* fecit *Willelmus* ejuſdem Eccleſiæ monachus, Bibl. *Cotton. Claudius*, A. 5. fol. 170. ſcribitur: *Interea Willelmus Normanniæ Comes, Angliam veniens, Congreſſus prælio cum Haraldo, Cæde ipſius, & Anglorum ſtrage, regnum ditioni ſuæ aſſeruit, ubi ſicut præfatus ſum claruit prophetiæ veritas quod tanti fuit miſerorum provincialium imbecillitas, ut poſt primam pugnam nunquam communi umbone, ad libertatem temptarint aſſurgere, quaſi cum Haraldo robur omne deciderit patriæ.* Huc etiam ſpectant, quæ *Saxonice* leguntur de oppreſſis contra jus monaſteriis, ab *Anglorum* ſubactore *Willelmo*, Bibl. *Cotton. Tiberius*, A. 13. fol. 182.

Ðuſ mycel ıſ ȝeȝolden oſ þæſe cyſıcean W. cyninȝe ſýððan he þıſ land ahte. pıþutan þam hıð-ȝelde. þe nan man pıðutan ȝode anum atellan ne mæȝ:· Ðæt ıſ æneſt oſ þam Æſcene þe ıſ oðſe namon Hnýȝilebuc ȝecleopad x. punð. ȝ oſ þam vı hnoðan vı. manc. ȝ oſ þam oðſan Æſcene. ȝ oſ þam hlæſle. ȝ oſ þæſe Lſucan. ȝ oſ þam hnæppe xı. manc. ȝ oſ þæſe hlanȝan Scſıne vıı. punð. ȝ oſ þam ıı. hoſnan ıı. manc. ȝ oſ þam Landel-ſtæſe x. punð. ȝ oſ þæſe hæcce xxxıı. manca. ȝ þæſ to ecan xl. marca. ȝ ſıxte halſ marc Lolðeſ:·

contro-

controverſiæ commentarius extat in *textu Roffenſi*, quem antehac ab *Henrico Whartono* unde deſcriptum, hic iterum ad exemplaris fidem mihi deſcribendum arbitror; quippe quod non tantum omnium veterum ſcriptorum, in quibus acta Curiæ comitatus leguntur, ſed omnium etiam quæ ubi ubi fide digna, quod ſcimus, ſuperſunt, primum eſt, SHOWERE, in quo duodecim virorum, quos *juratos* vocamus, mentio clara & perſpicua habetur.

"Tempore Willelmi Regis Anglorum magni, patris Willelmi Regis ejuſdem gentis, fuit quæ-
"dam contentio inter Gundulfum Hrofenſem Epiſcopum, & Pichot vice-comitem de Gronde-
"burge pro quadam terra, quæ erat de frachenham, & jacebat in Giſelham, quam quidam re-
"gis ſerviens *Olchete* nomine, vicecomite dante, præſumpſerat occupare. Hanc enim viceco-
"mes, Regis terram eſſe dicebat, ſed Epiſcopus eandem beati *Andreæ* potius eſſe affirmabat.
"Quare ante Regem venerunt. Rex vero præcepit, ut omnes illius comitatûs homines con-
"gregarentur, & eorum judicio cujus terra deberet rectius eſſe probaretur. Illi autem congre-
"gati terram illam Regis eſſe, potius quam beati Andreæ timore vicecomitis affirmaverunt. Sed
"cum eis Bajocenſis Epiſcopus, qui placito illi præerat, non bene crederet, præcepit, ut ſi ve-
"rum eſſe, quod dicebant, ſcirent, ex ſeipſis DUODECIM eligerent, qui quod omnes dixerant,
"jurejurando confirmarent. Illi autem cum ad conſilium ſeceſſiſſent, & inibi à vicecomite con-
"territi fuiſſent, revertentes, verum eſſe quod dixerant, juraverunt. Hi autem fuerunt: *Ead-*
"*uuardus de Cipenham*; *Heraldus*, & *Leofuuine Exninge*; *Eadric de Giſelham*; *Wlfuuine de Land-*
"*uuade*; *Ordmer de Berlingeham*, & alii ſex de *melioribus* Comitatus. Quo facto terra in manu
"Regis remanſit. Eodem vero anno monachus quidam *Grim* nomine, quaſi à domino miſſus
"Epiſcopum venit. Qui cum audiret hoc, quod illi juraverunt, nimium admirans, & eos de-
"teſtans, omnes eſſe perjuros affirmavit. Ipſe enim monachus diu præpoſitus de *Frachenham*
"extiterat, & ex eadem terra ſervitia & Coſtumas, ut de aliis terris de Frachenham ſuſceperat,
"& † unus ex eiſdem qui juraverunt in eodem manerio ſub ſe habuerat. Quod poſtquam Epiſco-
"pus Hrofencis audivit, ad Epiſcopum Baiocenſem venit, & monachi verba per ordinem nar-
"ravit. Quæ ut Epiſcopus audivit, monachum ad ſe venire fecit, & ab ipſo illa eadem didicit.
"Poſt hæc vero unum ex illis qui juraverant ad ſe fecit venire, qui ſtatim ad ejus pedes pro-
"cidens, confeſſus eſt ſe perjurum eſſe. Hinc autem cum * illum, qui prius juraverat, ad ſe
"venire feciſſet, requiſitus ſe perjurum eſſe ſimiliter confeſſus eſt. Denique mandavit vice-
"comiti, ut reliquos obviam ſibi Londoniam mitteret, & [a] alios DUODECIM de *melioribus* ejuſ-
"dem comitatus, qui quod illi juraverunt, verum eſſe confirmaverant. Illuc quoque fecit [b] venire
"multos ex melioribus totius Angliæ Baronibus. Quibus omnibus Londoniæ congregatis ju-
"dicatum eſt, tam à *Francis*, quam ab *Anglis*, illos omnes periuros eſſe, quandoquidem [c] ille,
"poſtquam alii juraverant, ſe periurum eſſe fatebatur. Quibus tali judicio condemnatis, Epiſco-
"pus Hrofenſis terram ſuam, ut juſtum erat, habuit. [d] Alii autem DUODECIM cum vellent af-
"firmare iis, qui juraverant, ſe non conſenſiſſe, Baiocenſis Epiſcopus dixit, ut *hoc* ipſum judi-
"cio ferri probarent. Quod quia ſe facturos promiſerunt, & facere non potuerunt, cum [e] alii
"ſui Comitatus hominibus trecentas libras Regi dederunt.

Ex narratione hujus cauſæ, conſtat nondum per univerſos Comitatûs probos & legales homines melioris notæ, in Curia congregatos, cauſas cognoſcendi & determinandi morem avitum apud *Anglos* exoleviſſe. Etenim nominandi XII homines ex univerſis Curiæ ſectatoribus, penes quos facta aut deferre aut judicare eſſet, adeo adhuc non inoleverat conſuetudo, ut non inchoata erat. Nondum, ut ex ſuperioribus videtur, in forenſibus cauſis, ſive criminalibus, ſive civilibus, de ſumma litis, quoad factum decernere ſolebant è cæteris electi *duodecim Jurati*, antequam præſes curiæ ſententiam ſuam ferret. De iſto *duo-decem-viratûs juratorum* numero nihil, SHOWERE, in actis curiarum, quæ ſupra dedimus ex *Saxonicis*, neque in controverſia iſta, quæ, conquæſtore mandante, apud *Pinendenam* diſceptata & determinata fuit. Jam tum adeo ad *Duodenos* duntaxat *Juratos* res forenſes non redactæ erant, ut abſque omni reſtrictione de iis per *omnes comitatûs probos homines* liberior multo judicandi ritus eſſet. Quare ad cognoſcendam cauſam quæ agenda erat inter *Lanfrancum* & *Odonem*, Rex præcepit *Comitatum totum* conſidere, & *homines comitatûs omnes, Francigenas*, & præcipue *Anglos*, in antiquis legibus & conſuetudinibus peritos, in unum convenire, qui cum convenerunt apud *Pinendenam*, omnes pariter conſederunt. Et ab *omnibus illis probis* & ſapientibus hominibus, qui affuerunt, fuit ibi diracionatum, & etiam *à toto comitatu* concordatum & judicatum, quod ſicut Rex tenet ſuas terras liberas & quietas in ſuo dominico, ita Archiepiſcopus *Cantuarberie* tenet ſuas terras liberas & quietas in dominico ſuo.

Equidem ſcio, SHOWERE, non defuiſſe, neque jam nunc deeſſe doctos viros, qui ab altiori origine, nempe à tempore *Anglo-Saxonum*, *Juratorum* ſive *Sacramentalium Duodecem-vira-*

---

† L. *unum*. * L. *alium*. *a* Scilicit *liberos homines, qui non jurati erant, ſed quod jurati affirmaverant, confirmabant*. *b Venire fecit, ut par eſt credere, Barones, vel liberos* homines viginti quatuor. Quia mos ante multa ſecula fuit duplicandi JURATORUM numerum. quando duodecim viri JURATÆ JUDICIARIÆ falſi ſacramenti, ſive perjurii, arguendi forent. *c* Id eſt, DUODECIM JURATORUM, quem nunc appellamus, **the foreman of the Jury**. *d* Duodecim qui non jurati erant. *e* L. Aliis.

tum iſtum petendum exiſtimant. In iſto numero ſunt, vir in juris *Anglicani* ſcientia maximus, *Edwardus Cokus*, &, in antiquorum ſive rerum primordiorum ſcientiâ *Coko* major, *Henricus Spelmannus*. Argumenta quibus ſtabilitum [a] hic it ſuam ſententiam accerſuntur è LL. R. *Ethelredi* apud *Venetyngum* latis, c. 4. ex ejuſdem ſenatûs conſilio de *Monticolis Walliæ*, cap. 3. & ex fœdere *Ælfredi* & *Guthruni R R.* cap. 3. Quoad primum, notandum eſt legem illam *Ethelredi* ſic à *Bromtono* eſſe verſam: *Et habeantur placita in ſingulis Wapentachiis, ut exeant ſeniores* XII *Thayni, & præpoſitus cum iis, & jurent ſuper Sanctuarium, quod eis dabitur in manus, quod neminem innocentem velint accuſare, vel noxium concelare.*

Latiniùs autem transfertur [b] apud *Henricum Spelmannum* his in verbis: *In ſingulis centuriis comitia ſunto, atque liberæ conditionis viri duodeni una cum præpoſito ſacra tenentes, jurento ſe adeo virum aliquem innocentem haud damnaturos ſontemve abſoluturos.* *Saxonicè* autem ſic ſe habet lex: ⁊ þaꝛ man hæbbe ȝemoꝛ on ælcum [c] ƿæpenhace. ⁊ ȝan uꝛ þa yldeſtan XII þeȝnaƿ. ⁊ ꝛe ȝeneꝛa miþ. ⁊ ꝛpeꝛian on þam haliȝdome þe heom man on hande ſylle. þ hiȝ nellon nænne lacleaſan man foꝛſecȝean. ne nænne ſacne foꝛhelan. Quæ ſic *Latio* donanda ſunt: *Conſtituitur, ut in ſingulis centuriis comitia habeantur, & ut præpoſitus & duodecim ætate grandiores Thayni prodeuntes ſuper ſacras reliquias, quæ ipſis in manus tradentur, jurabunt ſe neminem innocentem damnaturos, ſontemve protecturos.*

Qua quidem lege, SHOWERE, cautum eſt primò, ut centuriarum ſenatus, qui, ut par eſt credere, jam tum in deſuetudinem abire coeperant, frequentes cogerentur: Secundò, ut iis coactis præpoſitus cum XII. ob ætatem maximæ auctoritatis *Thanis*, prodeuntes jurarent, &c.

Ex quibus ſatis conſtat duodenos iſtos ſeniores *Thanos* eaſdem fuiſſe in omnibus curiis centuriæ perſonas. Eaſdem (inquam) fuiſſe perſonas, & non de novo conſcriptos toties juratores, quoties in centuriæ curiis, aut de delictis & delinquentibus inquirendum; aut de cauſis quoad factum, decernendum erat. Contrà, per hanc *Ethelredi* legem ætate ſtatuti & definiti erant duodecim *Thani*, qui pares quaſi cum præpoſito ad jurandum prodibant, & cum illo in omnibus centuriæ conſeſſibus cognitores, & collegæ ſemper iidem conſidebant; quorum conſilio & auctoritate fretus, facilius inferiorum, & juniorum Friburgorum vulgus reprimeret, cum ſtudio partium praviſque ducti affectibus, aut innocentes damnare, aut ſontes abſolvere, contra jus & fas irent. Imò forſan non niſi collectis *duodecim ſeniorum* ſententiis, ferenda ei erat de jure ſententia. Sic vir in antiquis verſatiſſimus, & patriarum legum & conſuetudinum feliciſſimus indagator, [d] *Robertus Bradeius* noſter, ſeniores iſtos *duodecim* viros, eoſdem fuiſſe ſentit apud *Anglo-Saxones*, quod *Scabini* & *Rachinburgii* apud veteres *Germanos*, qui comitibus plane aſſeſſores, & in dicundo jure adjutores & ſocii tribunalis erant.

Dufreſnius quoque, maximæ auctoritatis ſcriptor, idem quod *Bradeius* de XII iſtis ſenioribus *Thanis* opinatur; Gloſſarii Tom. II. p. 167. col. a. ubi lege iſta *Ethelredi*, prout à *Bromptono* vertitur, recitata, *hæc*, inquit, *ad Judicum potius numerum videntur ſpectare.*

Præterea quamvis apud *Anglo-Saxones*, majorum natu *Thanorum* ob gravitatem & ſapientiam, quam eorum qui minores erant, [e] major ſemper, ut par erat, auctoritas eſſet; nullibi tamen legimus ex iis certum aliquem & definitum duntaxat numerum, in Comitatus curia, Epiſcopo, Comiti, vel Vicecomiti Judices conſediſſe; quibus, ut ſupra obſervavimus, *liberi homines* ſive *Thani* pariter omnes in ſubſelliis, quod probabile eſt, ſedentes, in cognoſcendis cauſis & dicundo jure adjutores & adſeſſores fuere.

Hactenus de LL. *Æthelredi*, quas apud *Venetyngum* tulit, cap. 4. Jam progrediamur ad Senatus conſultum, quod cum conſiliariis *Walliæ* de monticolis fecit, cap. 3. ubi ſic ſcriptum eſt: XII lahmen ꝛcẏlon þihꝛ tæcean ƿealan ⁊ Ængland. VI Engliꝛce. ⁊ VI ƿẏliꝛce; *duodeni juriconſulti, quorum Sex Angli & Sex Walli erant, Anglis, & Wallis jus dicunto.* Sed hos etiam fuiſſe Judices in dicundo jure pares vel collegas & conſeſſores ejuſdem tribunalis, qui eædem ſemper perſonæ erant, & non juratores, qui pro conſeſſuum vel cauſarum numero mutari, & de novo conſcribi ſolebant, ex verbis ipſis conſtat, ut *Bradeius* in loco ſupra citato obſervavit. Fœderis inter *Aluredum*, & *Guthrunum* RR. icti cap. 3. ſic ſe habet:

Gif mon cẏninȝeꝛ þeȝn manꝛlihteꝛ beteo. ȝif he hine labian dẏnne do he þaꝛ miþ XII cẏninȝeꝛ deȝnum :· Gif mon þonne deȝn betẏhþ. þe biþ læꝛꝛa maȝa donne ꝛe cẏninȝeꝛ. ladiȝe he hine miþ XI hiꝛ ȝelicena. ⁊ miþ anum cẏninȝeꝛ þeȝne :· Quæ ſic *Latinè* transferenda ſunt: *Thanus Regis, ſiquando homicidii incuſetur, liberet & compurget ſe ab illatâ accuſatione juramento* XII *Regis Thanorum conſacramentalium, ſi id facere audeat. Verum ſiquis Thanus, qui Regis Thano ſit inferior, accuſetur; cumpurget ſe cum Sacramento undecim parium ſuorum, & unius Thanorum Regis.*

Ex quibus conſtat in hac lege ſtatutum eſſe de compurgatorum numero, quorum Sacramen-

---

a Joannes Seldenus in cap. IV. lib. II. opuſculi ſui, quod inſcribitur *Janus Anglorum*, ita etiam ſentit, ut ex verbis ejus conſtat: *primos jam inducit Polydorus Vicecomites, Officiarios, duodecimviralis Judicii incunabula, lapſus in utroque. Hoc vincet Ethelredi Lex Lambardi, verborum in explicationibus, & quæ à CL. V. D. Edw. Coke Equ. aur. decretoria feruntur arma.* *b Gloſſar.* Edit. II. p. 328. col. b. *c* Mendoſe pro pæpentace. *d* In libro cui titulus, **a compleat hiſtory of England.** p. 76. *e* Vide LL. *Æthelſtani.* cap. 20.

tis

tis quis *Thanus*, ſive Regis *Thanus*, ſive mediocris, homicidii accuſatus, ſe à crimine diluere debebat. Hoc autem, *vadium legis* appellant Practici noſtri, quod ut jam diu apud *Anglos* fere in deſuetudinem abiit; ſic à diſceptatione cauſarum per *duodecim juratos*, quæ etiamnum adeo in uſu eſt, ut ſine ea nec fora *Anglicana* conſiſtere poſſunt, toto cœlo differt. Præterea non tantum diverſa juris nomina, diverſique cauſas determinandi ritus ſunt *Compurgatio* & *de ſumma litis*, quoad factum XII *juratorum*; ſed in eo etiam maximè differunt, quod numerus compurgatorum incertus erat, ut qui augeri ſolebat, pro rei vel cauſæ, quæ agebatur, momento; & pro numero conſacramentalium qui jurabant, compurgatio majus vel minus ſacramentum dictum eſt. Jurare dicebatur accuſatus *ſua manu*; cum ſolus jurabat, nec habebat conſacramentales; cum unum habebat conſacramentalem, dicebatur jurare *unica manu*; & ſic pro numero conſacramentalium in compurgatione, de qua ſolum agitur in hoc fœdere, jurari ſolebat ab una manu uſque ad centeſimam. Imo purgatio erat apud *Cambrobritannos* * ASSATH dicta, quâ res *trecenteſima manu* jurandum erat, ut *Henricus Spelmannus* teſtatur. At numerus juratorum, ad quos ſpectat cauſas tam civiles quam criminales cognoſcere, *duodenus* ſemper erat, & jam nunc eſt; niſi quando accidit numerum duplicari, ob duodecim viros Perjurii arguendos. Quod vero compurgatorum numerus, quo Thanos homicidii poſtulatos, ſtatuentibus *Aluredo* & *Guthruno* regibus, ſe oportebat purgare, duodenus eſſet; non conſuetudini, quæ vigorem legis obtinuerat; non vetuſto alicui mori majorum vel inſtituto, quod Reges oporteret obſervare; ſed libero illorum arbitrio caſuique tribuendum eſt.

Hactenus, SHOWERE, de argumentis, quibus aliqui noſtrorum *duodecim-virale* cauſarum examen ab *Anglo-Saxonibus* eſſe petendum contendunt. Quibus tamen argumentis tantum abfuit, ut ipſe *Spelmannus* perſuaderetur, ut plane dubius, incertus, & tantum non ſibi diſcors ſic de eo ſcribit in *Gloſſario* ſuo: *Rarum nihilominus fuit duodecem-virale examen ſub illis ſeculis, & quod inter multas aliorum decadas, (ne dicam centurias,) haud ſemel reperies. ..... Morem igitur ſive è Normannia ductum, ſive apud Anglos jam tum repertum, cito eſt amplexus Gulielmus conqueſtor. Sic enim in prooemio confirmationis LL. Divi Edouardi, quam ipſe fecit Anno regni ſui quarto.* "*Electi igitur de ſingulis totius patriæ comitatibus viri duodecem, jurejurando coram Rege primum* "*confirmaverunt, ut, quoad poſſent, recto tramite incedentes, nec ad dextram nec ad ſiniſtram di-* "*vertentes, legum ſuarum & conſuetudinum ſancita patefacerent, nihil præternittentes, nihil ad-* "*dentes, nihil prævaricando mutantes*". *Juramenti formula non ab hodierna diſſona. Danda itaque Polydoro venia, duodecem virorum judicium (quod terribile nuncupat) à Gulielmo conqueſtore illatum aſſerenti. Antea enim ſatis videtur delituiſſe, poſteaque haud inſigniter floruiße; donec ad duelli caſum (inquit Glanvilla, ſed rectius impietatem) declinandum, ab Henrico ſecundo inducere-tur. Vide Glanvillæ* lib. II. cap. 7.

Danda (inquit *Spelmannus*) *Polydoro* venia. Imo non excuſandus, SHOWERE, ſed † laudandus eo nomine eſt *Polydorus*, quod *duodecem virorum* juratorum originem à *Nortmannis* acerſivit. Etenim ſententia ejus confirmatur ab eo; tum quod in placito ſupra memorato apud *Pinendenam* inter *Lanfrancum* Archiepiſcopum, & *Odonem Baiocenſem* Epiſcopum, ab *omnibus* probis & ſapientibus hominibus, qui Curiæ Comitatus interfuerunt, controverſia definita erat; tum etiam quod in lite quam *Gundulfus Hroffenſis* Epiſcopus cum Vicecomite *Pichot* habuit; Comes *Odo*, poſtquam *omnes* liberi homines comitatus, more *Anglo-Saxonum*, judicium ferentes terram Epiſcopi Regis eſſe affirmaſſent, iis non credens præcepit, ut ſi verum eſſe, quod dicebant, ſcirent, ex ſeipſis *duodecem* eligerent qui quod omnes dixerant, *jurejurando* confirmarent. Notandum igitur eſt, *duodecem* iſtos juratores, è comitatûs liberis hominibus, non à vicecomite, vel ab eo qui illius munere fungeretur, nominatos fuiſſe.

Quin vero neque ipſe Comes *Odo* eos nominare jam tum audebat, ſed peregrinum dirimendi lites ritum, nondumque inductum de cauſis decernendis morem, ſed ſenſim introducendum ordiens, in foro *Anglorum Nortmannus* conſultius putavit ita ſibi faciendum, ut *Anglis* ipſis conſentientibus, & tantum non auctoribus, primordium ſumeret jam tum novum *Duodecem-virale juratorum* inſtitutum.

Verum non ſtatim obtinuit ac incepta eſt, SHOWERE, de cauſis per *duodecem* viros juratos

---

* Quaſi ANDSACE-ATH. à *Saxonico* andſace *negatio, abnegatio, excuſatio*, & aþ *juramentum, ſacramentum*. ASSATH ergo *Juramentum* eſt, quo quis obſtrictus crimen ſolenniter abnegat, cujus accuſatus eſt; & *conſacramentalium* etiam juramentis, ſiquando requiruntur, ſe ab eo purgat. † *Polydorum* tamen perperam ſtringit *Gulielm. Lambardus*, in ſua rerum & verborum explicatione, ubi in verbo *Centuria* ſic ſcribit: *modus autem judicandi quis fuerit, Ethelredus Rex, legum, quas frequenti apud Vanatingum ſenatu ſancivit*, cap. IV. *his fere verbis exponit: In ſingulis centuriis comitia ſunto, atque liberæ conditionis viri duodeni ætate ſuperiores, una cum præpoſito ſacra tenentes, juranto ſe adeo virum aliquem innocentem haud damnaturos, ſontemve abſoluturos.* Huic etiam non diſſimile eſt illud *duodecim virorum judicium*, quod *Angliæ Walliæque* ſapientum conſilio (quodque nos hodie per *medietatem Linguæ* appellamus) reperitur fol. 91. *Quæ cum ita ſint omnia, viri intelligentes judicent, quam diligenter omnia veterum monumenta ſcrutatus eſt Polydorus, qui libro Anglic. hiſt. nono ex centum hominibus electos fuiſſe Decemviros, adeoque Gulielmum R. terribile illud (ita enim loquitur) duodecimvirorum judicium introduxiſſe contendit, verum danda erat homini juris neſcienti venia.*

forenſibus judicandi ratio, donec ad tollendam impiam illam duelli conſuetudinem ab Henrico ſecundo inſtitueretur. Hoc planè in loco ſupra citato affirmat Glanvilla, teſtis in hac re maxime idoneus.

Eſt (inquit) *magna aſſiſa regale quoddam beneficium clementia principis de concilio procerum populs indultum, quo vitæ hominum, & ſtatûs integritati tam ſalubriter conſulitur, ut in jure, quod quis in libero ſoli tenemento poſſidet retinendo, duelli caſum declinare poſſunt homines ambiguum. Ac per hoc contingit inſperantis & præmaturæ mortis ultimum evadere ſupplicium, vel ſaltem perennis infamiæ opprobrium illius infeſti & inverecundi verbi, quod in ore victi turpiter ſonat, conſecutivum. Ex æquitate autem maxima prodita eſt legalis illa inſtitutio. Jus enim, quod poſt multas & longas dilationes vix evincitur per duellum, per beneficium iſtius conſtitutionis commodius & acceleratius expeditur.* Ex quibus etiam *Glanvillæ* verbis conſtat, *Henricum* ſecundum conſenſu procerum totius regni *duodecemvirale judicium* lege lata inſtituiſſe, quod prius conſenſu *Omnium* liberalium & ſapientum hominum Curiæ comitatus in placito inter *Gundulfum Hrofenſem* Epiſcopum, & Vicecomitem *Pichot*, Comes *Odo* pro vice iſta ſtatuiſſet.

Quæ quidem quid novum, & non antea apud *Anglos* uſitatum, quod ita ſtatutum & tandem inſtitutum erat, oſtendunt. Præterea quemadmodum Comes *Odo*, omnibus liberis hominibus, penes quos in curia comitatus congregatos, de cauſis judicare erat, præcepit, ut ex ſeipſis *duodecem juratos* eligerent: Sic Regali *Henrici ſecundi* inſtituto cautum erat, ut quatuor legales milites de Comitatu, & de vicineto eligerent *duodecem* viros iſtos, qui *jurati* inter partes litigantes de ſumma litis, quoad factum, judicarent, ut conſtat ex *Glanvillæ* libro II. cap. 10, 16. A *Nortmannis* igitur *Anglorum* dominis *Juratæ duodecimviralis* ſive *Delatoriæ* ſive *Judiciariæ* quum civilis, tum criminalis inſtitutum accerſendum, ut credam, facit, SHOWERE, non tantum in *Saxonicis*, quæ ſuperſunt, altum de eo ſilentium; ſed quod poſt ingreſſum *Nortmannorum* conſuetudinis, ſive legis vigorem non ante *Henrici ſecundi* tempora id habuiſſe conſtat. Hinc in lite, quam, *Gulielmo ſecundo* regnante, * monaſterium *Croilandenſe* contra *Evonem Talbois* in conſeſſu comitatûs, quæ *Spaldingi* fuit, habuit, nulla *Duodecimvirorum Juratorum* mentio. Hinc etiam, *Stephano* regnante, lis, quæ orta eſt de quodam fundo inter monachos *Eccleſ. Chriſti Cant.* & *Radulfum Picot* vicecomitem, definita erat, per judicium *totius* comitatus, ut conſtat ex actis curiæ, quæ extant in Bibl. *Cott. Fauſtina*, A 3. 11, 31.

"Ælwardintune eſt terra monachorum aeccleſiæ Chriſti Cant. & de menſa eorum, Iſta ter-
"ra dat 4 lib & 10 ſol ad victum eorum, & 3 ſol ad altare Chriſti pro omnibus ſervitiis &
"conſuetudinibus quæ ad terram pertinent. De iſta eadem terra, quidam Vicecomes Radulfus
"Picot nomine, *Scottum* & *Denegeldum*, & de *Murthra* & cætera quæ de terris reddi ſolent, exi-
"gebat injuſte. Tandem autem poſt multos ſermones, & placita inde habita, ventum eſt in
"*Comitatum*, quod idem Radulfus apud Caſtainers tenuit. Et ibi per judicium *totius comita-*
"*tus* oſtenſum & diratiocinatum eſt à Juſticiis vel miniſtris Regis, vel ab alio aliquo nichil omnino
"de praedictis exigi vel accipi debere, nec aliquam poteſtatem ſuper eandem terram habere, præ-
"ter monachos aeccleſiæ Chriſti Cant. quia Dominica terra eorum eſt. Iſti nominatim prae-
"ſentes fuere in comitatu ubi hoc diratiocinatum fuit. Actum eſt autem hoc tempore Regis
"STEPHANI, & Archiepiſcopi THEOBALDI ſub praedicto Vicecomite apud Caſtaners, An-
"no ab incarnatione domini noſtri IHV Chriſti M°.C°.L.III°. Radulfus Picot, Aſcketinus de Ret-
"linga, Ricardus Caſtel, Thomas de Sancta Margareta, Malgierus, Willelmus de Ticheſei, Re-
"ginaldus dapifer, Willelmus filius Ansfridi, & Radulfus frater ſuus, Hunfridus de Wotringe-
"burgh, Philippus de Tanga, Rogerus Folet, Turſtanus dapifer Epiſcopi, Gerardus de Hardes,
"Rodbertus le Vethel, Petrus de Otteham, Hugo Brutin, Thomas de Ledeſinge, Heielnoth
"praepoſitus de Hollinga, Florent de Boſentune, Alanus de Retlinga, Remberd, Hugo filius,
"Thomas de Bockynga, Rodbertus le Arbleſtir, Rodbertus Pel de Lu, Æielwinus de Cliva.

In his actis nomina omnium liberorum hominum, quorum judicio cauſa determinata eſt, nulla facta de *duodecemviris iuratis* mentione, leguntur. Quinetiam quod maxime obſervandum eſt in LL. & conſtitutionibus *Gallo-Nortmannicè* † promulgatis, quas victor *Nortmannus Anglis* avita jura petentibus dedit, nullum *duodecemviralis* inſtituti veſtigium, quod me judice, in LL. *Anglicanarum*, ſi dicam, *deuteronomio*, non potuit non deſiderari, ſi in uſu non dicam quotidiano, ſed aliquo, apud *Anglos* fuiſſet. *Duodecim-virorum iudicium*, inquit *Spelmannus*, antea (i. e. ante *Normannorum* tempora) delituiſſe videtur, poſteaque haud inſigniter floruiſſe, donec ab *Henrico* II. induceretur. *Maxime Spelmanne*, antea delituit, quia nullum plane antea fuit, ut quod à *Nortmannis* novatoribus initium ſumpſit apud *Anglos*, quibus per *totius* comitatus liberos homines cauſas determinandi mos ab antiquo erat.

Præterea inter ‡ avitas conſuetudines & leges, quas in *Anglia* obſervari voluerunt *Nortmanni*, *duodecimvirale* judicium recenſendum eſſe ex eo arguitur, quòd ab antiquo obtinuit apud *Scanos*,

---

* Hiſt. *Ingulphi*, Edit. *Oxon.* p. 707. † Vid. *Ingulphi Croil. Oxon.* Edit. p. 8. & *Archaionomiam Lamberti Cantabrigiæ Editam.* M.DC.XLIV. & Notas *Seldeni* ad *Eadmerum.* p. 171. ‡ Uſus ergo atque leges quas patres ſui & ipſe in *Normannia* habere ſolebat, in *Anglia* ſervare volens, —— —— *Eadmeri hiſtoria Novorum.* pagina 6.

&

& quæ è *Scania* vel *Scandia* profectæ ſunt gentes à quibus *Nortmanni* oriundi ſunt, ejuſdem uſus. Hinc apud veteres *Danos*, *Suecos*, & *Norvegos* multa de hoc inſtituto, quod namd vel næmd, nunc nembd vocant, leguntur. Namd autem i. e. *Nominatio*, vocatur apud eos *duodecim-viralis juratorum numerus*, quod illorum ſex quidem ab actore, & totidem à reo nominarentur. Sic apud *Scotos* à **paginella**, in qua nomina *duodecim* juratorum ſcribi olim ſolebant, Jurata vocatur **The pannell**, & apud nos *impannellari*, hoc eſt *impaginellari*, jurata dicitur, quod in paginellis, ſive codicillis, juratorum nomina à vicecomite jam, vel ab eo qui ejus locum tenet, ſolenniter inſcribuntur. Næmd, inquit doctiſſimus * *Olaus Verelius*, *ubique in legibus judicium ordinarium duodecim aſſeſſoribus conſtans*; *dicitur à* nemna, *denominare, eligere, quod à litigantibus denominabantur, ſex ab actore, & totidem à reo, qui rem controverſam inſpicere, & ſententia terminare debebant cum ſuo judice, ſive* HÆRÆDZ-HOFDÓMR, i. e. *judice territorii*. Idem in notis ad Hervarar Sagæ cap. XIV. in hæc verba: HANN HJELT MEÐ SJER TOLF SPÆKJUM.

"Jam inde ab ultimis retro temporibus moris fuit, apud majores noſtros, in omnibus contro-
"verſiis dijudicandis, tam in infimo foro, quam intermedio & ſummo, præter præſidem, qui in iſto
"HÆRÐSHOFÐINGI, in illo lagman, in hoc *Rex* ipſe erat, *duodecim* ſelectos & optimæ
"fidei viros adhiberi: quorum conſeſſus Nembd hodieque dicitur, ab ſelectis ſcilicet illis judici-
"bus, qui ab utraque litigantium parte nominabantur, inde in LL. uſitata formula, Radi half
"nembd huar. Poſtea deprehenſum, magis ex uſu eſſe, non requiſita litigantium nominatione,
"*duodecim* hos judices auctoritate conſtitui publicâ, non in cauſas ſingulas, ſed omnes judi-
"candas: ita tamen, ut litigantibus integrum eſſet, contra hunc vel illum, ex hoc ordine, ex-
"cipere quem partium ſtudio teneri exiſtimabant. Ita etiam *duodenarium* hunc numerum nego-
"tiis & cauſis omnibus ſufficere arbitrabantur, ut ne in Regium quidem Senatum plures ſimul
"adhibiti ſint quam *duodecim*.

Tantundem enim in cauſis expediundis *duodecim* valere putabant, quantum duodecies duodecim. Olafs Saga, cap. 90. de *Olao* Skautkonung: Let han kalla til ſin ſpekinga ſinna. Olafur konungr hafdi jafnan med ſer XII. enu vitruſtu menn; Þeir ſatu yfer domum med honum, oc ræddu um vandamal. Enn Þat var ey vandalauſt: Þui at kongi likadi illa, ef domi var hallat fra retto; en ey hlyddi at mæla moti honom. h. e. *advocavit ſapientes ſuos, habuit autem Olaus Rex quotidie circa ſe duodecim ſapientiſſimos viros, qui in judiciis ſedebant, cum ipſo, & de rebus graviſſimis conſultabant; Quod tamen perquam difficile illis fuit: Quia nolebat Rex à juſto declinare ſententiam, & tamen non ferebat alios contra ſe ſentire.* Iſte inquam *duodenarius* numerus à primis temporibus ad noſtram memoriam duravit. Nam & *duodecim*, hodie ut olim, Nembdam in judicio conſtituunt; neque plures ſimul in ſenatum legit *Guſtavus Adolphus*.

Quod idem in *Daniæ* regno obſervatum fuiſſe videmus. Ut autem amplior jam hic numerus ſit, negotiorum multitudo & gravitas exigere viſa eſt. Eodem tendunt, quæ Johannes Loccenius I. C. apud *Suecos* longè celeberrimus, ſcripſit in Lexico ſuo Juris *Sueo-Gothici* ad vocem Namd, de quo in LL. *Dalecar.* per *Johan. Hudorphium*, *Stockholmiæ*, in folio editis, 1676. p. 33. capite ſcilicet de judicio, N. 8. *Judex* Nempdam nominabit pleno utriuſque partis litigantis cum conſenſu. Sic in antiquiſſimis LL. urbanicis vetuſtæ *Sueonum* Metropoleos *Biorco*, ab eodem doctiſſimo *Hudorphio*, *Stockholmiæ* editis, cap. XI. N. I. "Qui animo irato in vicini
"domum pertranſierit, & ipſum plagis percuſſerit, ſi ſex adfuerint teſtes, mulctetur tanquam pro
"integro [a] Kungs-Edſore XL. ſcilicet marcas, Regi ſoli, & XL. etiam in [b] tres partes dividen-
"das. Si nulli adfuerint teſtes, Nempdæ, ſive XII virorum judicio res committatur. Sic in LL.
"W-Gothicarum libro, quam è *Gothico* in *Latinum* convertit Idem ille *Loccenius*, notis illuſtravit
"*Carolus Lundius*, ediditque vir in Septentrionali literatura longe maximus *Ol. Rudbeckius*, ti-
"tuloque *de Judicio territoriali*, multa de *nemdâ* & *nemdariis* leguntur: ut cap. II. ut nullus qui
"ſervit, *Nemdarius* eſſe debet, ni cum colonorum & præfecti territorii conſenſu; hoc eſt, Nul-
"lus miniſter, nimirum alii fidem & obſequium debens, *Nemdarius* eſſe debet, niſi cum præſidis
"territorii & litigatorum etiam conſenſu. cap. III. Si ad judicia non veniat *Nemdarius*, octo tri-
"entibus mulctabitur. Si vicini domi deſideant, nec habeant *Nemdarios*, nec proferant excuſa-
"tiones ob neceſſaria impedimenta, omnes vicini mulctabuntur tribus marcis; ſi juſtas excuſatio-
"nes proferant, impune habebunt: hoc eſt, ſi tota vicinia domi deſideat, ita ut deſint ex qui-
"bus quis in *Nemdam* eligi poſſit, nec juſtas abſentiæ cauſas proferat, &c. cap. VI. Si territorii
"præfectus id apponat *Nemdæ*, quod ei non debet apponi, ſex marcis tripartiendis inter actorem,
"Judicem provincialem, & Regem. cap. VII. Si territorii *Nemda* ſe ultro offerat ad abſolvendam
"aliquam cauſam, quum juſtam eſſe putat, præfectus territorii ab ea non divertet [c] illam. Si

---

* In indice linguæ veteris Scytho-Scandicæ, ſive Gothicæ. *a* Edſore vel Edzore, ab Eed, *juramentum*, & ſoria, nunc ſwaria *jurare*: Eſt autem Edſore de pace publica vel privata, ſacra vel profana tuenda jusjurandum; & Kungs-Edſore vel Konungs-Edſore, *jusjurandum*, quo *populus Regi jurat ſuam fidem & obedientiam*, & quod omne jus regium pro viribus firmare velit. Qui ergo pacem & fidem juratam violat, & per ipſam ſtat, quo minus ſecuritas publica vel domeſtica ſervetur, ille Edſore vel *juramentum regium* violare dicitur. *b* Tres hæ partes dividendæ erant inter Regem, Judicem, & actorem cui injuria fuit illata. *c Supple*: ſed ſecundum eam judicabit.

"*Nemda* * revocetur, vel ab illa appelletur quilibet *Nemdarius*, mulctabitur tribus marcis, & "inde Epiſcopus capiet tres marcas. Si *nemdarius* velit abſolvere id, quod ante condemnavit; "vel condemnare, quod antea abſolvit, purgabit ſe cum duodecem virorum juramento, & duo- "rum virorum teſtimonio, qui in [a] juramento perſiſtunt, ac jurant in judicio. cap. VIII. Si ter- "ritorii *Nemda* injuſtè procedat, vel cum alia territorii *Nemda* faciat, judex provincialis nomi- "nabit *duodecim* ſapientes viros ex provincia in judicio provinciali ad videndum, quid veri ſub- "ſit; & [b] quem facto juramento damnant, ejus damnatio retractabitur. Ubi una *Nemda* "aliquem damnat, ibi altera abſolvere poteſt, & ibi *Nemdæ* ſententia locum habebit, ubi ter- "ra ſita eſt, vel facinus commiſſum eſt. Si *Nemda* iniquam ſententiam ferat, [c] tribus marcis "mulctabitur tripartiendis, inter actorem, Regem, & territorium. Si colonus prætendat ſe non "eſſe legitime damnatum, *Nemda* vero dicat ſe juſtè eum damnaſſe, ejus aſſertione ſtabitur, qui "plus teſtimonii accipit à vicinis cum duodecim virorum juramento. Cap. IX, & X, recitant ca- "ſus, in quibus *nemdæ examini*, vel *inſpectorum de Nemda cognitioni* ſtandum erat.

Auctorem autem hujus inſtitutionis apud *Norvegos* & *Danos* fuiſſe R. *Regnerum*, Lodbrog dictum, putat O. *Wormius*; De eo enim *Saxo Grammaticus*, Hiſtoriæ *Danicæ* lib. IX. ſcribit in his verbis. *Præterea, ut omnis controverſiarum lis ſemotis actionum inſtrumentis, nec accuſantis impetitione, nec rei defenſione admiſſa*, Duodecim patrum approbatorum *judicio mandaretur, inſtituit. Cujus legis beneficio temeraria litium contractione ſummotâ, improborum calumniæ ſufficienter obviatum exiſtimans, arma in Britanniam erexit.* Vixit ille *Regnerus* circa annum Chriſti DCCCXX. Verum ex his *Saxonis* verbis non adeo conſtat, an duodecim iſti patres adprobati, quibus cauſarum cognitio, Jubente Regnero commiſſa eſt, judices fuerunt tribunalis collegæ, an *nemdarii*: verum maxime eſt probabile eos fuiſſe Patres familiarum, quos veteres *Dani* & *Scani* BONDOS vocabant, è quibus vel à judice, vel à litigantibus, in omni provincia & territorio, duodecim nominati omnes controverſias cognoſcebant, & de iis quoad factum judicabant. At cujus fuerunt cunque conditionis *Regneri duodecim patres*, quorum judicio & ſententiæ litigantibus ſtandum erat, lex iſta, quâ inſtituti erant, ut obſervat [d] *Olaus Wormius*, non adeo obtinuit, quin per duellum cauſas terminandi morem ab ea lata diu conſtet viguiſſe. Tandem vero [e] *Waldemarus* I Rex *Danorum*, per *ordalium* modum finiendi cauſas apud *Danos* & *Scanos* abrogandum cenſens duodecimvirale per *Namdam* judicium inſtituit, Anno Chriſti MCLXIII. Cujus de hac re decretum, SHOWERE, cum *Petrus Reſenius*, apud *Danos* Juris conſultus doctiſſimus, ſecum à Cl. *Wilhelmo Wormio* communicatum, in notis ſuis ad *Canuti* II. jus Aulicum edere operæ pretium exiſtimaverit; viſum eſt etiam mihi, ut bene non de te ſolo, ſed de omnibus juris *Anglicani* ſtudioſis & profeſſoribus mererer, hic † *Latine* denuo deſcriptum exhibere.

"Waldemarus Dei gratia, Danorum Sclavorumque Rex, Schaniam inhabitantibus Salutem & "gratiam. Quia Dominus Apoſtolicus examinationem candentis ferri inhibuit converſis, qui "Chriſtiano cenſentur nomine, nos nec volumus, nec potuimus excipere nos ab hac generalitate, "unde cum meliorum conſilio diu multumque deliberavimus, quam legem univerſitati magis to- "lerabilem, quàm candentis ferri ſententia, traderemus. Tandem poſt multam deliberationem "decrevimus ſtatuentes, quod ſi quis de furto trahitur in cauſam, ſe defendat per nominatos de "provincia in hunc modum. Primo reus trahatur in cauſa in provinciali placito. In ſecundo "actor nominet viros XV. de provincia, quorum tres reus tantum debet excipere, & cum XII. "reſiduis poſt quindecim dies à ſecundo placito ſe purgato ſub hac forma; quod præfati XII. ju- "ramento ſuo afferant quod de cauſa rei nihil cognoverint, verius quam quomodo jurant. Iſti "XII. debent reum vel convincere jurando vel purgare, & hoc de dimidia materia & amplius. "Si vero actor reum de majori, quam jurando accipiat, incuſaverit, ipſi XII. jurabunt quod non "ſit furatus tantum, & ita actor propter ſuam cupiditatem carebit rebus ſuis furtim ablatis. Sed "de furto convictus furtum legitimè reſtituet, & duplo tantum, & jus noſtrum (**Kongens Ret.**) "Si autem XII. contra ſeſe juraverint, & ſex alii aliud, alii ſex nominandi ſunt, & ſic ratum "habebitur quod juraverint plures; ſed ſi illi ſex contra ſeſe juraverint, tres nominandi ſunt, "& quod poſtea plures jurabunt ratum eſt habendum. Præterea quicunque tribus vicibus ſuper "furto juramento legitimè convincitur, poterit ſuſpendio adjudicari. Omni tempore anni con- "tra fures agendum eſt, præterquam Dominica palmarum uſque ad octavam Paſchæ, & præter "hebdomadam Pentecoſtes, & præterquam à nativitate Domini uſque ad Epiphaniam. De vul- "nere quidem in provinciali placito ſicut & de furto agendum eſt, excepto quod in primo duo- "rum teſtimonium adhibendum eſt, & juraturi de parochia ſunt nominandi. De homicidio ante "iſtud ſtatuimus, ut reus in generali placito trahatur in cauſam, & ſecundo placito actor nomi-

---

* *i. e.* Si cauſa retractatâ ſententiâ iſtâ infirmetur. *a Lege.* qui quidem jusjurandum ſolenni formula dabunt in judicio. *b* Nempe ut illa quam præſtito juramento damnant, ſententia retractetur. *c Id eſt*, quilibet *Nemdarius* tribus beſſibus mulctabitur tripartitò diſtribuendis. *d Mon. Dan.* lib. I. p. 72. *e* Vide O. *Worm. Mon. Dan.* p. 85. collat. cum pag. 7. additament. ad *mon. Dan.* & *Petri Reſenii* notas in *Canuti* II. Jus aulicum, quod eſt ad finem libri, qui Hirdskra inſcriptus, editus eſt *Hafniæ*, MDCLXXIII. † *Danice* extat hoc *decretum*, ut ex LL. antiquis *Scanicis* deſcribitur, in ejuſdem *Reſenii* notis. pagina 724.

"net

"net XV. de provincia rei, de quibus illi concedimus tres excipere, & XII. reſidui poſt XV. dies "à ſecundo placito jurabunt, vel quod ille pace privari meruit, quod occiderit innocentem, vel "quod ſatisfacere debeat, eò quod ob vindictam debitam occidit illum, vel juramento ſuo eum "penitus excuſabunt. Si autem primo incuſatus fuerit excuſatus, & actor alium incuſaverit, "ille juramento XII. cognatorum ſuorum ſe purgabit; ſimiliter & tertius ſi incuſatus fuerit ſe "purgabit; ſed plures quam tres ſuper uno eodemque non debet incuſari, ſed tribus purgato- "rum in actorem homicidii proferri debet ſententia excommunicationis. De Berverckí quod "fit in raptu fœminarum iſtud decrevimus, quod reus juramento XII cognatorum ſe purget. Si "vero ſuper cauſis terminatorum in placito contradictio, & contentio orta fuerit, exactor no- "ſter nominabit XII qui erant in eodem placito, qui illud dubium terminent juramento ſuo. "Sed ſi cauſa exactoris fuit, ſuper qua oritur contradictio, aliquis de *melioribus bondonibus nomi-* "*nabit* XII. de placito ad terminandam illam contradictionem.

Ab his non aliena ſunt, quæ idem *Reſenius* ex vetuſtis LL. *Scandicis* profert in Notis ſuis ad *Canuti* II. jus aulicum, p. 636. "Accuſatus de furto, ſi compareat primo die juridico, vel "ſecundo, & pro ſe offerat per jurisjurandi religionem defenſionem *virorum duodecim*, quos actor "voluerit de tota provincia nominare; oportebit actorem juri acquieſcere nominationis, & cum "*duodecim-viri* fuerint nominati, licebit reo tantum tres viros inimicitiæ cauſa ſibi ſuſpectos re- "cuſare de nominatis *duodecim*, in quorum locum actor tres alios ſtatim nominabit. Quo fa- "cto vel eodem die ſi omnes præſentes fuerint, & in hoc omnes conſenſerint, vel proximo die "juridico nominati *duodecim*, ab injuncto negotio ſe abſolvent. Et ſi omnes liberum juraverint, "accuſatus conſequenter innocens comparebit. Sin autem vel unus jurare noluerit, reus habe- "bitur pro convicto, niſi candentis ferri judicio ſe committat, in quo caſu tamen non debet acto- "ris exigi juramentum, ſicut exigeretur, ſi ſtatim ab exordio ferri judicio conſenſiſſet. Quan- "do vero ad conſequentem diem juridicum nominatorum defenſio prorogatur; ſi ſtatuto die tan- "tum tres viros [a] *nominatorum* numero deeſſe contingat, uniuſcujuſque trium vel duorum teſti- "monio de numero *nominatorum* reus abſentiam excuſabit, & tunc actor alios in locum abſentium "nominabit. Licet autem reus prius conſenſerit, ſi tribus diebus vel duobus ante præfixum "diem [b] *nominationi* renunciet, audietur; ut actoris præcedente juramento, per igniti ferri judi- "cium ſe defendat, quod *Trygſiern*, in lingua patria nominatur. Hæc eſt forma juramenti, quod "candentis ferri judicium antecedit, ut affirmet actor ſub jurisjurandi religione, quod non odii "cauſa, non lucri gratia reo impoſuerit furti crimen, ſed quia ſcit eum veraciter rem ad minus "valentem dimidiam marcam nummorum, ſibi furti vitium ſubtraxiſſe.

Hæc de *Namda*, ſive *duodecim-virali* examine, & judicio, quod ante multa ſecula inſtitutum erat apud veteres *Scandiæ*, & quæ ſunt ex *Scandia* ortæ, gentes. Verum, SHOWERE, non deſunt docti viri, qui altioris eſſe originis exiſtimant *duodecim-virale* juratorum inſtitutum, id ab Odino ipſo Aſarum duce, & regnorum *Septentrionalium* fundatore accerſentes. Inter hos numerandus venit vir doctiſſimus *Carolus Lundius Suecus*, in libro ſuo, cui ZAMOΛΞIΣ titulus, ex cujus cap. III. nonnulla, quæ de *duodecim-virali* judicio excerptu digna cenſui, hic non potui, quin adjicerem.

"Verum enim vero ne qualiſcunque inductionis de numero iſtos XII adſeſſorum, uberioris cum "detrimento materiæ, quæ ſub manibus eſt obliti videamur, ad *Odini* quoque tempora, & ſiqua "Tibi, LECTOR, remotiora velis monſtrari, oculum, animumque vertamus. Hic certe *Odi-* "*nus* omen ipſe fecit in *Sueoniam* adveniens civitati novæ, quam ſuo de nomine [c] SIGI, *Sigtu-* "*nam* appellavit, præfectis eidem XII, qui more utique priſco, Trojæque inveterato, res ex æquo "& bono dijudicarent. Id enim verba volunt præfationis [d] *Eddæ*. Skipaþe þar hauſþingiar "i þa liking ſem i troia voru ſetir XII hauſþingiar at domina Landzlag. ——— Nota igitur in "more fuiſſe genti veteri *Sueonum*, *Gothorum* & *Trojanis* ſtirpis utpote *Gothicæ*, poſtmodum una cum "ſacris legibus ſcriptis recepto, ut iſthæc judicii forma religioſiſſimè ſervaretur. Quem etiam "confirmant hiſtoria legeſque longè vetuſtiſſimæ. Fragm. vet. Viu war þat ſwa at oþin aff thim "tolf war domarin: &c. [e] *Jamque in hoc collegio erat Odinus ipſeque judex.* De *duodecim* etiam "aſſeſſoribus Harvarar Saga. Han hielt þa med ſier tolff ſpekinga, þa er ſiþa skyldu yfer ollum "vandmalum. Duodecim tum etiam (Rex *Heidricus*) circa ſe habuit viros ſapientiſſimos, [f] qui "in cauſas graviſſimas inquirerent. In verſione notiſque *cl. Verelii* minus propriè iidem appel- "lantur judices. Olafs Saga. Olafr Kuuungr hafdi lafnan med ſier XII enu vitruſtu men,

---

a Id eſt, *Nemdariorum*. *b* Id eſt, *Nemd* vel *Namd*. *c* Id eſt, *victoria*. *d* In *Edda Iſlandorum* à *Reſenio* edita ſic ſe habet locus: Odenn skipade thar hoffdingium i Þa liking ſem vered haffde i troia, ſetle tolff hofudmenn i ſtadnum ad dæma landſlog. Og Þa skipade hann Rietum ollum ſemfyrr hoffdu vered i troia, og tyrkiar voru vaner. *Ibi Odinus principes quemadmodum in Troja conſtituit, duodecim præfectos ſtatuens in urbe* (Sigtunenſi,) *qui jus dicerent. Dein omnes leges Trojæ ratas eße juſſit, & conſuetudines Teucrorum.* Hiſce conſonant, quæ in Heimskringla leguntur partis primæ cap. II. *e Lege potius*, jam autem ita conſtitutum erat ut *Odinus* decemviratus judex (arbiter) eſſet. *f* Qui de cauſis arduis & difficilibus judicarent. *vel*, Qui cauſis arduis diſceptandis præſiderent.

"Þeir ſatu yfer domum med honum, oc radu um vandamal; *Olaus Rex* XII *ſemper adſeſſores ha-*
"*buit ſecum prudentiſſimos*, [a] *qui in judiciis de rebus difficillimis conſultarent.* Ex ultima vetuſta-
"tis memoria, legum repetita fragmenta: Kunungr a nembd med ſier ſatia tolffman: [b] *Rex ad-*
"*ſeſſores habeat viros* XII. Konungar skal nembd firi ſik ſatia, oc logmadur a Þingi; *duodecim*
"*Regi, & totidem judici etiam provinciæ adſidento.* Qui numerus ſimiliter in judicio cujuſlibet
"regionis, nec non territorii minoris (vulgo herad, ſeu hundari, quum hodieque centum pagis
"habitetur) jam inde ab antiquo conſtanter obſervatus, ut ex capitibus liquet bene multis ju-
"ris *O. Gothorum.* vide conſimilia loca cæterorum codicum, atque ipſius etiam magni *Erici* Re-
"gis, ut ita legum cernatur omnium univerſi juris noſtri patrii conſenſus. Sed *aſſeſſores* tan-
"tum non judices vocati. —— Nobis Namd & Namdamann, à namna, quod eſt *nominare*, ad-
"ſeſſores, inquam, vocati, quorum officii erat ut ſupra innuebam inquirere, non judicare, [c] ſen-
"tentiis primis damnare, aut abſolvere, non illis, quæ iterum legibus ferri debebant. [d] falla el-
"ler friia, oc ei domma. Judicibus namque vere ſic dictis, & judicio præfectis facultas compe-
"tebat cognitam plane cauſam, & diſcuſſam, prævio ſacramento, dijudicandi. —— Aliud igitur
"quæſtione probè examinata [e] ſimpliciter damnare, aut abſolvere: legibus item ferre ſententiam,
"ſive jus ſcienter applicare longe aliud. —— hven Þeſſe tolff eller ſiu af Þem falla, vari faltur,
"*quem duodecim iſti, aut ſeptem ex illis condemnant, damnas eſto.* Quid ergo ſi pares ſunt ſen-
"tentiæ damnantium & liberantium. —— Ad mentem omnino juris patrii antiquiſſimi: Nu
"an ſier Willia veria oc ſier falla, Þa aſu Þeir witzord ſum waria Willia, *ſex abſolventibus, item-*
"*que ſex condemnantibus, ſententia vincit liberantium.* Quod deinde inſertum LL. O. *Gothicis*
"etiamnunc in omnibus judiciis per univerſum *Sueoniæ* regnum obſervatur. —— de jurejuran-
"do in ejuſmodi ſententiis ferendis parum abeſt, quin infinitis locis LL. Noſtrarum, tam anti-
"quorum quam recentiorum tractetur, ubi ſequentes formulæ: MES EES THERA:
"MES EES: EES TOLFMANNA: EES SIV MANNA; & aliæ ſimiles
"occurrunt. In profanæ quoque religionis ſuperſtitione pertinaciſſime hærentibus ſeculis factum
"eſſe in patria noſtra jusjurandum per *Neptunum*, ſive *Attinem*; *Jovem*, ſive *Thorum*; & *Ce-*
"*rerem*, ſive *Frejam*, legum docent fragmenta, & hiſtoriæ. Formula antiquiſſima hunc in mo-
"dum, aut ſimilem concepta: Hialpi mier ſua Freia, Thor, oc [f] hin almathi As, *ita me Freia,*
"*Thorus, & Attin maximus adjuvent.*

Eorum, quæ dicta ſunt, ſumma, SHOWERE, hæc eſt. I. ſcilicet *Gothis* in *Scandia* vel *Scania* imperium nactis, ſemper eam politiæ rationem fuiſſe, Judici, vel fori præpoſito, ſive is Rex eſſet, ſive Judex provincialis, qui Regis vicem gerebat, ſive denique territorii judex, qui à Judice provinciali conſtitutus erat, ſemper adfuiſſe *duodecim viros* adſeſſores juratos, quibus facultas erat de ſumma omnis controverſiæ, quoad factum, judicare; & ſpeciatim in cauſis criminalibus accuſatum damnare; vel liberare ſontem; vel non ſontem in foro declarare. II. Quod in ea politiæ forma, quam ex *Aſia* ſecum in *Arctoas* terras *Gothi* invexerunt, Rex in antiquiſſimis temporibus, vel Judex, qui Curiæ præfectus erat, *duodecim-viros* iſtos adſeſſores eligere, vel nominare ſolebat. III. Quod progreſſu temporis, & rogante, ut videtur, populo, litigantibus indulta erat *duodecim virorum* adſeſſorum nominatio. IV. Quod mos iſte avitus *Gothorum* cognoſcendi & finiendi forenſes lites tam civiles quam criminales, prævalentibus ordalio, duello, & compurgatione, in deſuetudinem abire cœpit. V. Quod morem iſtum tandem quaſi obſoletum & tantum non extinctum Rex *Regnerus*, cognomento Lodbrog, abrogato duello primus de novo inſtituit, ac redintegravit circa annum DCCCXX. De novo autem ita inſtitutus vim ſuam, ac robur non niſi in [g] levioribus litibus, & minoris momenti cauſis diu conſervavit. VI. Quod eundem morem avitum, qui apud magnates de majorum gentium cauſis decertantes in deſuetudinem iterum abierat, ad ordalium abrogandum renovavit, reſtituit, & ab orco quaſi revocavit *Scandiæ* & *Daniæ* Rex *Waldemarus* primus, An. Ch. MCLXIII. centum fere poſt annos, quam *Angliam* ſubegerat *Gulielmus Nortmannus*; & circa idem tempus, quo Nepos ejus *Henricus* II. ad evitanda duelli incommoda conſilio procerum, populo Angliæ id indulſit privilegii, quo in omni controverſia, quam ſingulari certamine terminare liceret, penes reum eſſet [h] eligere, utrum duello ſe defendere velit adverſus actorem, an per ſententiam *duodecim* juratorum, quos [i] *magnam aſſiſam* domini Regis noſtri vocant, litem cognoſci & finiri mallet.

Maxima ergo ratione, SHOWERE, duodecemvirale juratorum inſtitutum à *Nortmannis* accerſen-

---

a Qui cum illo in judiciis una conſidebant, & in cauſis arduis conſilium dederunt. *b* Rex habeat *Nemdarios* XII, qui ſecum conſideant. *c* Ut *Angli* dicunt, **to pronounce Guilty or not Guilty**; in cauſis criminalibus. *d* Duodecim viri (Namd) damnant, vel abſolvunt, ſed non judicant, vel ut nos dicimus, penes eos eſt facti probatio, vel improbatio, vel in cauſa omni quoad factum decernunt, & ex eorum judicio, quod *veredictum* dicimus, Judex, vel Judices ſententiam ſuam proferunt, & de jure pronuntiant. *e* Id eſt, ſontem vel non ſontem denuntiare in cauſis criminalibus. *f* Per hin almhthi As, Ego *Odinum* intelligendum eſſe exiſtimo. *g Ol. Wormii* mon. *Dan.* lib. I. p. 72. *h Glanvilla*, de LL. & conſuet. *Angliæ.* lib. 2. *i* Juratores vel jurata domini Regis Aſſiſa dicuntur, quod eorum numerus decreto regis tunc primum *aſſiſus*, i. e. *definitus* fuit.

dum

dum videtur, qui, ut par eſt credere, è *Scandia* ſub *Rollone*, viro apud *Norvegos* potentiſſimo, in *Neuſtriam* profecti, ut primam illius quietam poſſeſſionem obtinuerint, antiquam illam, quam à majoribus accepiſſent traditam forenſis politiæ rationem inſtituerunt; & dein in *Angliam* induxerunt; ubi, ut in ſuperioribus oſtendimus, quum antè tum poſt Nortmannorum appulſum, non per *duodenos* nominatos viros; ſed per omnes comitatus liberos homines cauſæ univerſæ examinari, cognoſci, & terminari ſolebant.

Huc etiam accedit, quod *Nortmanni* è *Scandia* diſceſſerunt [a] quinquaginta circiter annos poſt renovatum *duodecim-virale* cauſarum judicium; ſcilicet poſt legem latam à *Regnero*, cognomento Lodbrog, qua cautum erat, ut ad tollendum duellum, *duodecim* patrum judicio lites omnes more majorum terminandæ mandarentur. Itidem in libro cui titulus *le grant cuſtumier du pais & duche de Normandie*, ſæpe [b] legitur de *duodecim-virali* juratorum inſtituto. Itidem quoque ut ſupra obſervatum eſt, *Gulielmus* I. quarto ab *Anglia* acquiſitâ anno dicitur elegiſſe ex ſingulis comitatibus *duodecim Anglos*, qui jurati leges & conſuetudines ſuas ei declararent. Itidem ejus frater *Odo* Epiſcopus Baiocenſis, cum coram eo cauſa ageretur inter *Gundulphum* Hrofenſem Epiſcopum, & *Pichot* vicecomitem in curia Com. *Cant.* præcepit liberis hominibus, ut ex ſeipſis *duodecim* eligerent, qui quod omnes dixerant jurejurando confirmarent. Itidem denique *Henricus* II. ut modo dictum eſt, vitæ famæque ſuorum conſulere volens, quaſi in remedium duelli, optionem eligendi Reo dedit, an ſingulari certamine experiri vellet, an litem finitam mallet per judicium *duodecim-virorum juratorum*; qui *jurata* ſimpliciter, *jurata viceneti*, & *jurata patriæ*, imo & *vicenetum*, & *patria*, non raro in *codd.* LL. noſtrarum, haud ſecus ac in corpore juris *Normannici* vocantur.

Hæc, SHOWERE, de origine & primordiis *duodecimviralis judicii* apud *Anglos*, quod à *Nortmannis* è *Scandia* potius quam à *Saxonibus* è *Germania* profectis accerſendum puto; apud quos more majorum per omnes liberos homines ſive comitatus, ſive trithingæ, ſive denique centuriæ, cauſas cognoſcere & terminare mos erat. [c] Sic in veterum *Germanorum*, è quibus oriundi ſunt, comitiis ſive conſiliis, quibus Rex, vel princeps præſidebat, & in quibus licebat acculare, & capitis diſcrimen intendere, omnia liberis omnium ſuffragiis agebantur. In iiſdem conſiliis eligi ſolebant principes, qui jura per pagos vicoſque redderent; ſed non niſi [d] cum ingenti comitum numero, ſine quorum conſilio & auctoritate, cauſas cognoſcere & determinare iis non liceret. Sic in lege Lombardorum, lib. III. Tit. VIII. qua ab imperatore *Conrado* cautum eſt, ut nullus miles, (apud nos *liber homo*) ſuum beneficium perdat, niſi *parium judicio*; duodeni juratorum numeri nulla mentio facta eſt. Itidem in ejuſdem legis lib. II. tit. LI. de teſtibus, per quos juratos proprie ſic dictos, qui cauſarum cognitores eſſent, intelligendos contendit noſter *Bradeius*, altum eſt de *duodecimviris* ſilentium; pariter ac in conſuetudinibus *feudalibus*, quarum præcipua erat *judicium parium*, cum ſcilicet *convaſſalli*, qui etiam pares *curiæ* vel *curtis* dicebantur, de cauſis cognoſcebant; quorumque Judicium, *laudamentum parium* appellatur.

[f] Sic etiam in placito iſto, quod quidem nomine *Hrothelmus* movit in publico mallo, de Manſo quodam à ſe ablato, coram *Humfredo Rhetiæ* comite, convocavit comes omnes teſtes, qui de pago erant, in quo manſum ſitum eſt; & interrogavit eos per ipſam fidem & ſacramentum quod domino noſtro dederant, ut veritatem dicerent. Hi autem numero *quindecim* erant, & ſi jurata propriè ſic dicta erant, quod ſentit *Bradeius*, ſcilicet, qui de lite quoad factum judicarent, tum ut liberi homines ejuſdem pagi, conditione, munere, & dignitate pares, omnes pariter de cauſa cognoſcebant. Ego vero, SHOWERE, teſtes ſolum fuiſſe *quindecim* eos, adducor, ut credam; propterea quod nobiles in magno numero cum comite & ſcabinis adfuiſſe dicuntur, quos plane quaſi liberos comitatus homines, ſive *Barones* curiæ pares, comes cum teſtibus miſit ad viſendas terras, & earum terminos; de quibus controverſia, & prodita actio à *Hrothelmo* erat.

---

a Flor. *Wigorn.* ſcribit *Rollonem* in *Neuſtriam* penetrâſſe anno. 876. hoc eſt poſt legem à *Regnero* de *duodecim-virali* judicio latam circa annum 820. circiter quinquaginta & ſex annos. Alii vero ſcribunt *Rollonem* cum ſuis in *Neuſtriam* veniſſe, non ante annum 895, hoc eſt circiter ſeptuaginta quinque annos poſt legem iſtam à *Regnero* latam. *b* Cap. LXXXXIII. de inquiſitione. cap. CXV. de brevi de ſtabilia, & recognitione. quibus conferenda ſunt. cap. IX, de judicio. & LXIX de juratoribus. *c* Ut turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per Sacerdotes, quibus tum & coercendi jus eſt, imperatur. Mox Rex vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur; ſin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum aſſenſûs genus eſt armis laudare. Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere. ——— Eliguntur in iiſdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicoſque reddunt. *Tacitus.* *d* Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt. *Tacitus. Hoc eſt* (inquit *Lipſius* in notis) *quod in lege Alamannorum priſca lego: Conventus autem ſecundum conſuetudinem aliquam fiat in omni centena coram comite, aut ſuo miſſo, & coram centenario ipſum placitum fiat.* *e* In libro qui inſcribitur: **A compleat Hiſtory of England.** p. 78. *f* Antiquitates *Alaman.* Tom II. fol. III. & in Appendice qui eſt ad *Roberti Bradeii* librum, cui titulus, **A compleat Hiſtory of England.**

Terminata autem cauſa hæc eſt, (ut verbis actorum Curiæ utar,) ad campos [a]mallo publico, Anno VII imperii *Caroli Auguſti*, & XXXVII regni ejus in *Francia*, & XXXIV in *Italia*. Dat. VII. id. Feb. ſub *Humfredo* comite feliciter. Et ut haud olim apud *Germanos* duodecemvirali judicio cauſæ in mallis cognitæ & finitæ erant; ita neque jam nunc, quod à *Germanis* accepi, id apud eos in uſu eſt. Unde neque cuiquam mirum eſſe debet, *Saxones* è *Germania* in *Angliam* profectos *duodecimvirales* controverſiarum forenſium Judiciarios, ut aliqui contendunt, non habuiſſe. *Duodecemvirales*, inquam, *Judiciarios*. [b]Ita enim eos appellat *vetus conſuet. Normanniæ*, eoſque iſto nomine à *Juſtitiario*, ſive curiæ præpoſito, diſtinguit. cap. IX. Verum, SHOWERE, ne quis nimis ſuſpicax malevoluſve hæc in remp. *Anglicanam*, & in *duodecemvirale* juratorum inſtitutum, politiæ forenſis ſimul, ac libertatis *Anglorum* ingens robur, & ſecundum parliamenta firmamentum maximum exiſtimet, me ſcripſiſſe, notatum mecum à te velim *duodecimvirales* cauſarum, apud nos, Judiciarios quinque modis conſiderandos eſſe. Scilicet quatenus ſunt pares; quatenus ſunt pares à vicineto conſcripti; quatenus ſunt judices litis quoad factum; quatenus jurati judices; denique reſpectu numeri perſonarum, quatenus *duodeni* ſunt. Quo ſolo quidem reſpectu duodecimvirale judicium petendum à *Nortmannis* contendo; qui cognitionem cauſarum ab omnibus partibus, vel liberis hominibus qui jus ſuffragii in Curiis habuerunt, ad *duodenos* paulatim contraxerunt. Præterea, ut ingenuè dicam, SHOWERE, perſuaſum mihi eſt, liberos homines curiarum olim apud *Anglos* ſectatores non juratos ad cognoſcendas cauſas eaſque terminandas proceſſiſſe. Ratio quâ, ut hoc credam, inductus ſum, ex eo petitur; quod in actis curiarum, quæ ſupra deſcripſimus, non ſolum nihil reperitur, ex quo eos prævio aliquo ſacramento adactos ad cognoſcendas cauſas proceſſiſſe conſtat; ſed quod in placito, quod erat inter *Gundulphum Hroſenſem Epiſcopum* & *Pichot* vicecomitem, liberi homines, non jurati, de terris, de quibus controverſia mota erat, ſententiam ferebant, eas Regis eſſe affirmantes: unde quidem *Epiſcopus Baiocenſis*, Curiæ præfectus, præcepit iis, ut ex ſeipſis *duodecim* eligerent, qui quod omnes dixerant, jurejurando affirmarent. Verum tametſi non in ea opinione ſum, liberos homines ante inſtitutum *duodecimvirale judicium*, quoties ad cauſas cognoſcendas convenerint, toties juramento adſtrictos fuiſſe; ſingulatim tamen unumquemque eorum, cùm primum in curiam admitteretur, data fide vel jurejurando, ſe cauſas omnes vere & fideliter examinaturum, cogniturum, & ſententiam dein laturum, obſtrinxiſſe, ſi quis affirmare placeat, tametſi de hoc quoque altum in antiquis ſilentium, equidem non adverſabor. Vero tamen, me judice, magis ſimile eſt, *Thanos* in *trithingis* & *comitatûs* comitiis, *Friburgos* in *Centuriæ* curiis, & *cives* in *Burgemotis*; haud ſecus ac majorum gentium *Barones*, ſive *optimates*, qui *pares regni* dicuntur, jam nunc apud nos in cauſis capitis, abſque præmiſſo juramento; de cauſis omnibus cognoviſſe.

Jam tandem de *duodecimvirale* cauſarum judicio, quæ animo mihi diu inſiderunt, omnes, SHOWERE, Tibi explicavi cogitationes meas. Quas veſtræ profeſſionis homines ſecum communicatas objectis rationibus oppugnare ſolent; quibus, quia forſan Tibi quoque in mentem venerint, ut facerem ſatis, muneris mei eſſe exiſtimo. Primo igitur objiciunt quæ temporibus *Edwardi primi* ſcripta ſunt ab *Andræa Horne*, in libro cui titulus *MIRROIR des juſtices*, cap. v. ſect. I. de *Aelfredo* Rege, de quo ſic ſcribit: *Patibulo ſuſpendit Cadwinum, qui Hacwyum morte multavit, ſine ſuffragiis omnium juratorum. Hic enim cum ſe duodecimvirorum judicio ſubmiſiſſet, quorum tres eum abſolvere contra novem alios voluerunt, Cadwinus tres alios eorum loco ſubſtituit, quibus ſe non ſubmiſit. Patibulo ſuſpendit Markeſium, qui Duringum condemnavit ſuffragiis duodecimvirorum non juratorum. Suſpendio multavit Thurſtonum, qui Thurguerum damnavit veredicto juratorum, ex officio conſcriptorum, cum iis ipſe non ſubmiſiſſet. Suſpendit Frebernum, qui Harpinum capitis damnavit, cum duodecimviri de ſententia ferenda ambigerent. In dubiis enim liberare potius, quam damnare oportet.*

Ex his *Horni* veſtri, ſi quam vim haberent, plane conſtat Regnante *Ælfredo* magno, criminoſos apud *Anglo-Saxones* ſententia *duodecim-virorum* liberatos aut damnatos fuiſſe. Cui cum contrarium robuſtiſſimis argumentis probavimus, quæ ex vetuſtiſſimis optimæ fidei ac maximi ponderis monumentis petuntur, imprimis Tibi ad examen revocanda ſunt, tam quæ ſcripſimus, quam quæ contra ex *Horno* proferuntur. Quod ſive Tu, ſive quis alius, quaſi libripendens, æquâ manu fecerit, non dubito quin auctoritas veterum ſcriptorum, quos ſententiæ noſtræ teſtes appellavimus, præponderabit uni *Horno*, quem contra nos teſtem ſingularem producunt. Certe non numero ſolum, ſed antiquitate, ſed pondere, ſed auctoritate ſcriptorum ſuperior ſum, quæ in controverſiis teſtimonio determinandis ſemper præferenda ſunt. Verum ne teſtimoniis

---

a Ab *Alamanico* Mahal, Mahl, *curia*. Quod à *Gothico* ᛗᚨᚦᛚᛋ, *Forum*. *Marc*. VII. 4. *Forum* autem *Gothis* ᛗᚨᚦᛚᛋ, à ᛗᚨᚦᛚᚨᚷᛁᚨᚾ, *loqui*, *ſermonem habere*. Quam ob cauſam quoque forum ab *Anglo-Saxonibus* dicebatur Spræce, à Sprecan, *loqui*. Itidem apud *Iſlandos*, At mæla vel mala, eſt *loqui*; & mal, *Sermo*. Unde malefna, *cauſa*; & malafert, *judicium*. Fruſtra igitur *Bradeius*, cum honore ſemper nominandus, ab alio deceptus, *Mallum*, à Mahl, quod eſt *Saxonicè*, ut ait, *ſignum*, deducit. *b* Judiciarii autem ſunt diſcretæ perſonæ, & auctenticæ, qui judicium proferunt de auditis. Si vero Juſtitiarius Judiciarios in Judicio faciendo ignorantia vel malitia errare perceperit, licet omnes conſenſerint, illud debet ad alias aſſiſias prorogari.

noſtris

noſtris aut numerus aut pondus deeſſe videatur, mantiſſæ nomine in libræ ſcutellum jaciam etiam alterum actorum Curiæ Comitatus commentarium, qui ſolus omnia, quæ ex *Horno* pro *duodecim-virale* Cauſarum determinatione apud *Anglo-Saxones* citari ſolent, falſitatis arguet.

E Textu Roffenſi. pag. 155.

Hep cyð on ðyrrum ȝeppite hu Lodpine birCop on hpofeceartre. ⁊ Leofpine Ælfeaȝer runu Funðon ȝerýbrumode ymbe þ Land æt Snoddunglande on Lantpapabýrig.

Ða ða re birCop Lodpine com to þam birCopртole þuph hære hir Lynehlafordер Lyngeр æfteр Ælfrtaneр forðrihte ƀ. þa ȝemæte he on ðam mynrtre þa ilcan rputelunga þe hir forfeȝenga hæfde. ⁊ þæрmid on þat land rpæc:. Onȝan ða to rpecenne on þæt Land. ⁊ eller for Loder eȝe ne dorrte. oððæt reo rpræc peарð þam Lynge cuð:. Ða him reo talu cuð pær. þa rend he ȝeppit. ⁊ hir infeȝl to þam Aрcebircope Ælfpice. ⁊ bead him þ he hýr þeȝenaр on Eaрt-Lent. ⁊ on Ferт-Lent hý on riht ȝeremdon be on tale be of tale:. Ða þ pær þ re birCop Lodpine com to Lantpapabýrig to þam aрcebircope:. Ða com ðiðeр re rciрerman Leofric. ⁊ mid him Alfun Abb. ⁊ þeȝeneр æȝðeр ȝe of Eaрt-Lent ȝe of Perт-Lent eal reo duȝuð. ⁊ hý þæр þa rpræce rpa lange handledon. rýðdon re birceop hir rputelunge ȝeeopod hæfde. oð hy ealle bædon þone birCop eaðmodlice. þ he ȝeunnan rcolde þ he morte mid blætrunga þær landeр bnucan æt Snoddinȝ-lande hir dæȝ. ⁊ re birCop þa pær ȝetiðode on Ealra þæра pitena þanc þe þær ȝeromnode pæрan:. And he behet þær trupan þ land æfteр hir dæȝe unbefacen:. Eode eft into þære rtope þe hit ut alæned par. ⁊ aȝeaf þa rputelunga þe he to þam Lande hæfde þe æр of þære rtope ȝeutod pær. ⁊ þa haȝan ealle þe he be pertan þære Lyncan hæfde into þære halȝan rtope. ⁊ þirer locer æрendрacan pæрan Ælfun Abbod. ⁊ Fulfpic Abbod. ⁊ Leofpic rciрerman. ⁊ Sipeарd. ⁊ Fulfrtan æt Sealtpuda. ⁊ Ælfælm Oрdelmer runu:. Ðonne ir here reo ȝepitnerre þe æt þirum loce pær. þ ir æрerт re aрcebirCop Ælfpic. ⁊ re birCop Lodpine. ⁊ Fulfpic abb. ⁊ Ælfun Abb. ⁊ Ælfnoð æt Oрpedinȝtune. ⁊ re hired æt Lnirter Lyncan. ⁊ re hired æt Sce Auȝurtine. ⁊ ro buphparu on Lantpapebýrig. ⁊ Leofpic Sciрerman. and Lifnig æt Meallinȝan. ⁊ Sipeарd. ⁊ Siред hir bnoðor. ⁊ Leofrtan æt Mæрrcham. ⁊ Lodpine fulfeaȝer runu. ⁊ pulrtan æt Sealtpuda. ⁊ Fulrtan lunga. ⁊ Leofpine æt Dictune. ⁊ Leofpic Ealdреder runu. ⁊ Sidepine æt Fealer pýрðe. ⁊ pæрelm. ⁊ Æthelred porȝ-ȝeрefa on býrig. ⁊ Luðpolð:. Lir hpa þir pence to apendenne. ⁊ þer forepoрð to abrecenne. apende him Lod fram hir anfýne on þam miclan dome. rpa þ he ri arcired fram heofener ricer mýрhðe.

Horsum etiam tendunt, quæ traduntur in narratione litis quam intendit *Wulfstanus* Epiſcopus contra *Walterum* Abbatem *Eoveshamenſem*, & ad quam determinandum convenerunt Comitiæ plurium comitatuum. Quæ narratio habetur in MS. Bibl. *Cotton.* Cujus nota, *Tiberius* A. 13 fol. 37, Cui titulus, *Commemoratio placiti, quod fuit inter Wulfſtanum Epm̄. & Walterum Abbatem de Eovesham.* In hujus placiti Commemoratione nulla mentio fit *Duodecimvirorum*, aut alicujus definiti numeri hominum, qui controverſiæ iſtius judices quoad factum nominati erant. Verum numerus *Baronum*, qui huic placito intererant, indefinite exprimitur, ut in ſequentibus obſervare eſt. *Conventus magnus factus eſt in Wireceſtria vicinorum Comitatuum, & Baronum* [i. e. liberorum hominum] *ante Gosfridum Epiſcopum, & diſcuſſa fuit cauſa audita diverſis diebus.... JUSTITIÆ & baronum, qui interfuerunt placito.* ——— *Ex præcepto JUSTITIÆ regis, & decreto baronum itum eſt ad judicium, & quia Abbas dixit ſe teſtes non habere contra Epiſcopum, judicatum eſt ab optimatibus quod Epiſcopus teſtes ſuos nominaret, & die conſtituta adduceret, & Abbas, quaſcunque vellet, reliquias afferret. Venit dies ſtatuta, Venit Epiſcopus Wulfſtanus, & Abbas Walterus, & ex præcepto Gosfridi Epiſcopi affuerunt Barones, qui interfuerunt priori placito, ſed Walterus Ceſſit.*

Miſſis autem ſcriptoribus, quos hactenus conteſtatus ſum, liceat mihi etiam ad *Hornum* redarguendum quaſi in auctarium ponderis adjicere leges *Edwardi* R. non fictitias eas *Latine* ſcriptas, quas falſarius aliquis *Horno* non abſimilis interpolavit; ſed quas *Gallicè* exaratas, ad monaſterium ſuum in Archivis, ut authenticas adſervandas ſecum à Londino tulit *Ingulphus* Abbas *Croylandenſis*. In hiſce LL. *duodecemviralis judicii* nulla mentio, nullum plane veſtigium; quod tamen non potuit non populo *Angliæ* imprimis concedi, ſi inter leges & conſuetudines antiquas *Anglorum* locum habuiſſet. Certe *Anglos*, qui leges & conſuetudines paternas à *Conquæſtore* iterum atque iterum rogaſſe dicuntur, non conceſſa hac de *Duodecimvirale* audientia, & judicio contentos, & placidos poſſe fuiſſe nemo, rerum æquus arbiter, vel animo fingere poteſt. Quamobrem, SHOWERE, inter falſarios ſeculi, qui commenta ſua orbi obtruſerunt, ut *Hornum* veſtrum numerandum exiſtimem, faciunt non ea tantum Ælfredo regnante de *Duodecimviris* fabulæ, ſed ejuſdem furfuris alia multa, quæ nullum teſtem appellans in eodem capite, ſe auctore, tradit. Iſtiuſmodi ſunt quæ ſcribit de ſuſpendio LXIV *Juſtitiariorum*, quos tanquam homicidas morte multaſſe *Ælfredum* ſcribit propter falſa eorum judicia; cum tamen *Aſſerius*, qui acta *Ælfredi* ſcripſit,

de his ſuſpendiis nihil tradiderit, neque quales cujuſve ordinis *Juſtitiarii* illi fuerunt, * Epiſcopi ſcilicet, an *Ealdormanni*, an denique *Gerefæ*: & ſi *Gerefæ*; an *Scyrerefæ*, an *portrefæ*: ipſe qui fabulam commentus eſt, generali nomine tutus dicit. Iſtiuſmodi quoque ſunt, quæ de *Athulfo* judice ſcribit, quem *Ælfredum* ſuſpendiſſe dicit, quod *Coppingum* quendam ipſe ſuſpendit, antequum XXI annos natus eſſet; plane quaſi, non dico ſolum apud *Anglo-Saxones*, qui pueros † Decennes, & duodecennes furti arguebant; ſed apud quemvis populum legibus cautum & ſancitum eſſet, non niſi XXI annis majores Capitali ſupplicio fore plectendos. Sic ſcribit *Ælfredum*, *Bermondum* quendam patibulo damnaſſe, quia *Garboltum* decollaverat propter crimen, cujus gratia in *Hibernia* exlex factus eſt; plane ac ſi Ælfredus *dominus* fuiſſet *Hiberniæ*, pariter ac *Edwardus* II. erat, quo regnante, *Hornus Speculum* fallax ſuum traditur ſcripſiſſe. Accedunt quæ de BREVIBUS Regis de coronatoris inquiſitione; & commentariis, de chartis in cancellario irrotulatis ſcribit: prorſus quaſi non ſolum eadem nomina forenſia, ſed curiarum idem numerus, eademque fori conſtitutio apud *Anglo-Saxones* fuiſſet; ac, illo ſcribente, apud *Anglo-Normannos* eſſet, quo nihil ineptius. Dicit etiam *Ælfredo* ſtatuente, cauſam obtinenti licuiſſe placitum ſuum *ſigillo* Judicis vel adverſarii munitum ſecum auferre, quod non poteſt non eſſe fictitium; Præterea quod apud *Anglo-Saxones*, ante *Edwardi* S. tempora, ſigilla in uſu recepta non fuiſſe certum eſt, ex iis, quæ de hac re ſupra diſſeruimus. Quinetiam in cap. I. ſect. III. multa fabuloſa, & fictitia tradit de R. *Ælfredo*, quæ *Aſſerius*, qui de vita ejus, & rebus geſtis ſcripſit, non memorat. Dicit enim eum in frequenti comitum ſenatu ſtatuiſſe, ut bis anno *Londini* convenirent, ‡ *ad parliamentandum* de gubernatione populi, &c. Cum tamen neque de comitiis regni bis in anno edicendis, neque de hoc procerum conventu, in quo id ſtatuit Ælfredus, quicquam tradit *Aſſerius*, qui tamen id, ſi revera ſtatutum eſſet, non potuit non memoraſſe, utpote qui res longe minoris momenti magno cum apparatu deſcripſit.

Alterum argumentum, quo ſententia noſtra oppugnatur, ſumptum eſt ab iis, quæ ſcripſit *Guillermus de Rouille* Alenconienſis, in LL. licentiatus, in deſcriptione *Normanniæ*, quæ habetur inter repertorium & prologum libri, qui inſcribitur LE GRANT COUSTUMJER DU PAIS ET DUCHE DE NORMENDIE. Verba ejus ſunt: *at hujuſce NORMANNICÆ CONSUETUDINIS latorem ſive datorem, Sanctum Edwardum Angliæ Regem, teſtatur vulgaris illa chronica, quæ chronica chronicarum intitulatur, ubi de Guillermo Baſtardo Normannorum duce, ac Angliæ Rege loquitur, dicens, quod cum prædictus ſanctus Edwardus ex ſe nullos liberos hæredes haberet, Guillermum hæredem regni inſtituit. Qui Guillermus de victo & mortuo Araldo regni uſurpatore hac conditione regno libere potitus eſt, ut ſcilicet leges patriæ à præfato Edwardo latas inviolatas ſervaret. Qui quidem Edwardus etiam Normannis leges dederat, cum in Normannia diu fuiſſet enutritus. Hæc præfata cronica. Adverte tamen, quod etiam præfatus Guillermus erat Regni Angliæ primior hæres ex Matilda* alias *Mahault conjuge ſua filia Balduini Flandriæ comitis neptis ejuſdem Regis Angliæ Sancti Edoardi, ut teſtatur chronica Britanniæ fol.* LXXV. Et quod Edoardus Sanctus Angliæ Rex fecerit dictas conſuetudines Angliæ, & Normanniæ ſatis patet ex conformitate dictarum conſuetudinum, de qua habetur in GLO. in C. UNIC 9. *porro ne moniales*, in verbo *partibus* de *ſtat. regul.* LI. VI. Et quæ not. per. *panor*, & *Decium* in cap. I. de *Appella*, ubi loquuntur *de conſuetudine Angliæ ad probandum aliquid* PER CREDENTIAM XII HOMINUM VICINORUM *quæ etiam viget. in Northmania, de quibus dixi poſt eoſdem* in GLO. *conſuetu.* Cenomaniæ in *rub.* GLO II. G. & facit GLO. illa vulgaris in ca. *Moiſes.* in verbo *inſicco* XXXII. q. II. *quæ Normannos, & Anglicos veluti in complexionibus, & conſuetudinibus pares invitat ad fortiter bibendum.*

Hæc *le Rouille* Gallus, qui *conſuetud. Normanniæ* edidit, anno MDXXXIV. Quibus tamen ea, quæ ſententiam noſtram propugnant, & argumentorum pondere, & ſcriptorum quum numero, tum auctoritate longè ſuperantia quovis pendente, ad examen revocata maximo momento præponderabunt. Quid enim ſingularis illa *chronica chronicarum* ab obſcuro aliquo, eoque extero incerti ſeculi homine, ſcripta contra fidem & auctoritatem tot noſtrorum, quos ſupra appellavimus, ut qui in rebus noſtris maximè idonei teſtes ſunt?

Verum, SHOWERE, ne contra *Rouillium* tergi-verſari videar, eaque præterire velle, quibus reponere non poſſum, ad ſingula ab eo dicta mihi dicendum eſt. Primo igitur nihil eo abſurdius, aut ineptius, quod, teſte *chronica chronicarum*, de *S. Edoardo* R. dicit, nempe eum *Normannicæ conſuetudinis*, ** (iſtius ſcilicet quem *Rouillius* edidit) auctorem fuiſſe. Quo nihil inquam abſurdius, aut ineptius fingi poteſt, utpote in quo non ſolum multa, quæ *Edoardi* temporibus non conveniunt, ut charta *Philippi* Regis, & prælatorum *Normanniæ* literæ, cap. CXII, CXIII. ſed quamplurima etiam, quæ *Edoardum Normannis* dediſſe, quòd, ipſo regnante, in *Anglia* non uſitata

---

* And þ ilce ȝeðo eac ðа biſcopaſ heoꝑa ȝeðpilcꝑa. ⁊ eac mine Ealðoꝑmanna. ⁊ ȝeꝑeaſa ⁊ ic pille þ mine biſcopaſ. ⁊ ȝeꝑeaſa ðæſ ðemaþ eallum ðe hio ȝehẏꝑumian ȝebẏꝑaþ. *Quæ omnia, quum Epiſcopi, tum Ealdormanni, & Gerefæ noſtri faciunto. præterea volo ut Epiſcopi, & Gerefæ noſtri ex hoc omnes, judicent, qui eorum juriſdictionibus ſubjecti ſunt.* † LL. *Inæ.* c. VII. LL. *Æthelſt.* c. I. be ðeoꝑum. ‡ *Pur Parliamenter.* ** Verba ejus ſunt: *hujuſce Normannicæ conſuetudinis latorem ſive datorem.*

fuerint,

fuerint, impoſſibile eſt. Hujuſmodi ſunt omnia quorum neque in *Edoardi* legibus, quas *Anglis* à ſe emendatas dedit *Gulielmus* I. neque aliorum Regum legibus & conſtitutionibus, quæ etiamnum ſuperſunt, ullum veſtigium repertum eſt.

Præterea *conſuetudines iſtas Normanniæ*, ut ipſe non abſurde minus ſcribit, *Angliæ* S. *Edoardum* dediſſe, nemo iſtius temporis ſcriptorum, aut eorum qui ad id proximè ſcripſerunt, ſive apud *Anglos*, ſive *Normannos* tam ſtultus fuit, qui affirmare auſus eſt. [a] Contrà enim leges *Anglorum* & *Normannorum*, adeo neque eædem eundem auctorem habuerunt, neque adeo conſimiles in iſtis temporibus fuere, ut maxime fuerint diverſæ. Hoc monſtrant communitatis *Anglorum* preces, qui *Wilhelmum Angliæ* expugnatorem ſupplices rogaverunt, ut leges & conſuetudines patrias, leges *R. Edwardi* ipſis daret, in quibus patres eorum nati & enutriti erant.

Quod ſi *Edoardus* utrique genti leges adeo conformes dediſſet, cur ut ſuis legibus regerentur, *Gulielmum* rogaverunt *Angli*; aut cur ex ſingulis comitatibus *Gulielmus* earum ignarus, duodecim ſapientes eligeret, qui quæ eſſent leges iſtæ & conſuetudines, jurejurando obſtricti ei fideliter declararent? Quinetiam, ſi ſcriptoribus noſtris fides adhibenda, tantum abeſt ut Regnante *Edoardo S.* leges *Angliæ* cum iis *Normanniæ* convenirent, ut planè ſibi ipſis non eſſent conformes. Hoc probat nota iſta diſtincto inter *provincias* ſive *diſtrictus Danorum*, *Merciorum*, & *Weſt-Saxonum*, quæ non ſolum in LL. *Canuti* politicis, ſed in LL. *Edoardi* à *Gulielmo* conceſſis, & [b] emendatis, Danelaga, Myrcenalaga, & *Weſt-Saxenelaga* dicuntur. In illis enim juris-ditionibus non tantum diverſæ fuerunt leges [c] *Norfolcenſium*, *Suffolcenſium*, & *Northymbrorum* qui ex Dania & Norvegia oriundi ſunt; ſed etiam *Merciorum* & Weſt-Saxonum, qui ambo *Saxones* fuerunt, leges in multis differebant.

Apage igitur fabulam iſtam quam ex *cronica cronicarum* ſumptam appellat ſcriptorum noſtrorum ignarus *Rouilleus*, qui leges & conſuetudines *Normanniæ* ſuæ, ut ab *Edoardo Sancto* auctore quaſi inſtitutas venditaret, ſententiam ſuam ex eo firmare voluit, quod conformes eſſent cum *Angliæ* legibus; & ſpeciatim ex eo quod conſuetudo *Angliæ* ad probandum aliquid per *credentiam* XII *hominum* in uſu foret apud *Normannos*. Quo quidem nihil futilius. Etenim conformitas illa legum & conſuetudinum, quæ *Anglis* & *Normannis* communes erant, aliunde, quam à *S. Edoardo* & peti poteſt, & petenda quidem eſt. Nam primo *Gulielmus* ipſe conquæſtor, ut tradit *Eadmerus*, *uſus & leges, quas patres ejus, & ipſe in Normannia habere ſolebant, in Anglia ſervare volens, de hujuſmodi perſonis, Epiſcopos, Abbates, & alios principes per totam terram inſtituit, de quibus indignum judicaretur, ſi per omnia ſuis legibus poſtpoſita omni alia conſideratione non obedirent.* Secundo, à communi aliqua origine leges & conſuetudines nonnullas quum *Angli* tum *Normanni* derivare potuerunt, nempe à veteribus *Norvegis* & *Danis*, à quibus tam *Normanni*, quam *Dani*, qui *Anglis* leges dabant, oriundi ſunt. Hujuſmodi videtur eſſe lex illa *de Namio* à *Canuto* R. lata. c. 18. & inde integre ſumpta & tranſlata ad leges à *Gulielmo* I. *Anglis* datas. c. XLII. ut infra patet.

And ne nime nan man nane name. ne innan ſcyp-pan. ne ut of ðcyþe. æþ man habbe ðþýpa on hundþeðe hiſ þihteſ ȝebeðan; Liſ he æt ðam þþiðdan cyþe nan þiht nabbe. þan ſaþe he æt ðam ſeoþþan ſýðe to ſcyþe ȝemote. ⁊ ſeo ſcyþe him ſette þonne ſeoþðan anðaȝan; Liſ ſe ðonne beþſte nime ðonne ȝeleaſe ȝe heonen ȝe ðanon. þ he mote hentan æftep hiſ aȝenan;

Ne prenge hum [d] nammil en conte ne [e] de fors d' ici quil eit tresfois [f] demand dreit el hundred u el conte, e ſil a la tiers fice ne pot dreit aver, alt à conte, é le cunte len a Sete le quart [g] jura, e ſe cili [h] de-fait de ki il ſe claime [i] dunt prenge conge qui il [k] puſſe nam prendre pur le ſon [l] lum e pref.

Nemo [m] *Namium, vel in comitatu, vel extra capito, niſi prius vel in centuria* (vel *comitatu*) *ter rectum petierit. & ſi tertia vice rectum non poteſt habere, quartâ adeat curiam comitatus, quæ quartum diem ei aſſignabit. Verum ſi ab illo deficiat, quod ſibi vindicabat, tum licentiam habeat capiendi Namium ubicunque poteſt ad ſuum uſum & commodum.* De Namiis itidem in LL. *Hen.*

---

a Chron. *Lichfeldenſe.* Archæonomia. edit. *Cantabr.* M.DCXLIV. p. 158. *b Lagam* Eduuardi Regis vobis reddo cum illis emendationibus, quibus pater meus eam emendavit conſilio Baronum ſuorum. Inſtit. Hen. R. in text. *Roſſenſi*, & in *Matth. Paris.* p. 55. *c* Chron. *Lichfeld.* LL. Hen. I. VI. IX. Quibus accedunt LL. *Edoardi Latinæ.* cap. 12. 37. & quæ ſcripta ſunt à *Gervaſio Tilburienſi* de *Scacc.* cap. 32. *propoſitis etiam legibus Anglicanis, ſecundum tripartitam earundem diſtinctionem, hoc eſt Merchenlage, Danlage, Weſt-Saxenlage, quaſdam reprobavit, quaſdam autem approbans illis tranſmarinas Neuſtriæ, quæ ad regni pacem efficaciſſime tuendam videbantur, adjecit.* Hæc *Gervaſii* noſtri, *Rovilleo Gallo-Normanno* plane contradicant. & quis, quæſo, præferendus eſt, noſter, an exterus? Noſtrorum gnarus, vel ignarus? ſcriptor antiquus, vel modernus? *d* Nam nul. *e* Dehors. *Sax.* ut oſ. *f* Demande dreit. *g* Jur *vel* jurn. *h Forſan* defaut. *i* Dunc. *k* Puiſſe. *l* Vox *Gallo-Francica*, vel *Franco-Gallica. Sax.* Luma, anluma, ȝeloma, *utenſile, utendum quid, quod uſui noſtro neceſſarium eſt.* *m* Id eſt, res omnes, præſertim animatæ, ut homo, pecus, ob debitum vel delictum diſtrictæ. vid. Gram. *Sax.* p. 164. in marg. & Horni *Myrroir des juſtices*, cap. II. ſect. XXVI. *Naam n' eſt autre choſe, que reſonable diſtreſſe. deux manieres ſont de Naams: Naam mort, ſicome des blees, vine & autres tielx chatelx; & Naam vief, ſicome de home, beſte, & tielx vife choſes.*

cap. XXIX. Bracton. l. 3. Tract, 2. cap. 37. *Myrroir de juſtices*, ut in margine. De Namiis multa etiam in *conſuet. veteri Normanniæ*, ſpeciatim cap. VII. quod inſcribitur *de liberatione Namptorum.* ut & antiquis *Scotiæ* legibus. Quod tamen non probat *Normannicarum* legum *Edwardum* S. latorem fuiſſe; ſed quum *Normannis Norvegorum* & *Danorum* poſteris; tum *Anglis* ſive *Dano-Saxonibus*, qui *Danos* dominos & legis latores habuerunt; tum denique *Scotis*, qui *Norvegis* & *Danis* olim ſuccubuerunt, multaſque olim de *Namiis* aliiſque rebus conſuetudines cum *Anglis* & *Nortmannis* conſimiles habuerunt; à *Norvegis* & *Danis* ſuas de *Namiis* accerſendas eſſe leges, in quorum antiquarum legum * codicibus, de *Namiis*, & pecoribus *Namii* nomine captis, quæ *Namfæ* dicuntur, multa quoque leguntur. Denique, fidem omnem ſuperat *Nortmannos* à *Rollone* ad *Gulielmum Baſtardum*, ſcilicet per centum & quinquaginta annos, ſine ſuis legibus & inſtitutis in *Neuſtria* vixiſſe, aut quibus tam diu more majorum uſi eſſent rejectis, novas & alienas ab extero principe recepiſſe. Quorum alterutrum neceſſe eſt is dicat, qui in *Rouillei* ſententiam pedibus euns *S. Edwardum Normannicæ* conſuetudinis latorem & auctorem auſus fuerit affirmare.

Tertium argumentum, quo de origine *duodecemviralis* judicii ſententia noſtra impugnatur, ſumptum eſt ex [a] libro *Aſſiſarum*, An. XXVI. pl. 24. quod *Gallicè* ſic ſcribitur. En Aſſiſe *de no diſs.* deuant *Thorpe* monſtre fuit per labbe, [b] de B. que ſes predcēſ. aver Conis. de plees, *&c.* d' aver orig. hors de court, *&c.* per uſage, *&c.* en temps de Saint Edmund roies, *&c.* & que le Roy Hen. le prim. per chrē. confirm. *&c.* toutz lez uſagez, *&c.* & quils avoient conis dez toutz manners des ples iſſint q̄. Iuſtic̄. dun bank, & daūt. ne Iuſtic. al aſſis prēd. ne mellaſſent rien, *&c.*

Hic eſt *clameus recti*, ſive petitio Abbatis *Burienſis*, ſeu *Edmundiburgenſis*; ex quo conſtat eum in *reſcripto Aſſiſæ*, ut loquuntur forenſes, ſibi vendicaſſe actionum ſive cauſarum cognitionem, atque determinationem, ut & reſcripta, tam *Aſſiſæ*, quam originalia alia, è curiis Regis data, idque ex uſu, & præſcriptione ducta à temporibus *S. Edmundi*, & *S. Edwardi Confeſſoris*, quorum uterque R. Angliæ prius extitit, quam à *Normanno Duce* vinceretur. Ad hanc rem probandam Abbas præterea varias oſtendit [c] *Allocationes*, atque quod *Henricus I.* conſuetudines iſtas confirmaſſet, & nominatim illam de cauſarum & quæſtionum deciſione, adeo ut neutrius [d] Banci, ſive tribunalis, Juſtitiariis liceret ſe miſcere, aut auctoritatem ſuam interponere.

Ex his, SHOWERE, quatuor colligit Regii tribunalis non ita pridem capitalis juſtitiarius, qui *juris oraculum* apud Anglos dici meruit, [e] *Edwardus Cokus* miles *Palatinus*. Primo vicecomites apud *Anglos* ante *Conquæſtum*, quod dicunt, extitiſſe, quandoquidem Abbas *Burienſis* reſcripta *Aſſiſæ*, ut & alia ſingula reſcripta originalia, utpote quibus prædeceſſores illius à temporibus *S. Edmundi*, *S. Edwardi* RR. gaudebant, vendicabat. Quæ vicecomiti ſemper inſcripta ad eum ſolum mittuntur, nec ad alium quenquam mitti poſſunt, niſi forte ad *f Coronatorem*, ut appellant, idque in ſpeciali aliqua cauſa vel negotio, quando is vicecomitis locum obtinet.

Secundo in antiquis iſtis ante conquæſtum temporibus, in quibus *Brevia*, vel reſcripta *aſſiſæ* prædeceſſores Abbatis Burienſis ad vicecomitem mittebant, cauſas fuiſſe cognitas & definitas *fide & judicio duodecim hominum juratorum*, quippe quod *brevium* iſtorum ſolennia verba hæc ſunt. *g* REX VICECOMITI SALUTEM, *&c.* ET INTERIM FACIAS DUODECIM LIBEROS, ET LEGALES HOMINES DE VICINETO ILLO VIDERE, *&c.* vel [h] *hunc ſummone per bonos ſummonitores duodecim liberos, & legales homines de vicineto.*

Tertio, jus *Anglicanum, commune* dictum, idem prorſus, ac immutatum poſt conquæſtum, quod ante eum fuit, perennâſſe; propterea quod in antiquis iſtis *Anglo-Saxonum* temporibus reſcripta *Aſſiſæ*, aliaque reſcripta originalia in curias Regias relegari ac remitti ſolebant.

Quarto, in iſtis etiam temporibus Curiam fuiſſe, quam *cancellariam* dicimus, utpote ex qua ſola, neque aliunde petita prodeunt originalia reſcripta univerſa.

Hæc & hujuſmodi legens in *Coki* veſtri ſcriptis, Cl. SHOWERE, tantum quum juriſconſultum, tum Judicem, in patriæ ſuæ antiquis conſuetudinibus & conſtitutionibus avitis tam hoſpitem fuiſſe, equidem non poſſum non dolere. Etenim ut ab eo, quod ultimo loco quaſi probatum venditat, incipiam; tantum abfuit, ut in temporibus ante *conquæſtum* à quibus *Clameum* ſuum orditur *Abbas Burienſis*, curia, quam [i] *Cancellariam* dicimus, extiterit, ut ſub ipſo ingreſſu *Normannorum*, *Cancellarii* neque nomen neque dignitatem, ut poſtea, claruiſſe conſtat.

Apud *Anglo-Saxones*, qui cancellarii poſtea dicti erant apud *Anglo-Normannos*, BOCERAS appellati ſunt: id eſt, SCRIBÆ, NOTARII, qui Regibus duntaxat ab epiſtolis & chartis fuerunt, in quibus ſcribendis, & forſan aliquando dictandis, operam navârunt.

---

* Vide *Loccenii* Lexicon juris *Sueo-Gothici*, in voce *Nam* & *Namfæ*, in *Verelii* Indice ling. vet. *Scytho-Scandicæ*. *a* Vide etiam *Fitzherberts* graunde abridgement. fol. 219. pl. 57. & *Brooks* graunde abridgement. p. 173. pl. 40. *b* Id eſt, *de Bury*. *c* *Allocatio* in noſtro jure eſt rei ut veræ & probatæ receptio & admiſſio. *d* Intelige Bancum Regium, & Bancum communem, in quo tractantur *placita* communia. *e* In præfat. ad lectorem, quæ eſt ante lib. cui titulus *La tierce part des reports*. *f* De coronatore apud *Anglos* vide *Spelmanni* vel *Dufrenſii* gloſſaria. *g* *Bracton.* lib. IV. cap. XVI. *h* *Glanvill.* lib. XIII. cap. 34. *i* Vide quæ in voce CANCELLARIUS ſcripſit *Hen. Spelmannus*: ſpeciatim de cancellario apud *Anglo-Saxones* & *A. Normannos*.

Apud

Apud *Anglo-Normannos* pariter non ea fuit cancellarii dignitas & auctoritas, neque pro amplitudine muneris is locus, ad quem in ſequentibus temporibus ex parvis quidem initiis per varios quaſi gradus à cancellariis perventum eſt. Nam in vetuſtis iſtorum temporum chartis in loco inferiori utique ſubſcribit cancellarius pro Eccleſiaſtico ſuo ſtatu ac ordine, & non pro muneris ſui, quæ quidem parva jam tum fuit, dignitate. Sic in charta quadam *Gulielmi* II. qua abbatiam S. *Petri Bathoniæ*, *Johannei* Epiſcopo *Sumerſetenſi* ad ampliandos Epiſcopatûs redditus donat, *Rodbertus* cancellarius inter Regis capellanos æquales ſuos ſubſcribit.

Chartam iſtam dignam eſſe, quæ hic locum habeat, exiſtimo propter varias rationes. Primo, quod tum more *Anglo-Saxonico* cum crucis ſignis, tum Anglo-Normannico cum ſigillo Regis corroboratur. Secundo, quod tot tempore æqualium virorum præſertim Eccleſiaſticorum, qui magni nominis fuerunt, illuſtris redditur. Denique quod Rotbertus iſte Cancellarius videtur is fuiſſe, qui in ſerie Cancellariorum Angliæ à *Spelmanno* in gloſſ. ſuo edita Robertus *Bluet* vel *Bloet* vocatur.

A Inppetuũ dĩcoliſ omnĩb; tam futuriſ q̃ preſentib:. Qĩñ dõ omnitenente tẽpora ſcłorum ordinante. & hiſ prout placuerit finẽ imponente celũ & terra. & omĩa que in eiſ ſt̄ ſuo fine tranſibt̄. & uita nrã que ad temp⁹ floret. & cito tãquã flos foeni decidit. uidetur eſſe momentanea. idcirco cunctiſ agendũ. ut hic boniſ actib; future beatitudinis mercemur gaudia abſq; omĩ immutatione p̃pnit̄ manſura, Quo circa ego Willelm⁹ Willelmi regis fili⁹. dĩ diſpoſitione monarcheſ britannie promeæ meiq; patriſ remedio anime. & regni proſpitate. & popłi á dnõ mihi collati ſalute. acceſſi JOHANNI epõ abbatiã Scĩ petri bathonie. cũ omnib⁹ apenditiis tam in uillił quã in ciuitate & inconſuetudinib;. illis videlic& quib⁹ ſaiſita erat ea die qua regnũ ſuſcepi. Dedi inquã adſumerſetenſis epiſcopat⁹ augmentadionẽ eoten⁹ preſertim ut inibi inſtituat preſuleã ſedem. Anno dnĩce incarnationiſ. Mił. xc. Regni uero mei. IIII. Indictione. XIII. VI. kł. FEBR. LVNA. III. pepigi id in eorum optimatũ meorum preſentia. ✠ quorum Nõia ſubt̄ ſt̄ annexa. & ut perpoſtitateſ ſuccedenteſ apud quoſq; hoĩeſ ueritatiſ amatores p̃ſeueret ratũ. mee regie auctoritatiſ annecto ſigillum. ſed & propria manu mea depingo crucíſ dnĩce ſignum. Lanfranco archĩpſule machinante ¡Wintonie factũ ẽ donũ hui⁹ beneficii. Mił. LXXXVIII. anno abĩcarnatione dnĩ. Scdo uero anno regni regiſ Wiłłi filii priorıſ. Will. Confirmatio aut̄ huius charte facta ẽ apud douerſã. eo tẽpore qd̄ ſupi⁹ determinatũ eſt;

✠ Ego Thomaſ archiẽpſ eboracenſiſ laudaui.
Ego Mauricı⁹ londonienſiſ ẽpſ corroboraui.
✠ Ego Walchelm⁹ wintonienſis ẽpſ aptaui.
Ego Oſmund⁹ ſarbienſiſ ẽpſ conſolidaui.
Ego Osbn⁹ exonienſis ẽpſ confirmaui.
Ego Remigi⁹ lincolienſis ẽpſ aſtruxi.
Ego Rotbt⁹ herefordenſis ẽpſ audiui.
Ego Rotbt⁹ ceſtrenſis ẽpſ conſpexi.
✠ Ego Cunnulf⁹ rouerceſtrenſiſ epſ annui.
Ego Woleſtann⁹ wigreceſtrenſis epſ acceſſi.
Ego Radulf⁹ ciceſtrenſiſ epſ uidi.
Ego Herbt⁹ tetfordenſiſ epſ audiui.
Ego Goiffrid⁹ conſtantienſiſ hoc exquiſiui.
✠ Ego Ego Hoell⁹ cenomannenſiſ epſ interfui.
✠ Ego Wido abbaſ Scĩ Auguſtini cantuarii.
✠ Ego Giſlebt⁹ abb S petri weſtmonaſterii.
Ego Turſtin⁹ abbaſ gleſtonienſiſ.
Ego Symeon abbas de eli.
Ego Balduin⁹ abbaſ ſcĩ eadmundi.
Ego Raginald⁹ abbaſ de abendona.
Ego Rotbt⁹ abb S Petri wintonie.
Ego Walter⁹ abbaſ de euesham.
Ego Pauluſ abb. ſcĩ albani.
Ego Odo abbaſ de certiſeio.
Ego Godefrid⁹ abb. de malmesbia.
Ego Goisbt⁹ abbaſ de bello.
Ego Serlo abbaſ de gloeceſtra.
Ego Goisfrid mala terra.
✠ Ego Roger⁹ comeſ.
Ego Rotbt⁹ comeſ.
✠ Ego Symon comeſ.
Ego Hugo comeſ.
✠ Ego Alan⁹ comeſ.

Ego Henric⁹ comeſ.
Ego Walter⁹ comeſ.
Ego Willm⁹ comeſ.
Ego Rotbt⁹ fili⁹ hannoniſ.
Ego Philipp⁹ capellan⁹.
✠ Ego Rotbt⁹ cancellari⁹.
Ego Samſon capellan⁹.
✠ Egg Turgiſ⁹ capellan⁹.
✠ Ego Gerald⁹ capellan⁹.
Ego Anſger⁹ capellan⁹.
Ego Herbt⁹ capellan⁹.
✠ Ego Willelm⁹ capellan⁹.
✠ Ego En rãn⁹ capellan⁹.
✠ Ego Ranulf⁹ capellan⁹.
✠ Ego Petr⁹ capellan⁹.
✠ Ego Tuſald⁹ capellan⁹.
Ego Eudo dapifer.
Ego Juo dapifer.
Ego Hanno dapifer.
Ego Roger⁹ dapifer.
Ego Willm⁹ dapifer.
Ego Rotbt⁹ de oili.
Ego Vrſo de abetot.
Rotbt⁹ diſpenſator.
Hugo de portu.
Roger⁹ de buſleio.
Rannulf⁹ peuerelluſ.
Willm⁹ peuerell⁹.
✠ Aiulfus uicecomeſ.
✠ Aluerad⁹ de lincola.
✠ Ernulf⁹ de hefding.
✠ Folco criſpin⁹.

Sigillum ſimul cum cera periit, ſericâ tamen appendiculâ, quæ ceram tenuit, remanente.

Sic in charta quadam Henrici primi qua manerium de *Thorp* Eccleſiæ Norwicenſi dedit An. MCI. Rogerus Cancellarius, Abbatibus omnibus & Epiſcopis poſtpoſitus inter capellanos ſubſignat.

Nondum ad forum juris communis, nondum ad prætorii dignitatem ſurrexiſſet, ut Spelmannus, qui ſic ſcribit: conſtat hodie cancellaria tribus partibus, è collegio ſcribarum regiorum, è foro juris communis, è prætorio boni & Æqui. His omnibus ſolus præeſt cancellarius, collegio nempe miniſter principalis: foro judex canone circumſcriptus: prætorio arbiter honorarius à Rege datus. Miniſterium ejus antiquæ eſt originis; poteſtas forenſis mediæ; prætoria recentioris.

Sed licèt in eo falſus eſt *Cokus*, quod in antiquis iſtis temporibus curiam extitiſſe affirmat, quam *Cancellariam* appellamus, tamen qui Cokum propugnare velit aliquis forſan reſpondebit, Antiquæ eſſe originis eam partem Cancellariæ, nempe Collegium iſtud ſcribarum, ſive officina brevium & Chartarum regiarum, Cui Cancellarius præeſt, & è quo petita dantur brevia, ſeu reſcripta illa originalia, ſpeciatim reſcripta *aſſiſæ*, quæ longo uſu, & præſcriptione ducta à temporibus S. Edmundi, & S. Edwardi ſibi vendicabat Abbas Burienſis. Antiquæ eſſe originis eam partem *Cancellariæ* fateor, ut quæ *Scaccarii* primo pars fuit, quod curiarum omnium regiarum apud Anglo-Normannos antiquiſſima eſt. Veruntamen non tam altæ eſt originis, quam eſſe contendendum eſt ab iis, qui *Coki* ſententiam velint defendere. Etenim nullum tale fuiſſe ſcribarum forenſium Collegium in Anglo-Saxonum temporibus, Cui Cancellarius præfuit, ex iis conſtat: Primo quod Regis ſcriba à Normannis ſcriptoribus *Cancellarius* dictus, in aula, non in foro, officio ſuo functus eſt. Secundo, quod conſtitutio, vel politia forenſis apud Anglo-Saxones longe alia fuit, ut ſupra oſtendi, quum quæ talem *brevium* officinam requiret, utpote apud quos cauſæ omnes, liteſque * *domi* cognitæ, & determinatæ eſſent, in ſingulis Centuriis, trithingis, comitatibus, urbibus, & curiis Dominorum, quorum jus audiendi, & finiendi cauſas, *Sac* & *Soc* eſt appellatum. *Domi*, inquam, audiri, & finiri Cauſæ ſolebant apud Anglo-Saxones, eo tamen ordine, ut à † Centuriis ad trithingas deferebantur cauſæ, à trithingis imo & curiis dominorum ad comitatus curias, in [a] quibus ſi quis jus impetrare non poterat, Regem licebat appellare. Nondum enim majorum Gentium Cauſæ (ſeu *placita*) à curiis comitatuum ad curiam domini Regis tractæ erant. Contrà ab ingreſſu Normannorum curiæ comitatuum dignitatem ſuam priſtinam, ut ſupra oſtendi, aliquandiu retinuerunt, uſque ad *Henrici* II. tempora, cum Juſtitiarii Regis non amplius in comitatus ad audiendas cauſas legati eſſent, quemadmodum in [b] placito de *Pinnendenam*, in quo *Goisfridus* Epiſcopus Conſtantienſis *loco Regis fuit*, ut & in [c] contentione iſta inter *Gundulfum*, & *Pichot*, cui præerat Regis Juſtitiarius Odo Epiſcopus Bajocenſis: ſed cauſæ, quæ in *Scyris* vel Comitiis placitari, & terminari ſolebant coram comite, vel ejus vicecomite, ante adventum *Normannorum*, & poſtea à Regis Juſtitiariis, tum primum ab iis ad [d] curiam Regis, coram Juſtitiario ejus audiendæ, tractæ & ablatæ erant. Cauſis autem à *Scyris* ad curiam Regis ſic tractis, creſcebat indies *querelantium* numerus, qui ad Dominum R. vel juſtitiarios ejus de injuriis factis clamarent. Delatis vero ab omnibus regni partibus ad curiam R. querelis, Cancellarius, qui ab Epiſtolis, chartis & reſcriptis Regi erat, ex aulico duntaxat miniſtro factus curiæ Regis *Officialis*, augere numerum ſcribarum neceſſe habuit, & Collegium quaſi ſub ſe inſtituere, in quo, tanquam in communi regni officina, reſcripta forenſia, à noſtris dicta *brevia originalia*, quod iis inchoantur omnes lites, formarentur, & ſolennibus fori verbis formatæ in omnes regni partes mitterentur. Hic ortus, hæc origo fuit Cancellarii, ut Magiſtratus forenſis, qui in Scaccario à ſiniſtra Juſtitiarii regii, paulum procedente tempore, adſeſſor ſedere ſolebat; adeo ut in eo ſine illius conſenſu, & conſilio, haud longo à primis iſtis *Cancellariæ* initiis, nihil magni momenti factum eſſet.

Hic etiam ortus, & origo fuit *reſcriptorum forenſium*, ſive brevium originalium, quæ in omnes comitatus ad vicecomites è *Cancellaria*, ſive potius è ſuprema Scaccarii curia, cujus Cancellaria pars erat, tum primum expediri, & mitti ſolebant. Et Speciatim, quoad *Aſſiſarum reſcripta*, *Magna aſſiſa* ipſa, à qua denominantur, antiquiora eſſe non poſſunt. Magnam autem Aſſiſam, ut ingens populo beneficium inſtituiſſe *Henricum* II. teſtatur *Glanvillus* lib. II. cap. VII. Obtinente ergo nova hac forenſi conſtitutione, quæ teſte Glanvillo tollendi duelli gratia ab *Henrico* II. inventa eſt, Juſtitiarius regis omnes liberos Comitatus homines, ut coram ipſo ſe ſiſterent, non ſine graviſſimo & populi & Curiæ incommodo citari cum diſcerneret, magis commodum, idoneum, & opportunum, & è re etiam publica magis fore judicabat, certum & definitum eorundem numerum datis ad vicecomitem reſcriptis regis nomine citare; & cum definitus ex iis numerus ciendus, & arceſſendus eſſet, quem, quæſo, magis aptum gratumve *Normannigenæ*, qui de eo Conſulerent, comprobarent, quam, qui apud eorum majores tam in *Scandia*, quam in Normannia ab antiquiſſimis temporibus in uſu fuiſſet, DUODENARIUM? Is quidem numerus fuit liberorum hominum totius Com. Cant. quem eligi præcepit Odo Normannus Bajocenſis Epiſcopus, cum curiæ præſideret, in qua diſceptata erat lis, quæ orta erat inter Gundulfum R. Epiſcopum, & *Pichot* V.comitem.

---

* *Sax.* æt hæm. LL. Edgari R. c. 3. † Edoardi R. c. 34. *a* LL. Edgari R. c. 3. *b* Text. *Roff.* fol. 108. a. *c* Text. *Roff.* fol. 145. b. *d* Vide *Glanvillum*, lib. I. cap. 1, 2, 3, 4.

Apage

Apage igitur, SHOWERE, concluſiones iſtas *Coki* omnes de *reſcriptis aſſiſæ* ante conquæſtum ad vicecomitem miſſis; de cauſis tum cognitis, & definitis *fide, & judicio duodecim virorum*; de reſcriptis Aſſiſæ jam olim, ut nunc in curias Regis remiſſis; denique de Cancellaria, quam curiam tum fuiſſe, quæ nunc eſt, fruſtra contendit, quod ex ea ſola reſcripta originalia univerſa jam nunc petuntur, & ante aliquot ſecula non aliunde petita fuerunt.

Hæc omnia contra fidem, & auctoritatem teſtium maxime idoneorum, quos ex *Codd.* editis, & nondum editis ad partes noſtras vocavimus. His auctoribus, contrà atque *Cokus* animo finxit, omnia conſtant; nimirum vicecomites in *Anglo-Saxonum* temporibus non regis miniſtros, ſed *Ealdermannorum* fuiſſe vicarios, cauſaſque apud eos *domi* tum audiri ſolitas per omnes liberos homines, quibus *Curiæ* ſupra nominatæ frequentandæ erant, & non per definitum aliquem eorum numerum. His, inquam, auctoribus ea tunc fuit Anglorum *politiæ forenſis* conſtitutio, qua quidem immutata manente neque reſcriptis regiis, præſertim *aſſiſæ* reſcriptis, neque officina *Cancellariæ*, ex qua formata reſcripta illa prodirent, iis opus eſſe potuit. Quinetiam manente integra forenſi iſta conſtitutione, curiæ regis, in quas reſcripta illa remiſſa fuiſſe ſibi perſuadet *Cokus*, nondum inſtitutæ erant.

Apage iterum concluſiones iſtas omnes inanes, falſas, & celebri ſuo nomine plane indignas, quas *Cokus* in re forenſi antiqua minus verſatus elicuit ex placito Abbatis *Burienſis*, in quo vendicabat jura & privilegia habendi reſcripta *Aſſiſæ*, & originalia reſcripta alia à curiis regis petita, idque longo uſu à temporibus S. *Edmundi*, & S. *Edwardi* RR. quo nihil quidem abſurdius dici potuit. Nam S. *Edmundus* Rex, & Martyr, qui paſſus eſt, An. DCCCLXX. Cœnobii nomine ſuo poſt multorum intervallum annorum inſigniti neque fundator eſſe potuit, neque privilegiorum auctor, quæ longo uſu ab illius temporibus, hoc eſt, ante conſtructam in honorem S. Edmundi Eccleſiam, Abbas *Edmundiburgenſis* ſibi jure arrogabat. Primus, qui Eccleſiam, ad quam Corpus S. Edmundi R. tranſlatum erat, terris dotavit, Edmundus Rex fuit in Anno DCCCCXLV. Sed non admodum floruit ante Canuti magni tempora, qui, ut *Sueni* patris Sacrilegam in hanc Eccleſiam impietatem expiaret, novo opere inſtauravit, coronam ſuam S. Martyri obtulit, monachos cum abbate induxit, prædia multa, & magna, & inter alia ipſum oppidum integrum donavit. Cui ipſi monachi per ſenaſcallum ſuum præfuerunt, & jus dixerunt. Verum neque in *chartis, quæ ſuperſunt, ſive *Edmundi* R. ſive *Canuti* M. ſive *Harda-Canuti*, ſive *Wilhelmi* I. neque denique in privilegiis & exemptionibus cœnobii *Edmundiburgenſis*, quæ ſane multa, & magna in monaſtico Anglicano recenſentur, de vindicato illo jure, habendi reſcripta originalia, ſpeciatim reſcripta *aſſiſæ* è curia regis petita, quicquam aut diſerte dictum eſt, aut ita deſcriptum ex quo inferri poteſt. Quamobrem, SHOWERE, inter commenta monachorum numerandus eſt iſte Abbatis Edmundi-Burgenſis prætextus; inter commenta, inquam, monachorum, *qui*, ut loquitur † *Johannes Marshamus* noſter, *nimium faciles fuerunt in iis tradendis, quæ ad ſuarum Eccleſiarum gloriam conferre putarunt, & in contexendis hiſtoriolis, referciendiſque cœnobiorum monumentis audacem nimis navarunt operam.* Inter hiſtoriolas illas digna omnino eſt, quæ recenſeatur, [a] fabula illa de S. *Edmundi* R. Corpore, quod licet telis, & ſagittis confoſſum, flagris laceratum, capite denique truncatum, incorruptum tamen, integrum, illæſum, & ſpiranti ſimillimum, abſque cicatricibus, abſque omni vulneris ſigno, in ſepulchro repertum eſt. Ejuſdem etiam furfuris ſunt, quæ Abbas iſte *Edmundiburgenſis* à temporibus S. *Edmundi* in placito ſuo ſibi vendicabat, ut & eorum *allocationes*, quas memorat, & confirmationes *Henrici* primi, quo regnante, ut verbis [b] legis ab illo ferri dictæ utar, in *ſcyres motis*, vel comitatuum curiis, *agebantur primo debita veræ Chriſtianitatis jura*; *ſecundo regis placita*; poſtremo *cauſæ ſingulorum dignis ſatisfactionibus explebantur.* Imo lege iſta non tantum de *Scyres motis*, ſed *Burgimotis*, & Hundredis duodecies in anno congregandis ſancitum eſt; & de transferendis cauſis in *trithingas* cum penuria judicum in *hundredis* foret. Quinetiam & de multis aliis, quæ monſtrant *cauſas* nondum ab iſtis curiis ad curiam Regis eſſe tractas, neque querelas populi ad Regem aut Juſtitiarium ejus tum deferri eſſe ſolitas, & conſequenter neque *reſcripta forenſia*, quæ ad vicecomites miſſa ab iis in curias regis remiſſa ſunt, adhuc in uſu fuiſſe.

Supra obſervavi, SHOWERE, apud *Nortmannos*, & eorum majores, *duodecimviralem* cauſarum audientiam ab antiquis temporibus uſitatam fuiſſe; ac proinde cùm, Henrico II. regnante, è liberis comitatus hominibus certus & definitus numerus ad eam rem ſtatuendus eſſet, qui ad curias Regis citarentur, *Duodenarium* placuiſſe. *Anglo-Normanni* enim *Normannorum*, ut *Normanni Norvegorum*, quorum nepotes erant, exempla moreſque ſecuti ſunt. Poſteri ſcilicet majorum, quibus, [c] pro numero Deorum Dearumque, *duodenario* nihil ſanctius, nihil antiquius fuit; ac ſi in ipſo hoc numero ſecreta quædam eſſet religio, ut inquit *Henricus Spelmannus*. Hinc dum [d] *Odinus Aſgardi*, quæ metropolis fuit *Aſaheimi*, vel *Aſalandiæ*, *Tanai* ad ortum conterminæ, princeps fuit, mos obtinuiſſe dicitur, ut duodecim præfecti cæteris eminentiores, DIAR ſeu DROT-

---

*Monaſt. Anglican. Vol. I. † In propylæo ad Monaſt. Anglican. *a* Monaſt. *Anglican.* Vol. I. *b* LL. Hen. I. cap. VII. *c* Tolff eru Aeſer godkunigir, *duodecim ſunt Aſæ divinis afficiendi honoribus.* Edd. *Iſland.* Mythol. XIX. Totidem *Deæ*, ſeu *Aſyniæ* enumerantur. Myth. XXX. *d* Heims kringla, ſive *Hiſt. Reg. Sept.* à *Snor. Sturl.* conſcript. *Stockholmiæ*, M.DC.XC.VII. cap. II.

NAR dicti curam gererent ſacrorum, & populo jus dicerent. Sic duodecim virorum magna quondam auctoritas, & uſus in R. R. eligendis, & majoris momenti negotiis. Duodecim viri è qualibet præfectura nominati *Sverrum* in foro Oirenſi elegerunt in Regem. Chron. *Norv.* 504. XII viri *Haquinum Haquini* è Schola Nidroſienſi adductum, in Regem eligerunt. p. 600. XII viri magno *Haquino* homagium præſtiterunt in foro *Egeroenſi.* p. 762. Unde hodie è qualibet *Norvegiæ* præfectura, XII viri conſcribuntur, qui Regi *Daniæ* homagium præſtituri ſunt. In * libro cui hirdskraa titulus ante trecentos plus minus annos *Norvegicè* ſcripto, de jure aulico antiquo *Norvegico*, legimus fuiſſe ſancitum, ut ſiquando eo deventum foret, ut nemo è ſtirpe regia *Norvegiæ* ſupereſſet, qui in Regem crearetur, tum nominandos eſſe duodecim ſapientia & prudentia præſtantiſſimos homines, qui, durante interregno, ad pacem tuendam, & conſervandam continuo per regnum diſcurſitarent. Sic adhiberi olim ſolebant duodecim igniti vomeres in vulgari per *Ordaliam* purgatione; & *Gulielmus* I. acquiſita *Anglia*, duodeno pro more majorum gaudens numero, duodecim viros ex ſingulis comitatibus elegit, qui jurati leges ſuas & conſuetudines illi patefacerent. De duodenaria numerandi ratione, quæ *tolfræd* apud Septentrionales populos appellatur, tractavimus in Gram. *Iſlandicæ*, cap. VI. & ne nimius in hac re forem, non dubitandum, SHOWERE, me judice, eſt, quin *Namdariorum* priſcus ille in cognoſcendis cauſis uſus, qui apud veteres *Scandiæ* incolas olim ab utraque litigantium parte nominabantur, poſtea ex auctoritate publica conſtituti, & *Aſſeſſores* dicti, ex *duodenarii numeri* religione ortum ſuum habuerit, quæ ab antiquiſſimis temporibus, Septentrionalium Gentium animis alte fixa erat.

Miraberis hic forſan, SHOWERE, me Dom. *Johannis Spelmanni* H. F. ſententiam hic ſiluiſſe, qui in *Ælfredi* ſui vitâ tradit regem illum *duodecimvirale* cauſarum judicium primum inſtituiſſe. Ea fateor non ſolum Joh. *Spelmanni*, ſed doctiſſ. etiam *Ob. Walkeri*, qui vitam *Ælfredi* à *Spelmanno* ſcriptam annotationibus illuſtravit, ſententia eſt. Sed eorum neque auctoritatem moror, neque ſententiam à me ad examen revocandam arbitror; quod omnia argumenta ſive teſtimonia, quibus eam adſtruere conantur, in ſuperioribus à me infirmata & diluta ſunt. Ambo legem *Ælfredi*, quæ in fœdere quod cum *Guthruno* tertia eſt, de compurgatione *Thani regii* per duodecem conſacramentales, latam de *duodecim virali Cauſarum judicio*, ut quam plurimi alii, male intelligunt. *Hornum* præterea, quo nihil mendacius, ad partes ſuas advocant, cum imprimis *Aſſerius* diligentiſſimus *Ælfredi* vitæ ſcriptor citandus iis teſtis foret, ſi de hoc *Ælfredi* inſtituto quid ſcripſiſſet; ut eum maxime opporteret ſcribere, ſi *Ælfredus*, illius auctor extitiſſet.

Hactenus, SHOWERE, *antiquorum amantiſſime*, de Actis Curiarum *Scyrenſium* ſive comitatuum apud *Anglos*, & de earum priſtina dignitate, auctoritateque, qua fuit quum ante, tum poſt debellatam à *Normannis Angliam*. In quibus reſuſcitandis, dum ſtrenue navarem operam, ex cauſa maxime notabili, quæ diſceptata erat inter Epiſcopum *Roffenſem*, & vicecomitem *Cantiæ*, de duodecimviralis cauſarum examinis & judicii initiis, diſſertatiunculam componendi occaſio mihi data eſt. Quæ ſi tibi æque in legendo, ac in ſcribendo mihi, placuerit, beatum me ſentiam, & oleum meum operamque omnem in ea ſcribenda bene impendiſſe.

Jam vero cum Deo O. M. progrediamur ad ea proferenda, quæ ſecundo loco, quam utiliſ ſimul & jucunda ſit Lingg. Vett. *Septentrionalium* ſcientia; & quanti doctis, præſertim Antiquarum conſuetudinum ſtudioſis, habenda ſit, cum iis, quæ ſupra traduntur, commonſtrant. E tenebris ergo ſuis in theatrum tandem prodeant majorum nonnulla *teſtamenta*. Quibus in lucem evocandis me de doctis non male meriturum ſperabo, ſiquidem qui edidit *Vett.* teſtamentorum fragmenta aliqua & formulas, quæ *Græci* olim & *Romani*, fecerunt, de rep. literaria optime meruiſſe judicatur *Barn. Briſſonius*, ut & *Janus Gruterus*, *Aldus*que *Ciceronis* operum editor, qui ſpurium & ſuppoſititium idem teſtamentum ambo ediderunt, quod id genuinorum ſolennibus verbis falſarius condidiſſet.

In primam autem ſcenam producatur, quod fecerunt *Brihtricus*, *Ælfrici* cujuſdam magnatis *Thanus*, & conjux ejus *Ælfswitha*, teſtamentum. Hoc ante centum annos demptis quatuor publicum fecit, plaudentibus venerandæ antiquitatis cultoribus, ex hoſpitio *Lincolnienſi*, *Gulielmus Lambardus* inter legum conſultos, † *Jocelino* teſte, domeſtici juris peritiſſimus, è Codice, MS. Eccleſiæ *Roffenſis*, cui epigraphe *Textus Roffenſis.* fol. 144. Idem quoque dignum judicamus, quod recuſum choream ducat teſtamentorum, quæ infra *Philo-Saxonibus* ſpectanda exhibemus; præſertim juris *Anglicani* ſtudioſis, qui rei teſtamentariæ, & ſolennium verborum, quibus utebantur teſtamenta facientes *Anglo-Saxones*, notitiam aliquam habere cupiunt.

---

* Editus erat hic liber *Hafniæ*, curis & ſumptibus *Joh. Reſenii*, An. M. DC. LXXIII. † In præfatione *ante Ælfredi* res geſtas ab *Aſſerio* ſcriptas, & in *Saxonicis* literis à *Dayo* excuſas.

TESTA-

Testamentum Byrhtrici & Ælfswythæ Uxoris ejus Saxonice & Latine.

Ðis is býnhtpices ⁊ ælf-scýðe his pifes nihsta cpiðe. ðe hi cpæðon on meapaham on heopa maga gepitnesse. þ pær pulfstan ucca. ⁊ pulfsie his bpoðop. ⁊ sines ælfsnoðes suna. ⁊ pulfsie se blaca. ⁊ pine pheopt. ⁊ ælfgap on meapaham. ⁊ pulfeh op-ðeges suna. ⁊ ælfeh his bpoðop. ⁊ býnhtpapa ælfsnices laf. ⁊ bnýhtsnic hisnæ mæg. ⁊ ælfstan birceop æsest his kýne-hlafopðe ænne beah. on hund eahtotigan mancýsan golðes. ⁊ an hand-secs. on eal spa miclan. ⁊ feopes hopf. tpa ge-snæðeðe. ⁊ tpa speopð gefetelsoðe. ⁊ tpegen hafocas. ⁊ ealle his heaðop-hundas. ⁊ ðæse hlæfðian ænne beah on ðsittigan mancýsan golðes. ⁊ ænne stedan. to fose-sspnæce. þ se cpýðe. stanðan morte. ⁊ fop his saple ⁊ his ýlðsena. into scē andsneæ. tpa sulung æt ðene-tune. and hio fop hisne saple ⁊ hisne ýlðsena. tpa æt langan-felda. ⁊ biðes in fop hý. ðsittig mancýs golðes: And ænne speop-beah. on xl. mancýsan. ⁊ ane cuppan seolfsene. ⁊ healfne bænd gýlðenne. ⁊ ælce geasne to þeosa ge-mýnðe. tpegpa daga feop me. of hærlholte. ⁊ ii. of poðsingа-besan. ⁊ ii. of bæslingan. ⁊ ii. of hæsigeasðes-hamme. ⁊ to csistes cisan. lx. mancýs golðes. xxx. ðam birsope. xxx. ðam hisoðe. ⁊ ænne speop-beah. on. lxxx. mancýs. ⁊ tpa cuppan seolfsene. ⁊ ðæt land æt meafaham. ⁊ to scē augustine. ðsittig mancýs golðes ⁊ tpa cuppan seolfsene. ⁊ healfne bænd gýlðenne.

And þ land æt ðæsæntan. býnhpapa hisne ðæg. ⁊ æftes hisne ðæge into scē andsnee. fop unc. ⁊ uncsne ýlðsan. ⁊ bæslingas sulfehe. ⁊ he selle. x. hund pænega. into scē andsnee fop unc ⁊ uncsne ýlðsan; ⁊ pulfsie poðsinga-býnas. innon þ gecýnðe; ⁊ sisebe. hærlholt. innon þ gecýnðe; ⁊ pulfege ⁊ elfege his bneðes hesigeasðes-hamme. innon þ gecýnðe. pulfege þ inland. ⁊ ælfege þ ut-land.

And pulfstane uccan. polcnes-stede. innon þ gecýnðe. ⁊ an hand secs. on ðsim pundan. ⁊ ða týn hýða on stsæt-tune. into þæm mýnstsne. to polcnes-stede; ⁊ þ land æt fealc-na-ham. æftes býnhtpapa ðæge. into scē andsnee. fop ælfsnic hisne hlafopð ⁊ his ýlðsan. spa heosa cpýðe pæs. ⁊ bsomleah. æftes bnihtpapa ðæge. into scē andsnea. spa ælfsnic hisne hlafopð hit becpæð. fop hine ⁊ his ýlðsan. ⁊ snoðing-land eac. into scē andsnea. æftes hisne ðæge. spa ælfene hit be-cpæð ælfsnices fæðes. ⁊ he seoððan. on gepitnesse. eaðgife ðæsne hlæfðian. ⁊ oðan ansceopirceoses. ⁊ ælfeges ælfstanes suna. ⁊ ælfsnices his bpoðop. ⁊ ælfnoðes pilian. ⁊ godpines æt fecham. ⁊ eadsnices æt ho. ⁊ ælfsnies sneostes on cnogðæne; ⁊ pulfstane. lx. mancos golðes to ðælanne fop unc ⁊ uncsne ýlðsan. ⁊ oðes snilc pulf-stige to ðælanne. ⁊ hæbban heom· pið god gemæne gif hý hit ne don; ⁊ pulfstige. týðicef-eg. ⁊ ða boc. innon þ ge-cýnðe. ⁊ ii. spusan. on iii. pundan. ⁊ ic bidde fop godes lufan minne leofan hlafopð þ he ne ðafige þ ænig man uncesne csiðe apænðe. ⁊ ic bidde ealle godes sneond þ hi ðasto filstan. hæbbe pið god gemæne þe hit bsiece. ⁊ god him sý sýmle milde þe hit healdan pille.

Sequitur Verſio per monachos Roffenſes, *Latinè.*

Hæc eſt ultima commendatio ſive rerum ſuarum pro deo diſtributio, quam fecerunt ſimul *Brihtricus* & *Ælfsuuitha* uxor ejus, appropinquante die mortis eorum in villa quæ vocatur *Meapeham*, teſtibus his præſentibus de propriis *parentibus* ſuis, videlicet *Uulfſtano* cognomine *Ucca*, & *Uulfſio* fratre ejus, & *Siredo* filio *Ælfredi*, & *Uulfsio* cognomine *Blaca*, & *Wine* presbytero,

& *Ælfgaro* in *Meapaham* & *Wulfego* filio *Ordegi*, & *Ælfego* fratre ejus, & *Brihtwara Ælfrici* relicta, & *Bryhtrico* ejus consanguineo, & Ælfstano episcopo. Primum naturali domino suo *regi* armillam auream quæ habebat octoginta mancas auri, & unum handseax tantundem auri habentem, & quatuor equos, duos ex eis optime faleratos, & duos gladios optime adornatos, & duos accipitres, & omnes canes suos venaticos. Et * dominæ suæ * *Reginæ* armillam unam quæ habebat triginta mancas auri; & unum equum emissarium, eo pacto ut adjuvaret eum apud Regem, quatenus

---

** Ita, SHOWERE, reddit interpres *Saxonica* ðæne hlæfdian. Quamvis enim apud veteres *Francos*, fœmininum à kuning deductum, nempe kuninginna *reginam* denotabat, *Anglo-Saxones* tamen, quibus à suo cyning vel cyng, fœmininum non formare licuit, duobus aliis vocabulis ad REGINAM significandam usi sunt, LFEN & HLÆFDIA, quorum istud UXOREM hoc DOMINAM primo denotabat. Usu vero obtinente, utrumque REGINAM, quum *conjugem*, tum *relictam* in sensu relativo; tum denique in absoluto sensu REGINAM, quæ summo jure imperabat, designabant.

Quoad primum scilicet Lpen, REGINAN *conjugem*, sive Regis consortem significat, Chron. *Sax. Gibs.* DCC.XXI. Her Æðelburh Lpen tobeann tantun, *hoc anno Æthelburga REGINA* (Inæ R) *castrum tantunense destruxit. Bed.* Eccles. Hist. L. IV. C. 19. Ecgfrið se cyning him gehet ge lond ge micel feoh to gegyllanne. gif he ða Lpene gefangnian. ⁊ gelæstan mihte ᵹ heo bucan polde his gegyngcipes, *Ecgfridus promisit, se ei terras ac pecunias multas esse donaturum, si* REGINÆ *posset persuadere ejus uti connubio.* REGINAM regis relictam significat in versionis *Saxonicæ* MS. *Orosii*, lib. I. cap. VII, quod *Lat.* Codicis est IV. Æftes his ðeaðe Samenamis his Lpen fenge æghes ge to ðam gepinne ge to ðam nice. Seo ilce Lpen Samenamis syððan ðat nice pæs on hyne gepealde. Sic etiam vocantur *Tomyris* istius versionis cap. IV. lib. II. & *Cleopatra*, *Julii Cæsaris* relicta, lib. VI. versionis cap. XIII. and he him het to pisse gesteccean Cleopatran ða Lpene ða hæfde Iulius æs. Cleopatra his Lpen peanð gesiðmeð. REGINAM etiam, quæ supremo jure imperat, significat, *Matth.* XII. 42. Suððæles Lpen aris on ðome, *regina austri surget in judicio.* Sic in *Orosii* lib. I. cap. XV. versionis MS. X. *Amazonum* REGINÆ hac voce denotantur: heora Lpena Mapperia. ⁊ Lampida pæran hatene. Ðæs pær Mapperia feo Lpen ofslagen. Ðæs pæron tpa Lpena ᵹ pæran gesteorta Antiopa. ⁊ Ospithia.

Quemadmodum etiam τὸ Lpen emphaticè usurpârunt *Anglo-Saxones* ad designandam in triplici illo sensu REGINAM; sic etiam citerioris ævi, præsertim apud eos scriptores, in trina illa significatione τῷ hlæfdia, quod alias hlæfdiga, hlævdia, hlæfdig, hlævdig & hlafdia, scribitur, usi sunt. REGINAM regis conjugem hic in *Brythrici*, & Ælfswithes testamento τὸ hlæfdia significat, ut & in Chron. *Sax. Gibs.* An. M.LII. And se Cyng gaf ðære hlæfdian eall ᵹ heo ær ahte, *& rex* (Eadwardus) *restituit reginæ, quicquid prius habuerat.* REGINAM regis relictam significat ejusdem *Chronici* p. 183. ⁊ Eadgiᵹ seo hlafdig forðferde on pinceastre, *& Eadgitha regina* (R. Eadwardi relicta) *decessit in urbe Wincestrienſi.* REGINAM denique, cui summi imperii jus ac potestas erat, significat ejusdem etiam Chronici pagg. 103, 104, 106, 107. ubi *Æthelfleda* de cujus rebus gestis liber erat scriptus, qui in Catalogo vet. libb. in prima pag. MS. ad Eccl. *Dunelmens.* pertinentis videndo, *Elfledes boc* vocatur, & quæ, mortuo marito *Ætheredo* duce Merciorum, summo imperio eos gubernabat, vocatur hlæfdig: ut, her com Æðelflæd Myrcna hlæfdige. —— ðy heo Myrcna anpeald mid riht hlafordome healdende pær, *quo ea Merciorum imperium justâ dominatione tenuit.* Ut enim hlaford DOMINUS emphatice positum *Regem* sæpe denotat: Sic hlafordome hic *regiam dominationem* significare contendendum est, quòd Æthelfleda plane REGINA, sive suprema *Merciorum* domina erat. Nam, ut *Joh. Brompton* Abbas *Jorvallensis* in Chronico suo Col. 834. 26. *tantæ potentiæ fertur fuisse, ut à quibusdam non solum* DOMINA *vel* REGINA, *verum etiam* REX *ad laudem & excellentiam vocaretur.* Ex quibus *Jorvallensis* verbis constat hlafdia vel hlæfdia DOMINAM, ut DOMINA *reginam* aliquando denotat, significare. Hinc tandem *Ælfledam* REGINAM vocat *H. Huntingdon* in suo de ejus laude Carmine: *Tu* REGINA *potens* REX*que trophæa parans.* Hinc etiam *Matildam* imperatricem *Hen. I.* filiam, cui totius *Angliæ* proceres sacramentum fidelitatis & homagium fecerant, *Angli* pro vernaculo suæ linguæ idiomate HLÆFDIÆ, *i. e.* DOMINÆ, nomine receperunt, eamque appellatione illa à *Matilda* R. *Stephani* uxore, quæ Lingef cpen vocatur, Chron. *Sax. Gibs.* p. 242. recte distinxerunt. Sic continuat. ad *Florentium*, p. 677. *Interpellavit* DOMINAM (hlæfdian) *Anglorum Regina pro domino suo rege capto.* Quapropter, nie judice, redarguendus est diligentissimus & luculentissimus historiæ *Anglicanæ* scriptor, *Jacobus Tyrrellus*, qui in *R. Bradeium*, suum in historia *Anglicana* ducem, semper obliquus, candorem, si non fidem in illo requirit, propterea quod in libro suo, cujus Epigraphe, **A compleat History of England**, p. 283. ista, & istiusmodi dicta *Malmesburiensis*; (SI IN DOMINAM RECIPERET. —— NEC DUBITAVIT EPISCOPUS IMPERATRICEM IN DOMINAM ANGLIÆ RECIPERE.) *Anglice* reddebat: **if he would receive her, as Queen. ——The Bishop then acknowledged her Queen of England.** Verum scriptorum, qui ante *Tyrrellum* extiterunt, quem vidi, nemo, *Anglos Matildam* in *reginam* sub DOMINÆ appellatione recepisse negavit. Etenim & ipsa, & immor-

quatinus iſta commendatio ſive diſtributio rerum ſuarum firma & ſtabilis eſſet poſt mortem ſuam, Et pro anima ſua & omnium antiquorum ſuorum dedit æccleſiæ Sancti Andreæ duas ſullingas terræ in danituna, & ipſa *Ælfsuuitha* ſimiliter dedit eidem aeccleſiæ Sancti Andreæ pro anima ſua & omnium parentum ſuorum duas ſullingas terræ quæ vocantur *Langafelda*, & præter hæc dedit eidem aeccleſiæ xxx mancas auri & unam torquem auream de XL mancis auri, & unam cupam argenteam, & dimidiam vittam capitis auream. Et omni anno in diebus anniuerſariorum ſuorum ordinaverunt ſervitoribus aeccleſiæ Sancti Andreæ firmam duorum dierum de terra illa quæ vocatur *Hæſleholt*, & duorum dierum de *Uuotringeberia*, & duorum dierum de *Bærlinges*, & duorum dierum de *Herigetes-ham*. Et aeccleſiæ Xpī. Cantuariæ dederunt ſexaginta mancas auri. XXX. archiepiſcopo. XXX. conventui fratrum, & unam torquem auream, quæ habebat octoginta mancas auri, & duas cuppas argenteas, & terram illam quæ vocatur *Meapeham*. Et aeccleſiæ Sancti Auguſtini dederunt XXX. mancas auri, & duas cuppas argenteas, & dimidiam vittam auream. Et terram illam quæ vocatur Dærente dederunt *Brihtwaræ* in diebus vitæ ejus tantum, & poſt mortem ejus aeccleſiæ Sancti Andreæ pro ſe & anteceſſoribus ſuis. Et *Berlinges* dederunt cuidam nomine *Wulfego* tali pacto, ut ipſe daret inde omni anno decies centum denarios pro ſe, & pro anteceſſoribus ſuis, aeccleſiæ Sancti Andreæ. Et cuidam *Wulfſio* dederunt uuoᵵrÿnȝebÿri, ſibi & ſuæ progeniei in hereditatem futuram. & *Siredo* hæſel-holt, & *Wulfego* & *Ælfego* fratri ſuo hergeteſ-ham, in hereditatem futuram, & cuidam *Wulfſtano* cognomine *Ucca* terram quæ vocatur *Wolcneſtede*. & illas X. hydas terræ quæ ſunt in ſtrættuna, dederunt monaſterio de Wolcneſteda. Et poſt mortem *Bryhtwaræ* terram de Falcheham dederunt aeccleſiæ Sancti Andreæ, & *Bromlegam* ſimiliter poſt mortem ejus, ſicut *Ælfricus* dominus ejus dederat eam eidem aeccleſiæ. ſimiliter dederunt & *Snodilande* eidem aeccleſiæ poſt mortem *Brihtwaræ*, ſicut *Ælferus* filius *Ælfrici* eam prius dederat ipſi aeccleſiæ, & ipſe poſtea per teſtimonium *Æadgivæ* reginæ, & *Odonis* archiepiſcopi, & *Ælfegi* filii *Ælfſtani*, & *Ælfrici* fratris ejus, & *Ælfnodi* cognomine *Pilia*, & *Goduuini* de Fecham, & *Eadrici* de ho, & *Ælfſii* prbri de Croindene. Et cuidam *Wulfſtano* dederunt LX. mancas auri dividere pauperibus: pro animabus ſuis, & cuidam Wulfſio tantundem dividere pro animabus eorum, & cum deo agant judi-

---

immortalis memoriæ frater ejus *Gloceſtrienſis Comes*, cum *Anglis* egerunt, ut ipſam tanquam *Hen. I.* filiam & hæredem, cui omnis *Anglia* & *Normannia* jurata eſſet, in REGNUM reciperent, *W. Malmeſ.* p. 106. 51. Homagium etiam & fidelitatem, qui eam in DOMINAM recipiebant, ut *reginæ* dederunt. *Traditur* (inquit *continuat.* ad *Florentium* p. 676.) *ejus imperio urbs nobiliſſima Wintoniæ, datur ejus* DOMINIO CORONA *regni Angliæ.* Et paulo poſt; *venit illa, totiuſque civitatis & circumjacentis Regionis ſuſcepit* DOMINIUM *atque* HOMINIUM. In *Reginam* ergo *Matildam* receperunt, qui ab ejus partibus ſteterunt. Nec de eo dubitavit SHOWERE, veſter *Eadwardus Cokus* juris *Anglicani* oraculum, in libro qui inſcribitur, **the firſt part of the Inſtitutes**, p. 7. ubi de appellationibus regum agens, ſic de *Matilda* loquitur: **Maud the ſole daughter and heir of Hen. I. wrote** *Matildis imperatrix Hen. Regis filia, & Anglorum* DOMINA, **divers of whoſe creations and grants I have ſeen.** Dein pergit ad recenſendos RR. *Angliæ*, qui ſe *dominos Hiberniæ*, tum cum illius reges eſſent, appellari voluerunt. *Johan.* etiam *Seldenus*, in libro cui titulus, **Titles of Honour**, *Matildam* etiam REGINAM agnoſcit, p. 36. ubi ſic ſcribit: **and as Kings with their ſubjects of the greater name have been ever ſtyled by it** DOMINUS; **ſo Queens have had, and uſed the name of** DOMINA, **as Lady Maud called herſelf,** *Imperatrix Hen. Regis filia, & Anglorum* DOMINA. Sed objicit vir clariſſ. *Matildam* in ſigilli ſui epigraphe, ſe REGINAM *Romanorum, &* DOMINAM *Anglorum* appellaſſe, quod (inquit) haud oportebat eam facere, ſi utriuſque populi ſe *reginam* pariter credidiſſet: verum id ut faceret maxime oportebat, quod in Aula *Cæſarea, Regina Romanorum* appellaretur, apud Anglos vero vernaculo DOMINÆ nomine, in regnum admitteretur: præterea, inquit, *Henricus* Epiſcopus *Wintonienſis* eam DOMINAM *Andegavenſium* vocavit, quæ ſecundum *Bradeyi* verſionem reddenda ſunt **Queen of the Aniovins.** Minime vero, quoniam ANDEGAVIA non regnum erat, ſed ducatus; & Matilda illius domina, domina tantum conſors, ſive conjugalis, non autem ſuprema, quæ *Andegavis* ſummo jure imperabat; *Anglorum* vero domina ſuprema *Matilda* erat, qui fidelitatem ei ut patris ſui hæredi juraverant, & apud quos regio jure & poteſtate, quoad potuit, utebatur. Accedit, quod loco *regii* nominis, **konungur**, veteres reges *Scanorum*, i. e. veteres RR. *Norvegiæ*, *Daniæ*, & *Sueoniæ*, appellatione **ᵵᵹ drotten**, quod *dominum* ſignificat in antiquis ſcriptoribus inſigniri ſolent. Et ut **drotten**, olim erat *Rex*: ſic **drotta**, *domina*, poſtea **drottning**, & in compoſita declinatione **drotningen**, hodie corruptè **dronning** erat *Regina*: ut in Bibliis *Iſlandicis*, lib. *Regum*, cap. X. 1, 4, 10, 13. *Nehem.* XI, 6. *Eſther.* I. 9. *Matth.* XII. 42. Vide etiam **heims kringla**, ſive *hiſtoriam R.R. Septentrionalium à Snorrone Sturlonide conſcriptam*, quam in ingens orbis literarii beneficium nuper editam, verſione gemina & notis illuſtravit *Joh. Peringskiold.* cap. CXLVIII. Quamobrem, Cl. SHOWERE, ſi non ab errore & lapſu, nam labi & errare humanum eſt; ſaltem à doli crimine vindicandus eſt Hiſtoriæ *Angl.* pater *Bradeijus*; cujus Manibus, ut qui à morte erat abreptus tum quum ad ſui defenſionem accinctus eſſet, has inferias conſecro.

cium niſi fideliter fecerint. Ego *Brihtricus* pro Dei amore rogo dominum meum dulciſſimum, ut iſta noſtra donatio inviolabilis permaneat, nec eam à quoquam violari permittat, ſimiliter rogamus & petimus omnes amicos Dei, quatenus nobis in hac re adjutores exiſtant. Et quicunque eam aliquatenus violare præſumpſerint, ab ipſo domino Xto. judice, æternum recipiant Judicium, & qui eam inviolabilem conſervaverint, dominum ſibi ſentiant affore propicium.

Teſtamentum Wulfari, *è Regeſto* Abbatiæ *S.* Petri *de* Bath. *p.* 88. *Chart.* 22. *In Bibl. C. C. C. C.*

Ic pulfaru bidde minne leofan hlafordd æþelred kyninc to ælmyrran þ ic mote beon miner cpyðer pynde. Ic kyðe þe leof on ðirum ȝeppite hpæt ic ȝeann into baðum to ðcē Petpes mynrtre. for mine eapman raple. ⁊ for minra yldrena þe me min ar afcom. ⁊ mine æhta. þ ir þonne þ ic ȝeann ðædes into ðære halgan rtope anes beaȝes ir on rextigum mancurrum ȝoldes. ⁊ anre blede ir on þridda healfon punde. ⁊ tpeȝea ȝyldenra roda. ⁊ anes mærreneafes mid eallum þam ðe ðæro ȝebyred. ⁊ anes hpicȝ-hpæȝles þæs relestan þe ic hæbbe. ⁊ anes beddneafes mid pahryfte. ⁊ mid hoppreyran. ⁊ mid eallum þam þe þæro ȝebyred. And ic ȝeann Ælfene abbode þæs landes æt fenrcef-forda mid mete. ⁊ mid * mannum. ⁊ mid ealne tyl'de. rra ðæro ȝetiloð bi'ð. And ic ȝeann pulfmæne minum yldran runa þæs landes æt clatfordtune mid mete. ⁊ mid mennum. ⁊ mid ealne tilþe. ⁊ ðælon hi þ heafoddotl him betpeonan rra rihte rra hi rihtlicost maȝon. þ heora æȝþes hir ȝelice micel habbon. And ælfrine minum ȝyngran runa ic ȝeann þes landes æt leaȝe. mid mete. ⁊ mid mannum. ⁊ mid eallne til'de. And þes landes æt healhtune. mid mete. ⁊ mid mannum. ⁊ mid eallne til'de. And þer landes æt hocȝertune. mid mete. ⁊ mid mannum. ⁊ mid eallne til'de. ⁊ ðrittiga mancurra ȝoldes. And ic ȝeann ȝodan minne yldran ðehtes þes landes æt punfford. mid mete. ⁊ mid mannum. ⁊ mid eallne til'de. ⁊ tpeȝea cuppena on feopes pundum. ⁊ anes bendes on ðritigum mancurrum ȝoldes. ⁊ tpeȝea ppeonar. ⁊ anes pifrcnudes ealles. And alfpare minre ȝyntran ðehtes ic ȝeann ealles þæs pifrcnudes þe þento lafe bi'ð. And pulfmære minum runa. ⁊ ælfrine minum ofrum runa. ⁊ alfpare minre ðehtes heora ðreoðra ælcum ic ȝeann tpeȝea cuppena on ȝodum feo. And ic ȝean pulfmære minum runa anes heallpahrifres. ⁊ anes beddneafes. ælfrine minum ofrum runa ic ȝeann anes heall-neafes. ⁊ anes burrneafes. mid beod-neafe. ⁊ mid eallum hpæȝlum rra ðento ȝebyred. And ic ȝeann minum feopes cnihtum. ælmære. ⁊ ælfpende. ⁊ pulfrice. ⁊ pulfrtane anes bendes on tpentigum mancurrum ȝoldes. Ac ic ȝeann eallum minum hired pifmannum to ȝemanum anes ȝodes carteneres pel ȝenenodes. And ic pylle þ þa þe to minre are for þ hi ridon tpentiȝ fneot manna. tyne be eartan ⁊ tyne be pertan. And æfre ælce ȝeare ealle ȝemænelice ane feorme into Baðum rra ȝode rra hi bette þurhteon magon to rpylcre tide rpælce heom eallum þince þ hi bett ⁊ ȝenirenlicost hi forð bringan maȝon. rpylce heora rpylce þir ȝelærte. hæbbe he ȝodes milte ⁊ mine. and rpylce heora rpylce þir ȝelærtan nelle. hæbbe he hit him pið ðone hehrtan ȝemæne. þ ir re roða ȝod. þe ealle ȝefceafta ȝefceop ⁊ ȝeporhte.

Badanothi Beottingi Testamentum.
E Bibl. Cott. Auguſtus. II.

Ic badonoð beottinȝ cyðo ⁊ ppitan hato hu min pilla ir ðet min æfre-lond fere þe ic, et, aeðeluulfe cyninge beȝæt ⁊ ȝebohte mid fullum frioðome on æce æfre æfter minum deȝe ⁊ minra æfre-peanda ðet ir miner pifes ⁊ minra beanna, ic pille æfirt me reolfne ȝode allmehtiȝum forȝeofan to ðere rtope æt cpirtes cirican ⁊ min beann ðær lifferт ȝeðoan ⁊ þib ⁊ cild ðæm hlafordde ⁊ hiȝum ⁊ ðære rtope befertan oðer minne ðei to frið̄e ⁊ to mundbyrde. ⁊ to hlafordðome on ðæm ðinȝum ðe him ðeaf rie ⁊ hie bpucen londes hiora ðei ⁊ hiȝon ȝefeormien to minre tide rpæ hie roelert. ðurhtion meȝen ⁊ hiȝon ur mid heora ȝodcundum ȝodum rpæ ȝemynen rpæ ur anlic ⁊ him ælmeslic

---

* *Anglo-Saxones*, quibus ſervitus in uſu erat, nomina ſervorum & ſervarum ſuarum prædialium, cum eorum liberis glebæ etiam adſcriptiis, mandare literis ſolebant, quaſi bonorum ſuorum partem: ut conſtat è text. *Roffenſis* fol. 162.a.. ðir pæron ða æhtemen into pulda. ham ⁊ heora offrinc. ðar man dyde ðiden of Æ-ȝlefforda. tottel ⁊ eadpiȝ hir bro'ðor. and heora oftream. ⁊ totteles rurten ⁊ hire cild. ⁊ hir rurten dohtor. ⁊ hire tpa cild. ðar comon ru'ðan of cincer tune. æþelflede ⁊ hire cild. ⁊ of æȝlefforda rigburh. ⁊ hire cild. ⁊ ȝarpiȝ ⁊ hir pif. ⁊ boia ⁊ hir pif. ⁊ heora oftream. ⁊ þar comon of cealce. bunel ⁊ hir pif. ⁊ hidda ⁊ hir pif. ⁊ nodbald ⁊ hir pif. ⁊ heora oftream:. Ða ȝebohte ælfrtan þ land ælfeher fader æt eadmunde cince mid eallum þam þe ðar onrtod on ece yrfe mid hund tpelftigan mancer an ȝolder. ⁊ mid þrittiȝan punðan:.

fiæ

ꝛiæ ⁊ ðonne oꝼeꝛ hioꝛa ðei piꝼeꝛ ⁊ cilda. Ic bebeoðe on ȝoðeꝛ noman ðæt mon aȝeꝼe ðæt land inn niȝum to heoꝛa beoðe him to bꝛuccanne on ece æꝛꝼe. ꝛꝑæ him leoꝼaꝛt ꝛie. ⁊ ic biddo hiȝon ꝼoꝛ ȝoðeꝛ luꝼe ðæt ꝛe monn ꝛe hiȝon londeꝛ unnen to bꝛucanne ða ilcan piꝛan leꝛte on ꝛꝑæꝛendum to minꝛe tide ⁊ ða ȝoðcundan lean minꝛe ꝛaule miþ ȝeꝛece ꝛꝑæ hit mine æꝛꝼe numan æꝛ on-ꝛtellen. ðonne iꝛ min pilla ðæt ðiꝛꝛa ȝeppiota ꝛien tꝛa ȝelice. oðeꝛ habben hiȝon miþ boecum oðeꝛ mine æꝛꝼe-peaꝛdaꝛ heoꝛa ðei ðonne iꝛ ðæꝛ landeꝛ ðe ic hiȝum ꝛelle, xvi. ȝioc æꝛðæ londeꝛ ⁊ meðꝛe..... all on æce æꝛꝼe to bꝛucanne ȝeminne ðe ...e æꝼteꝛ ꝛꝑæ to ationne ꝛꝑæ me meꝛt ꝛeþ ⁊ lioꝼaꝛt ꝛie.

✠ Leolnoð aꝛc̄ epiꝛc̄ ðiꝛ ꝑꝛito ⁊ ꝼeꝛtniæ miþ cꝛiꝛteꝛ ꝛoðe-tacne.
✠ Alcheꝛe ðux ðiꝛꝛ ꝑꝛito ⁊ ðeaꝼiæ.
✠ Bæȝmunð ꝑꝛ̄b aþ̄ þiꝛꝛ ꝑꝛito ⁊ þeaꝼiæ
✠ Hỳꝛenoð ꝑꝛ̄ ðiꝛꝛ ꝑꝛito ⁊ þeaꝼiæ.
✠ ꝗiȝmunð ꝑꝛ̄.
✠ Baðenoð ꝑꝛ̄.
✠ Oꝛmunð ꝑꝛ̄.
✠ Ðuiþbeꝛht biāc.
✠ Ðỳðel.
✠ Lichuꝛ.
✠ Diȝemunð.
✠ Eðelpulꝼ.
✠ Tile.
✠ Lỳnebeꝛht.
✠ Æðelꝛeð
✠ Baðanoð.

Abbæ Vicecomitis Testamentum,
E Bibl. Cott. Auguſtus. A. 2.

✠ Ic abba ȝeꝛoeꝼa cỳðe ⁊ ꝑꝛitan hate hu min pilla iꝛ þæt mon ỳmb min æꝛꝼe ȝeðoe æꝼteꝛ minū ðæȝe. æꝛeꝛt ỳmb min lonð þe ic hæbbe ⁊ me ȝoð lah. ⁊ ic æt minum hlaꝼoꝛðum be-ȝæt. iꝛ min pilla ȝiꝼ me ȝoð beaꝛneꝛ unnan pille. ðæt hit ꝼoe to londe æꝼteꝛ me ⁊ hiꝛ bꝛuce miþ minū ȝemeccan ⁊ ꝛioððan ꝛꝑæ ꝼoꝛð min cỳnn ða hꝛile þe ȝoð pille ðæt ðeaꝛa æniȝ ꝛie. þe londeꝛ peoꝛðe ꝛie. ⁊ land ȝehalðan cunne. ȝiꝼ me ðonne ȝiꝼeðe ꝛie ðæt ic beaꝛn beȝeotanne meȝe. þonne iꝛ min pilla þæt hit hæbbe min *ꝑiiꝼ ða hꝛile ðe hia hit miþ clenniꝛꝛe ȝehalðan pile. ⁊ min bꝛoðaꝛ alchheꝛe hiꝛe ꝼultume ⁊ þæt lond hiꝛe nỳtt ȝe-ðoe, ⁊ him man ꝛelle an halꝼ ꝛpulunȝ and ciollan-ðene to habbanne ⁊ to bꝛucanne piððan ðe he ðỳ ȝeoꝛnliocaꝛ hiꝛe ðeaꝛꝼa be-ȝa ⁊ be-ꝑiotiȝe. ⁊ mon ꝛelle him to ðæm londe, IIII oxan, and II cỳ, and L ꝛcepa ⁊ ænne hoꝛn, ȝiꝼ man piiꝼ ðonne hia nỳlle miþ clenniꝛꝛe ꝛꝑæ ȝe-halðan. ⁊ hiꝛe lioꝼꝛe ꝛie oðeꝛ hemeð to niomanne. ðonne ꝼeon mine meȝaꝛ to ðen londe. ⁊ hiꝛe aȝeꝼen hiꝛe aȝen. ȝiꝼ hiꝛe ðonne leoꝼꝛe ꝛie almỳꝛteꝛ to ȝanȝan ne oðða ꝛuð to ꝼoꝛanne ðonne aȝeꝼen hie tꝛeȝen mine meȝaꝛ alchheꝛe ⁊ aeðelpalð hiꝛe tꝛa ðuꝛenda ⁊ ꝼon him to ðen londe, ⁊ aȝeꝼe mon to limiȝe L, eapa, and v cỳ, ꝼoꝛe me, ⁊ mon ꝛelle to ꝼolcanꝛtant pin miþ minū lice. x oxan. and x cỳ. and c, eapa. and c, ꝛpina, and hiȝum an ꝛunðꝛan, D, pendinȝaꝛ piððan ðe min piiꝼ þeꝛ be nuȝe inȝanȝeꝛ ꝛꝑæ miþ minū lice ꝛꝑæ ꝛioððan ỳꝼeꝛꝛan ðoȝꝛe ꝛꝑæ hꝛæðeꝛ ꝛꝑæ hiꝛe lioꝼꝛe ꝛie. ȝiꝼ hiȝan ðonne oððe hlaꝼoꝛð þæt nỳlle hiꝛe mỳnꝛteꝛ-liꝼeꝛ ȝeunnan. oðða hia ꝛiolꝼ̄ nỳlle. ⁊ hiꝛe oðeꝛ ðinȝ lioꝼꝛe ꝛie, þonne aȝeꝼe mon ten hund pendinȝaꝛ inn miþ minū lice me pið leȝeꝛꝛtope ⁊ hiȝum an ꝛunðꝛan ꝼiꝼ hund pendinȝaꝛ, ꝼoꝛe mine ꝛaple, ⁊ ic bidde ⁊ bebeoðe ꝛꝑælc mon ꝛe ðæt min lond hebbe ðæt he ælce ȝeꝛe aȝeꝼe ðen hiȝum æt ꝼolcanꝛtop L. ambꝛa malteꝛ and VI. ambꝛa ȝꝛuta and III. peȝa ꝛpiceꝛ ⁊ ane ceꝛeꝛ. and cccc. hlaꝼa ⁊ an hꝛiðꝛ and VI. ꝛcep, ⁊ ꝛꝑælc monn ꝛe ðe to minum æꝛꝼe ꝼoe ðonne ȝe-ðele he ælcum meꝛꝛepꝛeoꝛtum binnan cent mancuꝛ ȝolðeꝛ. ⁊ ælcum ȝoðeꝛ ðiope pendinȝaꝛ, ⁊ to ꝛcē peꝛꝛe min pæꝛ ȝelð tꝛa ðuꝛenda ⁊ ꝼneoðomunð ꝼoe to minū ꝛpeoꝛð ⁊ aȝeꝼe ðeꝛ æt ꝼeopeꝛ ðuꝛenda ⁊ him mon ꝼoꝛȝeꝼe ðeꝛ an ðꝛeotene hund pendinȝaꝛ. ⁊ ȝiꝼ mine bꝛoðaꝛ æꝛꝼepeaꝛð ȝeꝛtꝛionen ðe londeꝛ peoꝛþe ꝛie þonne ann ic ðem londeꝛ. ȝiꝼ hie ne ȝeꝛtꝛionen deð ðe him ꝛỳlꝼū ælleꝛ hꝛæt ꝛele æꝼteꝛ hioꝛa deȝe. ann ic hiꝛ ꝼneoðomunde ȝiꝼ he ðonne liꝼeꝛ biþ. ȝiꝼ him elleꝛ hꝛæt ꝛæleþ ðonne ann ic hiꝛ minꝛa ꝛꝑæꝛteꝛ ꝛuna ꝛꝑælcum ꝛe hit ȝeðian pile ⁊ him ȝiꝼeþe biþ, ⁊ ȝiꝼ þæt ȝeꝛele þæt mine cỳnn to ðan clane ȝepite þæt ðeꝛ þeaꝛa nan ne ꝛie ðe londeꝛ peoꝛþe. ꝛie þonne ꝼoe ꝛe hlaꝼoꝛð to and þa hiȝon æt knihteꝛ ciꝛican ⁊ hit minum ȝaꝛte nỳtt ȝeðoen. an þaꝛ neðenne ic hit ðiðeꝛ ꝛelle ðe ꝛe monn ꝛe þe knihteꝛ ciꝛican hlaꝼoꝛð ꝛie ꝛe min ⁊ minꝛa epꝼe-peaꝛða ꝼoꝛe-ꝛꝑneoca ⁊ munðboꝛa ⁊ an hiꝛ hlaꝼoꝛðdome þe bian moten.

✠ Ic Lolnoþ miþ ȝoðeꝛ ȝeꝼe æꝛcebiꝛcop þiꝛ ꝑꝛite ⁊ ðeaꝼie ⁊ miþ cꝛiꝛteꝛ ꝛoð-tacne hit ꝼeꝛtin.
✠ Ic Beaȝmunð ꝑꝛ̄ aþ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic Pæꝛ-haꝛð ꝑꝛ̄ aþ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic Aeþelhun ꝑꝛ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic Abba ꝑꝛ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic ꝗiȝmunð ꝑꝛ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic Loꝼ ꝑꝛ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite.
✠ Ic Oꝛmunð ꝑꝛ̄ þiꝛ þeaꝼie ⁊ ꝑꝛite
✠ Ic ꝗealheꝛe ðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ þeaꝼie.
✠ Ic Baðanoð ðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ ðeaꝼie.
✠ Ic Abba ȝe-neoꝼa þiꝛ ꝑꝛite ⁊ ꝼeꝛtnie miþ Kniꝛteꝛ ꝛoð-tacne.
✠ Ic Heabeꝛh ðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ þeaꝼie.
✠ Ic Noþꝑulꝼ ꝛubðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ þeaꝼie.
✠ Ic ꝗeolheꝛe ꝛubðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ þeaꝼie.
✠ Ic Liolꝑulꝼ ꝛubðiac̄ þiꝛ ꝑꝛite ⁊ þeaꝼie.

---

* Id eſt. Dum vidua manens à ſecundis nuptiis abſtineret.

Teſtamentum *Byrhtrici* & *Ælfswithæ* ante centum & quatuor annos à *Will. Lambardo* in itinerario ſuo *Cantiæ* editum, denuo in doctorum gratiam publicandum cenſui, SHOWERE, quum quod à cl. viris * *Joh. Seldeno*, & † *Hen. Spelmanno* citatur: tum etiam quod antiquam illam conſtitutionem *Impp. Theodoſii* & *Valentiniani* oſtendit; qua permiſſum erat marito & uxori ut conjunctim teſtamentum facerent, quo alter alteri ſuperſtes, & dein ambobus defunctis, hæredes & legatarii, quos eſſe voluerunt, in bonorum poſſeſſione ſuccederent. Id genus teſtamenti *formula* ſolennis, quæ quidem digna eſt ut à Te conſulatur, SHOWERE, extat apud *Marculfum*, cap. LXXI.

Quoad tempus in quo *Byrhtricus* fecit teſtamentum ſuum, id quidem cognoſci non poteſt; quod in quo ſcriptum erat neque annus, neque menſis, neque dies deſignatur. Neque enim jus civile Romanum, quo conſtitutum erat, ut uno eodemque tempore ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium, ſignacula teſtamentis imponerentur, requirebat, ut annus, quo facta à quoquam teſtamenta erant, à tabellionibus notaretur. Seculum, in quo *Byrthricus* vixit, noſcitur ex eo, in quo floruit patronus ejus *Ælfricus*, quod fuit poſt annum DCCCC.LXXXIII. regnante *Æthelredo*, quando [a] dux *Merciæ* factus erat, uſque ad annum M.XVI. in quo interfectus fuit. Aliquo igitur intermedio viventis *Ælfrici* Ducis anno, cliens ejus ſive *Thanus*, iſque opulentiſſimus, *Byrthricus* teſtamentum ſuum fecit; in quo etiam tradit *Ælfherum*, *Ælfrici* patrem, qui floruit regnantibus *Edgaro* & *Edweardo* martyre, de bonis ſuis ſolenniter etiam teſtatum fuiſſe. Sed ante hæc tempora, teſtamentorum factionem apud *Anglo-Saxones* obtinuiſſe, luculente probat *Ælfredi* R. lex 37, quæ, ut exiſtimat *H. Spelmannus*, de teſtamento datis & legatis intelligenda eſt, & non de donationibus, quas INTER VIVOS jus civile appellat, quod ſine ulla mortis cogitatione factæ, non omnino comparantur legatis. Imo R. ipſe *Ælfredus* teſtamentum etiam condidit in publicis regni comitiis, in quo etiam *Æthelwulfum* R. patrem ſuum teſtamento terras ſuas legaſſe dicit. *Badanothus Beottingus* teſtatus eſt, regnante *Ecgbertho Æthelwulfi* patre. Quinetiam regnante INA R. qui *Ceadwellæ* ſucceſſit, An. DCLXXXVIII. & *Romæ* mortuus eſt, An. DCCXXVIII. teſtamentorum ſolennem factionem apud *Anglo-Saxones* in uſu fuiſſe, teſtamentum probat, quod [c] HEAN fundator, & primus Abbas cœnobii *Abbendonenſis* feciſſe dicitur, in *Abbendonenſis* Eccleſiæ hiſtoria, bibl. *Cotton.* cujus nota eſt *Claudius*, c. 9, 10. Porro, teſtamentorum uſum apud *Anglo-Saxones* inoleviſſe ex quo, regibus ad fidem converſis, regna *Saxonica* cum ſacerdotio & eccleſia in unum corpus coaluerunt, me judice, non dubitandum eſt. Verum ante id tempus iis teſtamentorum uſus penitus fuit ignotus, majorum mores & inſtituta ſecutis, de quibus ſic *Tacitus* in libro ſuo de moribus *Germanorum*: *Hæredes tamen ſucceſſoreſque ſui cuique liberi, &* NULLUM TESTAMENTUM. *Si liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, avunculi.*

Quis autem apud eos legitimus teſtium fuit numerus, quibus coram teſtatore eodem tempore ſubſcribentibus & conſignantibus valebat teſtamentum, ex numero quidem teſtium, qui ſuperioribus teſtamentorum exemplaribus ſubſcripſerunt, eaque ſignarunt, haud facile dici poteſt. *Byrthricus* cum conjuge ſua Ælfswitha teſtati ſunt præſentibus uno eodemque tempore XI teſtibus, quorum una mulier erat, quæ jure civili *Romano* teſtis adhiberi non potuit. Teſtamenti, quod *Wulfarus* ordinavit, tranſcriptum caret nominibus teſtium, qui ſubſcriptionibus & ſignaculis ſuis ad id firmandum adhibiti erant. *Badanothus Beottingus* teſtatus eſt adhibitis uno eodemque tempore ſexdecim teſtibus. *Abbæ* vicecomitis teſtamentum, teſtatoris ipſius & XIV inſuper teſtium ſubſcriptionibus & appoſitis ſignaculis confirmatur. *Ælfricus* autem in teſtamento *Byrthrici* & *Ælfswithæ*, adhibitis tantum VIII. teſtibus, quorum prima *Eadgyva* regina, ſecundus vero *Odo* Archiepiſcopus erat, recte teſtatus eſſe dicitur. Sic teſtamentum *Wolgithæ*, quod eſt in *Gul. Somneri* libro, qui inſcribitur, **Of Gavelkind**, præter cœnobium S. *Auguſtini Cantwar.* & regis conſiliarios, decem etiam teſtium nominibus, inſignitur. Certus igitur & jure definitus teſtium numerus, quo in ordinandis teſtamentis major non erat adhibendus, apud *Anglo-Saxones* nullus erat. Quo vero minor non adhibendus erat in faciendis teſtamentis, propter eorum ſinceritatem, certus proculdubio apud eos teſtium numerus, conſtitutionibus regni & eccleſiæ ſancitus & definitus erat. Quis vero is fuit in tanta heu *vett.* monumentorum jactura & defectu nihil certi dici poteſt. probabile tamen eſt, jure regni & eccleſiæ, de ordinandis teſtamentis in unam conſonantiam apud *Anglo-Saxones* tandem juncto, eos conſtitutionem *Romanam* cum fide & moribus *Chriſtianis* recepiſſe, qua cautum erat, ut, *uno eodemque tempore ſeptem teſtibus & ſubſcriptione teſtium adhibitis, ſignacula etiam teſtamentis, quæ jure facta ſunt, imponerentur.* Jus hoc de ſeptem ſaltem adhibendis teſtibus, quorum ſi unus defuerit, jure deficit teſtamentum, cum ipſo teſta-

---

* In tractatu Anglice ſcripto, qui inſcribitur, **The originall of Eccleſiaſticall Jurisdiction of teſtaments.** † In reliquiis Spelmannianis. p. 130. *a* Vid. Chron. *Sax. Gibſ.* *b* Hujus teſtamenti verſio *Latino-Normannica* habetur in *Ang. Norm.* p. 22. & in *Ælfredi* magni vita, *Oxonii* impreſſa, M.DCLXXVIII. Append. II. Verſio inquam *Latino-Normannica*, in qua leguntur multi termini phraſeſque *feudales*, quos *Anglo-Sax.* penitus ignorarunt, ut *Conqueſti* ſumus. *Sei. Seina. feodum. Armiger. Seiſinare. Valettus*, &c. *c* De *Heano*, qui nepos fuit cujuſdam reguli *Cyßæ*, vide librum Bibliothecæ *Cottonianæ*, cujus nota, *Vitellius*. A. 13. 6.

mentorum

mentorum uſu, à *Romanis* ad majores noſtros veniſſe, ut rem vero ſimillimam, & Te, SHOWERE, & omnes, qui, æque ac Tu, juris ſcientes ſunt, amplexuros certe quidem ſcio; quamvis in extrema vitæ lucta, ut animam afflaturus uno adhibito præſertim gravi & optimæ fidei teſte recte de bonis teſtaretur, ut credam, facit narratio illa, quæ infra ſequitur de teſtamento, quod *Ælfegus* moribundus fecit, accerſito *S. Dunſtano* Archiepiſcopo *Cantwarenſi*, qui teſtis ſingularis vocatus & adhibitus, & dein controverſia de illius teſtimonio & teſtamento, cui teſtimonium præſtabat, in comitiis comitatus motâ, non victor tantum, ſed mille ſacramentalium juramentis honeſtatus triumphator maximus à lite determinatâ diſceſſit. Morientibus ergo apud *Anglo-Saxones*, haud ſecus ac militantibus apud *Romanos* diligens illa & formalis dicta in ordinandis teſtamentis obſervatio, propter anguſtiam temporis, conſtitutionibus regni & Eccleſiæ remiſſa eſſe videtur; Adeo ut ii, quamvis neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem obſervaverint, recte nihilominus teſtarentur, videlicet cum in ultimo vitæ diſcrimine poſiti cum morte luctarentur. Si igitur moriens apud majores noſtros, vocato ad hoc ſingulari homine, ut voluntatem ejus teſtaretur, ita locutus eſſet, ut declararet, cui bona ſua daret, voluntas ejus ſive ſcripta, ſive ſine ſcriptura, rata habita eſſe videtur. Aliter enim ſi fuiſſet, cur ſuprema *Ælfegi* voluntate coram *Dunſtano* Archiepiſcopo, ad hoc ſolo accito, declarata, teſtamentum ejus valeret, ne quidem animo cogitare poſſum. Etenim quod ſingulare illius teſtimonium ſufficeret, id non alicui privilegio, quo ut Archiepiſcopus gaudebat, attribuendum eſſe ex hoc probatur, quod *Badanothus Beottingus*, & *Abbas Gerefa* cum Archiepiſcopo *Cantwarenſi*, *Ceolnotho*, cum teſtarentur, etiam alios multos teſtes adhibebant.

Præterea notandum etiam id eſt, SHOWERE, quod apud *Anglo-Saxones*, perinde ac apud *Romanos*, quis unum teſtamentum pluribus Codicibus conficere potuit. Quod ut [a] *Juſtinianus* imp. ait, neceſſarium eſt propter innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſſitatibus imminent. Sic *Badanothus B.* voluit, ut teſtamentum ſuum duobus codicibus conficeretur, quorum alter Monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuarienſi*; alter hæredibus ſuis tradendus erat. Sic [b] *Edſigus* presbyter, cum teſtatus eſſet, teſtamentum ſuum tribus exemplaribus confectum eſſe voluit, quorum alterum *Cœnobio* Eccleſiæ *Chriſti*, alterum *Cœnobio* S. *Auguſtini Cantwar.* cuſtodiendum dedit, tertiumque *ipſe* apud ſe ſervavit. Sic etiam [c] *Siwerthus Dunelmenſis*, cum forte ægrotans *Lindani* in Inſula *Elienſi* ſupremam ſuam voluntatem declararet, in tribus Membranis teſtamentum fieri juſſit; quorum alteram dedit Abbati *Elienſi*; alteram miſit ad *Ailwinum* comitatus *Aldermannum*; tertiam autem apud *ſe* retinuit.

Obſervare etiam non potes non, SHOWERE, in ordinandis teſtamentis morem iſtum inſtituendi *hæredes* fidei commiſſarios, quos practici noſtri *executores* vocant, qui *legata* vel donationes à defuncto relictas *legatariis* præſtarent, *Anglo-Saxonibus* non fuiſſe. Nullum, quod animadverti, hujus inſtitutionis in eorum teſtamentis veſtigium; quod ex eo veniſſe videtur, quòd [d] *Curia* pro hærede, vel exequendi teſtamenti curatore gereret, rebus in teſtamento defuncti ordinatis tanquam hæres utens, & bonorum poſſeſſionem dans, prout quiſque de iis, quoquo modo, vel re, vel verbo, ſcripto, vel ſine ſcripto, arbitrium ſuum ſupremum declarabat. *Curia*, inquam, pro defuncti hærede gerebat apud *Anglo-Saxones*, vel ſaltem aliquem è legatariis, quemadmodum in quibuſdam caſibus Prætor *Romanus*, loco hæredis conſtituit, cui teſtati bonorum poſſeſſionem dabat, ut ea quæ reliquerat, & quibus reliquerat, ſive immobilia, ſive mobilia ſecundum teſtamenti tenorem reſtitueret. Horum alterutrum faciendi poteſtatem habuiſſe curiam apud *Anglo-Saxones* id maxime mihi ſuadet, quod in modo citata *Ælfegi* teſtamenti narratione, eo nomine graviter arguitur *Leofſunius*, qui *Ælfigi* relictam in uxorem acceperat, quod ſingulare teſtimonium Archiepiſcopi *Dunſtani* aſpernans, & teſtamentum *Ælfigi*, ut non jure factum, infirmare volens, terras occuparet Butan Witena Dome, *ſine concilio & judicio ſapientum*; à quibus an *Ælfegus* jure teſtatus eſſet non ſolum judicandum erat; ſed quibus etiam inconſultis, nemo bonis defuncti ſe immiſcere debebat, quod ab illis, ut videtur, eorum poſſeſſio petenda; dein petentibus danda erat, antequam jure adipiſcenda foret. Huc etiam ſpectant verba *Æthelſtani* Clitonis, *Æthelredi* R. filii, qui in teſtamento ſuo infra citato rogat omnes SAPIENTES, quum Clericos, tum Laicos, coram quibus legendum erat; ut, iis adjuvantibus, teſtamentum quod facerat, ratum haberetur, ſiquidem, conſentiente patre, id feciſſet. Nu bidde ic alle þe WITEN þe mine quiðe gehineð nede eiðen gehoðede ⁊ lefede. Þ hi ben on vultume. Þ miȝ cpiðe ſtonden mote. riþe minef uaðen gelauu on mine quiðe ſtent. Per Sapientes autem ſive *Curiam*, intelligo non tantum *Curiam* comitatus ejuſque ſapientes, quibus cum *Ealdormanno*, vel Scir-gereafâ, illius vicario, Epiſcopus præſidebat; ſed Curias etiam urbanas, quibus præpoſitus *Tungereafa* dictus, moderari ſolebat. Quinetiam & Curias dominorum, quibus haud mul-

---

a Juſtit. lib. II. Tit. X. *b* In Appendice ad G. *Somneri* librum, cui titulus **Of Gavelkinde**, p. 216. *c* Vid. *J. Seldeni* tract. cui titulus, **Of the Originall of Eccleſiaſticall Jurisdiction of Teſtaments.** pag. 5. *d Johannes Seldenus* putat conſanguineos defuncti, executorum officiis functos eſſe apud *Anglo-Saxones*, ut apud *Anglo-Normannos*; quum teſtator nullum, qui voluntatem ejus exequeretur, in teſtamento ſuo nominaret. vid. *Glanvill.* de legg. & conſuetud. *Angliæ*, lib. VII. cap. 6.

tum disparius erat apud *Anglo-Saxones* in colonos suos, ac tungereafis in civitatibus, ac Episcopo & *Ealdormanno* in comitatu erat.

Potestatem autem quam in causis testamentariis habuit olim Curia comitatus apud *Anglo-Saxones* manifeste ostendit controversia illa de *Ælfegi* suprema voluntate, quæ in comitiis comitatus *Cantwarensis*, præsidente *Wulfsigo* presbytero *Scirmanno*, vel *Scir-gereafâ*, audita & determinata erat. In qua superior factus Archiepiscopus *Cantwarensis* omnes terras illas *Ecclesiæ Andreanæ Hrofensi* ab *Ælfego* supremis tabulis relictas, quas *Leofsunius* sine curiæ judicio occupaverat, in hæreditatem æternam ab ejus calumniis vindicavit.

Postea vero, quàm ecclesiastica jurisdictione à Civili separatâ, Episcopus & *Ealdormannus*, sive princeps, * *Gulielmo* I. id statuente, in divisis foris jura dabant, de rebus causisque testamentariis jus à majoribus nostris *Anglo-Normannis* ita comparatum erat, ut ultimæ defunctorum voluntates in foro Ecclesiastico, coram Episcopo ejusve vicario publicarentur; penes quem de testamentis, an jure facta; & si jure facta, an rupta irritave essent, judicare erat. De legatis etiam eatenus, an ea quæ legari dicebantur, vere & recte legata essent judicabant episcopi sive forum Ecclesiasticum: si vero testamentorum executores, vel quos testator nominaverat, vel quos lex dedit, ea quæ legata erant, præstare recusarent; tum à legatariis petendum erat forum civile, quibus petentibus *rescriptum divale*, sive breve regium vicecomiti inscriptum in hac verborum forma dabatur. † *Rex Vicecomiti Salutem; præcipio tibi, quod juste & sine dilatatione facias stare rationabiliter* [a] *DIVISAM N. sicut rationabiliter monstrari poterit, quod eam fecerit, & quod ipsa stare debeat.* Ita in Re testamentaria jus *Anglicanum* in diversis foris se habuisse testantur ea quæ sequuntur *R. Glanvilli.* lib. VII. cap. 8. *Si quis autem authoritate hujus brevis conventus aliquid dixerit contra testamentum, scilicet, quod non fuit rationabiliter factum, vel quod res petita, non fuerit ita, ut dicitur, legata; tunc quidem placitum illud in curia Christianitatis audiri debet, & terminari. Quia placitum de testamentis coram judice Ecclesiastico fieri debet; & per illorum, qui testamento interfuerunt, testimonia secundum juris ordinem terminari.*

Probabile etiam mihi videtur, SHOWERE, rei testamentariæ jus eodem, vel haud multum dispari, modo administratum fuisse apud *Anglo-Saxones*, dum in una eademque curia comitatus considentes Episcopus & Princeps jura simul dicerent. Quid enim convenientius indiviso foro, vel animo fingi potest, quam, ut Episcopo testamentum jure factum, & firmum esse decernente, Princeps omnia, quæ in eo, & quatenus in eo ordinata essent, omnia & suâ, & curiæ consentientis auctoritate exequenda juberet? Eodem etiam, ut videtur, modo, & in aliis curiis jus dici solebat in re testamentaria apud *Anglo-Saxones.* In aliis, inquam, curiis, in quibus aut ipsum, aut ipso absente, vicarium ejus Diaconum consedisse semper, non possum, SHOWERE, non sentire. In curiis *Hundredorum*, Episcopum aut Archidiaconum suum Causas audivisse & determinasse extra omne dubium ponit rescriptum illud *Gulielmi* primi toties in superioribus citatum, quod ad *Remigium* antistitem *Lincolniensem* misit, anno regni sui XVIII, ut putat [b] *Henricus Spelmannus.* Hujus rescripti nobilissimum exemplar extat in libro *Rad.* de *Diceto*, qui in Archivis ecclesiæ *Paulinæ Londinensis* adservatur. quod à *Jo. Seldeno*, cum illud publici juris fecerit, non est visum.

Quocirca, SHOWERE, cum in centuriæ curiis considendi jus Episcopos & eorum vicarios habuisse apud *Anglo-Saxones* constet, quidni & in curiis urbanis, imò & in *Dominorum* curiis, aut eos, aut qui eorum vices gererent, consedisse credamus? Equidem, de hac re quamvis mihi fere dubium non est, Tibi tamen, & omnibus vetustatis cultoribus, liberum judicium relinquo.

In superioribus pluries citavi narrationem testamenti à quodam *Ælfego* facti; quod, etsi solo testimonio Archiepiscopi *Cantwarensis* munitum, jure tamen factum *Curiæ Comitatus* esse videbatur. Hanc igitur, ut pretiosissimum monumentum tam *Latine*, quam *Saxonicè*, è *Textu Roffensi* descriptum, præmissâ epigraphe, quæ *Saxonicè* in rubricis exaratur, & Tibi, & omnibus juris *Anglicani* scientissimis, quâ par est observantiâ, offero.

Ðus þæþon ða þeox þuluncg æt Þulðaham Scē Andþea gerealð into hþoþeceaster̃e.

Æðelbryht Cinc hit gebocade þam Aple on ece yrfe. ⁊ betæhte hit þam birecope Eadulfe to bepitenne. ⁊ hir æfterfgæncan:. Ða betpeonam þam peaþð hit ute. ⁊ hæfdon hit Cynegar oð Eadmund cinc:. Ða gebohte hit [c] Æfrtan Heahrtaninc æt þæm Cince mid hund tpelftigan mancefan goldef. ⁊ ðritteg an pundan. ⁊ ðæt him realde mærte eal Ælfæh hir runu:. Æfter Eadmunde Cincge. Ða gebocade hit Eadred Cinc Ælfrtane on ece yrfe:. Ða æfter Ælfrtanef dæge pæf Ælfeh hir runu hir yrfepærð. ⁊ þæt he leac on halne tungon. ⁊ ofteah Ælfnice hir bneðef landef. ⁊ æhta butan he hpæt æt him geeapnode:. Ða fof þæne bnoðof-fibbe geuðe he him Eadhiðef. ⁊ Cnæg an. ⁊ Ænerfordef. ⁊ Þulðahamef hir ðæg:. Ða ofenbad Ælfeh ðæne bnoðof ⁊ fenge to hir [d] Læne:. Ða hæfde

---

* Vide *Seldeni* notas ad *Eadmerum*. pag. 167. ejusdem JANUM ANGLORUM. p. 87. Reliquias *Spelmannian.* p. 131. † *Glanvill.* de legg. & consuet. *Angliæ*, lib. VII. cap. 7. *a* Id est, *Legatum.* *b* Reliquiæ *Spelman.* p. 131. *c* *Lege* Ælfrtan. *d* Læne, quod in sensu vulgari *commodatum* significat, hic in sensu forensi *allodium*, vel prædium denotat, quod alicui ad vitam tantum utendum datur. Alias Landef Læn, quod in gl. R. *precarium* redditur, & in versione quæ sequitur mon. Roffens. *præstitum.* de *precario* vero vel *præstito.* vid. cl. *Dufresnii* glossarium.

Ælfric

Ælfric ſuna Eadric hatte. ⁊ Ælfeh nænne:· Đa ȝeuđe Ælfeh þam Eadrice Eaſhriđeſ. ⁊ Lꝛæȝan. ⁊ Fulbahameſ, ⁊ hæfde himſylf Æneſſoꝛd:· Đa ȝepat Eadric æſ Ælfeh [a] Lꝛibeleaſ. ⁊ Ælfeh ſenȝ to hiſ læne:· Đa hæfde Eadric Laſe. ⁊ nan beaꝛn:· Đa ȝeuþe Ælfeh hiſe hiſe moꝛȝenȝife æt Lꝛæȝan. ⁊ ſtod Eaſhriđ. ⁊ Fulbaham. ⁊ Litlanbꝛoc on hiſ Læne:· Đa him eft ȝeþuhte đa nam he hiſ ſeoꝛme on Fulbaham. ⁊ on þam ođꝛan polđe ac hine ȝeyflade. ⁊ he đa ſende to þam Aꝛcebiſcope Dunstane. ⁊ he com to Sćylfe to him. ⁊ he [b] cpæđ hiſ Lꝛiđe beſoꝛan him. ⁊ he ſette ænne Lꝛiđe to Lꝛiſteſ Lẏꝛican. ⁊ ođeꝛne to Sćē Anđꝛea. ⁊ þane đꝛiđdan ſealde hiſ Laſe. Đa bꝛæc ſẏđđan Leoffunu đuꝛh þ piſ đe he nam Eadꝛiceſ Laſe đæne cpiđe. ⁊ [c] he ꝛepade" þæſ Aꝛcebiſcoꝛeſ ȝeꝛitneſſe:· Rad đa innon đa Land mid þam piſe Butan Fitena Dome:· Đa man þæt þam [d] biſcope ciđde. þa ȝelæđde ſe [e] biſcop ahunȝa ealleſ Ælfeheſ cpiđeſ to Eaſhriđe on ȝeꝛitneſſe Ælffſtaneſ biſcoꝛeſ on Lundene. ⁊ ealleſ þæſ hiſeđeſ. ⁊ þæſ æt Lꝛiſteſ Lẏꝛican. ⁊ þæſ biſcoꝛeſ Ælffſtaneſ on hꝛoffeꝛceaſtꝛe. ⁊ Fulffꝛieſ Fꝛeoꝛteſ þæſ ſciꝛiȝmaneſ ⁊ Bꝛihtfalđeſ on Mæꝛepeoꝛđe. ⁊ ealꝛa Eaſt-Lantpaꝛena. ⁊ Feſt-Lantpaꝛena:· And hit þæſ ȝecnæfe on Suđꝛeaxan ⁊ on ꝛeſtꝛeaxan. ⁊ on Middelꝛeaxan. ⁊ on Eaſtꝛeaxan. þ ſe Aꝛcebiſcope mid hiſ ſelfeſ ađe ȝeahnođe Lođe. ⁊ Sćē Anđꝛea mid þam bocan on Lꝛiſteſ [f] hꝛođe đa land þe Leoffunu him toteah. ⁊ þæne ađ nam Fulffiȝe ſe ſciꝛiȝ-man þa he nolde to þæſ Lingeſ handa. ⁊ þæꝛ þæſ ȝod eaca ten hundan mannan [g] đe þane ađ ſealdan.

[h] Iſto tali ordine fuerunt illæ vi ſulingæ quæ vocantur *Uuldeham* primum uenditæ Ecclıæ Scī Andreæ Apoſtoli de Hrofeceſtra, & poſtea extractæ, ac iterum emptæ ipſi Eccleſiæ, ac tandem ꝑ beatum Dunſtanum Archiēpm iuramento mille uirorum eidem Ecclıæ acquiſitæ, & iure hereditario in æternum relictæ.

Sequitur Verſio per Monachos Roffenſes.

Rex Æthelberhtus primum heridetaverat de *Uuldaham* Apłm Scm̄ Andream, & Eccliam ſuam in Hrofeceſtra æterno jure, & commiſit illud manerium Eardulfo Epō Hrofenſi ad cuſtodiendum, & ejus ſucceſſoribus. Igitur in manibus ſucceſſorum ablatum eſt iterum apło, & eccliæ ſuæ in manus regum, ita quod plures reges unus poſt alterum habuerunt illud poſtea uſque ad tempus regis Eadmundi. Tunc quidam probus homo nomine Ælfſtanus *Heahſtaninc* emit illud à rege Eadmundo, & dedit illi pro eo [i] *Centum duodecim* mancas auri, & xxx libras denariorum. Hujus pecuniæ majorem partem dedit poſtea ipſi regi *Ælfegus* filius ipſius Ælfſtani. Poſtea mortuo rege Eadmundo, *Eadredus* rex hereditavit inde predictum Ælfſtanum in æternam hæreditatem. Itaque poſt mortem hujus Ælfſtani, præfatus Ælfegus, qui regi Eadmundo dederat majorem partem pecuniæ pro patre ſuo propter *Uuldeham*, ſucceſſit huic Ælfſtano in hereditatem. Qui ſtatim concluſit, & omnino confirmavit totum quod pater ſuus in vita ſua fecerat. Hic autem fratri ſuo Ælfrico & terras, atque pecunias patris ſui ita plene ſubtraxit, quod ipſe Ælfricus nichil omnino inde poterat habere, niſi ſervitio illud ab eo promeruiſſet, quemadmodum quilibet extraneus. Tamen præcogitatus tandem Ælfegus propter Conſanguinitatis fraternitatem conceſſit illi *Earhetham*, & *Cræiam*, & *Æinesfordam* & *Uuldeham* in diebus vitæ ſuæ tantum, in *præſtito* ſolummodo. Itaque mortuo Ælfrico; Ælfegus ſtatim accepit omnia *præſtita* ſua, quæ fratri ſuo viventi præſtiterat. Ælfricus autem habuit filium nomine Eadricum. Ælfegus vero non habuit. Et [k] idō Ælfegus conceſſit illi Eadrico *Earhetham* & *Cræiam* & *Uuldeham*, & retinuit in manu ſua *Æinesford*. Mortuus eſt autem ipſe Eadricus abſque commendatione vel diſtributione rerum ſuarum; tunc iterum Ælfegus accepit *præſtita* ſua omnia. Habebat etiam ipſe Eadricus uxorem, & non liberos. Hac de cauſa conceſſit Ælfegus illi viduæ donum dotis ſuæ tantum, quod ei dederat Eadricus, quando eam primum accepit uxorem, in *Cræia*. Et tunc remanſit *Litelbroc* & *Uuldeham* in *præſtito* ſuo. Poſtea quando ei viſum, ac placitum fuit, accepit firmam ſuam in *Uuldeham*, & in aliis volebat ſimiliter facere, ſed iterum infirmatus eſt, & quia infirmatus eſt valde, miſit ilico ad Archiepiſcopum *Dunſtanum*; ut veniret ad eum. Qui abſque mora venit ad eum, & locutus eſt illi in loco illo, qui vocatur *Scelfa*. Ibi coram Archiepiſcopo fecit Ælfegus commendationem ſive diſtributionem omnium rerum ſuarum, & conſtituit unam partem Eccliæ Chriſti Cantuariæ, & alteram partem Eccliæ Scī Andreæ, & terciam partem uxori ſuæ. Poſtea fuit quidam *Leofſunu*, qui uxorem Eadrici nepotis Ælfegi relictam accepit ſibi in uxorem, & per ipſam mulierem incepit frangere conſtitutiones Ælfegi, quas fecerat coram Archiepiſcopo, & vituperare Archiepiſcopum, & teſtimonium ejus irritum facere. Tandem multa ſtimulatus cupidine cum illâ muliere ſua, quaſi quadam ſecuritate illius uxoris ſuæ inductus intravit in terras illas [l] Absque Concilio Et Judicio Sapientum Virorum. Quod ubi Ar-

---

a Id eſt, *inteſtatus*. *b* Id eſt, *teſtamentum ſuum fecit coram illo*. *c* *Aſpernabatur*, *contemnebat*, *nihili faciebat*. *d* *Lege* þam Arcebiſcope. *e* *Lege* Arcebiſcop. *f* *Lege* þoꝛe. *g* id eſt, *qui ſacramentales vel conjuratores cum Archiepiſcopo eum in veritate juraſſe conjurabant*. *h* Quæ ſequuntur in rubris literis ſcripta ſunt. *i* Id eſt, *duodecies centum, vel mille & ducentas mancas auri*. *k* Ideo. *l* Id eſt, *abſque concilio, & judicio ſapientum virorum*, ſive pitena, qui in curia comitatus convenire ſolebant.

chiepiſcopus audivit, ſine omni mora induxit ſtatim calumniam proprietatis in omnem diſtributionem Ælfegi, cui ipſemet affuit, & quæ per eum facta fuerat. * Diem ergo placiti hujus rei conſtituit Archiepiſcopus apud *Erhetham* per teſtimonium Ælfſtani Epiſcopi *Lundoniæ*, & Ælfſtani Epī *Hrofeſceſtre*, & totius conventus Canonicorum Lundoniæ, totius conventus Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ, & omnium Orientalium & Occidentalium Cantiæ, & Uulfſii presbyteri, qui tum vocatus eſt *Scirman*, id eſt, Judex Comitatus, & †Brihtuualdi de *Mæreuurtha*. Ad ultimum ita notificatum eſt in *Suthſeaxa*, & in *Weſtſeaxa*, & in *Middelſeaxa*, & in *Eaſtſeaxa*, quod Archiepiſcopus *Dunſtanus* cum libris Eccleſiaſtici juris, & ſigno crucis Chriſti, quam ſuis manibus tenebat, *ſui ſolius juramento* adquiſivit in æternam hereditatem Deo, & Scō Andreæ Apło omnes terras illas, quas *Leofsunu* ſibi uſurpabat. Ipſum vero juramentum Archiepiſcopi accepit *Uulfſi* [a] SCIRMAN. id eſt, *judex provinciæ*, ad opus regis, quandoquidem ipſe Leofsunu illud ſuſcipere nolebat. Inſuper ad hoc perficiendum fuit hoc quoque maximum adjumentum temporibuſque futuris maximum ſecuritatis probamentum, quod decies centum viri electiſſimi ex omnibus illis ſupradictis comitatibus juraverunt poſt [b] Archiepiſcopum in ipſa cruce Chriſti, ratum, & æternæ memoriæ ſtabile fore ſacramentum, quod Archiepiſcopus juraverat.

Præter ea, Doctiſſime Vir, quæ in hac narratione obſervavi, id etiam maxime notandum eſt, quòd Dunſtanus Archiepiſcopus, dum in curia comitatus, cui præſidere ſolebat, ſacramentum coram Scirmanno, quatenus *teſtis*, diceret, judicis tamen Eccleſiaſtici perſonam ſibi ſuſtinendam putavit. Etenim jurans in altera manu crucem, in altera *Eccleſiaſtici Juris librum*, i. e. Sacrorum canonum codicem tenebat, quem, Epiſcopi in curiis ſedentes, non tantum ut eum conſulerent, ſed plane quaſi muneris ſui inſigne, ut præſto haberent, mos antiquus erat. Scilicet, ut par eſt credere, Ealdormannum, ejuſque vicarium, codicem legum, quem *Anglo-Saxones* DOM-BOC vocabant, ut magiſtratus ſui indicium in curia ſemper habuiſſe: ſic in dicendo jure collega ejus Epiſcopus *codicem Canonum*, muneris ſui ſignum in curia ſemper etiam habuit, quem aliquod ſolenniter acturus dicturuſve in manum ſumebat. Inter Codd. MSS. *Hattonianos* Bibliothecæ *Bodleianæ* extat nobiliſſimus Codex SS. canonum, cui in dorſo vetuſta manu inſcribitur CODEX S. DUNSTANI. qui forſan ille ipſe liber eſt, quem juramentum ſuum in curia de Ælfegi teſtamento deferens in manibus tenebat. Codex ergo SS. Canonum, ex quo jura Eccleſiaſtica ad populum recitanda erant, perinde in curiis comitatus, & urbanis, dum cum principe, & præpoſitis conſideret Epiſcopus; ac in Synodis, & conciliis locum ſemper habuit, quamvis ſine eo, ut ſacrarum conſtitutionum qui pandecta erat, clero *Anglo-Saxonicæ* Eccleſiæ non coeundum erat, quemadmodum de habendo concilio provinciali oſtendit egregium illud MS. Bibliothecæ *Cottonianæ* qui notatur, *Tiberius*, C. I. quod tractatum ſic in rubris inſcriptum habet, *Incipit ordo qualiter agatur concilium provinciale.* In hoc tractatu ſymbolum Nicenum à diacono legendum ſubſequitur hæc rubrica. *Tunc Diaconus Alba indutus* CODICEM CANONUM *in medio proferens capitula de conciliis agendis pronuntiet.* Codice ergo canonum in comitiis *Anglo-Saxonum*, ubi de rebus Eccleſiæ ſimul atque regni agi ſolebat, non ſacerdoti tantum dico, ſed populo nihil ſanctius fuit; Populo, inquam, *Anglo-Saxonico*, codice Canonum, imo ipſis Canonibus nihil ſanctius, nihil antiquius; utpote in cujus conciliis generalibus à R.R. ſuis vocatis nihil unquam contra Canones eorumve præjudicium, vel Eccleſiaſtici juris diminutionem, erat ſtatutum. Quinimo in legibus à RR. *Anglo-Saxonum* in publicis regni comitiis latis, de nullo magis ſedulò cavetur, quàm de libertatibus & privilegiis Eccleſiaſticis; neque unquam, quod ſcio, auditum eſt, Sacerdotium adverſus aliquem regum *Anglo-Saxonum* querimonias liteſve de hac re moviſſe. Neque hoc mirum, SHOWERE, cum Epiſcopi, quemadmodum legiſti, ſemper fuerint præcipui, tum in legibus ferendis conſiliarii, tum in iis interpretandis exequendiſque judices, qui in foris indiviſis cum comitatuum urbiumque præpoſitis populo jura dabant.

Porro obſervandum eſt teſtatorum alios apud *Anglo-Saxones* regium conſenſum, quo teſtamenta ſua rata eſſent habita, ſolenniter rogâſſe; alios vero non, etſi teſtamenta ſua haud minus ſolenniter quam illi ordinarent. Ratio hujus diſcriminis ex eo petenda eſt, quod hi teſtamentis legabant terras illas *Codicillares*, quæ apud *Saxones* boc-land vocabantur, & *Latine* redduntur *Terræ Allodiales*, quod prædia immunia eſſent ab omni præſtatione, & onere, & à quolibet ſervitio, quum reali, tum perſonali libera, præter *trinodam*, quam dicunt, *neceſſitatem*; ſcilicet *expeditionem*, *pontis*, & *arcis* extructionem; quibus ſolis præſtandis obnoxia erant. De his terris liberum cuique erat teſtari, eaſque ſupremis tabulis dare pro arbitrio, ſine conſenſu regis, aut

---

* Hic notandum eſt Archiepiſcopum, & pari ratione Epiſcopos in ſuis juriſdictionibus poteſtatem habuiſſe edicendi comitia comitatuum apud *Anglo-Saxones*. † Hic forſan quis fuit ob legum peritiam, Juſtitiæ amorem, & morum gravitatem maximi à Cantianis factus, iiſque chariſſimus. *a* Hic Scipman, & in exemplari *Saxonico* Scipiȝman, idem eſt ac Scip-ȝepeꝛa. *b* Ita ſcilicet tunc temporis Archiepiſcopos, & Epiſcopos colebant Laici, ut ex illis vel præcipui certatim prodirent ad conjurandum cum eis, ſe, quæ jurati affirmaverant, vera eſſe credere. Quo quidem S. Antiſtitum non tantum ad tuendam, ſed augendam dignitatem, exiſtimationem, & reverentiam, nihil magis idoneum ab eorum gregibus, quidni dicam vel deo magis gratum, aut fieri, aut excogitari potuit.

alius

alîus alterius domini, quatenus liceret per LL. *Aluredi* R. cap 37. quo cautum eſt, *ne quis terram aliquam codicillarem aliquibus, qui è gente ſua non erant, daret legaretve; modo teſtimonio vel ſcriptura probari poſſet, quum illum, qui primus eam acquiſivit, tum qui eam illi dedit venditve, coram Rege & Epiſcopo, & propinquis declaráſſe ſuam de eâ non alienandâ voluntatem.* In hoc ſolummodo caſu teſtatores in dandis legandiſque terris ſuis *Allodialibus* limitati & reſtricti, in cæteris omnibus ut liberi eſſent, neceſſe erat per regulam juris, quæ docet nihil non permiſſum eſſe, quod non prohibetur.

Illi vero, quibus, ut teſtamenta ſua valerent, conſenſu regio opus eſſet; illi, inquam, legabant terras, quæ primitus *beneficia* appellantur, poſtmodum *feudorum* nomen acceperunt. Beneficia autem appellata ſunt, quod ex niero Regis vel principis beneficio ac liberalitate, is cui dabantur, vel pro libitu domini, vel ad vitam ſuam poſſidebat. Principio autem duplicis generis *beneficia* fuerunt; *Eccleſiaſtica*, & Secularia.. Secularia qui poſſidebant, eorum ratione *Servitia* quæ dicunt *Nobilia*, ut palatina, forenſia, militaria Regi præſtabant; & quum in temporibus priſcis ad vitam poſſeſſoris dabantur, ad poſteros tranſire non poterant, niſi principis interveniente conſenſu. Hinc *Nithardus*, lib. 3. de *Bernardo* Duce *Septimaniæ*: *Victoriam ut Caroli eſſe didicit, filium ſuum Willelmum ad illum direxit, & ſi honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut ſe illi commendaret, præcepit.* Regin. an. 940. *Uto comes obiit, qui permißu regis, quicquid benificii, aut præfecturarum habuit, quaſi hæreditatem inter filios diviſit.* Atque inde origo conſenſus dominorum (inquit *Dufreſnius*) in feudis vaſallorum adhibiti, cum ea ad poſteros tranſeunt, qui vulgo *Laudimii*, interdum *conſenſus* & *concilii* nomine donatus legitur. Haud diſſimili modo *Wulfarus* teſtatus ultimam ſuam voluntatem in limine teſtamenti, ut id ratum haberetur, à R. *Æthelredo* ſuppliciter petiit. Et *Byrthricus* pariter, cum teſtaretur, dominæ ſuæ reginæ pretioſiſſimam armillam, & equum gradarium reliquit, ut eâ auctrice, regio conſenſu teſtamentum illius firmaretur, abſque quo neque teſtamentum, neque legata valere potuerunt. Sic etiam * *Æthelſtanus* Ætheling, R. *Æthelredi* filius, bis in teſtamento ſuo declarat ſe patris conſenſum impetraſſe, quo teſtamentum ſuum faceret.

Badanothus vero *Beottingus*, & *Abba* vicecomes, quum teſtamenta facerent, conſenſum regium non rogabant, quod terras liberas & hæreditarias ſuas legarunt, quas pro arbitrio ſuo utiliter legare potuerunt. Ic Baðanoð, *inquit ille*, cýðo, ⁊ ꝑꝑitan hato hu mín ꝑilla ıꝛ ðet mín æꝑꝑelonð ꝑeꝑe, ðe ıc beȝæt. ⁊ ȝebohte mıð ꝑullum ꝑꝑıoðome on ece æꝑꝑe. Et, Ic Abba ȝeꝑoeꝑa (*inquit hic*) cýðe. ⁊ ꝑꝑitan hato hu mín ꝑilla ıꝛ. ꝥ mon ẏmbe mín æꝑꝑe ȝeðo æꝑtep minum ðæȝe. Quamobrem, præclare Showere, quum hi, quibus regio conſenſu, ut recte teſtarentur, non opus erat, terras ſuas codicillares & hæreditarias utiliter ſine eo rogato legabant, tantum non conſtare mihi inde videtur *Wulfarum*, *Byrthricum*, & *Æthelſtanum* clitonem, ut teſtamenta, & legata ſua valerent, regium conſenſum petere propterea oportuiſſe, quod terras legarunt, quas, ſine ſcripto ad vitæ terminum ſolummodo à RR. ſibi beneficiario jure datas, non niſi interveniente regio conſenſu, ſive ſuis, ſive alienis utiliter legare potuerunt.

De terris his beneficiariis, quæ ob libera præſtanda ſervitia à regibus dari proceribus ſuis ſolebant, altum eſſe fateor in *Anglo-Saxonibus* ſilentium, tum propter ingentem monumentorum, quæ perduntur, eheu defectum, tum quod ſine ſcripto dari ſolebant. Id genus autem fuiſſe maximam partem provinciarum, quas *Ealdormannis*, ſive *Heretochis*, qui & *Eorli* dicti ſunt, RR. *Anglo-Saxonum* dabant, mihi perſuaſiſſimum eſt, quod nulla de iis chirographa RR. extant. Id genus etiam fuiſſe nihil non prædiorum regiæ donationis, quod Thanis & comitibus ſuis dare ſolebant RR. ut affirmetur neceſſe eſt; vel eos niſi per chirographa nihil terrarum donaſſe, omneſque proinde *Angliæ* terras, quas nobiles habebant, codicillares, ſive Boclande, fuiſſe, ſtupide afferendum eſt.

De jure ordinandi teſtamenta apud *Anglo-Saxones*, nonnulliſque aliis eorum patriis conſuetudinibus hæc ad Te, juris peritiſſime Showere, qui *jura regni & magiſtratus Anglicani, conſuetudineſque fori, quas in cauſis capitis uſus approbavit*, contra maledicentiſſimum hominum genus, in † libro pluries edito adeo propugnaſti, ut adverſariis tui, & veritatis, qui jam per decennium victi quieverunt, omnis repugnandi adempta ſit facultas. Plura quidem in hac uberrima dicendi materia à me apud Te diſſertari poſſunt. Sed ne nimius pro ſuſcepti ratione eſſe videar, hic mihi ſiſtendum exiſtimo in teſtamento *Ælfrici* Archiepiſcopi *Cantwarenſis*, quod eorum gratia adjiciendum putavi *Saxonice* & *Latine*, qui antiquitatis ſtudioſi, inveſtigatores aut veri ejus amatores ſunt.

---

* Vide ejus teſtamentum *Saxonice*, in libro *G. Somneri*, qui inſcribitur **Of Gavelkind.** p. 198. † Qui inſcribitur **The Magiſtracy, and Government of England vindicated in three parts. Containing**, &c.

Teſtamentum Ælfrici Archiepiſcopi Saxonice, *è Cod. Bibl. Cotton. qui notatur*, Claudius, B. 6.

[a] Her ſutelaþ hu Alfric Arcebiſceop hiſ Lyfde ȝedihte. þ iſ æreſt him to [b] Saul-ſceate he becpæþ into Xpeſ Lyrcan þ land æt Fyllan ⁊ æt Burnan. ⁊ Riſenbeorȝaſ:· And he becpaþ hiſ Laforde hiſ beſte Scip ⁊ þa Seȝel-ȝereda þarto. ⁊ lx. healma. ⁊ lx. [c] beornena:· And he pilnode ȝif hit hiſ Laforbeſ pilla pære þ he ȝefreſtnode into Scē Albane þ land æt Lyngesbyriȝ. ⁊ fenȝe ſylf piþ þam eft to Eadulfingtune:· And he becpæþ þ land æt Dumeltun into Abbandune. ⁊ Ælfnoþe þarof. iii. hida hiſ Dæȝ. ⁊ ſuþþan to þan oþaran to Abbandune. ⁊ x. Oxan. ⁊ ii. Men. he him becpæþ. ⁊ filȝan hi him Laforþſcype þe he þ land to hyre:· And he cpæþ þæt land æt Wealingaforda þe he ȝebohte Lelepærde. ⁊ hofer hiſ Dæȝ into Leoleſiȝe:· And he becpæþ into Scē Albane þ land æt Ripan. ⁊ ſtandan þa forporþ betpeonan þan Abbe ⁊ Leolrice þe ær piþ þæne Arcebiſceop ȝeforpyrd pæran. þ iſ þ Leolric habbe þæne deel þæſ landeſ þe he hæfþ hiſ Dæg. ⁊ eac þæne dæl þe ſe Arceb forþ hiſ Sceatte him to-let. þ pæſ ehtoþe healf hid pið. v. Punbun. ⁊ l. Mancuſum Lolbeſ. ⁊ ȝa hit ofer hiſ Dæȝ eall to ȝædere into Scē Albæne. ⁊ heora forepyrd pæron þ Oſaniȝ æfter Leolriceſ Dæȝe ȝanȝe eac þyder in. ⁊ þ land on Lundene þe he mid hiſ Feo ȝebohte. he becpæþ into Scē Albæne. ⁊ hiſ Bec ealle becpæþ eac þyder in. ⁊ hiſ Letelb:· And he becpæþ þ man fenȝe on þe Feoh þe man hæfde. ⁊ æreſt ælcne Borh aȝulde. ⁊ ſuþþan tilode to hiſ Herȝeatpæn þæſ þe man habban ſceolde:· And Scipeſ he ȝeuþe þam Folce to Lent and oþreſ to Filtunſcire. and elleſ on oþrum þinȝum ȝif þæſ hpæt pære. He bæd þ Wlfrtan Biſceop. ⁊ Leofric Abbud dihton ſpa heom beſt þuhte:· And þe land be Feſtan æt Sittingtune. ⁊ æt Nipantune he becpæþ hiſ Spæoſtrum ⁊ heora Beornum. ⁊ Ælfheaȝeſ land Esneſ Suna ȝa á on hiſ Lyn:· And he becpaþ Wlrſtane Ærcebiſceope ane ſpeor Rode. ⁊ ane Rinȝ. ⁊ anne Pſaltere. ⁊ Alfheaȝe Biſceope anne Rode:· And he forȝeaf on Lodeſ eſt Lentingan þæne Borh þe hy him ſceolban. ⁊ Middel-Sexon. ⁊ Suþrion þ feoh þ heom foreſceat:· And he pyle þ man freo ȝe æfter hiſ Dæȝe ælcne pitefæſtne man. þe on hiſ timen forȝylt pære:· Lif hpa þiſ apende. hæbbe him piþ Lod maene. Amen.

Verſio Latina *è Cod. Bibl.* Cott. *qui notatur*, Claudius, *c.* 9. 10. *Nota autem, lector, nos verſionem hanc cum mendis ſuis omnibus exſcriptam prælo dediſſe.*

Hic notificatur quomodo Ælfricus Archiepiſcopus ſuarum rerum teſtamentum in extremo condidit. In primo Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ terram apud Wellam, & apud Burnam, & Brisen Burgam contulit. Domino ſuo meliorum [d] navium ſuarum unam cum ſibi pertinentibus armamentis, & lx. galeas cum totidem loricis, & hoc apud ipſum dominum ſuum erat interveniens, ut concederet loco Scī. *Albani* terram apud Chingesbiri, & ipſe in commutationem reciperet Kadulfingtun. Abbendonenſi Eccleſiæ terram apud Dumeltun, ubi Alfnodo cuidam iii. hidas conceſſit tenere tantum ſuis diebus, & poſtea rediret cum reliqua terra Abbendonenſis Eccleſiæ poteſtati; Inſuper & decem boves cum duobus hominibus. Cuidam quoque viro Celewardo, terram quam emerat apud Walingaford, ut quam diu viveret poſſideret & poſt ejus diſceſſum Eccl'ia de Ceolſiga ipſius dominatu terræ potiretur. Eccl'iæ Scī. Albani terram apud Tiwan, & Osanig cum terra de Lundonia, quam emerat idem Archiepiſcopus. Quæ omnia quidem Ceolricus tunc tenebat, ſed ſecundum quod Archiepiſcopo in conventione habebat poſt vitæ illius viri finem ad prædictam Eccl'iam Martyris univerſa redirent. Libros etiam ſuos univerſos illic delegavit; præcepitque, ut de ſuis propriis expenſis quicquid in mutuo ab aliquo acceptum erat, reſtitueretur, & cætera in ejus exequiis expenderentur. Populo Cantiæ unam navem, & alteram Genti Wiltiſcire juſſit largiri. Reliqua univerſa, quæ ſua videbantur eſſe dominum Wlfſtanum Epiſcopum, & Leofricum Abbatem rogavit quatenus ſua

---

a In teſtamenti ms. exemplari xvi elementum Alphabeti *Anglo-Saxonici*, ſcilicet ƿ, pingitur *Gallo-Romano* more, ut r. ſecundum ea, quæ docuimus Gramm. *Anglo-Saxonicæ*, cap. xxii de dialecto *Normanno-Sax.* pag. 144, 145. *b* Quod Sacerdotibus datum vel legatum olim erat, ut pro defunctorum animabus ſolennes ſupplicationes haberent, id omne apud *Anglo-Saxones* Saulȝceat vocari ſolebat. Tranſlator autem *Normannus* vocem hanc, quam non intellexit, præterire voluit. *c* Vox *Dano-Saxonica*, à *Scano-Gothico*, vel *Cimbrico* brynia, *Lorica, Thorax ferreus*. *d* Navium habendarum facultatem, & ab omni vectigali *portorii* nomine poſtulando immunitatem Archiepiſcopo *Cant.* & Epiſcopo *Roffenſi* concedere ſolitos eſſe RR. *Anglo-Saxonum* ex hoc teſtamento, & charta *Æthelbaldi* R. quæ in textu *Roffenſi* legitur ſub rubrica *de unius Navis libertate* collatis, tantum non conſtat: verba iſtius chartæ hæc ſunt: *Quamobrem ego Ethilbaldus rex Merciorum præſentibus literis indico me dediſſe pro anima mea Alduulfo epō. Eccliæque B. Andreæ apti. quam gubernat, unius navis, ſive illa proprie ipſius ſive cujuſlibet alterius hominis ſit, INCENSUM, id eſt vectigal, mihi & anteceſſoribus meis jure regio in portu Lundoniæ uſque hactenus competentem.*

provi-

providentia, quo melius conſulerent, diſpartirent. Sororibus ſuis, & earum filiis terram de Fittinctune, & Niwentune contulit, & terram, quæ erat ALFEAGI filii ESNI reſtituit iis, quibus proprie pertinuerat habere. Domino WLFSTANO Archiepiſcopo I. *phylacterium cum uno annulo, & Codice pſalterii, ſed & Alfheago Epiſcopo unam crucem in ſuam memoriam dedit. Debita quæ ſibi debebantur à multis paſſim condonavit. Si quis vero ſecundum patriæ Angliæ morem in aliquam incurriſſet ſervitutem tempore ſuæ poteſtatis, libertate ſibi penitus contributa, relaxatus ejus juſſu eſt. De his, qui aliter, quam dicta ſunt, perverterit, inde cum deo concertamen habeat. Amen.

Cum teſtamento hoc tractatum de teſtamentis jam ſatis longum, & ſatis, ut ſperare velim, jucundum claudo, præſtantiſſime SHOWERE, rogans D. O. M. ut aliquis tandem exurgat literarum *Saxonicarum* peritiſſimus, qui de *re teſtamentaria Anglo-Saxonum*, cui nobis non licet immorari, juſtum volumen condat. Literarum, inquam, *Saxonicarum* peritiſſimus; nam talis debet eſſe is, cui iſtud argumentum, quemadmodum docti deſiderant, enucleandum, & ornandum eſt. Earum autem ſive penitus rudis, ſive mediocriter tantum gnarus, in hoc, & hujuſmodi operibus præſtare nihil præclari poteſt. Quod quidem, reip. literariæ quam utilis & neceſſaria ſit literaturæ Septentrionalis ſcientia, manifeſte probat.

Deſideratur etiam, SHOWERE, de *donationibus* Anglo-Saxonum juſtus tractatus, in quo quidem de omnibus donationum generibus diligenter & accurate diſſertandum eſt. Talis autem tractatus aut opus ſingulare eſſe poteſt aut pars prolegomenωn, quæ †*Chartulario Anglo-Saxonico*, & *Anglo Normannico*, ſiquando editum id fuerit, præmittenda ſunt. *Chartulario*, inquam, *Anglo-Saxonico* & *Normanno-Saxonico*, ut ut regios ſumptus, qui in eo edendo ponentur: ita in literis Septentrionalibus virum verſatiſſimum, qui id pro ſua dignitate publicet, requirit. Illi enim in unum *Corpus*, Herculeo pene labore, & diligentia ſumma colligendum eſt, quicquid uſpiam [a] Chartarum, ſive in libris editis, ſive in MSS. haberi poteſt. Inchoandum autem illi eſt à chartis AUTOGRAPHIS, quæ primum ſibi locum vendicant; ſive vere exemplares ſint, ſive ſpuriæ & fictæ, quæ tamen inter vere exemplares numerantur. Harum vero quædam [b] *Latine*, quædam *Saxonice*, quædam *Semi-Saxonice* & *Normanno-Saxonice*, & diverſis in manibus, pro temporibus, in quibus confectæ ſunt, ſcribuntur. Chartæ autem, quas jam nunc ſcribens *autographas* eſſe ſcio, eæ tantum non omnes ſunt, quæ cernuntur in collectione chartarum Bibl. *Cott.* quæ inſcribitur, *Auguſtus*, 2. Eæ etiam, quæ ibidem reponuntur in ciſtis ductilibus, fere omnes etiam *autographæ* ſunt. Id genus etiam tredecim eccleſia *Exonienſis*, totidemque ſed *Normanno-Latinas*, aut coætaneas & conſimiles *Scoto-Latinas* omnes Eccleſia *Dunelmenſis* ad me utendas miſerunt. Quarum quidem omnium maxime mihi placuit *Willelmi* I. illa, quæ tam *Saxonico* ritu, cum ſignis crucis à teſtibus ipſis factis; quam *Normannico*, cum ſigillo appendente munita eſt, qua dat Scō CUTHBERTO, *regium ſuum manerium* de *Heminburch*, cum terra de *Brachenholm*, &c. Id genus etiam non ita pridem fuerunt in Archivis Eccleſiæ *Wigornienſis* [c] XCII. quarum eheu XV jam nunc in iis ſuperſunt. Id genus etiam, una atque altera excepta, XXIV mihi utendas dedit operis noſtri fautor maximus honorabilis dominus *Johannes Dominus* SOMERS, baro *Eoveshamenſis*, nulli in omne genus literaturæ ſcientia ſecundus. Multas etiam autographas chartas,

---

* Id eſt, *Arca*, *theca*, vel aliquod aliud *vaſculum* pretioſum, in quo Sanctorum reliquiæ, vel cineres reconduntur, & ſervantur εἰς φυλακτήριον. † Per chartularium *Anglo-Sax.* & *Anglo-Norm.* hic intelligo collectionem Chartarum, quæ in *Anglo-Saxonum*, & *Anglo-Normannorum* temporibus confectæ ſunt. *a* Inſtrumenta donationum à temporibus *Conquæſtus Normannici* vulgo *Chartæ* fuerunt vocatæ; ante eum tamen aliis appellationibus gaudebant: quales ſunt *Chyrographum*, *Kartula*, *Syngrapha*, *Polipticon*, i. e. πολύπτυχον. *Cautio*, *teſtamentum*, *pagina*, *libellus*, *donatio*, *literæ*, *ſcedula*, *arratum*, *aratum*, id eſt, *exaratum*, *&c.* Quinimo & in temporibus, quæ victoriam *Normannicam* præceſſerunt, *Chartæ* etiam vocabantur. Sic in Cod. MS. Bibl. *Cott.* cujus nota Tiberius, A. 13. fol. 153. Sub rubrica de *Mearnan-cliffe* hæc leguntur: *In nomine domini Jeſu Chriſti Æthelred, deo adjuvante, Merciorum dux, hanc* Chartam *Euthulfo miniſtro regis pro illa terra* Marnancliffe, *i.e. X Manentium fieri conceſſit.* Et donatio *Æthelredi* R. *Anglorum*, Textus *Roffenſ.* fol. 158. b. *Carta* etiam nuncupatur: *ſcripta eſt hæc* CARTA, *&c.* Hæc animadvertere placuit corrigendi *Ingulphi* gratiâ, qui ſcribit *Normannos*, *Anglo-Saxonum* chirographa, *Chartas* vocaſſe, plane quaſi ea vox in uſu non fuiſſet apud *Anglo-Saxones*, qui inſtrumentum donationis in vernacula ſcribentes ſemper vocabant Boc aut Ꝉeppiꝛe. Pari fide ſcribit etiam *Ingulphus*, *Ælfredum* R. totius *Angliæ* pagos & provincias in *Comitatus* primum omnium commutaſſe; Comitatus in Centurias, i. e. *Hundredas*; & in *decimas*, i. e. in *trithingas* diviſiſſe. Quod quam falſum eſt oſtenderunt *Joh. Seldenus* in libro cui titnlus, **Titles of Honour**, & R. *Bradeijus* in opere ſuo, qui inſcribitur, **A compleat Hiſtory**, &c. p. 84. Notandum præterea eſt, quam abſurde *Ingulphus*, *Decimas* cum *trithingis* confundit, quod neſcio, an à quoquam antea obſervatum eſt. *b* Quædam etiam, ſed eæ raræ, partim *Latine*, & partim etiam *Saxonice* ſcribuntur. *c* Vide Catalogum Libb. Septentrionalium ad finem *Inſtitutionum Grammaticarum Anglo-Saxonicæ* & *Mœſo-Gothicæ*, pagina 169. quæ, me auctore, prodierunt *Oxoniæ*, è Theatro *Sheldoniano*, MDC.LXXX.IX.

ſive veras, ſive quæ ad verarum exempla finguntur, multi alii poſſident. Penes me habeo unam CEONWULFI R. Merciorum, quam *Thomas Guidot* M. P. urbis *Bathonenſis* Æſculapius mihi dono dedit: unam etiam poſſidet *aureis* crucibus ſpectabilem, ſed plane commentitiam, ſcilicet *Æthelbaldi* R. chartam fundationis Monaſterii *Croilandenſis*, quæ excuſa habetur in *Ingulphi* hiſtoriæ *Croilandenſis* p. 2, 3. Edit. *Oxon.* & Monaſtici *Anglicani* Vol. I. p. 164. Nonnullas etiam autographas, eaſque vetuſtiſſimas chartas extare dicunt in Archivis Eccleſiæ *Cantuarienſis*, quas nondum vidi. In archivis Eccleſiæ *Weſtmonaſt.* extat charta *Saxonica* S. *Eadwardi Conf.* *Saxonico* ritu confecta, qua cœnobio *Weſtmonaſt.* certa prædia dat, cum altera charta literarum patentium ejuſdem R. *Saxonice* etiam ſcripta, & *Normannico* ritu ſigillo regio adpendente munita, qua abbati, & monachis *Weſtmon.* certas terras in *Eſſexia* ſe dediſſe *Ælfwardo* Epō, & vicecomiti notificat. Chartæ etiam duæ *Willelmi Conqu.* quarum altera breviuſcula eſt literarum patentium ad Epm̄ *Lond.* & *Gaufrid.* de *Magn.* cum tribus teſtibus, & ſigillo regio adpendente munita, quâ coenobio *Weſtmon.* manerium de *Winantune* confirmat. Altera autem in oblonga membranâ ſcripta auguſtiorem ſpeciem præ ſe fert, ut quæ confecta erat in communi concilio regni in die pentecoſtes convocato, An. Dom. Incarnat. M.LXX. & ejus regni anno IIII. XI. Kal. Junii. Sigillatur hæc charta ſigillo regio adpendente, *Normannico* ritu; & more *Saxonico* etiam, teſtimonio multorum, quorum nominibus ſigna crucis anteponuntur, confirmatur. Harum autem originalium chartarum copia mihi facta eſt, jubente Reverendo admodum patre *Thomâ* Epō *Roffenſi*, & Eccleſiæ *Weſtmon.* Decano digniſſimo, ob humanitatem exemplarem, & literarum tum divinarum, tum humanarum ſcientiam præclaro. Neque dubito, quin aliæ haud paucæ in aliis locis habentur, quæ à Chartularii *Anglo-Saxonici*, & *Anglo-Normannici* conditore diligentiſſime exquirendæ ſunt. Collectis, quæ undique conquiri poſſunt, *autographis* chartis, colligendæ dein ab auctore noſtro, & pro temporum ſerie diſponendæ ſunt chartæ *apographæ*, quæ non unius generis ſunt. Quædam enim ex *autographis* vere deſcriptæ ſunt, aut deſcriptæ eſſe creduntur. Id genus multæ ſunt, quæ in chartulariis MSS. monaſteriorum, & hiſtoriis eorum reperiuntur; ut iſtæ quæ ſunt in *Sulcardi* chartulario Eccleſiæ *Weſtmon.* Biblioth. *Cotton. Fauſtina*, A. 3. In *textu Roffenſi*, in Monaſterii *Wigornienſis* chartulario, quod in Bibl. *Cott.* notatur, *Tiberius*, A, 13. Cujus maxima pars ab *Hemingo* monacho *Wigornienſi*, rogante *Wulfſtano* Epiſcopo, ex autographis chartis deſcripta & collecta eſt. Id genus etiam multæ continentur in hiſtoria MSS. Eccleſiæ *Abbendonenſis*, Bibl. *Cott. Claudius*, C. 9. Et nonnullæ in hiſtoriis Eccleſiæ *Elienſis*, *Otho*, E. 5. *Veſpaſian.* A. 19. Titus, A. 1. quas ex vetuſtis *Codd. Oxoniæ* edidit. *Th. Gale*, T. P. nunc Eccleſiæ *Cath. Eboracenſis* Decanus. Habentur etiam hujus generis chartæ in veteri regeſto coenobii S. *Auguſtini Cantuarienſis*, quod in Bibliotheca Aulæ *S. Trinitatis* extat apud *Cantabrigienſes*; ut & in chartulario, ſive regeſto monaſterii *Edmundiburgenſis*, in quo *autographæ* chartæ haud paucæ, tam *Latinæ*, quam *Saxonicæ*, & *Semi-Saxonicæ* deſcriptæ leguntur. Hujus chartularii & aliorum *Codd.* rariorum uſum acceptum gratus refero reverendo patri ac domino Domino *Johanni More*, quo è præſulibus *Angliæ* nemo antiquitatum *Anglicorum* magis ſciens, aut venerandæ vetuſtatis eſt major fautor & patronus. Ad *apographarum* etiam chartarum claſſem reducendæ ſunt, quæ eduntur omnes; quarum exemplaria perduntur. Id genus ſunt ingens earum numerus, quæ in *Monaſtici Anglicani* tribus voluminibus; R. P. *Clementis Reyneri* opere, quod inſcribitur *Apoſtolatus Benedictinorum in Anglia*, & *Duaci* prodiit 1626, publicantur. In hac etiam claſſe cenſendæ ſunt chartarum, quæ *Saxonice*, *Semi-Saxonice* vel *Normanno-Saxonice* confectæ erant, verſiones Latinæ; quales nonnullæ forſan occurrunt in vetuſtis chartulariis, regeſtis, & hiſtoriis, quas, ante victoriam *Normannicam* confectas eſſe viſas, voces phraſeſque *Normanno-Latinæ* aut mera monachorum *commenta*, aut verarum chartarum tranſlationes eſſe demonſtrant. Inter chartas etiam *Cottonianas*, & *Somerſianas* nonnullæ, eæque vetuſtæ *apographæ* extant, quas Catalogus oſtendit.

Inter chartas etiam *apographas* recenſendæ ſunt *Latinæ*, *Saxonicæ*, & *Semi-Saxonicæ* illæ, quæ in aliis chartis quas confirmationes vocant ſive *autographis* ſive *apographis*, per ſolennem formulam vocis INSPEXIMUS, aut id genus ſolennia verba, recitatæ, ab interitu conſervantur. Hujuſmodi haud paucæ leguntur in veterum RR. *Angliæ*, qui poſt conquæſtum floruerunt, chartis. Quinimo ante id tempus anteriorum regum donationes in * Chartis S. *Eadwardi Conf.* ſolenni iſta formula recitatas & confirmatas legimus; ut falſam iſtam *Canuti* R. quæ ſic incipit: *In nomine poliarchis Jeſu Chriſti*, &c. Sic in charta † *Edwardi* III. recitata confirmatur per INSPEXIMUS charta Æthelberhti I. Regis *Cant.* mihi ob *æram Chriſti*, qua notatur, merito pro ſuſpecta habita. In charta confirmationis *Richardi* II. quæ eſt in collectione *Cottoniana* de Monaſterio *Thorneyenſi*, deſcripta legitur charta *Eadgari* R. Ejuſdem regis charta altera deſcripta extat in charta confirmationis *Henrici* V. vel VI. quæ in eadem collectione aſſervatur. Charta Latina modo citata *Canuti* R. quæ incipit ab his verbis: IN NOMINE *Poliarchis Jeſu Chriſti*, cum alia, comite ejus, *Saxonice* vel potius *Normanno-Saxonice*, confecta, quæ ſic incipit: On almiȝhti ðriȝðheſ name, leguntur deſcriptæ in charta *Henrici* IV. qua Monaſterio S. *Edmundi* certas libertates Abbati & conventui conceſſas confirmat, præmiſſis, quæ ſequuntur, ſolennibus

---

* Monaſtici *Anglicani* I. Vol. pag. 287. † Ibid. pag. 24.

verbis:

verbis: INSPEXIMUS *chartam, quam bonæ memoriæ Kanutus quondam rex Anglorum progenitor noſter fecit in hæc verba,* IN NOMINE, *&c.* Dein præmiſſis ejuſdem formulæ ſolennibus verbis in eo continuo ſequuntur plures chartæ *S. Edwardi* II. Regis, *Semi-Saxonice* factæ; quarum prima, quæ ſigillo regis dicitur eſſe munita, ſic incipit: ic Eadwarð kinȝ kiðe on þiſſum ȝewrite alle leafulle men. In MS. autem regiſtro vel chartulario monaſterii *Eadmundiburgenſis*, quod pro ſumma humanitate ſua utendum mihi dedit paulo ſupra laudatus φιλαρχαῖος Antiſtites. Ic Eadward kinȝ kiðe on þiſe write alle lefful menne. Secunda ſic incipit, Eðward kinȝ ȝret Aylmer. Tertia ſic, Eðward kinȝ ȝret Aylmer b. ȝ Alfȝar. Quarta autem ſic, Eðward kinȝ ȝret Grymkitel. Quæ quidem omnes, cum aliis nonnullis Sancti *Eadwardi* II. chartis in eodem chartulario extant. *Chartæ autem *Henrici* IV. è qua hæc deprompſimus, notitiam humaniſſimo viro *Carolo Battely* officinæ *rememoratoris* Theſaurarii in Scaccario uni ſcribarum, monumentorum antiquitatis *Anglicanæ* ſcientiſſimo, qui nobiſcum id genus plura communicaturus eſt, gratus acceptam refero.

Verum è Chartis apographis, SHOWERE, id imprimis notandum eſt, nempe quod earum nonnullæ, quarum exemplaria in puriori *Saxonico* non potuerunt non ſcribi, *Semi Saxonice* à librariis pro ſermone ſui temporis excribuntur. Id quod etiam in homiliarum *Saxonicarum* deſcriptione aliquando accidiſſe obſervavi, quæ in MSS. *Codd.* anteriorum temporum, ut ut in puriori *Saxonico* ſcriptæ, in citeriorum tamen temporum membranis *Semi-Saxonice*, vel *Normanno-Saxonice*, à tranſcribentibus deſcribuntur. Quamobrem, SHOWERE, etſi iſtiuſmodi chartæ, quæ pro *autographis* anteriorum temporum, in quibus Saxonicus ſermo nondum, aut non omnino, aut non multum labefactatus erat, venditantur; in ſuperiorum, & male ſimulatarum numero habendæ ſunt; de *Apographis* autem, quas poſt *Normannicam* victoriam vel in vetuſtis regeſtis, vel in diplomatis RR. deſcriptas legimus, idem decernere, crede mihi, non adeo tutum eſt. In regeſtis etiam occurrunt chartæ *apographæ*, *Anglo-Normannice* plane deſcriptæ; quarum tamen exemplaria ante victoriam *Normannicam*, imo ante *S. Eadwardi Conf.* tempora confecta eſſe dicuntur cum lingua *Saxonica*, etiamſi à ſe multum mutata, in *Anglo-Normannicam* tamen barbariem nondum degeneraverat. Id genus eſt charta illa *Canuti* R. quoad ſermonem plane *Anglo-Normannica*, quam *Latinæ* ejuſdem R. chartæ principali fuiſſe inſertam falſe teſtatur citatum modo cœnobii *Eadmundiburgenſis* chartularium. In almichten brichtiner name. Ic Cnut kinȝ kiðe alle manne þe beð þat ic mið mine redȝmen reð habbe for mine ſaule þearfe ȝ for alle mine þeðſchippaſ ſendfulneſſe þat iſ þat ic an ece fredomeſ þan haleȝen kinȝe ſeint Eadmund ſo forth ſo he firmeſt haueðe into þere ſtowe þat he onreſteth ȝ þo wille ic þat ſe fredom ſtonde on his welde unawend buton ælches biſcopes anwælde þere ſchire ekelik fre ȝ ſo fele ſiche ſo men ȝildith here-ȝeld oþer to ſchipȝelde. ȝelde ſe tunſchipe ſo oþere men don to þere monekenede þe þer binnen ſchulen for hus þewien ȝ we curan þat ic nefre ne ſchulde ani man wenden to oþre ȝoðeȝ manne buten he walde bon aſchired from ȝodis manne ȝ alle hiſe haleȝen. ȝ ic an þo monekes to fode al þat fiſchnoth þat Uulfketel aichte at welle. ȝ min ȝovel-fiſch þe me ariſt be ſe londe. ȝ min quen Ælȝive an þen haleȝen four þuſend Ele mið hire looc þe þer to-birið at lakinȝheth ȝ ic an hem alle here tuneſdene of alle here lond þe he nu habben ȝ ȝet biȝeten ſchulen on ȝodes efte.

Hanc vero chartam *Anglo-Normannicè* deſcriptam, ſive potius ſcriptam, evincit literarum patentium charta *Willelmi* Conquæſtoris in eadem plane dialecto ſcripta, quæ in eodem codice ſic ſe habet: William kyng ȝret aylmer biſchop and Rauf erl ȝ Norman and alle mine þeynes on Suffik frendlike, and hic kiðe ou þat ic wille þat þe ſokne þas Niȝend halfhundredes liȝe into þen haleȝe minſtre at ſeynt Eamundesbiri ſo ful and ſo forth ſo ic alfrich withȝares ſone bi wiſte ȝ Orȝer ſiþen ymme þere quene to hande Eadwardes moder kynȝes mine meyes and he ſelf þider in unnen haueðe on alle þe þinȝe þat is on firdwite and on fichtwite ȝ on †eberechef and on ȝriðbreche ȝ on forſtal ȝ on ham ſokne. Nu forbede ic alle manne þat ſokne him to hande to-tene eiþer engliſſce or franſſchiſſen or deniſſcen buten ſeynt Eadmūd ȝ þen abbote. And ȝif wo henne forth þis withquenchen wille: ic wille piten þanne wat he be.

Tali chartarum, quæ ante regnum *Stephani*, ſive in *Anglo-Saxonum*, ſive *Dano-Saxonum*, ſive denique *Normanno-Saxonum* temporibus ſcriptæ, vel exſcriptæ fuerint, collectione à chartularii noſtri conditore tandem abſolutâ, ampliſſima ab eo operi ſuo prolegomena præmittenda ſunt. Imprimis enim inſtituendus ab eo Lector eſt in ſcientia manuum, quibus in omni tempore, quatenus fieri poteſt, chartæ *autographæ* exaratæ ſunt. Hanc autem manuum ſcientiam facillime lectorem docebit inſpectione tabellarum, quibus differentia *manuum* ſpecimina à peritiſſimo ſculptore inciſa diſcentibus ob oculos ponenda ſunt. Triplex autem fuit *Manus*, ſeu ſcriptura apud *Anglo-Sax.* Una quæ exarata in grandioribus vel majuſculis literis cernitur in antiquiſſimis lib. MSS. & aliquibus vetuſtiſſimis chartis, ut *Hlotharii* R. *Cant.* & *Sebbi* Orientalium *Saxonum* R. quæ infra citantur. Altera, quæ ſcribentibus commodior amplis ſatis characteribus, rotundioris

---

*In memorandis Scaccarii inter communia de termino S. *Trinitatis* ex parte rememoratoris theſaurarii rotulus ſeptimus. † f. in hac voce videtur mendoſe ſcriptum: quo ablato reſtat ebereche, id eſt, epbryce vel æpbryce, *adulterium.*

formulæ, ſed in quâ majuſculæ minoribus in MSS. quum libb. tum chartis immixtæ ſunt, exarata legitur. Tertia, quæ ſcribentibus promptiſſime ſcribere volentibus commodiſſima, duplex fuit; altera quæ in uſu erat ante *Ælfredi* R. tempora; altera, quæ eo auctore, inolevit. Præſertim autem ab auctore chartularii docendum eſt diſcrimen hujus ab illa manu; nempe manûs, qua *Anglo-Saxones* promptiſſime ſcribentes uſi ſunt ante *Ælfredi* tempora, ab illa, quam Rex iſte *Romanorum* & *Gallorum* elegantiori ſcriptura inſtitutus ab exteris redux *Anglos* ſuos docuit. De Differentia harum manuum, quarum illam κατ' ἐξοχὴν, *Saxonicam*; hanc *Gallicanam, Ingulphus* vocat; nos haud pauca, SHOWERE, in Gramm. noſtræ *Anglo-Sax.* & *Mœſo-Goth.* cap. XXII. tradidimus; quibus in præfatione ad opus ſuum à chartularii auctore multa addi poſſunt, ex quibus lector maximum fructum capturus eſt. Harum manuum differentia ab eo oſtenſa, ad illam dein oſtendendam procedendum eſt, quæ fuit inter manum *Saxonicam* ab *Ælfredo* reformatam, quæ *Anglo-Saxonica* vulgo dicitur, & *Normanno-Saxonicam* vel *Anglo-Normannicam*, quam *Gallo-Normanni* ſcriptores in *Angliam* induxerunt. De qua nos etiam in dicto capite nonnulla ſcripſimus, quæ ab auctore noſtro, cui neque chartæ, neque ſumptui parcendum eſt, in tabellis amplificanda, ornanda, & magis elucidanda ſunt.

Etenim crede mihi, SHOWERE, manuum diſtinguendarum peritia neceſſariò ab illo acquirenda eſt, qui è vetuſtis chartis autographis, veras à falſis & ſpuriis recte velit diſtinguere. Hanc manuum ſcientiam chartarum obſervatione mediocrem ipſe adeptus, chartam Originalem *Æthelbaldi* R. Merciorum eſſe dictam, & non ita pridem, ut fertur, in curiis veſtris quaſi genuinam & veram probatam, multum & laudatam, ſtatim ac conſpexi, falſam eam, ac fictam eſſe diſcernebam. Chartam autem hanc ementiri neceſſe habuit coenobium *Croilandenſe*, qua terras ſuas ſine charta datas, aut quarum chartas perdiderant, ſervarent à *Nortmannis*, qui nullam fere juſtam poſſidendi prædia cauſam, præter chartas, Monaſteriis indulgebant.

Id inſtrumentum, eo nomine, quod fictitium eſt, ſi non dominus ejus, ſaltem antiquarius pluris quidem facere debet; quamvis eſſe fictam neque hiſtoriæ *Croilandenſis*, in cujus 2. pagina exhibetur, Editor *Oxonienſis*, neque ipſe *Dugdalius* cognoverunt. Sic etiam chartam * *Wulferi* R. *Merciorum*, quæ in collectione *Cottoniana* [4.] eſt, cui diſcrimen manuum notum eſt, is facillime deprehendet eſſe commentitiam, ut & illam quæ in eadem collectione chartarum eſt [91.] qua *Cædualla* R. *Ulfrido* Epiſcopo certa quædam prædia & privilegia dediſſe dicitur. Haud diſſimilem falſitatis ſpeciem præ ſe fert ejuſdem collectionis charta, figura numerali [95.] notata, qua *Offa* R. *Anglorum* donaſſe fingitur *Iaenberto* Archiepiſcopo terram apud *Hebham* v. aratrorum. Denique charta collectionis *Cott.* cui numeralis nota [7.] ſuperſcribitur, ejuſdem eſſe furfuris ex manu facile cognoſcitur. Hæc autem ea ipſa charta originalis eſſe fingitur R. *Canuti*, qua monaſterio quod dicitur † Badrices purðe conceſſit, ut ab omni dominatione omnium Epiſcoporum comitatus liberum eſſet, & Monaſterio *Edmundiburgenſi*, ut fundo, in quo requieſcit S. *Edmundus* R. libere frueretur. Infra hanc chartam, quemadmodum in chartularii *Edmundiburgenſis* apographo, ſubſcriptum etiam extat privilegium Monaſterii *Edmundiburgenſis* in *Anglo-Normannicâ* quum dialecto, tum manu, male pariter exaratum. Ex his, quæ dicta ſunt, falſitatis etiam manifeſtæ arguenda eſt charta S. *Eadwardi* II. qua confirmaſſe dicitur hanc *Canuti* R. Chartam commentitiam, ut ex illius verbis liquet. *Rex Archiepiſcopo*, &c. *Salutem.* INSPEXIMUS *chartam, quam bonæ memoriæ Knutus quondam Rex Angliæ progenitor noſter fecit in hæc verba*: IN NOMINE POLIARCHIS JESU CHRISTI.

Ex manu etiam falſa eſſe conſtat charta illa ſplendidiſſima *Eadgari* Regis in Eccleſiæ *Weſtmonaſt.* Archivis extans, quæ ſic incipit: *Regnante dnō nrō ihū xpō in perpetuum* Aω. Ut & altera ejuſdem Eccleſiæ non minus ſplendida S. *Dunſtani*, qua declarat *Eadgarum* regem Monaſteria ab omni Epiſcoporum poteſtate & juriſdictione exemiſſe. Quarum quidem chartarum copiam mihi factam gratus acceptam refero reverendo admodum patri *Thomæ* Epō. *Roffenſi*, & Eccleſiæ *Weſtmon.* decano, ob humanitatem ſimul & doctrinam maximam colendo, cui immortales gratias ago. Ex manu quoque, ficta eſſe conſtat charta, quæ *Æluredus* R. dediſſe dicitur *Burrico* Epō Hrobi, & eccleſiæ *Roffenſi* terram ſuam in oppido de *Frekeham*, &c. Anno incarnationis dominicæ DCCC.XCV. Hæc charta una illarum eſt, quæ in capſis ductilibus bibl. *Cott.* jam adſervantur. Maxime autem omnium falſitatis vel primo intuitu damnanda ob manum eſt charta *Eadgari* R. qua Deo, Scō Petro, monachiſque veteris coenobii [a] ȳentanæ Civitatis, quandam telluris particulam, v. videlicet Manſas cum quindecim hydis in perpetuam poſſeſſionem donat. ſcripta eſſe fingitur hæc charta, Anno dom. incarnationis DCCCCLXXV. Sed manus eam non ante ducentos annos ſcriptam eſſe oſtendit. Una etiam earum eſt, quæ nondum in bibliothecæ *Cottonianæ* catalogum relatæ, in capſis ductilibus etiamnum reponuntur. Præterea ab auctore noſtro de chartis docendus eſt in ſua præfatione lector, ſcilicet alias in Majuſculis, alias in Minuſculis, alias etiam in intermediis literis eſſe exaratas. In majuſculis ſcribuntur, quæ extant *Latinæ* duæ in prima pagina collectionis *Cottonianæ*, quæ inſcribitur, *Auguſtus* 2. Quarum altera eſt *Hlotharii* R. *Cantuariorum*, cujus duæ quaſi partes ſunt; altera qua *Bercualdo* & ejus monaſterio terram in [b] TENED donat,

---

* In hâc charta *Wulferus* dicitur *S. Petro* & monaſterio de *Medeshamſted* certa *tenementa* contuliſſe & confirmaſſe. † *Saxon.* Beaȝpicerȝpuȝe. [a] Sic MS. pro ȳentanæ. [b] Nunc Thanet.

quæ

quæ vocatur WESTANAE: altera, qua cum conſenſu Archiepiſcopi *Theodori* dat eidem monaſterio terram in STURIA. Confecta fuit hæc charta in Civitate [a] *Recewulf*, menſe Maio, Indictione Septima. Nam in eo ſeculo annum redemptionis in chartis notare uſu nondum erat receptum.

Altera eſt charta *Æthelbaldi* R. Auſtralium *Saxonum*, qua donat terram x caſſatorum juxta *Stur* fluvium comiti ſuo *Cyneberto* ad conſtruendum coemeterium. Conſtat vero ex [b] hiſtoria, & Synopſi Bibl. *Cottonianæ*, quam in ingens reip. literariæ beneficium edidit amplificandis bonis literis natus doctiſſimus *Thomas Smithus* noſter, & indiculo Pſalterii *Latini* in majuſculis ſcripti cum verſione *Saxonica* interlineari, quod notatur *Veſpaſian.* A. I. chartam hanc ex iſto MS. exſciſſam eſſe. Quod etiam illius quum menſura, quæ cum foliis illius MS. quadrat, tum etiam manus in utroque prorſus eadem, tum denique locus MSS. unde ſciſſa eſt, inter folia X. & XI. codicem vertentibns oſtendit. Etenim, SHOWERE, in *Libb.* Evangeliorum & Pſalmorum, chartas originales tanquam in tabulis, ſive regeſtis publicis, inſinuare ſolere *Anglo-Saxones*, præter illa, quæ in ſuperioribus à nobis traduntur, oſtendunt verba [c] chartæ *Alhwini* Epiſcopi *Wigornienſis*, quæ in veteri manu *Saxonica* ſcripta *Æthulwulpho* duci deſcriptæ cernuntur. Aliquando etiam ſed rariſſime, *Latine* deſcribuntur metæ: ut in charta vetuſta *Uhtredi* ſubreguli *Offæ* R. *Merciorum. Eſt rus illud in auſtrali parte montis qui nominatur* Breodun. *In aquilonari plaga rivuli, qui vocatur* Carent, *protendens à flumine illo* Carent *aſcendens uſque ad ſummitatem montis ſupradicti* Breodun. *In cujus cacumine urbs eſt antiquo nomine* Baeningesburg. *Ibi eſt terminus agri illius ſurſum in monte, & à meridie*, &c.

Monachi vero *Anglo-Normanni* in chartis autographis tranſcribendis metas non raro prætereunt, quas tamen omnes collectas in alieno ſeorſim chartularii loco aliquando ponunt. Sic in hiſtoria Eccleſiæ *Abbendonenſis*, quæ in Bibl. *Cottoniana* notatur, *Claudius* C. 9. metæ hidarum *Saxonice* deſcriptæ ad finem codicis ſeorſim rejiciuntur. Sic metæ terrarum nonnullæ monaſterii *Wigornienſis* cernuntur ſeorſim deſcriptæ in fol. 162. MS. ejuſdem bibliothecæ, cui nota, *Tiberius*, A. 13. ut & in fol. 130 MS. cujus nota, *Nero*, E. I. ubi metæ *Widiandunenſis* prædii, *Saxonice* ſolæ abſque charta ſcribuntur. Monachi etiam in autographis exſcribendis ſæpe metas *Saxonicas* contemnunt, quas tamen aliquando *Latine* deſcriptas ſervant, quemadmodum in charta textus *Roffenſis*, fol. 128. qua *Egebertus* Rex *Cantiæ* poſſidendam conceſſit Epō *Dioran*, & Eccleſiæ ejus, in honorem *S. Andreæ* conſecratæ, terram x aratrorum *Hallingas* dictam. *Termini autem ſunt à loco, qui vocatur* Hrofesbreta, *uſque in arborem,* [d] *qui vocatur* Curues ac *& inde via recta per medium campum,* [d] quæ *appellatur* Hiuæmhanſtedi *uſque in locum, qui dicitur* Halleſmeri, *& inde circumit per locum, qui vocatur* Heortleagu *in flumen* medeuuæge.

De his etiam oportebit auctorem noſtrum monere lectorem, utpote quibus inter *Latinas* chartas, autographas ab apographis; originales *Saxonicas* ab earum verſionibus; indubitatas à ſuſpectis; & veras à falſis melius poterit diſcernere.

De manibus, ſermonibus & ſermonum dialectis in quibus chartæ ſcriptæ ſunt, illa præfatus auctor noſter, quæ à lectore chartularii ſui præcognoſcenda ſunt, eum dein moneat, ut legens chartas id præſertim animadvertat, an chartarum, quo ſermone, vel dialecto cunque ſcriptæ ſint, voces & phraſes iſtorum fuerunt temporum, in quibus ſcriptæ eſſe dicuntur. Hoc imprimis ſpectandum eſt in chartis, quæ pro originalibus aut originalium tranſcriptis venditantur, quales ſunt in hiſtoria *Croilandenſi* regum *Saxonicorum* omnes. E quibus univerſæ, aut tantum non univerſæ, ex eo fictæ eſſe noſcuntur, quod voces & phraſes *Gallo-Normannicas* contineant multas, quæ ante adventum *Normannorum*, aut ſaltem in temporibus, quibus confectæ eſſe finguntur, adeo in uſu non erant apud *Anglo-Saxones*, ut *Anglia* aut eas, aut earum uſum jam tum penitus ignoraret. Sic in charta *Æthelbaldi* R. ſupra damnatâ, occurrunt UNAM LEUCAM. DUAS LEUCAS, TRES LEUCAS, *&c.* Per *leucas* autem computandi rationem introduxiſſe *Normannos* conſtat, ex [e] charta *Willelmi* Conquæſtoris, qua Eccleſiæ *S. Martini de Bello*, à ſe ob victoriam de *Haraldo* reportatam fundatæ, certa privilegia dedit. In illa enim charta hæc habentur verba: *Quatenus Eccleſia illa cum* Leuga *circumquaque adjacente libera ſit ab omni*, &c. *Normannica* etiam ſunt, quæ ſequuntur: *Chirographo patenti. Communis Sewera. Omnibus f Seiſonis: Centum libras legalis monetæ.* Maxime vero commentitiam eſſe hanc chartam probat iſta locutio: *ad fundationem monaſterii* NIGRORUM MONACHORUM *ſub norma* S. BENEDICTI. Nondum enim *Æthelbaldo* regnante, an. DCCXVI. monachorum familiæ ab indumentis ſuis nuncupabantur, neque per ea diſcriminati erant. Hoc conſtat ex [g] *Concil. Clovesh.* cap. 19. Quo tantum cautum eſt, *Ne Monachi & nunnones pompaticis, & quæ ad inanem gloriam more ſæcularium utatur indumentis; ſed ut ſimplici propoſitoque congruenti eorum veſtiantur habitu.* [h] Nondum

---

a Nunc *Reculver.* vid. hiſt. *Anglicanæ* X Scriptores, col. 2207. ubi hæc charta facta eſſe dicitur An. Dom. DC.LXXIX. *b* P. XXXV. *c* Hæc eſt una XXIV chartarum, quarum uſum acceptum gratus ſupra retuli *Johanni* Domino *Somers* Bar. *Eoveshamenſi.* *d* Ita MS. *e* Vid. Append. ad librum R. *Bradeyi*, cui titulus, **A compleat Hiſtory**. p. 15. *f* Id eſt, omni tempeſtate, à *Gallico Saiſon*, quod *Latino-barbare Sciſo*, *Soiſonum.* *g Spelmanni* Concil. Vol. I. pag. 256. *h* Vid. *Marshami* propylæum ante Monaſt. *Anglicani* Vol. I.

in Angliam noſtram ignota adhuc *Benedicti* regula inducta erat, nondum in familias abierat ſimplex adhuc monachatus inſtitutio, neque tunc temporis *Benedictinæ* regulæ tenaciores erant, qui à *Benedicto* nuncupari cœperant. Denique *Benedictinorum* ordo ipſe nondum per familias aut veſtimenta diſtinctus fuit. Sed hæc omnia poſteriora tempora olent, (ſcilicet *Edgari* R.) & triumviratum iſtum *Dunſtanum*, *Æthelwoldum*, & *Oſwaldum*. Imo *Benedictini* ordinis, *Nigri* qui dicti erant, monachi nulli adhuc erant, aut eſſe, me judice, potuerunt ante reformatum *Benedicti* ordinem à *Romualdo* monacho *Caſſinenſi*, circiter annum MXX. à quo familia *Camaldunenſium* monachorum, qui ab * *albis* tunicis & caputiis, *albi* dicti erant; aut *Carthuſianos* à *Brunone* ortos, An. MLXXX. qui † *albis* veſtimentis induti ſunt. Undecimo igitur ſeculo, diſtinctionis gratia, cæteri *Benedictini* ordinis monachi, quibus *Niger* amictus in uſu erat, primum NIGRI denominari cœperunt.

Ob eandem rationem pariter damnanda eſt *Eadredi* regis charta, *Hiſt. Croiland.* Oxon. Edit. p. 32. Ubi quoque *Cœnobium nigrorum monachorum ordinis S. Benedicti à nobili rege Merciorum Ethelbaldo fundatum.* Cætera *Normannorum* mores & tempora olentia, brevis eſſe volens, prætereo. Sic in *Wulferi* charta ſupra etiam falſitatis evicta leguntur, *certa tenementa, longitudine XX Leugiarum*, quæ præter manum *Normannicam*, à falſario Monaſterii *Petroburgenſis* fictam eam eſſe probat. Sic quoque phraſis iſta, BARONIBUS MEIS, in charta Weſtmonaſterienſi *Eadgari* R. ſupra ob manum damnata, eam à falſario aliquo fictam eſſe oſtendit. Sic in charta *S. Dunſtani*, quæ etiam in Eccleſiæ Weſtmonaſterienſis archivis extat, *Anglo-Normannica* iſta, PARROCHIANO SUO PRESBYTERO. TOTIUS ANGLIÆ DECANUS. falſarii eam opus eſſe demonſtrant. Denique *Gallo-Normannica* iſta, *Sexdecim* VILLANIS. *Decem* BORDIS. PASTURA *unius* LEUCI. LEUGI *Latitudine*. *Liberum* MERCATUM. *In* PURAM & PERPETUAM *elemoſinam*. *Uſque* LA DROUE. DE LA DROUE. iſta, inquam, *Gallo-Normannica* chartam *Cottonianam Eadgari* R. in ſuperioribus manus gratia quoque damnatam, ut de crucis forma illi præpoſita, de CYROGRAPHO integris in majuſculis abſurde exarato, cui ſubjicitur $\overline{E|R}$, hoc eſt, *Eadgarus Rex*, nihil hic dicam, falſarii commentum eſſe evincunt. Denique ab auctore noſtro maxime opera danda eſt, ut quæ oportet, præfetur de modo conficiendi chartas, ſive perficiendi donationum, teſtamentorum, ut & emptionum & venditionum inſtrumenta, apud veteres *Anglos*. Is autem, SHOWERE, pro temporum ſerie & viciſſitudine alius & alius apud eos fuit. Ante S. *Eadwardi* II. tempora, chartas conficiendi mos hic fuit. Donator, ſive quis alius inſtrumenti auctor, chartam ſuam in aliqua plerunque celebritate à tabellione paratam & prælectam, cum crucis ſigno ante nomen ſuum à tabellione ſemper ſubſcriptum à ſe facto fere ſemper ſignabat. *Fere ſemper*, inquam, ſignabat, quippe quod tabellio, ſive notarius, illius vice, illoque jubente, cum crucis ſigno ſua manu facto non raro etiam chartam ſignabat. Dein qui præſentes erant, vel eorum ſaltem haud exiguus numerus, ſuo quiſque ordine, & eodem loco & tempore ſignis crucis à ſe, vel ſe jubentibus, à notario factis chartam conſignabant. Formæ autem conſignandi chartas diverſæ erant.

Nunc enim conſignabant teſtes in prima perſona, hoc pacto, quod omnium uſitatiſſimum eſt:

✠. Ego Dunſtanus archiepiſcopus confirmavi. ✠. Ego Alfpolvus Eps. annui.
✠. Ego Æþelpolvus Eps. conſcripſi. ✠. Ego Wulfrie Eps. ſubſcripſi.

Nunc in tertia, hoc modo, præmiſſis id genus ſolennibus verbis: *Scripta eſt hæc charta his teſtibus conſentientibus.* Et, *Hii ſunt teſtes, quorum infra nomina notantur.* Et, *His teſtibus quorum nomina ſubſequuntur conſcribentibus.* Et, And me ſalvan heora honvſetene þiſſe gemæðniſſe. þara noman hem beneoðan appiten ſtondað:

✠. Oda Archiepiſc. ✠. Wulfgar Epiſcop. ✠. Wulfrige pontiſ. ✠. Nopæl regulus.

Nunc vero hac in forma:

✠. ſignum Man. N. ✠. ſignum Man. B. ✠. ſignum Man. G.

Nunc denique modi iſti comſignandi chartas conjuncti cernuntur: ut in charta quadam *Offæ* regis *Merciorum* SOMERSIANA:

✠. Ego Offa. *&c.*
✠. Ego Eadbehtus. *&c.*
✠. Ego Leolulfus. *&c.*
✠. Ego Tilhelmus. *&c.*
✠. Ego Aldbehtus. *&c.*
✠. Signum manus Botuinni. Abb.
✠. Signum manus Folcbehti. Abb.
✠. Signum manus Bronbani pbrincī. *&c.*

---

* Non baſta à S. Romualdo rifformare, è riddurre à perfettione i monachi, ma nell'eſtremo di ſua vita fermò novo eremita con molti digiuni, & aſprezza di vita, va raſo il capo con uno breve tonica di panno bianco col ſcapolare dello ſteſſo colore attacato alla tonica, e di ſopra una coccella dello ſteſſo. *Briefve hiſtoire de l'inſtitution de toutes les religions auec leur habits gravez.* par *Odoard Fialetti.* A Paris, 1658.

† In circa veſtono queſti tutti di bianco. fuor che la cappa nera. *idem.*

Charta *Uhtredi* reguli *Huicciorum* SOMERSIANA ſic etiam conſignatur. Chartaque *Biornwulfi* R. *Merciorum*, quæ etiam *Somerſianarum* una eſt, conſignatur hunc in modum:

✠. Signum manꝰ. Bioɲnpulfi ɲẽg. Mepc̄.
✠. Fulfɲed Apc̄ Epiſc̄. &c.
✠. Oeþelpalð Epiſc̄. &c.
✠. Hnæðhun Epiſc̄. &c.

Notandum autem hic eſt, SHOWERE, in medio vocis *ſignum*, ſignum crucis aliquando in chartis conſignatis hoc pacto eſſe factum Sig✠num, ut in charta vetuſtiſſima *Sebbi* R. *Cottonianâ*, quam ſupra citavimus. Quinetiam ſupra vocem *Crucis*, crucis ſignum cernitur aliquando poſitum, ut in charta *Eadgari* R. *Cottoniana* in capſis ductilibus viſenda, cui an. DCCCCLV. confectæ, ſic Rex ſubſcribit: ✠. Ego Eadgar ɲex Angloɲum ſub ſigillo ſcē cɲucif coɲɲoboɲaui. Chartam etiam ſuam, quæ in collectionis *Cottonianæ* libro notatur numerali charactere [40] eodem modo ſignabat *Eadredus* R. an. DCCCC.LXIV. Aliis etiam modis reperitur aliquando factum crucis ſignum in conſignatis *Anglo-Saxonum* inſtrumentis: ut in *Eadwigi* R. charta, quæ collectionis *Cottonianæ* eſt [38.] Scē ✠ cɲucif. & in ejuſdem collectionis charta [51] crucis ſignum ſic cernitur poſitum: Scē cɲucif ✠ Signo.

Præterea conſignantium teſtium nomina nunc in ſingulari columna à ſummo ad imum legenda ſubſcribuntur: ut in charta *Æthelredi* R. *Somerſiana*, quæ ſic incipit: Apoſtolus Paulus de extremo iudicio dñi manifeſtiſſime loquens; *&c.* Nunc in bini ordinis columnis eodem modo legenda cernuntur: ut in charta *Uuerfrithi* Epiſcopi *Somerſiana, Saxonice* confecta. Aliæ in trini ordinis columnis ſubſcripta teſtium nomina oſtendunt eodem modo legenda, ut charta quædam *Hardicnuti* R. *Somerſiana*. Aliæ vero quaternarii ordinis columnis conſignantium teſtium nomina eo etiam modo legenda exhibent: ut charta *Oſualdi* Epī *Somerſiana*, an. DCCCC.LXXX.IIII. ſcripta. Aliæ quinarii ordinis columnis illa eo quoque modo legenda oſtentant: ut charta *Eadgari* R. *Somerſiana*, cui rex ſic ſubſcribit. ✠. Ego Eadgar ɲex anglorum conſenſu doctorum meorum cum ſigno ſcē cɲucif noboɲaui. Charta *Æthelſtani* R. *Cottoniana*, qua fideli ſuo miniſtro, quandam ruris particulam novem caſſatorum tribuit, in loco quem ſolicolæ æt hamme vocitant, conſignantium ſex columnas habet. Aliæ denique in iſtiuſmodi conſignantium teſtium columnellis ad majores numeros adſurgunt: ut alia *Eadgari* R. charta *Somerſiana*, cui, præmiſſo dimidiatæ crucis ſigno, vox CYROGRAPHUM bipartitis majuſculis ſcripta ſuperponitur. Hac enim in charta in octoni ordinis columnellis conſignantium teſtium nomina à ſummo ad imum etiam legenda poſuit notarius. Verum modus iſte diſponendi teſtium nomina in columnis à ſummo ad imum legenda, etſi maxime in uſu erat apud *Anglo-Saxones*, in nonnullis tamen conficiendis chartis tabellioni non placuit. Nam in charta *Burgredi* regis Merciorum *Somerſianâ*, nomen regis & quæ id ſequuntur, conſignantium nomina in perpetua ſcriptura, præmiſſis crucis ſignis, ſcribitur. Sic ſcribuntur etiam charta apographa *Cenulfi* regis & *Cenegithæ* uxoris ejus, cui ſubſcribit *Theodorus* Archiepiſcopus, collect. *Cotton.* Auguſt. 2. [91] Et charta S. *Eadwardi Conf.* quæ in eadem collectione notatur [51] & ſic explicit: Ego ſigillo etiam ſcē cɲucif ✠ ſigno hoc pɲiuilegium. noſtɲæ imagiɲ ſigillo iɲſupeɲ aſſignaɲi iuſſimuſ. ✠ Ego buɲgɲed rex Mepc̄. hanc meã donationem cũ ſigno ſcē crucif xpī ɲiɲmabo. ✠ Ego æðelſpið ɲegina ꝺſ̄ ⁊ ſ̄ð. ✠ Ego Leolpeoɲo cſ̄ ⁊ ſ̄ð. ✠ Ego Fulfſig epiſc̄ ꝺſ̄ ⁊ ſ̄ð. ✠ Ego eaðbalð epiſc̄ ꝺſ̄ ⁊ ſ̄ð. ✠ Ego ceoɲed ep̄ ꝺſ̄. ✠ Ego alhhun ep̄ ꝺſ̄. ✠ Ego ðeoɲlaf ꝺſ̄ ⁊ ſ̄ð. ✠ Ego alðɲeð aẽ. Humbeɲht dux. beoɲnoð dux. beoɲnaɲð dux. eambeɲht dux. mucel dux. Ego æðelpulf dux. æðelheaɾð. beɲhtfeɲð. æðelɲed. beɲhtɲic. ceolmund. boldɲed. eadgaɲ. mucel. Sic in charta originali *Cottoniana Ecgbearhti* R. *Cantiæ*, cujus tranſcriptum eſt in textu *Roffenſi*, nomen regis cum conſignantium nominibus in trini quidem ordinis columnis, ſed à ſiniſtra ad dextram, legenda ponuntur:

Adiectiſ quattuoɲ denbeɲiſ. hpetonſtede. heahden heſe. helman-hỳɲſt.

✠. Ecbeɲht ɲex.
✠. Beoɲnmod epſc̄.
✠. Lỳnɲed epſc̄.
✠. Eðelulf dux.
✠. Eðeluulf ɲex.
✠. Ealhſtan epſc̄.
✠. Leolbeoɲht epſc̄.
✠. Eanulf dux.
✠. Lialnoð. aɲhi-epſc̄.
✠. Eadhun. epſc̄.
✠. Uulfheaɲð dux.
✠. Heɲebeaɲht. dux.

Et in oɲiente ciuitatiſ hɲoui unum uiculum.

A ſiniſtra, inquam, ad dextram legenda ſunt ſecundum ordinem ſtatus & dignitatis, quo cujuſque nomen, antepoſita cruce, ſubſcribitur. In iſto enim ordine teſtium nomina, & appellationes ſive Eccleſiaſticas, ſive civiles, chartis ſubſcribebant *Anglo-Saxonum* notarii; qui etiam diverſos conſignantium ordines totidem diverſis crucis ſignis ſolebant nonnunquam notare, & diſtinguere: ut in charta *Cottoniana*, quæ ſic incipit: Anno heɲdicæ incaɲnationiſ DCCCCLVI. indict. XIV. Chartæ etiam aliquando occurrunt, in quibus ſigna crucis prorſus deſiderantur, tametſi earum auctores & teſtium nonnulli crucis ſigna ſuis manibus feciſſe dicuntur. De chartis hujus generis, quid ſentio, libere dicam. Scilicet aut apographas eſſe omnes, in quibus deſcribendis crucis ſigna à librario

prætermittuntur; aut exemplares, quæ à notario paratæ, nunquam perfectæ & munitæ erant, vel quod earum auctores consilium forte mutantes signare; vel quod testes designati, quorum nomina subscripserat notarius, eas prælectas non probantes consignari noluerunt. In quibusdam quoque chartis nonnullorum testium nomina sine præpositis crucis signis subscripta cernuntur; ut *Æthelwoldi* diaconi, & *Wulfnothi* diaconi; quorum nomina subscripta sunt chartæ SOMERSIANÆ *Oswaldi* Archiepiscopi *Eboracensis*, quæ confecta erat An. Dom. DCCCC.LXXX.III. Accedat charta *Edwigi* regis, quæ confecta erat an. DCCCC.LVI. cujusque nota numeralis in collectione *Cottoniana*, Augustus, 2. est [38.] cum illa *Eadredi* R. à *Dunstano* dictata, composita, & scripta esse dicta, cujus in eadem collectione nota numeralis est [52.] Hoc autem ex eo accidisse autumo, vel quod diaconi isti cum conficeretur charta forte præsentes non erant, vel si præsentes tum cum cæteris essent, quod eam ipsis displicentem neque à se, neque à notario sua vice consignari voluerunt.

Chartæ autem, SHOWERE, signatæ à donationis auctore, ac à testibus consignatæ, etsi *non traditæ*, ut opinor, apud *Anglo-Saxones* perfectum robur habebant. Sine *traditione*, inquam, plenum & perfectum robur habebant. Quippe quod nulla lege, nulla constitutione, nullave denique consuetudine vim legis habente, quam scio, *traditionis* necessitas terrarum donatori, vel venditori apud *Anglo-Saxones* incumbebat. Sine *insinuatione* etiam, ut ego autumo, chartæ apud eos valebant. Verum quamvis forsan *insinuationem* penitus fieri minime desiderabant eorum chartæ, sive *donationum simplicium*, sive *conventionis* & *contractus*, sive *literarum patentium*, sive *testamentorum*, sive denique eorum quæ in litibus determinandis in foris eorum acta erant; iis tamen, SHOWERE, nihil antiquius fuisse, quam ob majorem solennitatem, & ad conservandam rerum gestarum memoriam, chartas omne genus in *libb.* monasteriorum, tanquam in tabulis publicis insinuare, supra demonstravi.

Præterea modus iste conficiendi chartas, quem descripsi, etsi maxime usitatus apud veteres *Anglos*, non adeo tamen obtinuit, aut lege aliqua necessarius fuit, quin ab eo chartæ auctor recedere posset, & aliquando recessum esset. Etenim in nonnullis chartis tantum recitantur nomina testium, coram quibus charta erat confecta: ut in charta conventionis, quæ facta fuit inter *Wulfricum* quendam, qui sororem Archiepiscopi *Wulfstani* duxerat, ipsumque Archiepiscopum, & quæ *Saxonice* clauditur in his verbis: Nu pæt þýrest to gepitnesse Wulfstan Arceb. ⁊ Leofsine Ealdorman. ⁊ Ælþelstan ð. ⁊ Ælfsexð abb. ⁊ Bristeh Munuc. ⁊ manig god man to eacan hem. Sic charta quædam Ealdredi Episcopi, quâ terras *Wulfgeato* donavit eodem modo concluditur: ⁊ þisses is to gepitnesse ealle se hired on Wigena ceastre. ⁊ se hired on Eoxes hamme. ⁊ se hired on Pensceapan. ⁊ Leofric eorl. ⁊ Odda eorl. ⁊ his broðor. ⁊ Beorhtsic Ælfstanes sunu. ⁊ Osine. ⁊ Wagan. ⁊ Ægelsic þæs ð. broðor. ⁊ Leolmæs. ⁊ Atsus. ⁊ Erebeasn. ⁊ Osgis. ⁊ Æþestan stætta. ⁊ Ælfsaxð æt Langadune. ⁊ ealle þa ylderstan þegnas on Wigena-Leastneresire. Denisce. ⁊ Englisce:.

Chartæ hujus formæ sine consignatione testium factæ nihilominus pleniſſimum robur habuerunt; propterea, ut ego judico, quod in maxima hominum celebritate à notario testium nomina scribebantur. Imo nonnunquam, SHOWERE, chartæ non modo sine consignatione testium, sed sine testibus nominatis factæ, in Archivis reperiuntur. De quibus tamen non dubitari potest, quin valerent, & jure factæ essent. Id genus esse videtur * Charta *Oswaldi* præsulis, quam confecit, annuente R. *Eadgaro*, An. Dom. DCCCC.LXII.

De chartis consignatis etiam ab auctore nostro monendus est lector *Chirographorum* studiosus, eas in dorso membranæ non raro esse consignatas. Id genus est charta *Werfrithi* Epi. *Anglo-Saxonice* confecta, qua tres *hidas* telluris dat cuidam *Cyneswitho*, quæ etiam earum una est, quas ab honorabili viro *Johanne* Dom. *Somers* utendas accepi. Hanc formam etiam sequitur charta illa apographa valde lata ex eodem numero ab *Eadgaro* R. confecta esse dicta. in cujus dorso hæc leguntur: Anno Dom ce incarnationis DCCCCLXXII scripta est huius munificentiæ syngrapha his testibus consentientibus quorum inferius nomina secundum uniuscuiusque dignitatem utriusque ordinis decusatim Dor——Ci——No——diSpoNe——Nte caraxAnt—— ur. In dorso etiam consignatur charta illa *Eadgari* regis, metis suis *Saxonicè* descriptis ampliſſima, quæ in collectione *Cotton.* cum figura numerali [5] notata est.

Monendus quoque est chartarum lector, eis semper à veteribus *Anglis* præponi aut signum crucis simplex, aut vexillare *Christi* monogramma, & aliquando ut in *Eadgari* charta modo citata quæ in collectione *Cottoniana* cum numerali nota [5] designata est.

Curandum etiam est auctori nostro, ut lectorem instituat in differentia, quæ est inter signa crucis, quæ *Angli* ante *conquæstum*, & post eum *Anglo-Normanni* facere solebant. Ante conquæstum ab *Anglis* consignantibus facta cernuntur cum mero atramento signa crucis simplicia, perpendicularia, rectangula, aut obliquangula rectangulis proxime accedentia, quorum lineæ transſ-

---

* Charta hæc cum quatuor illis, quæ noviſſime à nobis citantur, è numero est earum, quas grato animo acceptas supra retuli præclaro in omne genus eruditione, & ampliſſimo viro *Johanni* Domino *Somers*, Baroni de *Eovesham*.

TABULA · B.

In Carta Æthilredi Regis Merciorum, Osforo Wigorn. Episc. Facta circa Ann. D. 690.

In Carta Aldredi Subreguli Hwicciorum, Fithero Wigorn. Episc. facta circa A. D. 780.

In Carta Burgredi Regis Merciorum. A. D. 866.

TABULA · C.

Carta Egeberhti Regis confecta Dioruno Hrofensis Ecclesiæ Epō. A. D. 778. (Cotton.)

Carta Hlotharij Regis Cantiæ. A. D. 679. (Cotton.)

Carta Eadwigi Regis Anglorum. A. D. 956. (Cotton.)



Carta Wihtredi Regis Cantiæ, Apographa. (Cotton.)

Carta Æthilberhti II. Regis Cantuariorum. Ann. Regni 7. Indict. 15. (Cotton.)



Carta Ejusdem Regis. A. D. 741. (Cotton.)



In nomine patris & filii & spūs scī Āmn. Ego Willm Rex Anglor hereditario iure factus. do & concedo & psenti Carta confirmo deo & scō Cudbto & pōri & monachis ibidē deo seruientib⁹ in perpetuam & puram elemosinā Hoc regiū maneriū meū Videlicet Villam de hēmingbusch cū omī terra de brachenholm. cū omīb⁹ rēb⁹ ad illam adiacentib⁹ cū eccl̄a ville p̄dicte & cunctis rebus ei⁹dē pertinentib⁹ i bosco & plano. Osors de p̄to i siluis & paludib⁹ dēs. molendinis. duc stagnis. cū ostiar. & mere. & sac. & socne. & tol & team. & infangenthef & omīb⁹ rectis dnūs ei⁹dē ville bene & recte & libere. cū rectitudinib⁹ & omīb⁹ consuetudinib⁹. sicut unq̄m scī Cudbti dnūs eas suas melius & liberius habuit. cum omīb⁹ consuetudinib⁹ regiis & libertatib⁹ q̄s ego habui ipso die illud potuit uictoriā Anglie in manu propria tenui. pcessē dūnas quib⁹ ego ipse. seu antecessor meus Comtes Tosti uel Siward ipsum maneriū tenuim. Qđ si q̄s in posterū hanc donationē meā irritare p̄sumpserit. a dīno consortio separetur. & condēpnatione extremi iudicii cū diabolo & angelis eius in p̄petuum feriatur. Āmn. Ut hec donatio mea firma sit in p̄petuum. manu propria presentem cartam signo sancte crucis + impressi & subscripsi. Signū Willelmi regis Anglie. Signū Thome eboracēsis archiepi.

Signū Willmi + Dunelmēsis epi. Signū Johannis + bathoniensis epi. Signū + Osmundi salesbiriensis epi. Signū + Baldewini abbis scī = Cadmundi. Signū + Osberti vicecomitis.

Signū hugonis + cōitis de cestre. Signū Arnoldi + de pereo. Signū Rodberti + dispensatoris. Signū + Osberti filii Normanni. Signū + Rodberti bloet.

Signū Rogerii + comitis scrobesbiriensis. Signū + Willmi filii regis Signū Roberti + comitis northymbrorū. Signū Ricardi de + cariteio. Signū + Rodberti de reduerus. Signū Willelmi de + licomia.

Signū + Rodberti capellani. Signū + philippi filii comitis de cestre.

Signū Ranulfi + clerici regis. Signū Osmundi + capellani. Signū philippi + filii Rogerii comitis. Signū + Rodberti de reduerus. Signū + Ricardi de bundunilla.

Signū Rod + berti de hulmes.

Sutton Nicholls sculp.

eternaliter. Firmatum est hoc cirographum meum in anno ab Incarnacione xpi Septingentesimo Sexto decimo. quod et huius probabilibus testibus sancte crucis indicio subnotatur. Ego Athelbaldus Rex Mercionum gratuito consensu confirmaui. Ego Bruthwaldus Dorouernensis Archiepus ratificaui. Ego Wynfrid Mercionum Epus approbaui. Ego Ingwaldus Londonensis Epus meris consensi. Ego Aldewinus Lichefeld Episcopus adoptaui. Ego Tobias Roffensis Epus collaudaui. Ego Athelredus Abbas de Bardeneu multum affectaui. Ego Aegbaldus Abbas de Medeshamstede istud fieri deuote rogaui. Egga Comes Lindcollis consilium dedi. Ego Lauricus Comes Leucestrie assensum prebui. Ego Saxulphus filius Saxulphi Comitis corroboraui. Ego Ingulphus presbiter et humilis minister uocatus audiui.

Ego Athelbaldus licet indignus paciencia tamen diuina regni Mercionum gero gubernacula summa cum fiducia auctori meo xpo humiliter redeo de qui oppheticis scribitur in psalmo miseraciones eius super omnia opera eius. Eius dem pietati me totum submitto et sancte matris ecclesie precibus beneficiisque spiritualibus commendo.

Sutton Nicholls sculp.

verſæ rectas ſecabant aut in parte ſuperiori, ut cernere eſt in tabella B. aut non infra medium punctum. Verum poſt *Conquæſtum* ſigna crucis magis ſplendentia ex lineis rubris, & aureis formata, quum perpendicularia, tum à perpendiculo declinantia, atque obliquangula, quorum lineæ tranſverſæ rectas infra medium punctum ſecabant, faciendi mos *Anglo-Normannis* erat. Imo lineam rectam duabus aliquando tranſverſis ſecabant, aliquando etiam tranſverſam ipſam aliis duabus brevibus tranſverſis ſecabant, iſtam crucis formam facientes, quæ in feciali arte heraldorum *crux cruciculata* vocatur, *Anglice* a croſſe-croſlett. Decuſſatim etiam crucis ſigna facere ſolebant *Anglo-Normanni*. Circulis etiam, & quadrangulis incluſa crucis ſigna formabant variis quidem modis, iiſque ſatis phantaſticis, qui à ſimplicitate *Saxonica* immane quantum abeuntes, melius inſpectione tabularum C. D. quam verbis, intelligi poſſunt.

Illa Tabula chartam Willelmi *Conqu.* exhibet, quæ tam *Saxonico*, quam *Normannico* more; nempe tam ſignis crucis, quam ſigillo vel imagine cerea appendente, cujus nullus *Anglo-Saxonibus* uſus erat, corroboratur. Cujus, inquam, nullus *Anglo-Saxonibus* uſus erat, ſcilicet ante S. *Eadwardi Conf.* tempora; in quibus tamen ſigilla iſta adpendentia inoleviſſe vix dici poſſunt. Quamobrem, SHOWERE, *Eadgari* R. & S. *Dunſtani* chartæ *Weſtmonaſterienſes*, quæ ſupra non uno in loco fictæ eſſe oſtenduntur; hoc etiam nomine falſitatis damnandæ ſunt, quod ambæ pariter, SIGILLIS (ſic enim cereas laminas & impreſſiones vocamus) adpendentibus munitæ eſſe finguntur. *Eadgari* quidem charta ſigillum ſuum perditum non oſtentat; ſed locus membranæ, è quo per retinaculum pendebat, etiamnum cernitur; & ſigillum penſile olim habuiſſe, hæc ejus verba monſtrant: *Manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubtus eam decrevimus roborare, & de ſigillo noſtro* (quæ phraſis eſt *Gallo-Normannica*, De notre ſeau) *juſſimus ſigillare.* E charta autem *Dunſtani* ſigillum adhuc ritu *Normannico* dependet, in cujus obverſa facie impreſſa cernitur *Dunſtani* effigies, ſcabello pedibus ſuppoſito ſedentis, dextraque pedum paſtorale, ſiniſtra vero librum tenentis, in quo, PAX VOBIS. cum epigraphe, quæ in perimetro hæc eſt: SIGILLUM DUNST. EPĪ. LUND. In averſa autem facie cernitur icuncula impreſſa, circa quam inſcriptio hæc: DUNSTAN ЄPC̄. ƑIGORN. Hæc, inquam, ritu *Gallo-Normannico*. Nam apud *Normannos* noſtros mos hic erat conficiendi chartas; ut auctor donationis, qui duobus honorificis titulis gauderet, in utraque ſigilli adpendentis facie, qua chartam muniebat, ſui diverſam effigiem exhiberet. Sic nobilis illa charta *Cottoniana*, Latine & Saxonice, confecta ab *Odone Baiocenſi* Epō & Comite *Cantiæ*, qua eccleſiæ *Cantuarienſi* quatuor DENNAS, *&c.* dat, adpendens ſigillum habet; in cujus obverſa fronte *Odo* veſtimentis *Pontificis*; in adverſa vero *Comitis* amictu indutus exhibetur.

Ob eandem etiam rationem, aut fraudis, aut inſcitiæ ſaltem arguendus eſt *Godefridus* ille Archidiaconus *Wigornienſis*; qui ſummum pontificem *Alexandrum* tertium certiorem faciens de charta quadam *Edgari* regis, quam, ut certiſſimæ auctoritatis fideique ſcriptum, commendatam eſſe voluit, ſic ad eum ſcribit: *Reverendiſſimo domino, & patri A. ſummo Pontifici minimus ſanctitatis ſuæ ſervus * Godefridus dictus Archidiaconus Wigornienſis.* ——— *Noverit itaque Sanctitas veſtra verum eſſe, quod contraſcripti hujus ſcriptum originale in virtute Scæ Trinitatis ſigilla tria trium perſonarum autenticarum ad veritatem triplici confirmatione commendant. Eſt autem ſigillum primum illuſtris Regis Eadgari. Secundum S. Dunſtani Archiepiſcopi Cantuarienſis. Tertium Alferi ducis Merciorum.* Hæ *Godefridi* literæ ad ſummum pontificem datæ, ſub charta ampliſſima *Eadgari* R. qua Monaſterio *Perſcorenſi* libertates & privilegia confirmat, agglutinatæ cernuntur in collectione *Cottoniana*, quæ inſcribitur, Auguſtus, 2. Charta illa habet ſupra ſcriptam notam numeralem [5] eamque ipſam eſſe putat † *Joh. Seldenus*, & qui illum citat ** *Edvardus Stillingfletus*, decanus *Londinenſis*, honorifice ſemper ob maximam eruditionem ſuam nominandus, quam *Godefridus* in literis ſuis ad ſummum pontificem ſcriptis, veram, ut quam tribus ſigillis munitam vidiſſet, atteſtatus eſt. Eam autem ipſam eſſe id propter exiſtimant, quod tres inciſuras totidem ſigillorum adpendentium indicia oſtentat. Verum charta illa, cui in collectione *Cottoniana*, *Godefridi* literæ ſuffixæ cernuntur, non tres, (quod pace *Seldeni* dictum velim) ſed quinque, quales ille memorat, inciſuras habet, caſu forſan factas. Quod ſi conſilio factæ fuerint, id fraudi monachorum tribuendum eſt; qui de fallendis *Normannis* conſultantes, qui chartas antiquas ſigillis non munitas in dubium non raro vocare ſolebant, iis aliquando ſigilla pendula apponebant. Sic chartæ forſan iſtæ *Cottonianæ*, ſive illa eadem, ſive alia eſt, de qua ad ſummum pontificem ſcripſit *Godefridus*, ſigilla adpoſuerunt monachi, ut *Normannis* illam non ſigillatam damnaturis palpum obtruderunt. Nam ſigillationem chartarum cum pendulis ſigillis in uſu non fuiſſe apud *Anglos* ante S. *Edwardi* II. tempora, non *Ingulphus* tantum affirmat, cujus verba in alienum ſenſum diſtorquet Cl. noſter ** *Stillingfletus*: ſed poſt eorum uſum ab illo rege introductum mos non erat ſimplicium donationum chartas pluribus ſigillis muniendi; ſed tantum *conventionales* chartas, quibus perſonæ, quotquot erant, contrahentes, ſigilla ſua ordine adponebant.

Quinimo ſigillorum cujuſvis generis rarior erat uſus apud *Anglo-Saxones*. Quorum quidem

---

* Hic erat archidiaconus *Wigorn.* ab an. 1148. ad annum 1167. † Of the office of Lord Chancellour. *ch.* 2. ** In egregio opere ſuo *Anglice* ſcripto, cui titulus, *Origines Britannicæ*.

reges quandoque legimus iis literas ſuas muniviſſe. Sed ad * chartas, vel diplomata ſua, obſignandas iis uſos eſſe ne unius quidem chartæ exemplo, quod ſcio, conſtat. Sic in ſuperioribus oſtendi *Æthelredum* R. per *Ælverum* Abbatem, ſigillum ſuum, *Saxonice* hiꝛ inꝛeȝl, hoc eſt *literas ſuas*, quas *brevia* vos, SHOWERE, vocatis, ſigillo vel ſigno ſuo ſignatas ad ſapientes curiæ Comitatus miſiſſe, omnibus, qui in ea convenerant ſalutem dicentem. *Saxonicum* vero inꝛeȝl per *ſignum* in iſto loco tranſtuli, propterea quod ſigilla iſta, quæ ad literas ſuas obſignandas adhibuerunt *Anglo-Saxonum* R.R. id genus me judice fuerunt, quæ MONOGRAMMATA dicuntur, quòd nomina principum certarum literarum implexionibus compendio deſcripta exhibebant. Sigilla hæc, quibus monogrammata erant inciſa, atramento illita vel immerſa, chartæ vel membranæ, in qua patentes literæ ſcriptæ erant, imprimi ſolebant; rariuſque, ni fallor, ceræ molli vel ſolutæ imponebantur. Quinetiam calamo aliquando monogrammata ſua faciebant literarum patentium auctores; aut iis jubentibus, conſentientibusve, qui iis ab epiſtolis erant ſcribæ vel librarii. Sic monogrammate ſuo membranæ impreſſo literas patentes, quas Gramm. *Anglo-Sax.* & *Mæſo-Goth.* p. 137. exhibuimus, ſignatas eſſe voluit *Gulielmus* I. Quas quidem patentes literas, chartæ nomine, citavimus; quod iis *Conquæſtor* terras aliquas ſe dediſſe notificat veteri monaſterio *Wintonienſi*, eaſque *Sigillo appendente* etiam corroboratas eſſe, neſcio quo errore memoriæ lapſus, de quo monitum hic lectorem velim, temere affirmavi. De monogrammatis hoc in loco ſcripta, ad illa quæ de iis ſupra in margine diximus, referenda ſunt. Qui vero varia eorum genera, figuraſque delineatas videre cupit, conſulat imprimis velim *Vitas Imperatorum*, &c. cura *Octavii* de *Strada*, *Francofurti* editas, M.DC.XXIX. & *Mabillonium* in opere ſuo præſtantiſſimo de *re diplomatica*, & Dufreſnii gloſſarium in voce *Monogramma*; ut & Doctiſſimum *Perinskioldum Suecum* in Annotationibus ſuis ad *Vitam Theodorici* R. p. 579. Ubi veteres quoque *Sueo-Gothicorum* R.R. monogrammatis uſos eſſe oſtendit.

Hæc obiter, SHOWERE, de charta *Willelmi Baſtardi* Conquæſtoris. in qua hæreditario jure ſe regem factum jactat; neque tamen victoriam, qua fractam, & plane ſubactam Angliam ſibi ſuiſque conquiſivit, reticere voluit; jus ad regnum *Angliæ* non uno titulo ſibi vendicans. Charta hæc earum una eſt, quarum copiam mihi fecerunt cum honore & obſervantia mihi ſemper nominandi *Decanus* & *Capitulum* eccleſiæ *Cath. Dunelmenſis*, operis noſtri fautores maximi. Atque ut ob manum *Gallo-Normannicam*, ſignorum crucis *Normannicam* factionem, & *Normannorum* teſtium nomina notabilis eſt: ita ob id præcipue ſculpendam eam curavimus, quod tam *Anglico*, quam *Normannico* more corroborata eſt. Eodem plane ritu confecta eſt, charta illa ampliſſima nobiliſſimaque ejuſdem regis *Cottoniana*, facta anno dom. incarnationis M.LX.VII. in qua regnum *Anglorum*, favente juſto dei judicio, ſe *ore gladii* adeptum dicit devicto *Haraldo* rege, *&c.* Etenim ad chartæ hujus confirmationem, qua innumera, eaque pretioſiſſima dona eccleſiæ *Weſtmonaſterienſi* donabat, una cum conſignantium teſtium illuſtriſſimi generis aut dignitatis quatuor columnis, quorum nomina ſubſcripta ſunt, ſigillum regis magnum adhibetur. Eo etiam ritu confecta erat charta *Willelmi* II. cujus apographum habetur in textu *Roffenſi*, fol. 212. ſubter rubricam *de Hedenham*. Quinetiam charta illa nobilis oblonga *Henrici* I. *Cottoniana*, quæ præmiſſo crucis ſigno, ſic incipit; SERVIRE DEO. & ſic explicit; *Hanc donationem confirmo ego Henricus rex, & aſtipulatione S. Crucis, & appoſitione ſigilli mei.* Ad quam etiam chartam diplomaticâ quadam manu ſcriptam adhibentur communi manu ſcripta: ✠. *Signum ipſius regis Henrici.* ✠. *Signum Mathildis reginæ.* ✠. *Signum Rogerii Salesberie Epĩ.* ✠. *Signum Willelmi Bigoti.* ✠. *Signum Radulfi filii Godrici.* Accedat triplex iſtud inſtrumentum modò citati *Textus Roffenſis* fol. 218. quod ab eodem *Henrico* rege, *Anſelmo* Archiepiſcopo *Cant.* & *Gundulpho Roffenſi Epõ*. Cantuarbiæ factum eſt nonas martias, An. dom. M.CIII. de quo ſic rex: *Hanc confirmationem meam pro ſalute*, &c. *Stabilio, & ſtabilitate ſigni S. Crucis dnĩ noſtri Ihũ Xpĩ propria manu & ſigillo meo conſigno.* Gemino etiam iſto ritu confecta eſt charta *Herberti* Epĩ *Nor-*

---

* Hic, lector, non moror, quæ in chartulario coenobii Scĩ *Auguſtini Cantuarenſis*, Aulæ S. Trinitatis *Cantabr.* depoſito, in ſequentibus verbis leguntur: *Nec moveat aliquem quod nec rex* Æthelbertus, *nec etiam alii reges de gente illa in* chartis ſuis, *prout mos inolevit modernis temporibus*, ſigilla cerea *imprimebant: cum tam rudis ac barbarus populus ad Chriſti fidem à perfidia converſus* ſignum crucis *in teſtimonium ſuæ converſionis omnibus ſuffeciſſe credebat. Non enim uſque poſt conquæſtum à tempore fundationis hujus monaſterii, exceptis* (illis) *Regis* Cnuti, *qui fuit* alienigena *&* conquæſtor, *aliqua in munimentis reperimus* ſigilla cerea; *ſed ſolummodo* crucis ſigna. *Poſt adventum vero Normannorum in Angliam, tam reges, quam alii domini & magnates laminas cereas membranis apponebant chartarum, crucis ſignum in laminis cereis imprimentes, de capillis capitum vel barbarum in eadem cerâ aliquam portionem pro ſigno poſteris relinquentes.* Hæc, inquam, de ſigillis cereis Regis *Canuti* non moror, quod ejuſdem furfuris eſſe videntur cum iis quæ dicta ſunt in iſto codice, *de bullâ plumbeâ S. Auguſtini*, quam commentum monachorum eſſe demonſtrat *H. Spelmannus*, Concil. Vol. I. p. 122, 123, 124, 125. ubi quoque tres chartas *Æthelberti* regis, quæ in chartulario iſto deſcribuntur, à monachis coenobii Scĩ *Auguſtini* fictas eſſe probat. Neque dubito, quin chartas iſtas *Canuti* R. ad examen vocatas, ſiquæ tales uſpiam cereis ſigillis munitæ extent, facile foret falſitatis evincere.

wicenſis,

wicenſis, regnante *Henrico* II. qua *Norwicenſem* matrem Eccleſiam in honore & nomine Sanctæ & individuæ trinitatis à ſe conſtructam dotavit. Nam in membrana originali, quam ob auctoris pœnitentiam, & conſignantes teſtes notandam, ſæpius inſpexi, reſtat adhuc videnda pargamenacei retinaculi pars, appendentis olim Epiſcopalis ſigilli nota & indicium. Eodem modo charta literarum patentium * *Stephani* R. *Cottoniana*, qua *Deo, & Eccleſiæ SS. Apoſtolorum*, Petri & Pauli, & Scī Swithuni *in* Wintonia, *Manerium Sudtone*, &c. *pro eſcambio manerii ſui de Mordona donat*, confecta & munita erat, An. incarn. dom. M.CXXX.VI. & regni ſui primo; nempe cum quatuor conſignantium teſtium nominibus in quaterno ordine diſpoſitis, & ſigillo regis adpendente. Verum an conjunctus iſte ritus faciendi chartas tam *Saxonico*, quam *Normannico* more, ultra hæc tempora manebat in uſu, ego, cui in chartis exquirendis non ulterius progrediendum eſt, haud queo dicere.

Verum ut eò redeam, SHOWERE, unde digreſſus ſum, tabella D. exhibet partem chartæ toties ſupra damnatæ *Ethelbaldi* R. monaſterii *Croilandenſis* fundatoris, cum ſignis crucis, quæ in exemplari chirographo aurea ſplendent, ab aliquo *Croilandenſi* falſario, forſan *Ingulpho* ipſo auctore, factis. Hanc chartam, qua *Willelmo* ſuo palpum obtruſit ille veterator, non manus tantum, voceſque, & phraſes, *Æthelbaldi* temporibus *Anglis* penitus ignotæ, ſignaque crucis aurea phantaſtico, ſi dicam, more facta, verum etiam teſtium nomina fictam eſſe oſtendunt. Nam, ut in libro ſuo aureo de epiſcopis *Londinenſibus* animadvertit *H. Whartonus*, falſam eam eſſe nomina *Winfridi Merciorum* Epiſcopi, & *Aldewini Lichefeldenſis* Epiſcopi demonſtrant. Chartas etiam alias hiſtoriæ *Croilandenſis* ex nominibus teſtium fictas eſſe in eodem libro evicit ille nunquam ſatis laudandus auctor. Sic chartam *Witlafii* R. an. DCCC.XXX.III. confectam eſſe dictam, quam *Oſmundus Lundonienſis* epiſcopus conſignat, *Godwini* epiſcopi *Roffenſis* nomen ſpuriam eſſe oſtendit. Sic etiam chartæ *Bertulphi* R. *Merciorum* anno DCCC.LI. ſubſcripſiſſe dicitur *Swithulphus*. falſam ergo eam eſſe *Godwini* epiſcopi *Roffenſis* nomen, illo auctore, monſtrat. Denique, ut ille, *Elſtanus* chartam *Beorredi* R. conſignaſſe dicitur anno DCCC.LX. Eam ergo fictam eſſe nomen *Alwini* epiſcopi *Wintonienſis* probat. Has tamen aliaſque ejuſdem furfuris chartas Regi ſuo, & conſilio illius confirmandas attulit è monaſterio ſuo *Croilandenſis* Abbas, qui eas à domino ſuo & magnatibus, qui illi à conſilio erant, *Saxonicarum* rerum imperitis *examinatas*, *acceptas*, & *collaudatas* eſſe ſcribit.

Verum, SHOWERE, ut iterum in viam redeam, è qua detegendi *Ingulphi* gratia digreſſus ſum, teſtes, quos *Normanni* ad confirmandas donationes ſuas adhibere ſolebant, adeo non ſemper crucis ſignis conſignabant chartas, ut multo ſæpius teſtium nomina iis tertia in perſonâ ſubſcripta cernuntur, quibus ſigna crucis ritu *Saxonico* non præponuntur. Sic in charta nobiliſſima *Willelmi* Epī *Dunelmenſis* recitata leguntur teſtium nomina ſine ſignis crucis antepoſitis, in iis quæ ſequuntur: *facta ſunt hæc omnia in concilio Lundonienſi coram Dnō Guillō rege anno ab incarnatione domini* M. octogeſimo II. his teſtibus: Lanfranco primate totius Angliæ, Dorobernenſis Ecclæ Archipræſule. Et Thoma Eboracenſi Epiſcopo. Et Odone fratre Regis, Bajocenſi Epō. Et Gosfrido Epō. Conſtantienſi. Et Willelmo Lundonienſi Epō. Et Walkelmo Wintonienſi Epō. Et Heremanno Sireburnenſi Epō. Et Walſtano Wireceſtrenſi Epō. Et Walterio Herefordenſi Epō. Et Giſono Wellenſi Epō. Et Remigio Dorcēſi, vel Licoln̄. Epō. Et Herfaſto Hemanienſi Epō. vel Norwicēſi. Et Stigando Selengenſi Epō. Et Osberno Exonienſi Epō. Et Petro Licetfeldenſi Epō. Et Turſtino Abbate Glaſtoniæ. Et Scolando Abbate Scī Auguſtini. Et Ælſio Abbate Bathonenſi. Et Eadmundo Abbate Perſorenſi. Et Witali Abbate Weſtmonaſterii. Et Ægelwino Abbate Eoueshamenſi. Et Paulo Abbate Scī Albani. Et Turoldo Abbe Burgenſi. Et Roberto Comite Moritunenſi. Et Rogero Scrobbesberienſi Comite. Et Roberto Comite Northumbrenſi. Et Rogero Bidod. Et Urſone Vice-Comite d' Abetot. Et Ricardo de Curceio. Et Wiłło de Redueriis. Et Roberto diſpenſatore. Et Haimone dapifero. Et Roberto de Monteforti. Et Roberto filio Giraldi. Et Turald de Papeleon. Et Morkaro. Et Rogero. Et Siwardo cognomento Barn. Et Wlnoto Haroldi regis germano. & Alani de Lincolnia. Et Capellanis regis Mauricio, & Wiłło, & Roƀto. Sic in charta illa oblonga WULSTANI *Cottoniana*, quæ ſic incipit:

Ꝑ Ego Wlſtanus ꝥrā ƀī. uuiꝥorniensis ecclıæ pontıfex, *&c.* Sic legitur: ✠ Ego Wlſtanus Epc̄. hanc meam ƀonatıonem propria manu firmaui et ſigillo corroboraui hiſ teſtibuſ. Thomas Prior cum omni congregatione wigornienſis ecclıæ. Agelricuſ Archiƀiaconus. Colemannuſ monachuſ et cancellarius Epī. Frithericuſ capellanuſ eiuſ cum omnibuſ clericiſ epī. Urſo vicecomeſ cum omnibuſ militibuſ vicecomitat. eiuſ. Orƀricuſ ƀapifer cum omni curia epī. Alwinuſ ſimiliter ƀapifer epī. Orƀricuſ præpoſituſ ipſius uillæ et plurimarum uillarum epī. facta erat hæc charta M.LXXX.VIII. indictione XI. regni vero Willelmi junioris tertio, Epiſcopatus vero ſui XXVII. Ingreſſionis ſuæ in novum monaſterium, quod conſtruxit primo die Scō pentecoſtes. Nota vero, quod *Wulſtani* ſigillum furis alicujus improbi manus ab hac charta abſcidit.

---

* Extat etiam charta *Stephani*, ante quam regnum *Angliæ* invaderet, ab eo facta tam *Anglico*, quam *Normanico* ritu, in Bibl. *Cotton.* quæ ſic incipit: IN NOMINE PATRIS, &c. *Ego Stephanus Comes Bolonii*, &c. Confecta erat hæc charta An. M.C.XXVII. indictione quinta. Epacta XVII. In perimetro ſigilli: SIGILLUM STEPHANI COMITIS BOLONIÆ ET MORITONII.

Hujus quoque formæ eſt charta literarum patentium *Henrici* I. quibus priori & conventui *Dunelmenſi* omnes ſuos honores, dignitates, & libertates confirmat. Quæ quidem charta, ut & illa Willelmi Epiſcopi proxime citata, ex earum numero ſunt, quas RR. *Decanus, & Capit. Dunelm.* pro ſuo in bonas literas amore, ad me utendas miſerunt. Eodem etiam modo confecta, & confirmata eſt charta *Willelmi* Archiepiſcopi *Cantwarenſis* ſedis apoſtolicæ *Legati*; qua *Johanni* Epiſcopo *Roffenſi* omnia jura Epiſcopalia conceſſit, & confirmavit, ut ex ejus apographo conſtat, quod deſcriptum habetur, *Text. Roff.* fol. 203.

Hujus etiam factionis chartam, quum ob manum, tum ob ſigillum, tum etiam ob brevitatem, & perſpicuum ſolennemque orationis formulam, quantivis, SHOWERE, æſtimandam dono mihi dedit vir integerrimus, antiquitatis fautor Maximus, & officinæ Cancellariæ ornamentum, dominus *Richardus Snow*, quam, cum veſtræ profeſſionis hominibus, qui pariter ac Tu, vetuſtatem colunt, gratiam inire cupiens, infra deſcriptam exhibeo.

" Sciant præſentes, & futuri quod Ego *Philippus de Albiniaco* dedi & conceſſi, & hâc pre-
" ſenti charta mea confirmavi *Radulfo de Nevilla* nepoti meo totum manerium meum *de* [a] *En-*
" *dredsby* cum [b] *brulio*, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in plano, in boſco, in viis, in ſemi-
" tis, in paſturis, in pannagio, in herbagio, in paſtione, in molendinis, in aquis, in pratis, pro
" homagio, & ſervitio ſuo, habendum & tenendum, ſibi & heredibus ſuis, de me & heredibus
" meis, libere, integre, honorifice, hereditarie per ſervitium quartæ partis feodi unius militis pro
" omni ſervitio, conſuetudine, & exactione. Et ego & heredes mei warrantizabimus dicto *Ra-*
" *dulfo* & heredibus ſuis, dictum manerium cum omnibus dictis pertinentiis per prædictum ſer-
" vitium, in perpetuum, contra omnes gentes. Et in hujus rei teſtimonium huic chartæ meæ
" [c] *Sigillum* meum appoſui. Hiis teſtibus. Rogero de Quenei. Ricardo de Gray. Rogero de la
" Zuche. Bertrande Garelip. Willo de Percy. Oliverio de Scō Georgio. Willo de Cnapwell.
" Eueraddo de Trumpintona. Willō de Waltham. & multis A — L — I — I — S.

Verum, SHOWERE, quamvis *Normanni* in conficiendis chartis ſuis pro majore ſolennitate teſtes ſæpe adhibuerunt, id tamen ex juris neceſſitate iis non incumbebat; utpote apud quos donationes ſolis ſigillis adpendentibus munitæ plenam firmitatem habuerunt. Hujus generis eſt charta literarum patentium Willelmi *Conq.* quâ magno [d] Sigillo adpendente tantum munita, Eccleſiæ *Dunelmenſi* terras in *Lodeneio Scotiæ* confirmat, quas *Eadgarus* rex, filius *Malcolmi R. Scotorum*, illi prius donaverat. Ejuſdem etiam factionis eſt illa literarum patentium charta *Eadgari* R. *Scotorum*, quam etiam poſſidet eccleſia *Dunelmenſis*; ut & charta *Rodberti* Scī *Andreæ* Epī. cujus teſtimonio declarat ſe confirmaſſe Eccleſiæ *Dunelmenſi*, & monachis deo ibidem ſervientibus, donum certorum prædiorum, quæ GOSPATRIC frater *Dolfini* iis dederat. Hujus quoque formæ ſunt chartæ nonnullæ in loculis ductilibus Bibl. *Cottonianæ*: ut literæ patentes *Willelmi* R. ad *Goisfredum* vicecomitem datæ, è quibus in *dextro latere* membranæ Sigillum regium pendet. Literæ patentes regis in his verbis: W. rex Anglorum h. ðe portu et omnibuſ fidelibuſ ſuiſ Francigeniſ et Anglicíſ ſalutem. ſciatis me ðediſſe Scō Petro ðe Weſtmonaſterio ðecimam ðe Soteland̄a. Et tu h. ðe portu inde eum ſaiſiaſ. E charta vero hâc ſigillum regis ab ima membrana pendet. Hujus quoque formæ ſunt literæ patentes *Henrici* I. *Latine* & *Saxonice* ſcriptæ, è quibus etiam in dextro latere membranæ ſigillum regium dependet. Progrediente etiam tempore, obtinuiſſe videtur chartarum id genus factio, quam luculente exhibet charta *Roberti* de * Neyuile qua ſe *Feofeffaviße* notificat *Ricardum* filium ſuum de toto manerio ſuo de [e] *Endirdeby*, &c. Et quæ his verbis finitur. *In cujus rei teſtimonium has literas meas prædicto Ricardo fieri feci patentes. Dat. Londoniis die Jovis proxima poſt feſtum Sancti Leonardi*, ſcilicet *in Craſtino prædicti feſti anno regni Regis Edwardi fil. regis Henrici.* Huic autem chartæ, quam mihi etiam dedit à me honorifice ſemper appellandus *Ricardus Snow*, adpendit rotundum ſigillum affabre impreſſum, in quo roſa cinctum videtur Nevillorum ſcutum gentilitium, & in perimetro roſæ hæc inſcriptio SIGILLUM ROBERTI DE NEUILLE.

Ex iis, quæ de hujus factionis chartis dicta ſunt, corrigendus eſt iterum *Ingulphus*, qui in hiſtoria *Croilandenſi* Oxon. edita, p. 70. ſic ſcribit: *Normanni chartarum firmitatem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum ſub* [f] *inſtillatione trium vel quatuor teſtium adſtantium conficere conſtituebant.* Quod quidem adeo non eſt verum, ut charta literarum patentium *Henrici* I. qua confirmat donum *Mathildis* reginæ Scō *Cuthberto* & monachis ſuis, ſingulari adhibita teſte ipſa Mathilda regina, magno illius ſigillo munita, in archivis eccleſiæ *Dunelmenſis* adſerva-

---

a Nunc **Ainderby** ni fallor, in Com. *Ebor.* *b Alias* brolium, broilum, briulum, brolius, broilus, brogilus, brogilum, brulum, brollum, bruillus, brullium; Gallice *breil, breuil, breuille, Nemus, ſilva, ſaltus*, in quo ferarum venatio exercetur; maxime vero *ſilva muris, ſepibuſve cincta*, unde nominis etymon à *Græco* περίβολον, *Anglice* **a park**. *V. Dufreſnii* gloſſar. in voce BROLIUM. *c* Sigillum hoc eſt rotundum, in quo ex viridis coloris cera facto, circum inſignia gentilitia ſcribitur in majuſculis SIGILLUM PHILIPPI DE ALBINIACO. *d* Inſcriptio hujus ſigilli in utraque facie eadem eſt: nempe, WILLELMUS DĪ. GRA. REX ANGLORUM. * In ſuperiori charta de *Neuilla*. *e* In ſuperiori charta *Endredeby*. *f* Intitulatione.

tur.

tur. Sic charta ejuſdem eccleſiæ, quod præceptum eſt R. *Stephani*, ad *Rain̄*. de *Muſcampis*, de reddenda *Scō Cuthberto* terra de *Hadereslawe*, ſingularem teſtem habet W. MARK. Sic etiam charta literarum patentium *Willelmi Conq.* qua conceſſit, & confirmavit donum *Rogeri Bigot*, quod dederat eccleſiæ *S. Andreæ* de *Roueceſtra*, unicum teſtem habet, *Eudonem Dapiferum*; ut ejus apographum teſtatur, *Text. Roffenſ.* fol. 182. Chartam hanc alia etiam id genus ſequitur in eadem folii pagina, quæ duos ſolummodo teſtes oſtendit, *Rogerum Bigot*, & *Haimonem Vicecomitem*. Id genus quoque eſt charta breviuſcula præcepti ſive literarum patentium *Willelmi* I. *Text. Roff.* fol. 175. a. qua ſuis TEIGNIS in Epiſcopatu *Rofenſi* ſalutem mittens, iis mandat ac præcipit, conſuetudines omnes exolvere, quas Eccleſia *Rofenſis* habuit tempore *Edmundi* regis. Id etiam genus eſt literarum patentium charta ejuſdem regis tam *Latine* quam *Saxonice* facta ſub *rubrica* de *Frachenham*, *Text Roffenſ.* fol. 170 b. & 171 a. his in verbis: Willelmus grā dī rex Anglorum Epō Erfaſti. Balduino Abbi. Picoto et Roberto Malet uicecomitibuſ. et cæteriſ fidelibuſ meiſ ſalutem. Sciatiſ quod ego conceſſi Archiepō Lanfranco manerium qui uocatur frachenham. ſicuti heroldus tenebat ea die quando mare tranſiui. et ſicuti turbertuſ et gotinuſ ab ipſo herolbo tenebant. in omnibuſ terriſ. pratiſ. paſchuiſ. ſyluiſ. ruſticiſ et ſochemanniſ. Will̄m kinḡ gret Epſaſtb. ⁊ Baldpine abb. ⁊ Picot ſciṗgepeſen. ⁊ Robbæṗt Malet ⁊ ealle þa þegenaſ þæṗ þiſ gepṗit tocym̄ð ꝑreonblice. ⁊ ic kyðe eop ꝥ ic an Lanꝑꝑance Archeb. ꝥ land æt Þnachenham ſpa ꝑull ⁊ ſpa ꝑoṗð ſpa Þaṗolð hit ꝑýṗmeſt hæꝑde þæſ dagef þe ic ꝑýṗmeſt ꝑꝑam oꝑeṗ ſæ com. ⁊ ſpa ſpa þuṗbeaṗn ⁊ gotı oꝑ Þaṗolde heolden on eallan landan. ⁊ mæde. ⁊ læſe. ⁊ peode. ⁊ geneataſ. ⁊ ſocnmen. ⁊ ealle þinḡ þe þæṗto gebýṗað. Sed hæ forte è chartularum, ſive breviorum literarum patentium genere erant, quas Rex ſigillo, quaſi haud ſemper dignas monogrammate ſuo, tanquam manuali ſigno nonnunquam ſatis haberet munire.

Præterea, SHOWERE, chartæ *Anglo-Saxonum*, & *Anglo-Normannorum*, quoad earum factionem, in duobus quidem aliis differunt, quorum ambo à vetuſtatis ſtudioſo obſervanda ſunt. Primo enim chartis *Anglo-Normannorum* æra Chriſtiana fere ſemper deeſt, quæ in illis *Anglo-Saxonum*, (ſi paucas illas excipias, quæ ſuperſunt, ſeptimi ſeculi, & nonnullas octavi,) raro ſola, ſæpius cum anno indictionis, & ſæpiſſime cum epacta, quibus menſis haud raro additur, plerunque notatur.

Sic XIII. chartarum *Normanno-Latinarum*, quas ad me miſerunt RR. *Decanus* & *Canonici Dunelmenſes*, in duabus tantum anni deſignantur, in quibus confectæ erant. Nempe iſtæ *Willelmi* Epī *Dunelm.* & *Rodberti Andreenſis* Epī. quarum hæc non annum ſolum, ſed menſem, & menſis diem ſic in fine notat: octaua Kl. Nouembris anno ab incarnatione dn̄i M.C. Sic nobili chartæ *Brientii* vel *Brienni* de *Brantona*, & *Margaretæ* uxoris ejus, qua partem ſuam terrarum de *Humeltono*, priori & monachis *Wigorn.* dederunt, annus deeſt, quo confectus erat. Sed eam non citra *Henrici* II. tempora eſſe ſcriptam manus plane docet. Chartæ hujus copiam mihi fecit vir à doctis nunquam ſatis celebrandus ROBERTUS HARLEY Armiger de *Branton*, vulgo *Brampton*, pagi *Herefordenſis* vico, ob caſtrum vetus & familiam antiquam *Harleyorum* inſigni, quæ per hæredes femellas ab illo *Brienno* vel *Briano* genus ducit. A quo, & à cujus, ejuſdem nominis, majoribus cognomen etiam ſortitus *Brampton*, jam ante multa ſecula **Brampton-Brian** nuncupari cœpit. Charta vero hæc factionis id genus eſt, quod, quibus præſentibus facta erat dicit, eorum, ut teſtium, nomina enumerans in his, quæ ſequuntur, verbis: His teſtib; Will̄o de Bellocampo. Randulfo filio Rogī. Robto de [a]Penedoc. Simone et Johē H'edib; Brienni. Will̄o [b]Rupa. Walt'o del Manſ. Helia le paumer. Henrico de brektuna. Bñdicto de [c]Lindengḡ. Colebrando. Iordano. ⁊ Edgaro ſac'dotib; Magiſtro Godefrido. Walt'o. prepoſito. Willo de Haleſ. Æthello de Weſt. Simone abbo. Osb. de Stokeſ. Sic in charta *Cottoniana Ebrardi* Epī *Norwicenſis*, qua conventui monachorum *Norwicenſis* eccleſiæ privilegia confirmat, deſideratur temporis notatio, in quo confecta eſt.

Chartæ pariter omnes *Anſelmi*, *Radulfi*, & *Willelmi*, Archiepiſcoporum *Cant.* & *Willelmi* II. regis nulla temporis nota, in quo confectæ ſunt, conſignantur. Sed [d] chartæ *Willelmi* I, qua Eccleſiæ *Edmundiburgenſi* donationes R.R. *Anglorum* ſua confirmatione roborabat, non tantum *annus dom.* ſed *indictionis*, & *regni*, cum *die menſis*, adjicitur his in verbis: [e] *Data pridie Kalendis Junii anno* XV. *regnante Willelmo rege glorioſiſſimo, ab incarnatione autem Domini* M.LXXXI. *Indictione* IIII. *Actum apud Wintoniam in Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

Sed chartam hanc commentitiæ in illa memoratæ privilegiorum chartæ faciunt, ut & illam commentitiam eſſe credam. Charta autem *Willelmi Conq.* confecta feſto Pentecoſtes, de qua dubitari non poteſt, quin genuina, & vera ſit, & quam ſupra ut veram citavi, oſtendit non ſolum

---

a Nunc **Pendut.** *b* Nunc **the Rock.** membrum manerii de **Lindridge.** *c* Nunc ni fallor **Lindridge**, manerium Decani & cap. Eccleſiæ Cath. *Wigornienſis.* *d* Chartæ hujus tranſcriptum habetur in ſupracitato chartulario MS. Monaſterii *Edmundiburgenſis.* & monaſtici *Anglicani* p.p. 288, 289. Vol. I. *e* In chartulario *Burgenſi* Hæc conſignantium teſtium nominibus, quibus aureæ, & cæruleæ cruces præponuntur, continuo adſcripta ſunt: ipſique chartæ præmittuntur hæc verba: *Willelmus Dux Normannorum, qui Angliam armis adquiſivit.* Et, *Vi illelmus R. Anglorum, qui Angliam manu adquiſivit Bellica.*

annum Domini, & regni, ſed diem menſis, in quo confecta eſt. Quemadmodum & charta illa ampliſſima *Cottoniana Willelmi* I. ſupra citata, quæ tam *Saxonico*, quam *Normannico* ritu confecta eſt M LX.VII. Ut & illa *Wulſtani* Epī *Wigorn.* paulo ante citata, quæ non tantum Anno æræ Chriſtianæ, & indictionis, ſed anno regni, illiuſque Epiſcopatus, imo ac ingreſſionis in monaſterium, quod conſtruxerat, denique ac die feſto notata eſt. Sed chartas *Anglo-Saxonum*, vel quæ ab *Anglo-Saxonibus* poſt adventum *Normannorum* dictatæ vel ſcriptæ ſunt, tempora, in quibus confectæ ſunt, conſignata habere, non adeo mirum eſſe debet, quamvis in iſtis à *Normannis* factis rarius notantur.

Secundo, SHOWERE, factio chartarum apud *Anglo-Saxones* ab illa, quæ in uſu erat apud Normannos, in hoc diſcrepabat, quod hi ſingulas ſuas donationes perficiebant ſemper in ſingulari charta; illi vero unius ejuſdemque donationis plures chartas exemplares facere ſolebant; quarum una uni, altera alteri eorum, quorum intereſſet ea ſervare, tradebatur. Hoc autem maxime obtinuit in chartis contractûs, ſive conventionalibus; ut ex hac, quæ ſequitur, conſtat: * Þeꝑ ꝛpu-
telaꝺ on ꝺiꝛum ȝeppiꝛe ẏmb þa ꝓoppeꝑꝺa þe ƿulꝼꝑic ⁊ ꝛe Aꝑcebiꝛceop ȝeꝑohꝺan þa he
beȝeaꝛ þæꝛ Aꝑceƀ ꝛpuꝛteꝑ him ꝺo piꝼe. ꝑ iꝛ þæꝺ he behet hẏꝑe ꝑ lanꝺ æꝺ Ealꝑetune. anꝺ
æꝺ Ribbeꝺ-ꝓoꝑꝺa hiꝑe ꝺæȝ. ⁊ behet hiꝑe ꝑ lanꝺ æꝺ Cnihte-pican. ꝑ he polꝺe hiꝺ hiꝑe beȝẏꝺan þꝑeoꝑa manna ꝺæȝ. æꝺ þam hiꝑeꝺe on ƿincelcumbe. ⁊ ꝛealꝺe hẏꝑe ꝑ lanꝺ æꝺ Eanulꝼin-ꝺune ꝺo ȝẏꝼenne ⁊ ꝺo ꝛẏllenne þam þe hiꝑe leoꝼeꝛꝺ pæꝑe on ꝺæȝe anꝺ æꝼꝺeꝑ ꝺæȝe. þæꝑ hiꝑe leoꝼeꝛꝺ pæꝑe. ⁊ behæꝺ hiꝑe L. mancep ȝolꝺeꝑ. ⁊ xxx manna. ⁊ xxx hoꝑꝛa:. Nu pæꝛ þẏꝛeꝑ ꝺo ȝepiꝺneꝛꝛe ƿulꝼꝛꝺan anceƀ. ⁊ Leoꝼpine ealꝺoꝑman. ⁊ Æþelꝛꝺan ƀ. ⁊ Ælꝼꝓoꝑꝺ Aƀƀ. ⁊ Bꝛiꝺeh munuc. ⁊ maniȝ ȝoꝺ man ꝺo eacan heom. æȝþeꝑ ȝe haꝺoꝺe ȝe leapeꝺe. þæꝺ þaꝛ ꝓoꝑepeaꝑꝺa þuꝛ ȝepoꝑhꝺe pæꝑan:. Nu ꝛẏnꝺon ꝺo þẏꝛam ꝓoꝑepoꝑꝺan ꝺpa ȝeppiꝺa. oƀeꝑ miꝺ þam Anceƀ. on ƿiȝepe-ceaꝛꝺpe. ⁊ oƀeꝑ miꝺ Æþelꝛꝺane biꝛceop on Þepꝓoꝑꝺa:.

Hujus chartæ duo exemplaria fuerunt, ut ex verbis conſtat: Nu ꝛẏnꝺon ꝺo þẏꝛam ꝓoꝑepoꝑꝺan ꝺpa ȝeppiꝺa. At in charta conventionis, quæ facta fuit inter *Ægelricum* & *Eadſigum* Archiepiſcopum *Cantwarenſem*, quæ eſt (65.) in collectione *Cottoniana*, tria facta ſunt exemplaria, ut hæc verba oſtendunt: Nu ꝛẏnꝺ þiꝛꝛa ȝeppiꝺa þꝑeo. an iꝛ innan Cꝑiꝛꝺeꝑ cẏꝑicean. ⁊ oþeꝑ æꝺ Scē Auȝuꝛtine. ⁊ ꝑ þꝑiƀƀe hæꝼƀ Æȝelꝑic miꝺ him ꝛẏlꝼan.

Una autem eademque charta in pluribus tabulis, ſive exemplaribus confecta erat, SHOWERE, hunc in modum: ſi in duobus exemplaribus ſcribenda erat charta, tum bis; ſi vero tribus, tum ter in eadem pergamena deſcribebatur; & qua parte, vel quibus partibus ſecanda, aut dividenda erat membrana, exarabatur plerunque CHIROGRAPHVM, CHYROGRAPHVM vel CYROGRAPHVM, ſigno crucis aliquando præmiſſo, in majuſculis characteribus, per quorum medium ſecabatur pergamena; idque fiebat, SHOWERE, perinde ac in ſyngraphis conventionalibus, quas vos vocatis INDENTVRAS, ad vitandam falſitatem. Quippe ut charta eſſe vera probaretur literæ vocis iſtius bipartitæ conferebantur. Quanto etiam chartæ in latitudinem magis extenſæ erant, tanto in ora pergamenæ majoribus literis, majorique intervallo diſſitis exarabatur CHIROGRAPHVM. Et in immanis Latitudinis chartis, quarum haud paucæ occurrunt, in uncialibus literis & unciali fere intervallo ab invicem poſitis, exaratum non raro id vocabulum cernitur. Cum in ſumma, vel ima tantum pergamenæ ora, cernitur dimidiatis majuſculis ſcriptum, id bipartitæ membranæ ſignum eſt; cum vero & in ſumma, & in ima ſic ſcriptum conſpicitur, id in tribus tabulis chartam confectam eſſe monſtrat. In nonnullis chartarum oris poſt CHYROGRAPHVM additur etiam donatoris, & aliquando donatarii nomen in biſectis literis cernendum, ut: in vetuſta charta *Alhwini* epī. *Wigorn.* qui certas terras apud CODES-WELLE, & STURE *Æthelwulpho* duci dedit. Confecta fuit hæc charta, An. Dom. DCCC.LV. & in ſuperiori ejus ora, in grandioris & quadratæ formæ literis exaratum eſt CYROGRAPHVM ALHPINI ET ÆTHELPULFI DUCIS. Hæc charta una earum eſt, quas *Johannes* dominus *Somers* mecum communicare voluit. In nonnullis quoque, ſed rarius, alia vocabula bipartitis literis diſcernenda ſunt: ut in charta mutila *Cottoniana Æthelredi Merciorum* R. facta Anno DCCCCI. in cujus ima ora dimidiatis in majuſculis legendum eſt, [SIGNU]M CRUCIS.

In aliquibus etiam conficiendis chartis apud *Anglo-Saxones*, grandiores alphabeti literas, quas forte voluerat, notarius in pergamena, qua parte ſecanda erat, deſcribebat; ex quibus biſectis ne quidem in membranis vetuſtis verſatiſſimus aliquid *vocis* elicere poteſt. Hujuſmodi characteres,

---

* Tria in hoc contractus inſtrumento obſervatu maxime digna ſunt: I. De quàm immani dotario convenit inter Archiepiſcopum & ſororis ejus ſponſum *Wulfricum*. II. Tria genera dominii, quibus dotales terras ſponſæ ſuæ poſſidendas dedit *Wulfricus*: ſcilicet duo prædia, ſive maneria *Ealretunenſia* & *Ribbedfordenſia* ſponſæ ſuæ, durante ejus vitâ, poſſidenda conceſſit. Jus autem vel dominium prædii *Cnihtwicenſis*, durantibus trium hominum vitis, illi ſe daturum ſtipulatus eſt. Verum prædii *Eanulfintunenſis* perpetuum dominium, ſive hæreditatem, quod practici noſtri *feodum ſimplex* vocant, in iſtorum temporum ſolennibus verbis dedit. III. Conventio hæc pro ſolenni more *Anglo-Saxonum*, quem in ſuperioribus oſtendimus, facta erat in comitiis com. *Herefordenſis*, quibus præſidebant *Ealdormannus* & *Epiſcopus*, qui in inſtrumento contractus teſtes adhibentur.

me

me judice iſti ſunt, qui ſcribuntur in ima ora chartæ actorum curiæ comitatus à nobis ſupra exhibitæ, quæ in collectione *Cottoniana* eſt [13.] ad quam mitto curioſum Lectorem. Mos hic autem ſecandi & dividendi chartarum membranas per medium vocabulorum vel literarum Alphabeti, quæ in majuſculis exaratæ erant, diu, SHOWERE, poſt ingreſſum *Normannorum*, ante quàm in deſuetudinem abiit, durabat. Extat enim in Bibliotheca *Cottoniana*, charta *Conventionis*, quæ facta eſt, * Anno ab incarnatione dni. noſtri Ihū Xpī M.C.XL. & in cujus ima ora CYROGRAPHUM, more *Anglo-Saxonico*, linea recta bipartitum, diviſæ membranæ indicium, cernitur. Procedente vero tempore cœpit & inolevit ritus biſecandi CYROGRAPHUM, majuſculaſve Alphabeti literas in linea curva ſerrata, ſive dentiformi, quemadmodum in charta quadam conventionali STEPHANI Archiepiſcopi *Cant.* quæ in Eccleſiæ *Weſtmonaſterienſis* chartophylacio adſervatur. Etenim in chartæ illius ſuprema ora CYROGRAPHUM, quod in continuæ ſcripturæ quaternis characteribus, iiſque maxime proceris exaratum eſt, non tantum in linea *dentiformi* bipartitum cernitur, ſed chartam ſuam Archiepiſcopus ad *Chirographi Saxonici* exemplum factam fuiſſe, in verbis, quæ ſequuntur, declarat: *ut autem hæc noſtra ordinatio firmum & perpetuum robur obtineat, eam ſub forma Cyrographi duximus annotandam, ita quod parti Epī. & capituli memorati, Abbatis & conventus ſigilla; & parti Abbatis memorati & conventus, Epiſcopi & capituli ſigilla pariter cum ſigillis noſtris apponantur.* Sic charta contractûs *Cottoniana*, quæ facta fuit *inter* ROBERTUM .... *ex una parte*, & JOHANNEM DE RIPES *ex altera*, *die Sabbati proximi poſt feſtum aſſumptionis beatæ virginis Mariæ, Anno regni Regis* Edwardi *quarto decimo.* in ſuprema ora ſua oſtendit CYROGRAPHUM per medias literas in linea dentiformi diviſas. Chartaque *Cottoniana* R. Epiſcopi *Londonienſis*, duos margines dentiformes habet, ſcilicet alteram in ora membranæ quæ verſus dextram eſt; & alteram in ſuprema ora: in quibus Alphabeti literæ à prima incipientes ad decimam quintam; hoc eſt, ab A. quod in ima parte marginis, qui ad dextram eſt, locum habet, ad P. quod in ſiniſtro extremo ſupremæ oræ extat, bipartitæ conſpiciuntur. Progrediente autem tempore chartæ conventionales, SHOWERE, confici cœperunt cum dentiformibus inciſuris puris, in quibus neque CYROGRAPHUM, neque aliud aliquod vocabulum, neque denique dimidiatæ Alphabeti literæ exaratæ cernuntur. Id genus eſt charta *Cottoniana* nobiliſſima, quæ ſic incipit: *hæc charta* indentata *facta inter magnificum principem Dnm.* Edwardum *regem Angliæ & Franciæ, & cariſſimum filium ſuum* Johannem *regem* Caſtellæ *&* Legionis, *& ducem Lancaſtriæ illuſtrem, teſtatur.* Verba, quibus chartæ confectæ tempus notatur, hæc ſunt: *dat. apud Weſtmonaſterium viceſimo quinto die Junii. Anno regni dicti domini regis Angliæ quadrageſimo ſexto, regni vero ſui Franciæ triceſimo tertio.* E membrana ima pendet ſigillum regis magnum.

Hæc, SHOWERE, de geneſi & ortu chartarum conventionalium, quas vos INDENTURAS vocatis, à me dicta ſunt, ut ab antiquitatis ſtudioſis & magiſtris, gratiam inirem; præſertim ab iis, qui togæ forenſis tecum decus, & honeſtamenta ſunt.

Hæc autem velut in compendio de factione chartarum, quam aliam apud *Anglos*, aliam apud *Normannos* fuiſſe oſtendi. *Willelmus* vero *Normannus*, etſi cum ſuis in *re diplomatica* maximus innovator fuit, *Anglico* tamen ritu chartas nonnunquam confeciſſe, illa, quam, ut exemplum ſui generis rarum infra poſui, cùm manu, tum dicendi genere, tum etiam crucis ſignis, & præmiſſo vexillari Chriſti ſigno, abſque ſigillo adpendente, demonſtrat.

P MUNDO ACCRESCENTIA MALA. MINANTUR ETIAM MUNDI APPROPINQUARE EXIDIA. ET BEATIUS EST HOMINEM mortalem illuc mentiſ paſſib: tendere. ubi poſt finem huiuſ uitę beatiſ datur penniter uiuere. Hoc enim uiuere beatiſſimum oportet regem Xpianum omī mentiſ conamine ſibi alacriter emere. quia miſerabile ē. regem hoc ſclō coronari. & in futuro ętermiſ pęniſ manciparı. Haec uero uigili mente intuenſ. hiſ quoq: ne ſuccumbam precauenſ. EGO WILHELMUS uictorioſuſ anglorum baſileuſ conceſſi fidelem meū LEOFRICUM epm̄ ſeptem manſoſ terrę in priuatiſ locis. hoc eſt apud BEMTUN. & ESTUN. & CEOMMANYG. Ac HOLACYMB ęcclę̄ PETRI aplī in exonia ubi eiuſ epiſcopaliſ ſedeſ eſt donare. & canonicorū eiuſdem ęcclę̄ uictum ampliare hereditario iure. tam in magniſ quam in modiciſ reb: ad ſe rite ptinentib: uidelicet agriſ. ſiluiſ. pratiſ. paſcuiſ. cultiſ. & inculiſ exitib: & reditib: eo tenore ac conceſſu. ut prefata terra ab omī cenſu ſit libera excepta expeditione. pontiſ ac urbiſ conſtructione & reſtauratione. Siquis autē qđ abſit diabolo inſtigante meum regalem conceſſum p̄ſumat euertere. & beneficia predictę ęccl'ę et canoniciſ data detrahere. uel in aliquo minuere niſi conuerſuſ reddendo & dupliciter reſtituendo ſcę̄ dī ęcclę̄ ſatisfaciat. in reſurrectione beato⁊. diuina uoce damnatuſ fiat ſociuſ omiūm demoniorum.

Anno dominicę incarnationiſ MILLESIMO LXVIIII. conſentiente WILHELMO rege data eſt hęc terra ęcclę̄ ſcī̄ PETRI aplī in exonia ciuitate a uenerabili LEOFRICO ſub teſtimonio eorum qui ſubſcripti ſunt.

---

* Ita incipit hæc charta. explicit autem: huiuſ conuentioniſ teſteſ ſunt Radulfus decanuſ. Wilelmus Archidiacō. Walteruſ huiꝰ frater. Ricarduſ Ruffuſ Archī. Ricarduſ de Bealm Archī. &c.

Ðiꝛ ꝛýnð þa landgemæꝛo þoeꝛ landeꝛ þe eaðꝛig cýninꝛ aꝛeaꝛ þam halꝛan peꝛe æt bemtune. ⁊ þam hýꝛeðe. ⁊ ꝛiððan leoꝛꝛic b. be pillhelmeꝛ cýnꝛeꝛ unnan. let ꝛebocýan into ꝛcē peꝛꝛeꝛ mýnꝛtꝛe on exanceꝛtꝛe. Aꝛeꝛt þæꝛ ceoman lace ut ꝛcýtt. andlanꝛ ceoman lace þ hit cýmeþ on temeꝛe. anlanꝛ temeꝛe peꝛtpaꝛð. ꝛpa peꝛtꝛexena ꝛemæꝛe iꝛ and mýꝛcena. þ hit cýmeð up to ðam ꝛemýðan. þonne pent hit on þa noꝛðeꝛan ea. þ hit cýmeð to anꝛe lace. betpix beꝛhtulꝛinꝛ ýꝛe. ⁊ hꝛiꝛýꝛe þ on ða noꝛð ea. þ anlanꝛ þæꝛe ea. þ hit cýmeþ eꝛt to ceoman lace. ⁊ þ land æt cýnꝛbꝛýcꝛe noꝛð andlanꝛ bꝛoceꝛ. þ hit cýmeð ðæꝛ holanbꝛoc ut ꝛcýtt. andlanꝛ bꝛoceꝛ up to þam peꝛe be noꝛþan cýnꝛtaneꝛ tpeope. andlanꝛ peꝛeꝛ to ꝛulan bꝛoceꝛ heaꝛðon. andlanꝛ bꝛoceꝛ on þa ꝛtanbꝛicꝛe. oꝛ þeꝛe ꝛtanbꝛicꝛe andlanꝛ peꝛeꝛ on buꝛꝛðýc. andlanꝛ ðýc on þone bꝛoc. andlanꝛ bꝛoceꝛ eꝛt on cýnbꝛýcꝛe. a on ecniꝛꝛe into ꝛcē petꝛneꝛ mýnꝛtꝛe on exanceꝛtꝛe. ⁊ ealle þa teoðunꝛa þæꝛ cýninꝛeꝛ. þiꝛ ꝛýnð þa lanꝛemæꝛo þæꝛe anꝛe hýðe ⁊ þæꝛe oðeꝛ healꝛan ꝛýnðe æt holacumbe þe laꝛ into ðoꝛliꝛc. þe leoꝛꝛic b. let ꝛebocýan ꝛoꝛ hiꝛ ꝛaple into ꝛcē petꝛneꝛ mýnꝛtꝛe on exanceꝛtꝛe. Æneꝛt on cꝛampanꝛteoꝛt. oꝛ cꝛampanꝛteoꝛte on ꝛloꝛa heaꝛðo. and oꝛ ꝛloꝛa heaꝛðo up on þone peꝛ be peꝛta ðæꝛe cýꝛcan up to þa ꝛeꝛnꝛaꝛa. oꝛ þam ꝛeꝛnꝛaꝛa to þam ðunnaꝛtane. oꝛ ðam ðunnaꝛtane up to þæꝛe ðýc. ⁊ ꝛpa eaꝛt andlanꝛ þæꝛe ðýc to ðam pæteꝛe. oꝛ þam pæteꝛe noꝛð on þæꝛ cꝛohteꝛ heaꝛoð ⁊ ꝛpa noꝛþ on ꝛmala paðe. ꝛpa on ðun to þæꝛe þꝛiꝛðic. ⁊ ꝛpa to ðoꝛoliꝛceꝛ land ꝛcoꝛe aðun to aꝛieteꝛ ꝛtane ⁊ ꝛpa andlanꝛ to cꝛampanꝛteoꝛte.

✠ Ego Wilhelmus dī grā rex anglorum hanc donationem ꝑpetuę memorię mandaui.
✠ Ego Mathilda regina adiuui.
✠ Ego Stiganduſ archiep̄ſ xpī ęcclę confirmaui.
✠ Ego Odo ēpſ conſolidaui.
✠ Ego Hermannuſ ēpſ corroboraui.
✠ Ego Leofricuſ ēpſ conceſſi & ſubſcripſi.
✠ Ego Gosfreduſ ēpſ conſenſi.
✠ Ego Giſo ēpſ aſſenſum prebui.
✠ Ego Wilhelmuſ ēpſ confortaui.
✠ Ego Balwinuſ abbaſ dignū duxi.
✠ Ego Robertuſ comeſ.
✠ Ego Willhelmuſ.
✠ Ego Brient comeſ.
✠ Ego Eduuinuſ comeſ.
✠ Ego Morkeriuſ comeſ.
✠ Ego Raulfuſ comeſ.
✠ Ego Arfaſtus cancellariꝰ.
✠ Ego Inꝛetricuſ p̄bꝛ.
✠ Ego Wilhelmuſ uicecomeſ.
✠ Ego Rodbertuſ uicecomeſ.
✠ Ego Rocgeriuſ uicecomeſ.
✠ Ego Leofnoðuſ miniſter.
✠ Ego Ricarduſ miniſter.
✠ Ego Folco min̄.
✠ Ego Hugo min̄.
✠ Ego Raulfuſ min̄.

Ad hujus chartæ exemplum, facta eſt *Saxonice* altera charta ejuſdem regis, quæ in *Cottoniana* collectione notatur [21], qua Abbatiam S. *Eadmundi* ab *Arfaſti* Epiſcopi omniumque ſuccedentium Epiſcoporum dominatione vult exemptam, ut ex ejus verbis patet. Ic Willelm oꝛ Godeꝛ ꝛiꝛe Engla kýnꝛe bebeaþ þiꝛ ꝛeꝑꝑite to ꝑꝑitene. ⁊ ꝛeꝑꝑiten ic hit ꝛemeaꝛcode to tꝛýmminꝛe mið tacne ðꝛihtenlican ꝛode. Charta autem *Latina*, qua idem privilegium dat, ſigillo ejus magno inſuper munita erat, ut conſtat his ex verbis: Manus noſtræ ſubſcriptione cartam hanc decreuimuſ roborare et ſigilli nrī firmare. Chartæ autem penultimæ & aliarum duodecim copiam mihi fecerunt *Decanus* & *Canonici* Eccleſiæ Cath. *Exonienſis*, & in membranæ dorſo duæ leguntur inſcriptiones; quarum altera eſt *Saxonica*, altera *Latina*. Illa in *Saxonicâ*, iſtius temporis manu ſcripta ſic incipit: Ðiꝛ iꝛ ðæꝛa ꝛýx hýða Landboc on Oxenaꝛoꝛdꝛcýꝛe æt bemtune, *&c.* Hæc autem in *Normannicis* literis exarata, quæ non niſi ſculptæ poſſunt delineari, ſic incipit: Confirmatio Reg̃. Will. de vi hidis de bētū, *&c.*

Verum, Showere, etiamſi chartæ hæ *Willelmi Saxonicæ* factionis veræ & indubitatæ ſint, damnanda tamen eſt eo nomine charta regis *Stephani*, quæ in Archivis Eccleſiæ *Weſtmonaſt.* adſervatur, quod abſque ſigillo adpendente regio, præmiſſo ✠, *Saxonico* prorſus ritu, cum ſignis crucis factis & ſubſcriptis teſtium nominibus confecta eſſe dicitur *anno incarnationis dominicæ* M.CXXXVIII. pontificatus autem D. papæ *Innocentii* IX. regni vero mei anno III. Præterea, hanc *Stephani* R. chartam, damnatam ſupra illam *Eadgari* R. eundem habuiſſe falſarium auctorem eadem ſolennia verba oſtendunt. ſcilicet; *& ut hæc noſtra auctoritas noſtris, & futuris temporibus circa ipſum ſanctum locum perenniter firma & inviolata permaneat, vel per omnia tempora cuſtodiatur illæſa, atque conſervetur, & ab omnibus optimatibus noſtris, & judicibus publicis, & privatis melius, ac certius credatur, manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubtus eam decrevimus roborare.*

De his omnibus, quorum ego tantum quaſi ichnographiam deſcripſi, Showere, auctori noſtro in operis ſui præfatione ampliſſime differendum eſt. In qua etiam monendus eſt lector, qui chartas veteres cum fructu, & ſine erroris periculo, legere flagitat, ut tempus in quo inſtrumentum conficitur, ſi in illo id deſignatur, diligenter animadvertat. Verum ſi confecti inſtrumenti tempus in eo non notatur, tum lectori imprimis incumbet, ut id diligenter exquirat. Cum tempus ſcripti inſtrumenti in eo editur, tum lectori imprimis inquirendum eſt, in chartis purarum donationum, an donatores; in chartis conventionalibus, an perſonæ contrahentes; & in literis patentibus, an principes & epiſcopi, quorum in nominibus ſcriptæ leguntur, iis in temporibus vixerunt, aut floruerunt, quæ in chartis deſignantur. De quibus etiam diligenter inquirendum eſt, an in temporibus viventes, quæ in chartis ſuis exprimuntur, titulis quoque & appellationibus

pellationibus jam tum gaudebant, quibus illos & illorum nomina inſtrumento ornant, & diſtinguunt. Ea ipſa etiam de iis, qui teſtes adhibentur, inquirenda ſunt: ſcilicet an in illis temporibus, vel ea circiter vixerunt, quæ in chartis deſignantur; an titulis, appellationibusve quæ nominibus ſuis adduntur, jam tum inſigniti erant; & an chartarum auctoribus, quæ iis teſtibus factæ eſſe dicuntur, coævi fuerunt.

Quod ſi inſtrumentum ſine deſignato tempore confectum eſt, tum ſtudioſe inquirendum eſt de tempore, in quo vixit, floruitque ejus auctor, vel aliquis è numero teſtium notabilis. Quo invento, dein an teſtes auctori, & mutuo ſibi ipſis in aliqua vitæ parte coætanei fuerint, diligenter indagandum eſt. Hæc gnaviter explorando chartarum veterum ſtudioſus multa inſtrumenta, ob manum utique vel ſermonem, vel forſan ob ſermonis voces, phraſeſque, falſitatis poſtulata, abſque omni calumniæ, & calliditatis ſuſpicione, de falſitate manifeſta poterit condemnare. Imo chartas cætera irreprehenſibiles, quæ veritatis ſpeciem maximam præ ſe ferunt, hoc quidem pacto fictas & falſas eſſe nonnunquam evincet.

Præterea, SHOWERE, Chartulario ſuo ab auctore noſtro aliquid etiam lectoris præparandi gratia præmittendum eſt de tempore, in quo primum ab *Anglo-Saxonibus* chartæ factæ ſunt. Id autem *Septimum Seculum* erat; ante quod, ut videtur, prædia, &, quæ ad prædiorum exemplum dabantur, privilegia, & libertates, ſine *ſcriptis*, *baculo*, *haſta*, *cornu*, *ſagitta*, *ceſpite*, & id genus donationum ſymbolis, dari apud *Anglo-Saxones* ſolebant. *Septimum*, inquam, erat *Seculum*, in quo chartæ ab *Anglo-Saxonibus* primum fieri cœperunt. Nam in *Sexto Seculo* antequam ad fidem converſi eſſent, quæ confectæ fuerunt, chartæ nullæ aut extant, aut tum ab eorum aliquo factæ fuiſſe, quovis auctore, traduntur. Extant vero, quæ VII ſeculo inito, & deinceps confectæ erant, *vetuſtiſſimæ*. Scilicet charta *Æthelberti* I. regis *Cantwarorum*, omnium antiquiſſima, quam concilio *Laurentii* Epī. & omnium principum ſuorum confecit, cujuſque apographum extat in *textus Roffenſis* folio 119. a. Idem ille terras primus *ſcriptis* dedit, qui, auctore **Beda*, primus etiam leges conſcriptas promulgavit. Ab his legibus deſcriptis inchoat auro omni pretioſior codex ille MS. *Textus Roffenſis*, cujus uſum R.R. & doctiſſimis viris, *Decano* & *Canonicis* Eccliæ Cathedralis *Roffenſis* magnis ornamentis grato maximè animo acceptum fero. De quibus legibus, & de quo codice, ſic in primæ paginæ margine ſua manu forenſis togæ immortale decus GUL. LAMBERTUS: *Beda lib. Eccleſ. Hiſtoriæ 2. cap. 9. has ipſas leges ſua memoria viguiſſe refert. Harum autem exemplar haud ſcio an aliud uſquam extat. Ac propterea hunc librum magni facito, quiſquis es, qui eum nactus fueris. W. L. 1573. in gratiam antiquitatis.* Extant etiam in Bibl. *Cotton.* Auguſtus 2. in grandioribus literis hujus ſeculi finem verſus ſcriptæ chartæ SEBBI regis *Orientalium Anglorum*, qui floruit an. dom. DC.LXXX. & *Lotharii* regis *Cant.* qui chartam *Reculvenſis* monaſterii confecit, An. dom. DCLXXIX. quas in ſuperioribus citavi. Exeunte etiam hoc ſeculo, ſcilicet An. dom. DCLXXXX.IV [a]chartam fecit *Witheredus* R. *Cant.* in concilio *Becanceldenſi*. [b] Alteram etiam fecit, An. dom. DC.XCV. [c] Tertiam etiam in primæ tenorem confecit, An. dom. DCC. Harum autem primam chartarum, quæ in *Anglia* factæ ſunt, omnium abſolute primam [d] *H. Spelmannus*, illumque ſecutus [e] *Edwardus Stillingfletus* affirmant; quos tamen errore lapſos fuiſſe, *Lotharii*, *Sebbi*que chartæ, abſque *Æthelberhti* illa, quæ omnimodam veritatis ſpeciem præ ſe fert, manifeſte evincunt. Verſus ſeculi hujus finem etiam *æra Chriſtiana* in deſignandis chartarum temporibus uſurpari cœpit, ſi fides adhibenda eſt OSHERI regis chartæ, quæ in MS. *Cottoniani*, cujus nota, *Tiberius*, A. 13. fol. 20. b. ſic ſcripta legitur: *Regnante in perpetuum, ac gubernante dnō noſtro Saluatore ſecula univerſa Anno* RECAPITULATIONIS DIONISI. i.e. *ab incarnatione Xpī.* Sexcenteſſimo Octuageſſimo. *indictione* SEXTA *revoluta.... Ego* OSHERE *rex*, &c. Hic quidem, SHOWERE, fatendum eſt anno Chriſti DCCLXXX. non convenire indictionem ſextam, ſed octavam; quam ob cauſam chartam hanc ſuſpectam habeo. Cætera tamen vero ſimilem, & in bonæ fidei chartulario deſcriptam non damno; propterea quod tabellionis forſan errori imputandum eſt, quod anno Chriſti indictionis annus non exacte reſpondeat. Quod ſi vera habeatur hæc charta, facta in ea mentio nominis *Dionyſii* monachi oſtendit, circa id tempus, nimirum verſus *ſeculi ſeptimi* finem, annum *Chriſti incarnati* ad notanda inſtrumentorum tempora in *Angliâ* uſurpari cœpiſſe. Quapropter, SHOWERE, chartulario etiam ſuo ab auctore noſtro aliquid de ÆRIS præmittendum eſt, quibus in *Anglo-Saxonum* chartis donationum, actorumque aliorum tempora notari & ſignari ſolebant. In *ſeptimo ſeculo* annus *indictionis* aut ſolus, aut tantum non ſemper ſolus, adhibitus erat, ad indicanda omne genus chartarum tempora: ut in charta *Hlotharii* vel *Lotharii* toties antea citata, quæ facta eſſe notatur menſe Maio, Indictione Septima. i. e. Anno Chriſti DC.LXIX. ut obſervatur in *Evident.* Eccl. Chriſti *Cant.* x. Script. Col. 2207. Sic charta *Æthelberhti* I. regis *Cant.* ſupra è textu *Roff.* citata, confecta eſſe dicitur *Menſe Aprilio ſub die* IIII *Kl. Maias*,

---

* Qui inter cætera bona, quæ genti ſuæ conſulendo conferebat, etiam decreta illa judiciorum juxta exempla *Romanorum* cum conſilio ſapientium conſtituit: quæ conſcripta *Anglorum Sermone* hactenus habentur & obſervantur: *Bed.* E. H. cap. 5. Edit. *Cantabr.* *a Spelman.* concil. Vol. I. p. 191. *b* p. 192. *c* p. 198. *d* Ibid. pag. 125, & in *Reliquiis Spelmannianis*, p. 8. *e Origines Britannicæ.* pagin. 18, & 22.

indictione ſeptima. i. e. Anno Chriſti DC.XIX. quo anno *Laurentius* Epiſcopus (nondum enim *Cantwarenſes* præſules *Archiepiſcopi* vocabantur) etiam mortuus eſt. Quod ſi codici MS fundationis monaſterii *S. Auguſtini Cantuarienſis*, qui bibliothecæ *Aulæ S. Trinitatis Cantab.* depoſitum eſt, credendum eſſet; *æra Chriſtiana* ab ineunte pene Septimo ſeculo in uſu fuiſſe apud *Anglo-Saxones* ſtatuenda eſt. * Nam prima & ſecunda chartæ iſtius codicis, quæ *Æthelberhti* I. regis nomine factæ ſunt, confectæ eſſe dicuntur *Anno ab incarnatione Chriſti* DCV. indictione octava. Verum chartas iſtas non modo non *liberas* eſſe *à ſuſpicione*, ut pro modeſtiâ loquitur [a] *Spelmannus*; ſed plane falſas, illius argumenta, quibus [b] alia addi poſſunt, oſtendunt. Quamobrem *annum Chriſti incarnati* ad annum *indictionis*, ineunte, aut provecto *ſeptimo ſeculo*, chartis acceſſiſſe tantum abeſt, ut conſtet; ut de eo maxime incertum eſt. Verum inito *octavo ſeculo*, eove haud multum promoto, in deſignandis chartarum temporibus ad annum *indictionis* annus dominicæ incarnationis frequentius jam tum uſitatus acceſſit: ut in charta *Æthelbaldi* regis in ſuperioribus è MS. *Cotton. Auguſtus*, 2. citata, quæ ſcripta eſſe notatur, *Anno ab incarnatione dñi nrī Ihū Xpī ſeptincentiſſimo triceſſimo ſexto.* Sic charta *Alduulfi* Epī. textûs *Roffenſis* folio 120. b. confecta eſſe notatur, *menſe Aprili*, *indictione* VI. *Anno ab incarnatione Chriſti* DCC.XXXVIII. charta *Sigeraedi* R. *Cantiæ*, Textus *Roffenſis* folio 122. conſignata erat, *indictione* XV. *anno dom. incarn.* DCC.LXII. Charta *Earduulfi* R. Cantiæ ejuſdem Cod. fol. 123. confecta etiam erat *Anno ab incarnatione Chriſti* DCC.LXII. *indictione* XV.

Hæc à Te, SHOWERE, obſervata eſſe velim, propterea quod docti multi, iique primi ordinis ſcriptores, (quales [c] *H. Spelmannus* & [d] *Joh. Marshamus*) affirmant *æram Chriſtianam* quæ tamen à *Beda* uſitata eſt, vix tandem à *Caroli Magni* temporibus uſu apud *Anglos* receptum fuiſſe. qui tamen factus eſt *Francorum* Rex non ante annum DCC.LXVIII. & Anno DCCC. factus erat imperator, mortuuſque eſt anno DCCCXIIII. Quinetiam, ut alibi obſervavi, ſolus *æræ Chriſtianæ* annus iis in temporibus non raro adhibitus erat ad deſignanda chartarum tempora. Sic in [e] charta *Æthelberhti* regis *occidentalium Saxonum*: *Scripta eſt hæc charta anno dominicæ incarnationis* DCC.XC. Sic in [f] charta *Offæ* regis *Merciorum*: *Actum Anno dominicæ incarnationis* DCC.LXXX.VIII. Sic in [g] charta *Æthelberhti* II. regis *Cant.* --- *Actum* (anno) *dominicæ incarnationis* DCC.LXXXI. Sic etiam in [h] charta *Ecgberhti* R. *Cant.* --- *Actum anno dominicæ incarnationis* DCC.LXV. qui fuit quartus, antequam *Carolus* in regem *Francorum* unctus erat. Accedat charta autographa *Somerſiana* quam anno Chriſti DCCC.XXV. & indictione ſecunda notatam, integram exhibeo, quum quod in antiquo *Saxonico* ſcripta eſt; tum quod nonnullorum, quæ ſolenniter acta ſunt in concilio, vel ſynodo apud *Clouesbous* originalis commentarius eſt; quem quia *Latine* verſum in *H. Spelmanni* concil. Vol. I. p. 334, 335. hic *Latio* donare ſupervacaneum exiſtimamus.

✠ In nomine þrino diuino qui eſt deuſ benedictuſ in ſæcula amen. Đý ǯeſe þe pæſ ſſom Criſtes ǯeburde aǯæn. eahta hund ſintes. ⁊ xxv. [i] ⁊ aſteſſe indictio pæſ in ſime. ⁊ pæſ Beorhtpulfes dice Mercna cýninges. þa pæſ ſinodlic ǯemot on þæſe meſan ſtope đe mon hateþ Cloſeſhouſ on þam ſe ſiolfa Cýninǯ Biorhtpulf. ⁊ hiſ biſcopaſ. ⁊ hiſ aldorſmen. ⁊ alle þa diotan þiſſe þiode þæſ ǯesomnade ſeſon. þa pæſ tiolo micel ſſpec ymb pudulefe to Suþtune onǯæǯum ſeſt on Sciſhýlte. paldon þa [k] ſſpanǯeneſan þa lefe foſđuſ ǯedriſan ⁊ þone pudu ǯeþioǯan. þonne hit ald ǯenýhta ſeſon. [l] þonne cuæđ ſe biſcop. and þaſa hiſa diotan þæt hio him neſen maſan ondeta þonne hit aſædeđ pæſ on Æþelbaldes dæǯe þſim hunde ſſina mæſt. ⁊ ſe biſcop ⁊ đa hiǯen ahten tpæde þæſ pudu ⁊ þæſ mæſtes: Đa ǯenæhte Fulfſted aſcebiſcop. ⁊ alle þa diotan þet ſe biſcop ⁊ þa hiǯen moſton mid aþe ǯecýthan þet hit ſua aſæden ſeſe on Æþelbaldes daǯe. ⁊ him maſe to ne rohte: And he þa rona ſe biſcop bepæddade Eadulfe đæm aldorſmen þæſ aþes biſoſan allum þæm diotum. ⁊ him mon þone ǯelædde ymb xxx næhta to þæm biſcop-ſtole æt Fiǯoenna-Leaſtre: In þa tiid pæſ Nama Suanǯeneſa to ſuđtune. ⁊ he næd đæt he pæſ æt Leaſtre. and þone

---

* Prima charta editur in Monaſtico *Angl.* p. 23. ſecunda cum tertia in chron. *W. Thorn.* x Scriptorum. col. 1761. & *Spelman.* concil. p. 118, 119, 120. [a] Ibid. p. 125. [b] Sic voces Gallo-Norm. *Armilcaiſia*, *Camiſia*, tertiam; & ſolennia illa verba in chartis *Normannorum* uſitata, *Notum ſit omnibus, tam præſentibus, quam futuris*, ſecundam falſitatis arguunt. [c] Concil. Vol. I. [d] In propylæo ad monaſticon *Anglicanum.* [e] Text. *Roffenſ.* f. 134. b. [f] Fol. 132. a. [g] Fol 131. a. [h] Fol. 127. a. [i] Hoc eſt, *& ſecunda indictio erat in calendario, rege Merciorum* Beorhtuuulfo. [k] Ǯeneſa compoſitum non raro occurrit: ut ſcipǯeneſa, tunǯeneſa, ǯaſolǯeneſa, porcǯeneſa, picǯeneſa, *&c.* Sed ſpanǯeneſa, *vel* ſuanǯeneſa jam primum à me legitur; neque, quid ſuan iſtud extra compoſitionem ſignificat, ſcio. Sed ſuanǯeneſa hac in charta denotare videtur *eum qui regis ſylvis & foreſtis ab Aldormanno præpoſitus erat.* [l] Tum Epiſcopus (*Wigornenſis*) ejuſque domeſticorum *ſapientes* dicebant ſe ab illo non plus vendicare, quam jus paſcendi trecentos porcos, & quod epiſcopus & monaſterium ſylvæ, glandiumque duas tertias partes proprio jure poſſidebant.

aaƀ geræh. ⁊ ȝerceapaƀe ſua hine hiſ alƀoſmon hehꝛ Eaƀpulf. ⁊ he hine hpeƿƿe ne ȝneꝛꝛe. hii ſunꝛ * nomina eꝛ uocabula qui in ſynoƀali concilio ſueſunꝛ conȝneȝaꝛi.

✠ Sıȝnum manⁿ. bioſnnpulfı ſneȝıſ Menc.
✠ Fulfſneƀ aſnc epiſcⁿ. oſenⁿ. hanc ƀbicionem.
✠ Oeƀelpalƀ epiſcⁿ oſenⁿ.
✠ Hnæƀhun epiſcⁿ oſenⁿ.
✠ Heabepheꝛ epiſcⁿ oſenⁿ.
✠ Bionna epiſc. oſenⁿ.
✠ Eaƀpulf epiſc. oſenⁿ.
✠ ſılfſneƀ epiſcⁿ. cſenⁿ.
✠ Fıȝƀeȝn epiſcⁿ. oſenⁿ.
✠ Alhſtan epiſcⁿ. oſenⁿ.
✠ Humbepheꝛ epiſcⁿ oſen.
✠ Leolbepheꝛ epiſcⁿ.
✠ Lynneƀ epiſcⁿ.
✠ Toſhthelm ꝑꝑıõ.

✠ Eanmunƀ aƀƀ.
✠ Fihtſneƀ aƀƀ.
✠ Luƀpulf aƀƀ.
✠ Eanmunƀ aƀƀ.
✠ Eaƀbepheꝛ ƀux.
✠ Bioſnnoƀ ƀux.
✠ Sıȝneƀ ƀux.
✠ Luƀſneƀ ƀux.
✠ Eaƀpulf ƀux.
✠ Mucel ƀux.
✠ Uhꝛſneƀ ƀux.
✠ Alhheaſnƀ ƀux.
✠ Bolam ✠ bynna.
✠ Alƀſneƀ. ✠ pıȝhelm.
✠ Heahbepheꝛ. epiſcⁿ.
✠ Eaƀȝaſ pⁿ.

✠ Wıȝbepheꝛ pⁿ.
✠ Heahſtæf pⁿ.
✠ Bnaƀa pⁿ.
✠ Luƀbalƀ pⁿ.
✠ Reȝnȝaſ pⁿ.
✠ Luƀbepheꝛ pⁿ.
✠ Ecȝmunƀ pⁿ.
✠ Ecmunƀ pⁿ.
✠ Heahfephƀ ƀıāc.
✠ pıȝhelm ƀıāc.
✠ Epnebepheꝛ ƀıāc.

Onƀ alſe oƀeſſa ꝑꝑıoſꝛa bu-ꝛan þıſſum mæſſe-ꝑꝑıoſ-ꝛum eſen LX.

Progrediente etiam tempore ad annum Chriſti & *indictionem*, acceſſit *epacta* plerumque ſola, nonnunquam cum *concurrente*: ut in MS. codice *Cottoniano*, cujus nota, *Tiberius*, A. 13. tempus confectæ chartæ *Æthelſtani* R. qua certas terras dedit eccleſiæ *Wigornienſi*, ſic notatur: Anno dom. incarnationis DCCC.XXX. regni vero mihi commiſſi VI. indictione VII. epacta III. concurrente II. ſeptimis Junii idibus. Luna XXI. in civitate omnibus nota, quæ LONDINIA dicitur.

Ex charta *Æthelſtani* etiam conſtat ad annum Chriſti & indictionem, acceſſiſſe etiam non raro *annum regni* apud *Anglo-Saxones*. Sic in charta MS. codicis *Cotton. Nero.* E. I. 130. quæ eſt *recordum* decreti, ſive eorum quæ acta ſunt in concilio, in terminanda lite quæ orta erat inter *Heahthoredum* Epm. & Wulfherdum filium *Cuſſan*, hæc leguntur verba:----*in conciliabulo, in loco, qui dicitur* celhÿƀ, *præſidentibus duobus Archiepiſcopis, Iamberto & Higeberto, mediante quoque* Offan *rege cum univerſis principibus ſuis. dat. anno dom. incarn.* DCC.LXXX.VIII. *indictione vero* XII. *qui eſt annus regni mei* XXXI. Sic chartæ *Oſuualdi* Archiepiſcopi *Eboracenſis*, quæ ex earum numero eſt, quas penes ſe habet mihi muſiſque *Arctôis* ſemper colendus, honorabilis vir *Johannes* dominus *Somers*, hoc exordium eſt: ✠ *Regnante dnõ nrõ Ihū Xpõ anno ejuſdem dnī incarnationis* DCCCC.LXXX.IV. *regni vero noſtri R. Æthelredi anno quinto, &c.*

Quinetiam, SHOWERE, quemadmodum tempus, ſic ex decreto concilii paulo ante citati conſtat, locum etiam non raro notâſſe *Anglo-Saxones*, in quo chartas conſignabant. Sic charta *Alhwini* Epī. *Wigorn.* quam in ſuperioribus citavi, confecta eſſe dicitur, An. incarn. Chriſti, DCCC. ⁊ LV. indictione III. in metropole, quæ nominatur peȝpionancæſtoꝛ. In charta *Bertulphi* R. *Merciorum*, Bibl. *Cott.* Nero, E. I. 130, cujus exemplar eſt inter chartas *Somerſianas*, ſic legitur: *Hæc autem charta Karaxata eſt an. dom. incarn.* DCCC.XLI. *indictione* IIII. *in die natalis domini in celebri vico* ꝛompeoꝛƀin:. In charta ejuſdem codicis *Burrhedi* R. *Merciorum*, ſic legitur: *Geſta eſt hujus chartæ libertas anno dom. incarn.* DCCC.LV. *indictione* III. *in vico, qui* ꝛompeoꝛƀin *nuncupatur.* Sic in charta Offæ Regis; Text. *Roffenſis* fol. 132. b. *Actum Anno dom. incarn.* DCC.LXXXIX *in loco ubi dicitur* Lelchÿƀ. In charta *Ecgbearthi* R. ejuſdem cod. fol. 138. b. *Scripta eſt hæc chartula in* [a] bica regali, *quæ dicitur* ſneſicbuſna. ıſ ꝛeſtibus, *&c.*

Notandum quoque eſt, tempus aliquando, ſed rarius in principio chartarum eſſe notatum: ut in charta *Æthelberhti* R. *Cant.* quam ſupra citavi; in charta autographa recordi comitiorum regni *Merciæ*, quam integram ſupradedi. Ut & in charta *Alhwini* Epī. *Wigorn.* toties in ſuperioribus citata. Quinetiam in charta antecitata *Oſuualdi* Archiep. *Eboracenſis*, quibus addas exordium chartæ noviſſime citatæ *Ecgbearhti* R. In nomine domini nrī Ihū Xpī Salvatoris mundi, Anno dom. incarn. DCCC.XXX.VIII.

Sæpiſſime vero notatum cernitur tempus in media charta, idque plerunque ante teſtium conſignantium nomina. Nonnunquam etiam, ſed rariſſime in earum fine: ut in [b] charta *Ætheredi* R. occidentalium *Saxonum* & *Cant. Actum eſt autem anno ab incarnatione dnī. nrī. Ihū Xpī* DCCC.LXVII. Sic in fine [c] chartæ *Ceonuulfi* R. *Scripta eſt autem hæc kartula anno dom. incarn.* DCCC.XI. *indictione* IIII. [d] *his teſtibus conſentientibus & ſubſcribentibus.* Hæc autem de tempore in fine chartarum notato ſcripſi, SHOWERE, quòd quidam vir doctus, iſque in chartis verſandis exercitatus, à me ſciſcitatus eſt, an in chartarum *Saxonicarum* extremis partibus unquam videram notatum. Denique nonnunquam, ſed rariſſime quidem, tempus confectæ chartæ bis

---

* Conferenda nomina hæc ſunt cum iis, quæ leguntur *H. Spelman.* concil. Vol. I. p. 335. ubi quoque, to ꝛeſtmynſtre, errore ponitur pro to ſıȝoepnaceaſtſe, ut in hac charta. *a Sax.* ſıc. *b* Text. *Roff.* f. 141. b. *c* Ib. f. 137. a. *d* Scil. teſtibus, quorum nomina in charta ſuprà exarantur.

in ea notatur: ut in charta *Eadredi* R. *Somerſiana*, cujus tam in principio, quam in medio, notatur annus dominicæ incarnationis DCCCC.XLVI. Contra etiam, quod ſupra animadverti, chartarum, quæ *Anglo-Saxonibus* auctoribus factæ ſunt, haud exiguus numerus nulla temporis nota diſtinguuntur: ut in *Textu Roffenſi*, ubi quarta circiter pars chartarum nullo anno notantur. Chartarumque *Somerſianarum* in tertia fere parte notatio temporum, quibus conſignatæ ſunt, penitus deſideratur.

Denique, SHOWERE, auctorem, quiſquis ille futurus eſt, lectorem ſuum oportebit præmonere, ut nunquam non * falſitatis ſuſpectas chartas habeat, quotquot *Anglo-Saxonum* nominibus ſeu Latine, ſeu Saxonice confectæ *rubris aureiſve* literis, aut *rubris aureiſve* crucis ſignis, quæ quidem auratura evaneſcente non raro rubra fiunt; vel denique, quæ *aureis* crucibus iconibuſque in ſumma vel ima membrana depictis ſplendent, ſplendoreque ſuo inſciorum oculos perſtringunt dicam, an magis delectant. Equidem id genus omnes, ſaltem quæ ante S. *Eadwardi* II. tempora confectæ eſſe dicuntur, vel primo intuitu damnandas propterea cenſeo, quum quod chartam, quam *Anglo-Saxonem* habuiſſe auctorem, aut certum, aut probabile eſt, nondum aliquam vidi, cui ex pigmentis iſtiuſmodi, cultus aut ſplendor accerſitus erat; tum etiam, quod chartarum, quas in ſuperioribus falſitatis damnavi, maxime famoſæ pigmentis iſtis claræ ſunt.

Prima earum eſt iſta *Æthelbaldi* R. *Merciorum*, coenobii *Croilandenſis* fundatoris, quæ non tantum ſignis crucis aureis exotico more factis, verum etiam crucibus aureis grandioribus in ſumma, & infima membrana graphicè deſcriptis, magnum ſibi nomen fecit. Hæc tamen charta eſt, quam tot nominibus à nobis damnatam in partes ſuas advocat R. P. *Clemens Reynerus*, ad probandam antiquitatem ordinis & congregationis *Benedictinorum* in *Anglia*, libri ſui ſectionis primæ §. 18. ubi quidem perperam omnia ſcripſit.

Secunda eſt *Cottoniana* iſta *Wulferi* R. *Merciorum*, quæ non tantum ſignis crucis aureis conſpicua eſt, ſed in ſupremo margine aurea regis imagine [quæ ad dextram crucem florentem auream cum ſceptro, & ad ſiniſtram crucem florentem auream cum aureo gladio habet] ad ſpeciem comparata, tres grandiores cruces pariter aureas [a] *Florentes*, *acutas*, in imo margine oſtentat.

Tertia eſt *Weſtmonaſterienſis* iſta *Eadgari* regis quæ aureis ſignis crucis, maxime verò tribus hoc pacto factis notabilis eſt. Hæc tamen charta eſt, quam *Rogerus Owen* eques auratus, in MS ſuo [b] codice, ut veram & indubitatam citat, vir quidem doctus, ſcriptorque diligentiſſimus; ſed qui linguæ, & antiquitatis *Saxonicæ* minus gnarus, *Saxonicas* neque *manus*, neque dictiones phraſeſque, neque denique conſuetudines à *Normannicis* rite potuit dignoſcere. Hunc autem MS. codicem ab ampliſſimo viro *Joh. Trevor* equite aurato, & [c] *rotulorum* magnæ Cancellariæ regni *Angliæ* cuſtode, per manus R. & doctiſſimi viri *Franciſci Atterbury* Archidiaconi *Totneſenſis* dignıſſimi, utendum me accepiſſe gratus agnoſco.

Quarta eſt *Weſtmonaſterienſis* etiam iſta *Dunſtani* Epī. eidem *Rogero* minime ſuſpecta, quæ non tantum præpoſito vexillari Chriſti ſignò aureo ſpecioſa eſt, verum etiam ſigno crucis *Eadgari* R. aureo ſignique crucis peregrino more, tam poſt, quam ante conſignantium teſtium nomina poſitis; quorum quæ poſtponuntur aurea ſunt; denique & retinaculo ſigilli adpendentis ſerico aurei coloris inſcios in ſui admirationem rapit. Hiſce, SHOWERE, ſinas ut accedant duæ aliæ chartæ *Eadgari* R. nomine, à falſario quodam poſt adventum *Normannorum* ſimulatæ, quæ grandioribus characteribus aureis ſcriptæ extant in cod. MS. bibl. *Cotton.* cui nota *Veſpaſian.* A. 8. Et crede mihi multos magni nominis doctos, ſed literaturæ & vetuſtatis *Saxonicæ* imperitos, ſuo nitore deceperunt. Harum altera *monaſticarum conſtitutionum* charta eſt, quæ ſic incipit: OMNIPOTENS TOTIUS MACHINÆ CONDITOR. quam etiam ſignis crucis aureis inſignem, *capitula* etiam conſtitutionum à condendis *Anglo Saxonum* chartis maxime aliena falſam eſſe oſtendunt. Altera donationis charta eſt, duobus exemplaribus ſcripta, qua *Eadgarus* Novo *Wintonienſi* monaſterio terras nonnullas dediſſe fingitur, & ſic incipit: ANNUENTE ALTITHRONI MODERATORIS IMPERIO. Eamque falſitatis arguunt non ſolum aurea crucis ſigna, duoque exemplaria, ſed charta altera *Henrici* II. intra duo exemplaria iſta in eadem aurearum literarum grandiori ſcriptura exarata, qua pariter novo illi S. *Trinitatis* monaſterio certas terras & privilegia dicitur dediſſe *Henricus*. Hanc tamen *Eadgari* R. chartam vel iſtâ *Henrici* II. ſpuriam eſſe dignoſcendam, prorſus ut veram bis citavit in libro ſuo, cui titulus, **Titles of Honour**, *Joh. Seldenus*, vir ſane maximi nominis, ſed qui in hoc tamen infelix, & ſe quaſi minor videbatur, quod cum *Orientalis*, *Græcæ* & *Latinæ* literaturæ, quæ in illo erat ſum-

---

* Eo nomine haud injuria in ſuſpicionem vocanda eſt charta *Edmundi* R. Anglorum apud *Will. Malmesb.* de geſtis R. A. cap. VII. qua Eccl. *Glaſtonienſem* prædiis magnis, & honorificis privilegiis donaſſe dicitur; quia *ſcripta eſt literis aureis in libro evangeliorum, quem* (rex ille) *eidem Eccleſiæ obtulit eleganti ſatis opere compoſitum.* *a* Ut *Heraldi* dicunt, *des croix fleuries, fichees.* *b* Cui titulus eſt: **Of the Antiquity, Ampleneſſe, and Excellency of the Common Lawes of England.** *c* Sic tabulas publicas, è quibus acta & decreta Magnæ cancellariæ recitantur, *Angli* vocant.

ma

ma ſcientia, *Septentrionalis*, & præſertim *Saxonicæ* linguæ notitiam perfectam nec habuit, nec forſan tanti putavit habere conjunctam.

Hoc dictum velim, SHOWERE, non quod tanti viri gloriæ aliquid detrectandum putem, ſed ut oſtendem noſtris ut ut maximis viris, qui cum foras aquilæ ſunt domi talpæ non eſſe debent, *Saxonicam* literaturam, ſi antiquitatem patriam ſcire cupiunt, non admodum utilem tantum fore, ſed quodammodo neceſſariam.

Hoc auctori noſtro, SHOWERE, in chartularii ſui prolegomenis de chartis præfato, progrediendum recta eſt ad ſcribendam de *donationibus Anglo-Saxonum* diſſertationem, quatenus de iis ex *Saxonicæ* antiquitatis penu dicere illi fas erit.

Inprimis autem illi diſſerendum eſt de generibus *donationum*, quæ perinde ac apud alias gentes, apud *Anglo-Saxones* duo fuerunt; nempe quæ **ſine ſcriptis*, & quæ *ſcriptis* perficiebantur. In *illis* donator vel *verbis*, vel, ſi fandi facultas ei non eſſet, *ſignis*; in *his* vero voluntatem ſuam *ſcriptis* manifeſtabat. Illæ autem, quibus donator voluntatem ſuam *verbis* declarabat, *verbales*: quibus autem *ſcriptis* illam declarabat, hæ *inſtrumentales*, vel *codicillares* donationes recte dicuntur. Utræque vero vel *Simplices* ſunt, vel *ſolennes*. *Simplices* dico, quæ nullo accedente ſolenni ritu vel ceremonia, abſque omni apparatu, aut pompa, ſola vi verborum, quæ dicta vel ſcripta ſunt, perficiuntur; & forſan aliquando rei datæ traditione, quæ, ſi lege aliqua, vel conſuetudine vim legis habente neceſſaria eſt, ſolennis ritus non dicendus eſt, quod donatio ſine ea perfici non poteſt; contrà donationes *ſolennes* ſunt, quæ ſymbolis donationum ſolenni ritu à dantibus traditis aut aliqua alia ceremonia accedente celebrantur. Præterea donationes reſpectu *donorum* in duo genera dividuntur. Etenim vel rerum *mobilium* ſunt, vel *immobilium*. Ad perficiendas rerum *mobilium* donationes, præſertim earum, quæ verbis datæ ſunt, *rei datæ*, ſi ſingularis eſt; ſin vero in numero, pondere vel menſura conſiſtit, ſaltem *partis ejus*, totius nomine, *traditio*, quemadmodum apud omnes fere gentes, ſic apud veteres *Anglos*, neceſſaria fuiſſe videtur. Verum de donationibus rerum *mobilium* prælertim earum, quæ ſine *ſcriptura* perficiuntur, nihil plane expectandum eſt ab auctore noſtro; cui de donationibus *prædiorum ruſticorum*, & *urbanorum*, & *libertatum*, *privilegiorum*que quæ ad exemplum prædiorum dantur, tantum ſcribendum eſt. Prædia autem apud *Anglo-Saxones*, ut *ſcriptis*, ſic *ſine ſcriptis* ſolenni more dari ſolebant, teſte *Ingulpho*, qui hiſtoriæ *Croilandenſis* Oxoniæ editæ p. 70. hæc ſcribit: *conferebantur etiam primo multa prædia nudo verbo, abſque ſcripto, vel chartâ, tantum cum domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera, & plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu; & nonnulla cum ſagitta.* Hunc autem ſolennem *ſine ſcripto* donandi modum, auctore eodem *Ingulpho*, *Willelmus* Conquæſtor à ſe initio regni ſui obſervatum, *poſterioribus annis immutavit*, ſecum, ut par eſt credere, ſtatuens, donationes terrarum, & eorum, quæ terris exequantur, non niſi inſtrumentis ſcriptis dare, aut ab aliis data confirmare. Donationum autem prædiorum, & eorum, quæ ad exemplum prædiorum *abſque ſcriptura*, cum ſolenni gladiorum, & id genus ſymbolorum traditione, celebrari ſolebant, duo exempla è temporibus, quæ victoriam *Normannicam*

---

* Morem donandi terras *ſine ſcriptis* quum apud *Anglo-Saxones*, tum apud *Anglo-Normannos* fuiſſe receptum oſtendunt hæc quæ ex vetuſto chartulario monaſterii *Edmundiburgenſis*, quod ſupra citavimus, deſcripta hic continuo ſequuntur. [Habemus præterea plures terras, & tenementa, de quibus nulla apud nos reſtant munimenta. Aut enim *ſimplici freti veritate nulla fecerunt*, aut ſi fecerint per cuſtodum incuriam perierunt. Aliquorum tamen, qui nobis beneficia ſua contulerunt, tantum nomina retinemus. Aliquorum vero nec memoriæ cujuſlibet veſtigia potuerunt inveniri, nomina ſiquidem eorum, quæ apud nos inveniuntur, ſunt hæc. *Hedredus* Epſ dedit Scō *Eadmundo* unam partem de Bertone; *Eadwinus* aliam partem, *Brichtricus* præpoſitus tertiam partem adquiſivit, ſed penitus *nulla eſt charta*. *Willelmus* rex dedit *Brokrum* cum pertinentiis, cujus carta nuſquam reperitur: invenimus tamen ſcriptum, quod cartam inde fecerit. *Matildis* regina uxor ejus dedit *Werketon* ipſius aſſenſu, & voluntate, ſed nullam penitus cartam habemus. *Oſulphus le Syre*, & domina *Leneruna* uxor ejus dederunt Scō. *Eadmundo* Briſingham, ſed *ſine carta*. *Lefgina* tempore Regis *Willelmi*, & *Baldewini* abbatis pro *Siredo* nepote ſuo, & ſuo victu, dedit Scō. *Edmundo Blumham*; ſet *ſine charta*. *Alfricus* filius *Withgari* dedit *Meleford*, & Eccleſiam Scī *Johannis* Baptiſtæ apud *Claram* conſtruxit, & clericos ibidem collocavit, & manerium eidem Eccleſiæ dedit, & Scō *Eadmundo*, & *Lefſtano* abbati dominium ejuſdem tradidit in perpetuum, & *Withgarum* filium ſuum eidem concedere compulit, ſet totum *ſine carta*. Fuit autem idem *Alfricus* temporibus *Aethelredi*, *Canuti*, *Haroldi*, *Hardecanuti*, & Scī *Eadwardi*, regum *Angliæ*. Quidam *Langardus* apud *Stapelford* pro ſanitatis gratia recuperata dedit illud manerium, ſet *ſine carta*. *Manning Swartinges ſune* dedit Chebenhall, ſet *ſine charta*. *Leofſtanus* dapifer *Lefſtani* abbatis, & *Stannardus* cognatus ejus dederunt Wolnetham, Geneſtede, & Bochinge. *Siwardus* Monachus procuravit Tifteshalle à parentibus ſuis, ſet *ſine charta*. *Edricus* præpoſitus adquiſivit Hemegreth, ſet *ſine charta*. *Reginaldus Scanceber* dedit Lidgate, ſet *ſine carta*. *Ulfricus* dedit Heſingwell, ſet *ſine carta*. *Godricus Clarke* cum filio ſuo dedit ſuam partem in Neutone, ſet *ſine carta*. *Robertus* le *Manaunt* dedit tertiam partem de Horninggish, ſet *ſine carta*. *Eadwinus* rex dedit Beccles, ſet *ſine carta*.] Chartularii fol. 50. a. b.

præceſſerunt, à ſcriptoribus proferuntur. Alterum eſt *Eadgari* regis, de quo ſic *Willielmus Malmsburienſis*, lib. II. cap. 8. *Eadgarus rex monaſterii Glaſtonienſis patronus maximus, ubi generali aſſenſu pontificum, abbatum, optimatumque ſuorum hæc privilegia ipſi loco conferre diſpoſuit,* LITUUM *proprium ebore decentiſſime formatum, atque decoratum, ſuper altare Scæ deæ genetricis poſuit, ac ſuis monachis ea perpetualiter poſſidenda attribuit. Eundemque* LITUUM *mox in ſui præſentia fecit ſecari in medium, ne eum cuiquam dare, vel vendere poſſet quilibet abbatum ſequentium, præcipiens partem illius ſervari in* LOCA *ad jam dictæ donationis teſtimonium.* Sic *R. Canutum* prædium *Puſeyenſe* dediſſe cum ſolenni *cornu* traditione, Antiquarius noſter præſtantiſſimus * *Gul. Camdenus* his in verbis tradit: *Ocke ille fluvius, quem dixi, deinde interlabitur inter* Puſey, *quod illi, qui* de Puſey *nominati adhuc tenent per* Cornu *à majoribus, olim à rege Canuto Danico datum, & juxta unum, & alterum* DENCHEWORTH. Idem [a] *Camdenus*, ex veteri libro, de *Ulpho, Thoraldi* filio, ſic ſcribit: *dominabatur* Ulphius *ille in occidentali parte* DEIRÆ, *& propter altercationem filiorum ſuorum, ſenioris & junioris, ſuper dominiis poſt mortem, mox omnes fecit æque pares. Nam indilato* Eboracum *divertit, &* Cornu, *quo bibere conſuevit, vino replevit, & coram altari, Deo & beato Petro Apoſtolorum principi omnes terras & redditus flexis genubus propinavit.* Cornu iſtud, vel potius *Corniforme* poculum eburneum, *Camdeno* ſcribente amiſſum, nunc in Eccleſiâ *S. Petri Eboracenſi* extare, ante aliquod tempus repertum, accepi. Sic reverendus, & doctiſſimus vir, *Whitus Kenettus*, de vetuſta omne genus literatura præclare meritus, in illo antiquitatis penu, libro ſuo, qui inſcribitur [b] **Parochial Antiquities**, ex veteri chartulario *Borſtalienſi*, tradit S. *Eadwardum* confeſſorem dictum, ob vægrandem occiſum aprum, dediſſe præfecturam ſaltus, ſive Sylvæ, cui **Brenwode** nomen, in pago *Buckinghamenſi*, cum una *hida* terræ, præclaro *Cynegetæ*, NIGEL vocato, & hæredibus ejus, *ab iis tenenda per unum cornu, quod eſt Charta prædictæ foreſtæ.* NIGEL ille ex *Cynegeta* gregario, *Cynegatarum*, ſive *venatorum* regiorum tribunus factus erat, *Cornu*que venatorium iſtud quod apud *Sedis Borſtalienſis* dominum vidit *Kenettus*, non tantum ut donationis, ſed ut *Cornicinis* officii Symbolum, *Nigello* datum eſſe videtur.

E donationibus autem *per ſcripturam* perfectis, illæ prædiorum, & eorum, quæ ad prædiorum exemplum, Eccleſiis, Eccleſiaſticorumque collegiis, & ſodalitatibus dabantur, maxima cum ceremoniarum pompa celebrari & honeſtari ſolebant. Donantes enim non raro ad Eccleſias à ſe terris privilegiiſve donatas profecti, chartas ſuper altaria ritu maxime ſolenni ponebant. Sic *Eadgarus* R. chartam, quam à *Johanne* papa, *Octaviani* in eccleſia *Romana* ſucceſſore, ad corroboranda privilegia, quæ eccleſiæ *Glaſtonienſi* conceſſerat, impetraverat, [c] *ſuper aram beatiſſimæ Dei genetricis* Mariæ *ad perpetuale poſuit monumentum, jubens diligenter aſervari in poſterum ad notitiam quorumque ſequentium.* Sic *Eadredus* R. chartam, qua Eccleſiæ *Wellenſis* monaſterio villam PUCELANCYRCAN dabat, An. Dom. DCCCL. [d] *propria manu* (verba chartæ ſunt) *ſuper altare dñi. in vetuſta baſilica S. Dī genetricis Mariæ poſuit, deprecans dominum noſtrum, ut ſi quis tam inflatus, Philargyriæ ſeductus amentia, quod non optabat, ſuam munificentiæ largitatem auſu temerario confringere temptaret, ut ipſe eſſet alienatus à conſortio Scæ dī Eccleſiæ, &c.* Sic in charta *Henrici* I. *Anglo-Normannorum* regis, quæ etiamnum extat in Eccleſiæ *Dunelmenſis* archivis, *Ranulphus* iſte Epiſcopus Dunelmenſis, monaſterii ſimul ac regni ſpoliator, pœnitentiâ ductus, dicitur omnes terras, quas abſtulerat à monaſterio, per unum [e] annulum, & per chartam ſuam, ſpontanea voluntate ſuper altare *B. Cuthberti* reddidiſſe. Sic Wulſtanus Epiſcopus Wigorn. in charta ſua, quam in ſuperioribus citavi: conſilio ergo inito cum optimatibuſ meiſ terram quandam xv hidarum quæ ALFESTVN ab incolis nominatur. multo tempore à quibuſdam potentibuſ hominibuſ iniuſte poſſeſſam maximo labore et peccuniæ donatione a rege Willelmo ſeniore adquiſiui. adquiſitam uero ad uictum eorundem ꝑm in eodem monaſterio dō ſeruientium dedi eamque ſuper altare Scē dī genetriciſ mariæ pro remedio animæ meæ atque eiuſdem regiſ filiique ſui Willelmi ſimiliṫ regiſ in teſtimonio tam optimatum eiuſ et meorum quam etiam totiuſ populi deuote optuli, anno, *&c.*

Cum *f* CESPITIS etiam traditione, quaſi cum ſolenni ritu, celebratæ quandoque fuerunt donationes terrarum *inſtrumentales*, apud *Anglo-Saxones.* Sic cum *Sigeridus* rex dimidiæ partis provinciæ *Cantuariorum*, terram aratrorum viginti, quæ vocabatur ÆSLINGAHAM *Earduulfo*

---

* In Britannia ſua *Londini* edita. M.DC.VII. p. 203. *a* Pag. 573. *b* Pag. 52. *c Willielmus Malmesb.* lib. II. cap. VIII. de geſtis regum *Anglorum.* *d* Chartæ hujus apographum elegantiſſime & graphice deſcriptum, acceptum gratus refero doctiſſimo viro *R. Healy* LL. D. & *Wellenſis* eccleſiæ oeconomo, & chartophylaci digniſſimo. *e* Traditione *annuli*, ut donationis Symbolo, prædiorum, ac dignitatem dominium datum, & tranſlatum fuiſſe oſtendit *Dufreſnius*, Gloſſarii col. 109. in voce INVESTITURA. *Baculus* etiam in dandis transferendiſve prædiorum & dignitatum dominiis tradi ſolitum eſſe idem oſtendit, Gloſſarii col. 107. Inde inveſtitura eccleſiarum per *annulum*, & *baculum*, quæ Chriſtianum orbem diu afflixit & conturbavit. *f Ceſpitem* nude, *ramum* & *ceſpitem*, *herbam* & *ceſpitem*, quod *Guaſo*, vel *Waſo* vocabatur ab antiquis *Germanis*, ex ipſo agro, prædiove dato deſumptum, in manus illius, cui donabatur, tradere ſolebant veteres. Quo tanquam donationis ſymbolo, fundi proprietas prorſus in donatarium tranſlata eſſe ſignificabatur. *Dufreſnii* Gloſſ. in voce INVESTITURA.

Epō

Epō *Roffenſi* dedit, chartam ab eo confectam *ceſpitis* terræ etiam traditione ſolenni celebrabat; ut ex verbis Apographi, quod habetur in *Textu Roffenſi*, fol. 125. b. conſtat: *ſane quia cavendum eſt, ne hodiernam donationem noſtram futuri temporis abnegare valeat, & in ambiguum devocare præſumptio, placuit mihi hanc* PAGINAM *condere, & una cum* CESPITE *terræ prædictæ tradere Tibi, per quam non ſolum omnibus meis ſucceſſoribus regum, ſive principum, ſed etiam mihi ipſi penitus interdico, ne aliter, quam nunc à me conſtitutum eſt ullo tempore de eadem terra, quippiam agere audeant.* Ab hac ſolenni *ceſpitis* traditione *Rogerus Owen*, eques auratus, in MS. ſuo & qui [a] illum citat ..... *Whitlockius* in commentariis ſuis *Anglice* editis, ortam putant conſuetudinem *Anglicanam* tradendi, venditi prædii nomine, cum ſolenni verborum formula, in emptoris vel ejus procuratoris manus à vendente vel ejus procuratore, *ceſpitem* ex tellure amputatum. Abſque hoc ſolenni ritu, quem vos, SHOWERE, à *Gallo-Normannis* dominis, LIVERY, & SEISIN, (vel *Seizin*,) vocatis, prædiorum ruſticorum, ſive terrarum emptio, & venditio *inſtrumentalis*, pretio etiam numerato, olim non conſtabat. Sed jam aliquandiu mos iſte non adeo obtinuit, imo tantum non exolevit, propterea quod in contractibus de terris à domino in dominum transferendis cum tempore multum innovatum eſt. Verum ut ad *ceſpitis* traditionem redeam, SHOWERE, in actis concilii provincialis, quod convenit apud [b] *Clovesho*, *rex Merciorum Æthelbaldus* dicitur *Monaſterium Cotham Eccleſiæ Dorobernenſi Salvatoris dediſſe, utque illius donatio perſeverantior fieret, ex eadem terra* ceſpitem *& cunctos* libellos *præmemorati coenobii per venerabilem virum* Cuthberhtum *Archiepiſcopum miſiſſe, & ſuper Altare ſalvatoris pro perpetua ſua ſalute poni præcepiſſe.*

Præterea, SHOWERE, donationes ſcriptæ apud *Anglo-Saxones* ab auctore noſtro conſiderandæ ſunt quoad *jus*, quod donans donatario in prædiis; vel in iis, quæ ad prædiorum exemplum dari ſolebant, conferebat. Aliæ enim *jus* tantummodo *terminatum* in prædiis conferebant, aliæ *perpetuum* jus in prædio. *Terminatum* id erat, quod pro donationis forma donatarius accipiebat, vel durante tantum donantis beneplacito, vel durante certo & definito temporis ſpatio, vel denique durante vita, ſive ſuâ ſolâ, ſive durantibus, & ſua, & alius, vel aliorum vitis, *dominio* dati prædii tantiſper manente, vel in donante, vel in aliqua alia ſive ſingulari perſona, ſive ſocietate, in quam, completo donationis termino, *dominium* transferendum erat. Donationes prædiorum, quæ donantis arbitrio, vel definito temporis ſpatio, puta definito annorum numero terminabantur, neſcio an apud *Anglo-Saxones* in uſu erant. Quæ autem vitis ſive donatarii, ſive aliorum, ſive denique quum donatarii, tum aliorum finitis terminabantur, uſitatiſſimas eas fuiſſe ex illorum chartis tam *Latine*, quam *Saxonice* confectis conſtat. Donationes autem quæ terminum habituræ terminatum jus tantum conferebant, vel *abſolutæ* erant, vel *conditionales*. Abſolutas dico, quæ ad terminum donatæ jus in prædiis dabant nulla interpoſita lege, vel conditione. Conditionales autem, quæ jus illud ea lege dabant, ut certas quaſdam conditiones præſtaret donatarius, qui in prædio jus terminatum habens, uſufructuarius erat, ad quem dati prædii dominium non pertinebat.

Jus in prædio perpetuum erat, cujus dominium alicui ſive ſingulari perſonæ, ſive Societati in perpetuam, & æternam hæreditatem ita dabatur, ut donatario alii ſive vivens, ſive moriens id dare liceret. Jus vero iſtud duplex erat, vel *ſimplex*, vel *reſtrictum*. Simplex id erat, quod vos hæreditatem vocatis, & quo donatarius fretus prædium datum cui hominum cunque vellet, donandi, vel legandi poteſtatem habebat. Ius hoc apud *Anglo-Saxones* cum eo, quod vos *feudum ſimplex* appellatis, prorſus convenire videtur, niſi quod terræ ſcriptis datæ apud *Anglo-Saxones* omnes *allodiales* erant, nec ſuperiorem donatario agnoſcebant dominum.

Jus autem perpetuum, quod *reſtrictum* dico, apud *Anglo-Saxones*, id erat, quo donatarius fretus prædium datum cui vellet è familia donantis vel ſua dandi, vel relinquendi, tantum habebat poteſtatem, propterea quod donans id ea lege daret, aut relinqueret, ut in ſua familia vel donatarii perpetuo maneret. Hoc vero jus quamvis reſtrictum, nullam tamen fere ſimilitudinem habet cum illo, quod *feudum talliatum* vos dicitis, neque juris veſtri nomen ſcio, SHOWERE, quo id rite nuncupare poſſum. Hæc de donationum generibus reſpectu juris, quod in datis prædiis conferebant. Quæ omnia ab auctore noſtro in *ſolennibus* ſuarum chartarum *verbis* ampliſſime tradenda, & explicanda ſunt. Quinetiam illi in ſubſidium advocanda ſunt *emptionis* & *venditionis* inſtrumenta, ut & *teſtamenta* Anglo-Saxonum, ſeu *Saxonice*, ſeu *Latine* facta, utpote ex quibus etiam *ſolennia illa verba*, haud ſecus ac è donationum chartis, depromenda ſunt, quæ jus, quod in prædiis habebant *Anglo-Saxones*, omniaque ejus genera, recte, & in terminis fori *Saxonici* receptis oſtendunt. Horum quidem utriuſque, quæ donationis quodammodo genera ſunt, exempla in ſuperioribus haud pauca exhibuimus, quibus accedere poſſunt, [c] teſtamentorum *Saxonice* factorum circiter viginti & tria apographa, quæ continuo ſcripta leguntur in chartulario, ſive regeſto ſacriſtæ monaſterii Sancti *Eadmundi*, quod toties ſupra citavimus, à fol. XLV. ad fol. LI.

Hactenus de iis, præſtantiſſime SHOWERE, quæ ab Auctore noſtro operi ſuo præmittenda exiſtimamus. Cui etiam tres perfectos indices, alterum nominum hominum, alterum locorum,

---

a In anno M.DCL. *b H. Spelm.* concil. Vol. I. p. 319. *c* Teſtamentorum horum nonnulla facta ſunt tempore *Canuti* R. nonnulla tempore *Eadgari* R. nonnulla deniq; regnante S. *Eadwardo* II.

tertium rerum memorabilium, cum gloſſario, quod nomina propria, & vocabula *fori*, ſive *juris Saxonici*, à ſuis fontibus derivata rite explicet, lectoris inſtruendi & delectandi gratia poſtponendos etiam cenſemus.

Dum hæc ſcriberem, SHOWERE, ampliſſimus & honorabilis vir ROBERTUS HARLEY armiger, *Senatus Anglicani*, quem domum COMMUNIUM vocamus, diu, quod noſti, magnum decus, & plaudente *Anglia*, nuper electus PROLOCUTOR, mecum communicare voluit, pro ſuo in *antiquitatem* amore, exemplar *Latinum* quod eſſe fertur, chartæ, quæ vulgo dicitur *charta Eadgari* R. de OSWALDESLAWE, & quæ chartarum omnium vetuſtatem *Saxonicam* præ ſe ferentium maxima quidem veneratione à ſcriptoribus noſtris citatur. Teſtis enim producitur à [a] WILLELMO PURCHASIO, [b] JOHANNE SELDENO, & [c] JOH. DEE, ad probandum RR. Saxonicorum *marinum imperium*. Citatur etiam à [d] JACOBO USSERIO ARMACHANO, & integra, ac abſque omni fraudis ſuſpicione à GULIEMO DUGDALIO exhibetur, *Monaſtici Anglicani* Vol. I. p. 140. Editur etiam ab H. SPELMANNO, concil. Vol. I. p. 434. ubi ſic de illa ſcribit: *obvenerunt mihi chartæ hujus duo exemplaria, ſed utrumque mutilum. Tranſiit enim in priori ſcriba prædiorum cum deſcriptis libertatibus ceſſionem, quam è ſecundo exemplari typis hic italicis nos adjecimus, ut & alia quædam his intercluſa characteribus †. ‡. In cæteris vero ſat conveniunt donec ad datum, & ſubſcriptiones ſit perventum, quæ in ſecundo quidem deſiderantur.*

Duorum autem exemplarium, quæ deſcribit *Spelmannus*, prius iſtud finitur in his verbis: *quamdiu fides Chriſtiana in Anglia duraverit*, &c. Ut & iſta quæ publicaverunt *Armachanus*, *Purchaſius* & [e] *Edwardus Cokus* maximi nominis juriſconſultus, & non ita pridem Capitalis Angliæ Juſtitiarius. *f* MS. autem exemplar HARLEYANUM, omne id, quod duo *Spelmanni* exemplaria habent, complectitur, & præterea paragraphen *Saxonice* ſcriptam, quam poſt verba, IN NATALE DOMINI FESTIVITATE SS. INNOCENTIUM FERIA IIII. ſic incipientem: Dir rindon þa ȝepitnerre þe pæpon ætȝeberan. claudunt hæc: ert on clepican hanb getýrnaþ. In exemplari etiam HARLEYANO, teſtium conſignantium nomina in majori numero habentur, quàm in iis quæ exſcripta ediderunt *Uſſerius*, *Purchaſius*, *Cocus*, & vel ipſe *Seldenus*, qui illius exordium ex rot. pat. I. Ed. 4. deſcriptum citat. *Gulielmus Dugdalius* etiam in verbis chartæ 9. E. 3. N. 49. & chart. 4. Ed. 4. memb. 13. deſcriptam eam exhibet, quæ tamen in omnibus, exceptis quibuſdam variantibus lectionibus, ſeu potius librarii & typographi erroribus, & nonnullorum *g* teſtium nominibus, quæ in eo deſiderantur, cum HARLEYANO exemplari convenit, quod tamen poſt *Eadgari* R. tempora fuiſſe ſcriptum perpetua ipſa ſcriptura, quæ plane *Anglo-Normannica* eſt, uſuſque *Anglo-Normannici* vu. pro Saxonico ƿ. in ſcribenda voce vuepabpeobun, plus ſatis evincunt. Signa etiam crucis non *Anglo-Saxonico*, ſed *Anglo-Normannico* ritu facta, id poſt victoriam *Normannicam* ſcriptum, & à falſario quodam fictum eſſe demonſtrant. Phraſes etiam *Normannicæ* idem luculente teſtantur. Id genus eſt *Latina* illa, *cum Eccleſiaſtici beneficii diſpendio*; ut etiam illa, *cuncta quæ illi* [*clerici*] DE ECCLESIA *poſſidebant*----TAM MOBILIA, QUAM IMMOBILIA ----*poſſidenda trado.* Verbum etiam iſtud *Normanno-Saxonicum* ȝetýrnaþ, quod fecit falſarius à *Gallo-Normannico* [h] *Turner*, [nunc *Tourner*] in clauſula, ert on clepican hanb ȝetýrnaþ, chartam Eadgari *Harleyanam* falſitatis arguit. Adde quod in hoc diplomate, Orpalberlap, & pulfepferlap *Anglo-Normannico* more ſcribuntur, pro Orpalberlaȝa & ƿulfepferlaȝa, quæ ſecundum *Saxonicam* órthographiam ſcribere oportebat. Sic pro ƿýnriȝ & Æfcriȝ, ƿýnri & Æfcri *Anglo-Normannicè* ſcribuntur. Præterea in eo fingitur *Eadgarus* jactaſſe ſe *maximam partem Hiberniæ cum ſua nobiliſſima civitate* Dublinia *Anglorum regno ſubjugaſſe*, quod hiſtoricorum, qui de illo tamen, quæ fidem ſuperant, ſcribere ſolent, *nemo hercule, nemo* tradit. Se etiam *quadraginta & ſeptem monaſteria cum monachis, & ſanctimonialibus, conſtituiſſe* dicit rex; de quo tamen dubitandum eſt, cum [i] *Ethelredus* Abbas *Rievallenſis*, diligens rerum *Saxonicarum* ſcrutator, de illo ſic ſcribit: *denique per regnum Anglorum quadraginta conſtrui fecit monaſteria*: Et [k] *Joh. Brompton Ethelredo* poſterior *Eadgarum* ſuo tempore *pluſquam quadraginta monaſteria monachorum, & monialium* conſtruxiſſe, & reparaſſe ſcribit. Porro chartam *Harleyanum* poſt victoriam *Normannicam* ſcriptam fuiſſe, me judice, oſtendunt iſta, in quibus rex fingitur dicere ſe ſubjugaſſe *omnia regna inſularum oceani uſque Norregiam*, quam *Normannicorum* temporum phraſin, ne dicam quod *Normannicorum* temporum commentum eſſe interpolata illa in legibus S. *Eadwardi* II. [quas pſeudonymas infra eſſe probavi] tantum non evincunt; ſcilicet, [l] *inſulæ omnes uſque Norregiam, & uſque Daciam* pertinent ad coronam domini regis. Denique charta hæc, quæ videtur [m] 24ta. in chartarum Ec-

---

a PERIGRINANTIUM *Anglice* editorum part. 3. lib. 3. cap. 19. p. 619. *b* MARE CLAUSUM. cap. XII. p. 178. *c* MONACH. BRITANN. p. 58. 60. *d* EPIST. HIBERICARUM SYLL. p. 121. 163. *e* In præfat. ad commentariorum juris lib. 4. *f* Quod tabulâ expreſſum ad finem hujus diſſertationis ſpectare eſt. *g* Ut *Wynſigi* & *Wulfrici* Epiſcoporum. *h* *Turner* ab Italico *tornare*, legitur in vita S. *Margaretæ*, quæ *Normanno-Saxonice* deſcribitur Grammat. *Anglo-Saxonicæ* p. 224, *&c.* *i* X Script. col. 359. 55. *k* X Script. col. 868. 23. *l* Cap. 17. *m* Vide Catalogum librorum Septentrionalium qui eſt ad finem inſtitutionum Grammaticarum quas Edidi Oxoniæ in Quarto MDCLXXXIX.

cleſiæ

cleſiæ *Wigornienſis* catalogo, quem ante LX annos texuit *G. Dugdalius*, eo nomine in ſuſpicionem venit, quod *libertatum, & privilegiorum* inſtrumentum eſt, quo non tantum contra *expulſos conjugatos* clericos, & omne eorum perſequendi jus monachi *Wigornienſes* muniti erant; ſed etiam quo omnia, quæ tum monaſterium, tum ejus bona & regimen ſpectabant, *poſita eſſent in ſola manu, & poteſtate præpoſiti & monachorum*, quibus ab ipſo Epiſcopo, & contra ipſum, ad Regem & Archiepiſcopum appellandi jus per hoc diploma datum eſt. Quinetiam hac in charta *prior & Conventus Wigornienſis* conceſſas habuiſſe dicuntur eaſdem libertates, eademque jura omnia in tertia parte *Hundredi*, quod ab *Oſwaldo* Oſwaldeſlaw [a] nuncupatum rex dicit, quas rex in iſto hundredo ipſi *Oſwaldo*, & ſucceſſoribus Epiſcopis conceſſerat, i. e. *omnia, quæ rex ipſe habuit.* cujus tamen rei nulla plane mentio in *indiciis* libertatum, & deſcriptionibus terrarum, *Hundredi de Oſwaldeſlawe*, quæ leguntur in libro cenſuali *Angliæ*, qui vocatur **Domesdaybook**; aut in codice *Cott.* qui inſcribitur *Tiberius* A. 13. in quo quadruplex iſtius *hundredi* notitia habetur; ſcilicet fol. 33. b. 140. a. 142. a. & 144. b. Quibus omnibus in locis integra *Oſwaldi* centuria, quæ ex CCC *hidis terræ* conſtabat, nulla parte excepta, cum juribus univerſis ad eam ſpectantibus abſque omni prorſus monachorum mentione, ut Epiſcopi ſolius eſſe deſcribuntur. Quapropter, SHOWERE, charta hæc, quam tanti fecerunt tot docti, qui linguæ, & antiquitatis *Saxonicæ* aut nullam, aut modicam tantum ſcientiam aſſecuti ſunt, in commentis numeranda eſt, quæ, de Eadgaro monaſticæ inſtitutionis patrono, monachi ipſi ſcripſerunt. Id genus ſunt [b] fabellæ illæ de *latratu catulorum*, quem audivit rex in alvo matris incluſorum; de *vocibus* iſtis ex *colliſione duorum pomorum* ortis, quas etiam à latratu continuo audivit, **well is thee**; deniqua de *urceo majori*, quem minorem aquis, quibus repletus erat, à ſe uſque, & uſque recedentem implere non potuit, quamvis ad id efficiendum totis viribus eum in gurgite perſequeretur. Accedant fabulæ de S. [c] *Eltuco* regi Eadgaro apparente, & ablatam nolam repetente; de [d] *Corpore* ejus poſt multos annos incorrupto, è quo ſanguis emanabat. Denique accedat, ne plura memorem, [e] *ſermo* ejus ille fictus ad Archiepiſcopum, & Epiſcopos, in quo conjugatos clericos ejiciendos decernit, & introducendos monachos: de quo ſic [f] *H. Spelmannus*: *Interea non eſt prætereundum, vel ſcriptorem vel typographum valde hic erraſſe. Regem enim Eadgarum proavum ſuum atque abavum principes celeberrimos, quis neſciviſſe crediderit?* proavus, *inquit*, meus *Eadwardus*, ut ſcitis, omnem terram ſuam Eccleſiis decimavit. *Certe Eadwardus non proavus Eadgari fuit, ſed avus. Nec hic terram ſuam Eccleſiis decimavit, ſed avus ejus Æthelwulfus Eadgari abavus. --- & ubi ait*, ſanctæ memoriæ atavus meus Aluredus, *in hoc etiam errat. Nam Aluredus proavus ejus fuit, non Atavus.*

Hæc, SHOWERE, de charta *Eadgari* R. exemplari, quæ ampliſſimi ſui domini ſumptibus æri inſculpta, ad finem hujus diſſertationis exhibetur.

Præterea, SHOWERE, legum *Saxonicarum* deſideratur editio tertia, quæ prioribus longe emendatior, auctior, variiſque lectionibus ornata, & annotationibus illuſtrata, à nemine, niſi *Saxonicæ* linguæ & antiquitatis ſcientiſſimo, quem cæterarum linguarum Septentrionalium etiam peritum eſſe oportet, expectanda eſt. Legum *Saxonice* conditarum primam editionem *Gulielmo Lambardo*, Maximo forenſis togæ ornamento, debet orbis noſter literarius. De quo *M. Parkerus* Archiep. *Cant.* in prefatione ad lectorem, quam *Ælfredi* R. rebus geſtis à ſe in literis *Saxonicæ* formæ editis præmiſit, ſic ſcribit: "quibus de rebus, ſi quis forte deguſtare concupiverit, "*Gulielmi Lambardi* (viri ſane eruditi, & in hoſpitio *Lincolnienſi* inter legum conſultos dome- "ſtici juris peritiſſimi) præfationem perlegat, & expendat, quam libro de veteribus *Saxonum* "legibus præfixit, quas nuper *Latinis* literis eleganter expreſſit. Ibi etenim nonnulla de in- "ſtituti ſui ratione, atque conſilio prudenter præfatus, demum (ut eſt in iſtiuſmodi rebus per- "ſcrutandis ſagaci certe ingenio & peracri) quorundam verborum vim, ac naturas ſubtiliter per- "ſecutus eſt. Quo in libro ſi ſe ſtudioſius exercuerint ii, qui aut hujus linguæ notitiam, aut "vetuſtarum legum (quas reges antiqui ſanxerunt) ſcientiam habere deſiderant, ſapienter meo "judicio facient, & inde non mediocre ſibi ad eas quoque res percipiendas inſtrumentum, fa- "cultatemque comparabunt.

Leges *Saxonicæ* [ſive ΑΡΧΑΙΟΝΟΜΙΑ *Lambardi*] denuò editæ, Cantabrigiæ, caſtigatiores prodierunt, an. M.DC.XLIV. cura, & opera *Abrahami Wheloci*, qui librum *Lambardi* ipſius manu plurimis in locis emendatum pro exemplari uſus eſt, Verum de priſcis *Anglorum* legibus, *Lambardi* librum non adeo emendatum edidit *Whelocus*, quin mendæ multæ in eo reſtent, quibus in tertia editione purgandus eſt. Imo nonnullis in locis mendas habet, qui in *Lambardi* codice ſine mendis imprimuntur: ut in p. 55. linea 39. ubi pro Leopl legitur Leonte. Hæc obiter, SHOWERE, de legum *Saxonicarum* editionibus, quæ prodierunt, ut iter mihi aperirem ad ea dicenda, quæ in editione tertia tandem aliquando, quod ſperandum, proditura ab aliquo Editore

---

a In loco, quem ob ejus memoriam Oſpaldeſlap *deinceps appellari placuit*: cum tamen non ob Oſwaldi memoriam, ſed ab Oſwaldi *juriſdictione*, quæ *Saxonice* laga dicitur, appellatum eſt hundredum iſtud Oſwaldeſlawe. *b Willelm. Malmſburienſis* de geſtis RR. *Angl.* fol. 32. b. & x ſcript. 135, 136. *c* X. ſcript. 870, 7. *d* X. ſcript. 870, 5. 2313, 28. *e* X. ſcript. 360. *f* Concil. Vol. I. pag. 478.

præſtanda ſunt, qui eam talem publico dabit, qualem optat quidem literarius orbis, & ab eo expectaturus eſt.

Primo igitur codicis *Lambardi* textus *Saxonicus* cum [a] MSS. exemplaribus omnibus, quorum unius tantum fidem ſecutus eſt *Lambardus*, diligentiſſime ab editore noſtro ob quatuor cauſas conferendus eſt; quum ut correctiſſimum eum emittat; tum ut variarum lectionum additione eum muniat & ornet; tum etiam ut verum ejus ſenſum, & verborum vim felicius in nova Latina verſione aperiat; tum denique, ut illorum omnium additione, eum perfectum reddat, quæ in prioribus deſiderantur.

De correcta iſtius libri denuo recudenda editione, variiſque in ea lectionibus addendis, non opus eſt, ut quid amplius dicam. . Verum quoad novam *Latinam* verſionem, quam LL. *Saxonicæ* tertio imprimendæ requirunt, cenſura, qua veterem notat in præfatione ſua *Abrahamus Whelocus*, novæ illius, quam optamus, ſine noſtra animadverſione magnam doctorum omnium expectationem SHOWERE non poteſt non commovere. Illi vero, qui LL. *Saxonicarum* in *Latinam* linguam converſionem novam præclare moliri & perficere cupit, danda imprimis opera eſt, ut, iis iterum iterumque lectis, fori, juriſque *Saxonici* vocabula propria, ſolemneſque formulas recte intelligat, rectèque intellecta in idoneis verbis juris ſeu *Romani*, quod Civile; ſeu *Feudalis*, quod *barbarum* vocant, reddat. Id etiam illi quoad poteſt, in reddendis magiſtratuum, hominumque omnis ordinis nominibus obſervandum eſt; & de rebus eccleſiæ, perſoniſque eccleſiaſticis ſicubi agatur, ibi juris canonici, & receptæ eccleſiæ dictiones ab illo ſtudioſe utendæ ſunt. Ad umbilicum tandem perducta nova hæc verſio, textuſque LL. *Saxonicus* in parallelis columnis, altera è regione alterius per totum librum ob oculos opponenda ſunt. Quibus, ſubducta lineola, in inferiori parte paginæ, barbaræ iſtarum LL. verſiones, quotquot in *Johan. Bromptoni* Chronico imprimuntur, ſubjiciendæ ſunt, ut quæ ad earum ſenſum aſſequendum non raro conducunt.

Quæ autem additionum nomine ad amplificandam novam hanc editionem acceſſura ſunt, ea ex LL. *Saxonicarum* exemplaribus MSS. editor optime cognoſcet. Quibus uſus eſt exemplaribus *Lambardus* ex ejus præfatione dici haud facile poteſt. *Primum* enim ait, *Laurentium Noëlum priſcas Anglorum Leges Saxonum Lingua, & literis conſcriptas illi obtuliſſe, atque ut Latinas faceret flagitaſſe. Dein magna fide, & religione profitetur ex vetuſtiſſimis exemplaribus eas eſſe deſumptas, quorum pleraque in R. D. Matthæi Cant. Archiepiſcopi bibliotheca, alia aliorum in Librariis viſenda ſupereſſe.* Quibus vero, aut quot exemplaribus cunque uſus eſt, ab illo tamen aut caſu omiſſa, aut conſilio præterita nonnulla fuiſſe unus TEXTUS ROFFENSIS demonſtrat. Codicem iſtum, cum in edendis LL. *Saxonicarum* tabulis operam navaret, An. M.D.LX.VIII. eum non vidiſſe, ex illis, [b] quæ in primæ paginæ margine ſcripſit an. M.D.LXXIII, certum eſt. Id etiam conſtat ex *itinerario* ejus *Cantiæ*, cui epigraphe **A Perambulation of Kent**, ab eo non ante AN. M.D.L.XX. ſcripto, & dein primum edito An. M.D.LXXVI. In hoc enim libro nonnulla è *Textu Roffenſi* [c] citat, quæ illum conſulto præteriiſſe in APXAIONOMIA ſua non poſſum induci, ut credam. Id genus ſunt vetuſtiſſimæ omnium *Æthelberhti* R. qui S. *Auguſtini* in Chriſto è RR. numero primogenitus fuit, *tabulæ* LL. *Saxonicæ*, quas veras, & genuinas eſſe, aut verarum ſaltem compendium, nemo non, me judice, qui earum initium, quod *Latine* verſum publicavit [d] *Hen. Spelmannus*, cum iis contulerit, quæ ſcripſit *Beda* Hiſt. Eccl. lib. II. cap. 5. lata quaſi ſententia pronuntiare debet. Id genus etiam ſunt *Hlotharii* & *Eadrici* Regum Cantiæ leges, fol. 3. b. quas, cum iſtis *Æthelberhti* l. à celeberrimo ſui temporis viro *Joh. de Laet* Antwerpenſi *Latine* converſas, edendas hic cenſui, quum propter earum vetuſtatem, tum etiam quod nondum editæ ſunt, tum denique ut noſtros ad ſtudium *Anglo-Saxonicæ* linguæ provocarem, quam externus, iſque ob eruditionem inſigniſſimus, & in controverſia de origine gentium *Americanarum* H. Grotio ſuperior, miratus, perinde ac *Græcam* & *Latinam* dicere non gravatus eſt. Harum legum ipſum autographum *Laetianum* mecum communicavit operis noſtri fautor maximus *Ed. Gibſon.*

Nobiliſſimo Ampliſſimo atque Doctiſſimo Viro, D. Henrico Spelmanno, *equiti, I. de Laet S. P. D.*

NE diutius inſtitutum tuum, vir ampliſſime, morarer, omnibus aliis ſepoſitis, leges illas Æthelberhti & Hlotharii, *&c.* Regum ſum agreſſus explicare: minime mihi mirum videtur doctiſſimum virum D. Lambardum ab eis edendis & vertendis deterritum; ſunt enim in iis quædam haud dubio ſcriptorum ignorantia aut negligentia perverſa atque corrupta, de quibus ſine MSS. codicum ope ſtatuere difficile eſt: occurrunt & verba, quæ nondum alibi obſervavi, & quorum verſionem conjectura aſſequi non potui: paucis ergo in medio relictis novam illis verſionem adjeci; & præterea obſervationes aliquot, quæ rationem reddunt verſionis, & obſcuriora quædam explicant. voluiſſem ſane ipſum MS. codicem Roffenſem videre. Quæſo ut hanc operam noſtram boni conſulas, & utere illa prout placuerit; neque enim ea ſum confidentiâ, ut me vidiſſe putem

---

a De quibus Catalogum conſulat curioſus lector. *b* Hæc ſupra citavimus. *c* Editionis ſecundæ p. 500. *d* Concil. Vol. I. p. 127. *e* Verſionem iſtam *Johannis de Laet* nonnullis in locis, quos uncis notavimus, ſupplevimus, & emendavimus.

quæ

quæ tuos & aliorum oculos præterierunt. Mea autem opinione, hiſce legibus nondum ſatis expeditis, lux major afferri poſſet, ſi denuo ſumma cura è MS. Roffenſi deſcriberentur: & impreſſionem earum differres in poſteriorem locum. nam inter ruminandum, aliorum Regum leges haud dubio occurrent quæ ad harum priorum explicationem faciant, quæ nunc non veniunt in mentem: ſin melius judicas ſuo ordine haſce, id eſt primo loco ponere, non difficile erit in obſervationibus ad alias leges hiſce quoque mederi: Maximopere autem te hortor atque obſecro, ne editionem differas; bene enim de patriæ antiquitatibus mereberis. Quanquam autem de Lambardi diligentia nolim dubitare, tamen non puto præter rem fore adhuc diligentius inquirere in leges Offæ Merciorum Regis: aliaque fragmenta hiſce legibus addere, quæ Jus ſpectant illorum temporum, qualia memini quædam in ſcedis tuis vidiſſe è Bibliotheca Cantabrigienſi deſcripta. Cæterum T. A. cum filiis ſuis & amicis plurimum ſalvere jubeo; deumque precor ut te adhuc dudum incolumem & florentem ſervet.

Si bene memini, vidi aliquando mentionem fieri Eirenarchæ à D. Lambardo editæ; illam ſi haberi poteſt equidem videre vellem.

Lugd. Batav. CIↃIↃCXL. *Calend. Auguſt. Gregor.*

Ðiſ ſýnðon þa Domaſ ðe Æþelbiſhт cýnинg aſette on Aguſtinuſ ðæge:.

Hæc ſunt Judicia quæ Æthelbertus rex conſtituit Auguſtini diebus.

1. Ꞇoðeſ ƒeoh ⁊ ciſicean xii gylde. Biſcopeſ ƒeoh, xi gylde. Pꝛeoſt ƒeoh ix gylde. Diaconeſ ƒeoh vi gylde. Ꞇlepiceſ ƒeoh iii gylde. Ꞇiſic-ƒniþ ii gylde * ᛗ ..... ƒniþ ii gilde.

Dei peculium & Eccleſiæ duodecies emendetur. Epiſcopi peculium undecies emendetur. Sacerdotis peculium novies emendetur. Diaconi peculium ſexies emendetur. Clerici peculium ter emendetur. Eccleſiæ pax bis emendetur. Monaſterii pax duplici emendatione emendetur.

2. Ꞇiſ cýninг hiſ leode to him gehateþ. ⁊ heom mon þæꝛ ýƒel gedo. ii bote. ⁊ cýninг l ſcillinga.

Si Rex populum ad ſe mandaverit [vocaverit] & ipſis ibi quis malefecerit, duplex emendatio, & Regi l ſolidi.

3. Ꞇiſ cýninг æt manneſ ham ðꝛincaeþ ⁊ þæꝛ man lýſꝛæꝛ phaet gedo ꝛpi bote gebete.

Si Rex in alicujus domo convivetur & ibi aliquis [a] damni quid fecerit, duplici emendatione emendet.

4, Ꞇiſ ƒniгman cýninge ſtele ix gylde ƒoꝛþgylde.

Si liber homo Regi furto auferat, [b] novena emendatione compenſet.

5. Ꞇiſ in cýninгeſ tune man mannan oƒſleah l ſcill. gebete.

Si in Regis villa quis aliquem occiderit l ſolid. emendetur.

6. Ꞇiſ man ƒniгne mannan oƒſleaþ cýninг l ſcill to [c] ðꝛihtin beage.

Si quis liber aliquem occiderit, Rex l ſolid. pro dominio habeat vel recipiat.

7. Ꞇiſ cýninгeſ ambiht-ſmiþ oþþe [d] laaðꝛincmannan oƒſlehþ [e] .. ðuman leod-gelde ƒoꝛþgelde.

Si Regii præfecti fabrorum aut pincernæ famulos occiderit moderatam, [f] popularem mulctam ſolvat.

8. Ꞇýninгeſ mundbýꝛd l ſcill.

Regis patrocinium violatum, l ſolid.

9. Ꞇiſ ƒniгman ƒneum ſtelþ iii gebete ⁊ cýninг age þ pite ⁊ ealle þa æhtan.

Si liber libero quid furto ſubducat, triplo emendet, & Rex habeat multam & omnia illius bona.

10. Ꞇiſ man piþ cýninгeſ maegden-man gelicgeþ l ſcill gebete.

Si quis cum Regis virgine ancilla concubuerit, l ſolid. emendetur.

11. Ꞇiſ hio gꝛindende þeopa ꝛie xxv ſcill. gebete. ꝛio þꝛidde xii ſcill.

Si ea molens ſerva fuerit, xxv ſolid. emendetur. ſi tertiæ ſortis, xii ſolid.

12. Ꞇýninгaꝛ ƒedeꝛl xx ſcill. ƒoꝛþgilde.

Regis fidicina [obſonatrix] xx ſolid. compenſetur.

13. Ꞇiſ on Eoꝛleſ tune man mannan oƒſleaþ xii ſcill. gebete.

Si in patricii villa quis aliquem occiderit, xii ſolid. emendetur.

14. Ꞇiſ piþ Eoꝛleſ bipele man gelicgeþ xi ſcill. gebete.

Si cum patricii bajula [pocillatrice] quis concubmat, xii ſolid. emendetur.

15. Leoꝛleſ mundbýnd vi ſcillinгaꝛ.

Plebeii patrocinium violatum, vi ſolid.

16. Ꞇiſ piþ ceoꝛleſ bipelan man geliгeð vi ſcill. gebete þæꝛe oþeꝛe þeopan l ſcætta, æt þæꝛe þꝛiddan xxx ſcætta.

Si quis cum plebeii pocillatrice concumbat, vi ſolid. emendetur. altera ſerva l ſcættas, de tertia xxx ſcættas.

17. Ꞇiſ man in manneſ tun æꝛeſt geiꝛneð vi ſcill. gebete. ꝛe þe æƒteꝛ iꝛneþ iii ſcill. ꝛiþþan gehýlc ſcillinг.

Si quis in alicujus villam primus ingrediatur, vi ſolid. emendetur. qui ſecundus ingreditur iii ſolid. deinceps unuſquiſque ſolidum.

---

* Lege Munſteꝛeſ ł Mýnſteꝛeſ. *a Vel* illegitimi, *aut* quod redimi poſſit. *b* Leges *Burgund.* dicerent; *in Novigildo reddat.* Tit. viii. *c* Quia cum liber dominium non habeat, quod dominus capturus eſſet, rex accipit. *d* Quaſi lað-ꝛinc, convivii miniſter. *e* Meðuman, ut 21. *f* Id eſt, non talem quaſi in Regem ipſum peccaſſet.

18. Gif man mannum pæpnum bebýȝeþ þæȝ [a]ceaȝ peoȝð ⁊ man nænigȝ ýȝel ne ȝeðeð vi ȝcill. ȝebete.

19. Gif peȝ-ȝeaf ȝý ȝeðon vi ȝcill. ȝebete.

20. Gif man þon man offleþ xx ȝcill. ȝebete.

21. Gif man mannan offleð meðume leoð-ȝeld c ȝcill. ȝebete.

22. Gif man mannan offleþ æt openum ȝnæfe xx ȝcill. foȝȝelde ⁊ in xl nihta ealne leode foȝȝelde.

23. Gif bana of lande ȝepiteþ ða maȝaȝ halfne leod foȝȝelden.

24. Gif man fniȝne man ȝebinðeð xx ȝcill. ȝebete.

25. Gif man ceorlef hlæf ætan offlæþ vi ȝcill. ȝebete.

26. Gif [b] læt offlæþ þone releftan lxxx ȝcill. foȝȝelde.

27. Gif þane oþerne offlæþ lx ȝcill. foȝȝelde. þane þniddan xl ȝcill. foȝȝelde.

28. Gif fniman eðoȝ-bnecþe ȝeðeþ vi ȝcill. ȝebete.

29. Gif man inne-feoh ȝenimmeþ fe man iii ȝelde ȝebete.

30. Gif fniman eðoȝ ȝeȝanȝeð iv ȝcill. ȝebete.

31. Gif man mannan offleaþ aȝene ȝcætte ⁊ unfacne feo ȝephilc ȝelde.

32. Gif fniman piþ fnief manneȝ pif ȝeliȝeð hif pefe ȝelde abuȝe ⁊ oþeȝ pif hif aȝenum ȝcætte beȝete ⁊ þæm oþȝum [c]æt þam ȝebnenȝe.

33. Gif man [[d] niht] [e] ham ȝcýld þuþh ȝtinȝþ mid peoȝþe foȝȝelde.

34. Gif feax fanȝ ȝepeoȝþ l ȝcætte to bote.

35. Gif baneȝ blice peoȝðeþ iii ȝcill. ȝebete.

36. Gif baneȝ bite peoȝþ iiii ȝcill. ȝebete.

37. Gif ȝio uteȝȝe hion ȝebnocen peoȝðeþ x ȝcill. ȝebete.

38. Gif butu ȝien xx ȝcill. ȝebete.

39. Gif eaxle ȝelameð peoȝþeþ xx ȝcill. ȝebet.

40. Gif oðeȝ eaȝe napiht ȝeheȝeð xxv ȝcill. ȝebete.

41. Gif eaȝe of peoȝþ aflaȝen xii. ȝcill. ȝeb.

42. Gif eaȝe þýȝel peoȝðeþ iii ȝcill. ȝebete.

43. Gif eaȝe ȝceaȝð peoȝðeð vi ȝcill. ȝebete.

44. Gif eaȝe of [f] þe oȝþ l ȝcill. ȝebete.

45. Gif muð oð eaȝe poh peoȝðeð xii ȝcill. ȝebete.

46. Gif naȝu þiȝel peoȝþ ix ȝcill. ȝebete.

47. Gif hit ȝio on hleoȝe iii ȝcill. ȝebete.

48. Gif butu þiȝelle ȝien vi. ȝcill. ȝebete.

49. Gif naȝu [g] ælcoȝ ȝceaȝð peoȝð ȝehpilc vi ȝcill. ȝebete.

Si quis alicui arma accommodet, ubi rixa eſt, & nihil mali patretur, vi ſolidis emendet.

Si in via publica rixa excitetur, vi ſolid. emend.

Si quis aliquem occidat, xx ſolid. emendet.

Si quis aliquem occidat, [ordinaria mulcta] c ſolidis emendet.

Si quis aliquem occiderit, [apud apertum ſepulchrum] xx ſolid. compenſet. Et intra xl noctes omnis compenſatio ſolvatur.

Si homicida patria exierit, cognati ejus mediam compenſationem ſolvant.

Si quis ingenuum mercetur [vinxerit,] xx ſolid. emendet.

Si quis plebæi [convictorem] occidat, vi ſolidis emendet.

Si ..... occiderit optimum, lxxx ſolidis compenſet.

Si proximum occiderit, lx ſolid. compenſetur. tertium autem, xl ſolid. compenſet.

Si liber oſtii aut ſepis aperturam fecerit, vi ſolidis emendet.

Si quis intus rem abſtulerit, is triplici compenſatione emendetur.

Si liber [ſeptum ſuperaverit,] iv ſolidis emendet.

Si quis aliquem occiderit, proprio cenſu & proba pecunia quiſque compenſet.

Si liber homo cum liberi hominis uxore cubuerit, ejus capital redimat, & aliam fœminam ſuo proprio cenſu comparet, & illi alteri adducat, *vel* alterum ad ipſam inducat.

Si quis ..... tranſpunxerit, ſuo pretio compenſet.

Si comæ prehenſio aut vulſio fiat, l ſcattæ ad emendationem.

Si [os appareat,] iii ſolidis emendetur.

Si lædatur, iv ſolidis emendetur.

Si id penitus ei rumpatur, x ſolidis emendetur.

Si utrumque ſit, xx ſolidis emendetur.

Si auris mancata fuerit, xx ſolidis emendetur.

Si altera auris nihil audit, xxv ſolidis emendetur.

Si auris abſcindatur, xii ſolidis emendetur.

Si auris perforetur, iii ſolidis emendetur.

Si auris mutiletur aut attondeatur, [ſecetur,] vi ſolidis emendetur.

Si oculus erutus ſit, l ſolidis emendetur.

Si os aut oculus damno afficiatur, xii ſolidis emendetur.

Si natus perforetur, ix ſolidis emendetur.

Si ſit tantum una membrana, iii ſolid. emend.

Si ambæ perforatæ ſint, vi ſolid. emendetur.

Si nares ſingulæ attondeantur, unaquæque vi ſolidis emendetur.

---

a Lege ceaft. *b* Forſan *Homicida,* nam Lat *Cimbricè* eſt *exitium, interitus*, à verbo at lata, *perdere.* inde at lata liſiþ, *perdere vitam.* *c* Corruptè forſan pro æt ham. *d* Riht. ita Textus *Roffenſis*, ſed in evaneſcentibus literis, & ut videtur, à librario, errorem ſuum corrigente, tantum non obliteratis. locus autem ſic forſan reſtituendus eſt: ȝif man hanðȝcýlð þuȝȝtinȝð, *ſi quis ſcutum tranſpunxerit.* *e* Ham ȝcýlð autem retineri poteſt, quod ſignificat *ſcutum coriaceum*; hama enim vel ham, *Cimbrice* hamur, *corium, cutem, exuvias*, & ſecundario *tegmen* denotat. *f* Lege peoȝþ. *g* Lege, ælce ofȝceaȝeð:.

50. Gif þipel peorþ VI. rcill. gebete.

51. Se þe cin-ban for-rlæþ mid XX rcill. forgelde.

52. Æt þam feoper toþum fýnertum æt gehpilcum VI rcill. fe toþ fe þanne birtandeþ IV rcill. fe þe þonne bi þam rtandeþ III rcill. ⁊ þonne riþþan gehpilc rcill. gif rpneac apind peorþ XII rcill. gif pido-ban gebroced peordeþ VI rcill. gebete.

53. Se þe eapm þurh rtingþ VI rcill. gebete. Gif eapm forbrocen peorþ VI rcill. gebete.

54. Gif þuman of arlæþ XX rcill. Gif þuman nægl of peordeþ III rcill. gebete. gif man rcyte-fingep of arlæþ VIII rcill. gebete. gif man middle-fingep of arlæþ IV rcill. gebete. gif man gold-fingep of arlæþ VI rcill. gebete. gif man þon litlan-fingep of arlæþ XI rcill. gebete.

55. Æt þam negtum gehpylcum rcill.

56. Æt þam [b] læpertan plite-pamme III rcill. ⁊ æt þam mapan VI rcill.

57. Gif man obepne mid rýrt in naro rlæþ III rcill.

58. Gif dýnt fie rcill. gif he heahre handadýntef onfehþ rcill. forgelde.

59. Gif dýnt rpeapt fie buton pædum XXX rcætte gebete, gif hit fie binnan gehpilc XX rcætta gebete.

60. Gif hpif pund peordeþ XII rcill. gebete. gif he þurh þipell peordeþ XX rcill. gebete.

61. Gif man gegemed peordeþ XXX rcill. gebete.

62. Gif man ceaf pund fie III rcill. gebete.

63. * Gif man gekyndelice lim apirdeþ þrým leud gelðum hine man forgelde. gif he þurh rtinþ VI. rcill. gebete. gif man in berting VI rcill. gebete.

64. Gif þeoh gebrocen peordeþ XII rcill. gebete. gif he healt peorþ þæf motan fpeond feman.

65. Gif nib forbrocen peorþ III rcill. gebete.

66. * Gif man þeoh þurh-rtringþ rtice gehpilc VI rcill. gif ofer ýnce rcilling. æt tpam ýncum tpegen. ofer þrý III rcill.

67. Gif pælt pund peordeþ III. rcill. gebete.

68. Gif fot of peordeþ L rcill. forgelde.

69. Gif reo micle ta of peordeþ X rcill. forgelde.

70. Æt þam obrum taum gehpilcum healf gelde. alrpa æt þam fingrum if cpiden.

71. Gif þape mýcclan taan nægl of peordeþ XXX rcætta to bote, at þam obrum gehpilcum X rcættaf gebete.

72. Gif fri pif loc bope † lefpæf þpæt gedeþ XXX rcill. gebete.

73. Mægþ bote rý rpa figef manner.

74. Mund þape betrtan piduan eorlecunde L rcill. gebete. þape obre XX rcill. þape þridban XII rcill. þape feorþan VI rcill.

Si perforentur, VI ſolidis emendetur.

Qui menti os abſciderit, XX ſolidis compenſet.

Pro quatuor dentibus prioribus, pro ſingulis VI ſolidis; [a] dente qui tunc proximus eſt, IV ſolidis; pro eo qui tunc juxta ſtat, III ſolidis; & deinceps ſingulis ſolid. ſi elocutio deterior fiat, XII ſolidis; ſi maxilla fracta fuerit, VI ſolidis emendetur.

Qui brachium pertundit, VI ſolidis emendet. ſi brachium fractum fuerit, VI ſolid. emendetur.

Si pollex abſcindatur, XX ſolidis; ſi pollicis unguis abſcindatur, III ſolidis emendetur. ſi quis ſagittarium digitum abſcidit, VIII ſolidis emendetur. ſi cui medius digitus præſcindatur, IV ſolidis emendetur. ſi cui annularis digitus præciſus, VI ſolid. emendetur. ſi cui minimus digitus præcidatur, XI ſolidis emendetur.

Pro unguibus ſingulis ſolid.

Pro minima formæ deformatione III ſolid. & pro majore VI ſolid.

Si quis alteri pugno naſum verberet, III ſolidis.

Si plaga [vibex] ſit, ſolid. ſi elata manu plagam exceperit, ſolid. compenſetur.

Si plaga [vibex] nigra ſit extra veſtes, XXX ſcættis emendetur. ſin ſit intra veſtes ſimilibus XXX ſcættis emendetur.

Si diaphragma vulneretur, XII ſolid. emendet. ſin autem perforatum fuerit, XX. ſol. componatur.

Si quis ..... fuerit, XXX ſolidis emendetur.

Si quis .... vulneratus ſit, III ſolid. emendetur.

Si cui genitale membrum corrumpatur, [lædatur,] triplici æſtimatione populari illi compenſetur. ſi pertuſum ſit, VI ſolid. emendetur. ſin quis circumciderit, [inciderit,] VI ſolid. emendetur.

Si femur ruptum fuerit, XII ſolidis emendetur. ſi claudus fiat, debent amici arbitrari.

Si coſta rumpatur, III ſolidis emendetur.

Si cujus femur omnino pertundatur, pro unoquoque vulneris orificio, VI ſolid. ſi ſupra pollicem penetret, ſold. pro duobus pollicibus duos. ſupra tres, III ſolid.

Si [vertebra] vulneretur, III ſolid. emendetur.

Si pes amputetur, L ſolid. compenſator.

Si major digitus pedis amputetur, X ſolidis compenſator.

Pro cæteris digitis pedis ſingulis dimidium pretii, ſicuti de digitis manus dictum fuit.

Si majoris digiti pedis unguis amputetur, XXX ſcætt. ad emendationem. pro ſingulis aliis, X ſcætt. emendetur.

Si liberæ fœminæ capillatæ inhoneſti quid fecerit, XXX ſolidis emendet.

Virginis aut virginitatis compenſatio ſit ut liberi hominis.

Patrocinium violatum potioris viduæ patritiæ ſortis, L ſolid. emendetur. ſecundariæ, XX ſolid. tertiæ ſortis, XII ſolid. quartæ ſortis VI ſolid.

---

a Pro dente vero qui proximus eſt. pro eo vero qui juxta ſtat. *b* Lege læftan. * Vid. leg. Aluredi 40. * Vid. leg. Aluredi XL. † Vid. legem III.

75. Gif man piduan unagne genimeð 11 geld reo mund ful.

76. Gif man mægþ gebigeþ ceæpi geceapod fy. gif hit unfacne if. gif þonne facne if ef þæp æt ham gebpengе ⁊ him man hif fcæt agefe.

77. Gif heo cuic beapn gebýpeþ. healfne fcæt age. gif ceople æp fpiltеþ.

78. Gif mid beapnum bugan pille. hælfne fcæt age.

79. Gif ceopl agan pile. fpa an beapn.

80. Gif hio beapn ne gebýpeþ. * fæbeping fioh agan ⁊ mopgan-gýfe.

81. Gif man mægþ man nede genimeþ. þam agende l fcill. ⁊ æft æt þam agende finne pillan æt gebicge.

82. Gif hio oþþum men in fceat [a] bepýdod fy xx fcill. gebete.

83. Gif gængan gepopdeþ. xxxv fcill. ⁊ cyning xv fcill.

84. Gif man mid efnef cpýnan gelicgeþ. becpicum ceople. 11 gebete.

85 Gif efne oþepne offlea unfýnnigne ealne peopþ fopgelde.

86. Gif efnef eage ⁊ foot of peopdeþ aflagen. ealne peopþ hine fopgelde.

87. Gif man mannef efne gebindeþ vi fcill. gebete.

88. [b] Deopæf peg-peaf fe iii fcill.

89. Gif þeop fteleþ 11 gelde gebete.

Si vir viduam non ſui juris capiat, is compenſet patrocinium violatum.

Si vir virginem mercatus ſit, pretio emta ſit, ſi ſine dolo factum ſit. Sin autem dolus ſubeſt, poſtea domum reducitor & illi ſuum peculiū reddatur.

Si ipſa vivum fœtum pepererit, medietatem bonorum habeat, ſi vir ante moriatur.

Si cum liberis recedere velit, dimidiam partem facultatum habeat.

Sin maritus habere velit [liberos,] ſicuti unus liberorum.

Si ipſa prolem non pepererit, alimenta habeant & dotem nuptiarum cauſa datam.

Si quis virginem per vim ceperit, poſſeſſori l ſolid. & poſt tamen ſecundum poſſeſſoris voluntatem, redimat eam.

Si illa alteri viro ..... deſponſata ſit, xx ſolid. emendet.

Si ..... fiat, xxxv ſolid. & Regi xv ſolid.

Si quis cum ſervi [uxore] concubuerit, vivente marito, duplo emendet.

Si ſeruus alterum occiderit innocentem, omnibus facultatibus compenſato.

Si ſervi oculus eruatur, aut pes amputetur, omni valore compenſator.

Si quis alicujus ſervum vinciat, vi ſolidis emendet.

Servi in via rapina ſit, iii ſolid.

Si ſervus furetur, duplo emendent.

Thif fýndon þa domaf þe Hlofhæpe ⁊ Eadpic Cantpapo-cýningaf afetton.

Hæc ſunt judiciorum decreta, quæ Hlotharius & Eadricus, Cantuariorum Reges, ſtatuerunt.

Hlofhæpe ⁊ Eadpic Cantpapa cýningaf afetton þa æ þa þe heopa aldopaf æp gepophton þýfrum domum þe hýp eftep fegeþ.

Hlotharius & Edricus Cantuariorum Reges ſtatuerunt leges has, quas ipſorum ſeniores ante ſtatuerant, eorū judiciorū quæ poſt hæc edicūtur.

1. Gif mannef efne eoplcundne mannan offlæþ. þane þe fio þpeom hundum fcill. gylde. fe agend þone banan agefe. ⁊ do þæp þpio man pýnþ to.

Si cujuſquam ſervus patritiæ ſortis virum occidat, tunc ſit ccc ſolid. compenſatio, & dominus homicidam tradat, & præſtet trium hominum valorem.

2. Gif fe bana oþbýpfte feonþe manpýnþ he to gedo. ⁊ hine [c] gecenne mid godum æpdum ꝑ he þane banan begeten ne mihte.

Si Homicida evaſerit, quartum viri valorem adjiciat, & ipſi manifeſtet probis juramentis quod homicidam tenere non potuerit.

3. Gif mannef efne fpigne mannan offlæþ þane þe fie hund fcill. gelde. fe agend þone banan agefe. ⁊ oþep manpýnþ þæpto.

Si alicujus ſervus liberum hominem occidat, tunc ſit c ſolid. compenſatio. *D*ominus homicidam tradat, & viri pretium adjiciat.

4. Gif bana oþbýpfte. tpam manpýnþum hine man fopgelde. ⁊ hine gecænne mid godum æpdum ꝑ he þan banan begeten ne mihte.

Si homicida evadat, duplex viri pretium perſolvatur, & ei manifeſtet probis juramentis, quod homicidam tenere non potuerit.

5. Gif fpigman mannan fopfcele. gif he efc cuma [d] æp melda fecge an andpeapdne. gecænne hine gif he mægе. hæbbe þapе [e] fpeopa pim æpda manna. ⁊ ænne mid maþe. æghpilc man æt þam tune þe he to hýpe. gif he ꝑ ne mæg gelde fpa he [f] gono hage.

Si ingenuus hominem furetur, ſi poſtea venerit antequam accuſator poſcat reſponſum, purget ſeſe ſi poſſit: habeat ibi quatuor conſacramentales, & unum conjuratorem: quenque in villa ad quam pertinet. ſi hoc non poſſit, luat ſicut [in ejus poteſtate eſt.]

6. Gif ceopl acpýle be libbendum pife and beapne. pihte if ꝑ hit ꝑ beapn modden folgige.

Si vir moriatur viventibus uxore & prole: jus eſt ut proles matrem ſequatur: & uni ſuo-

---

* Leg. foedeping. *a* Id eſt, bepeddod. *b* Leg. þeopef. *c* Vel *purget ſe*. *d* Step in textu *Roffenſ.* hinc forſan fteppmelda, quaſi fty̆pmelda, *qui in lite orta criminis accuſatum perſequitur*. *e* Leg. feopa. *f* Leg. geonhage, *in ejus poteſtate eſt*.

ȝ him man an hiꝛ ꝼædepinȝ maȝum pilꝼumne, bepiȝean [a] ȝepelle hiꝛ ꝼeoh to healdenne oþ þ he x pintpa ꝛie.

7. Gif man oþþum man ꝼeoh ꝼopptele. ȝ ꝛe aȝend hit eꝼt ætꝼo. ȝeteme to cyngeꝛ ꝛele ȝif he mæȝe. ȝ þane æt ȝebpinȝe þe him ꝛealde. ȝif he þæt ne mæȝe lætе an and ꝼo ꝛe aȝend to.

8. Gif man oþepne ꝛace tihte. ȝ he þane mannan mote [c] anmedle oþþe anþinȝe, ꝛymble ꝛe man þam oþþum bypiȝean ȝepelle. ȝ þan piht apyꝛce þe to hiom cantwapa deman ȝepcpiꝼen.

9. Gif he þanne bypiȝan ꝼoppæpne xii. ꝛcill. aȝylde þam cyninȝe. ȝ ꝛio ꝛe ꝛace ꝛpa open ꝛpa hio æꝛ paꝛ.

10. Gif man oþepne tihte ꝛiþþan he him bypiȝan ȝepealdne hæbbe. ȝ þonne ymb ȝ niht ȝepæcen him ræmend. buton þam uꝼoꝛ leoꝼꝛe ꝛio þe þa tihtlan aȝe. ꝛiþþan þan ꝛio ꝛace ȝeremed ꝛio. an ꝛeoꝼan nihtum ꝛe man þam oþþum piht ȝedo. [d] ȝecpince an ꝼeo oþþe an aþe. ꝛpa hpæden ꝛpa him leoꝼꝛe ꝛio. Gif he þonne þ nylle. ȝelde þonne c. buton aþe. ꝛiþþan ane neaht oꝼeꝛ þ ȝeꝛem bie.

11. Gif man mannan an oþneꝛ [e] ꝼlette manꝛpaꝛa haꝼeþ oþ hine mid birmæꝛ popdum ꝛcandlice ȝnætte. ꝛcill. aȝelde þam þe þ ꝼlette aȝe. ȝ vi ꝛcill. þam þe he þ popd to ȝecpæd. ȝ cyninȝ xii ꝛcill. ꝼopȝelde.

12. Gif mon oþþum ꝛteop aꝛette. þæꝛ men dpincen buton ꝛcylde an ealdniht. ꝛcill. aȝelde þam þe þ ꝼlet aȝe. ȝ vi ꝛcill. þam þe man þon ꝛteap aꝛette. ȝ cyninȝ xii ꝛcill.

13. Gif man pæpen abneȝde þæꝛ man dpincen. ȝ þæꝛ man nan yꝼel nedeþ. ꝛcill. þan þe þ ꝼlet aȝe. ȝ cyninȝ xii ꝛcill.

14. Gif þ ꝼlet ȝebldȝed pynþe. ꝼopȝilde þem man hiꝛ mundbynd. ȝ cyninȝ l ꝛcill.

15. Gif man cuman ꝼeopmeþ iii niht an hiꝛ aȝenum hame. cepeman oþþe oþepne þe ꝛio oꝼeꝛ meance cuman. ȝ hine þon hiꝛ mete ꝼede. ȝ he þon ænigum man yꝼelȝode. ꝛe man þan oþepne æt niht ȝebpinȝe. oþ niht ꝼope-pynce.

16. Gif Cantpapa æniȝ in Lunden pic ꝼeoh ȝebicȝe. hæbbe him þon tpeȝen oþ þneo unꝼacne ceopleꝛ to ȝepitneꝛꝛe. oþ cyninȝeꝛ pic ȝeneꝼan. ȝif hit man eꝼt æt þam man in cænt at ꝼo. þon tæme hi to pic to cyngeꝛ ꝛele to þam man þe him ꝛealde. ȝif he þane pite ȝ æt þam teame ȝebnenȝen mæȝe. ȝif he þ ne mæȝe ȝecyþe þanne in pioꝼode mid þiꝛ ȝepitena ænum, oþe mid cyninȝeꝛ pic ȝeneꝼad. þ he þ ꝼeo undeoꝛnunȝa hiꝛ cuþan ceape in pic ȝebohte. ȝ him man þan hiꝛ peoꝛþ aȝeꝼe. Gif he þanne þ ne mæȝe ȝecyþan mid niht ꝛe canne. læte þonne an. ȝ ꝛe aȝend to ꝼo.

rum paternorum cognatorum voluntario [b] fide jubeatur ejus bona ſervatum iri, donec decennis fuerit.

Si quis alterius viri bona furetur, & proprietarius id poſtea arripiat, vadiet ad Regis tribunal ſi poteſt, & ibidem adducat illum qui ipſi tradidit. ſi hic non poſſit [protinus cedat, & proprietarius vel dominus accipiat.]

Si quis alterum criminis poſtulet, & tunc ipſum ad conventum vocet aut citet: continuo is alteri fidejuſſores det, & tunc rectum faciat quod ipſi Cantuarii judices imponent,

Si autem fidejuſſores dare negligat, xii ſolid. luat Regi; & ſit lis integra, uti ante fuit.

Si quis alterum violenter perſequatur poſtquã illi fidejuſſores dedit, & hunc intra iii noctes requirat ſibi arbitrum: ſine quo ſuperior potius erit ille, qui accuſatur. poſtquam ergo lis compromiſſa eſt, poſt ſeptem noctes ipſe alteri rectum faciat. Placet illum in pecunia aut juramento, utrum ipſi magis placuerit, ſin autem id nolit, ſolvat tunc c ſine juramento, poſtquam una non ſupra condictum fuerit.

Si quis aliquem in alterius area per virum vocet, aut ipſum ignominioſis verbis inhoneſte compellet, ſolid. ſolvat ei qui aream poſſidet: & vi ſolid. ei in quem hoc verbum dixit, & Regi xii ſolid. perſolvat.

Si quis alterum ſupplantet ubi homines potant, ſine culpa antiqui juris, ſolid. perſolvat ei cujus area eſt, & vi ſolid. ei qui ſupplantatus eſt, & Regi xii ſolid.

Si arma deſtringat, ubi homines potant, & ibi nihil malefaciat, ſolid. ei cujus area eſt, & Regi xii ſolid.

Si area cruentetur, perſolvat viro illi ſuam pacem violatam, & Regi l ſolid.

Si quis advenam hoſpitio accipiat iii noctibus propria ſua domo, mercatorem aut alium, qui extra limites advenerit, & eum ibi ſuo cibo alat, & is tum alicui malefecerit, is alterum judicio ſiſtat, aut rectum pro ipſo faciat.

Si Cantiorum quis in Londinenſi urbe quid rerum emat. habeat ſibi tunc duos aut tres probos plebeios teſtes, aut Regis urbis præfectum. ſi id poſtea apud ipſum in cantio capiatur, tunc provocet in urbe ad Regis ſalam eum qui ipſi id tradidit. modo eum noverit & ad provocationem adducere poſſet. ſi autem hoc non poſſet, profiteatur tunc coram altari cum ſuorum teſtium uno, aut cum Regis urbano præfecto, quod rem illam *f ſine noxa ſuo ſenſu* pretio in urbe emerit, & ei tunc pretium reddatur. Sin autem id non poteſt profiteri bona conſcientia, cedat tunc eam, & verus proprietarius accipiat.

Ad has leges accedere ordine debent illæ *Withredi* R. quas è Textu *Roffenſi*. *Latio* donatas edidit *H. ſpelmannus*, concil. Vol. I. p. 194. Accedere etiam poſſunt, quæ *Withredi* Leges ſequuntur in iſtius codicis fol. 7. ab his verbis * Seoꝼonꝼealde ȝyꝼa: ad iſta, þam ȝeꝼæꝛꝛcipe:

---

a Lege ȝeꝛelle. *b Aut* fidejuſſores det. *c Latino-barbare* admallet. *d* Gecpime in textu *Roffenſi*. *e Conclave, cœnaculum, cubiculum, interior pars domus*. *f Palam, illo conſcio*. * Vide *Hen. Spelmannum*, Concil. Vol. I. pag. 406, 407.

Desiderantur etiam in impressis *Inæ* R. legibus, *Codicis Roffensis* cap. CXXI. quod fol. 31. b. sic incipit: pe cpæðon be þam blaſepum, *&c.* Et sic explicit, fol. 32. b. ⁊ ꝼeopeꝑtiȝ ꝼulboꝑenꝑa þeȝena:. In impressis quoque *Æthelstani* R. Legibus desiderantur haud pauca, quæ supplenda sunt ex hujus codicis fol. 38. ab iis quæ sequuntur verbum ȝeaꝑnian, ad finem fol. 39. b. In impressis *Æthelredi* R. Legibus desunt illæ, quas WANETINGI tulit; habentur autem *Saxonicè* hujus cod. fol. 48, *&c.* & *Latino-barbare* in *Chronico Joh. Brompton, X Script.* col. 695. Neque prætereunda est, me judice, à LL. *Saxonicarum*, quisquis hic erit, editore, vetus illa *Latina* versio LL. *Canuti* R. quæ habentur in hujus cod. fol. 58. & deinceps. Neque quæ leguntur à fol. 63. ad rubricam in fol. 80. Quamvis iis similia in *Canuti* R. Legibus politicis quæ editæ sunt, leguntur.

Ad locupletandam etiam Legum *Saxonicarum* novam editionem accedere maxime debent JUDICIA CIVITATIS LUNDONIÆ, quæ *Saxonice* leguntur in ejusdem cod. fol. 88. & *Latino-barbare* in chron. *Joh. Brompton* X Script. col. 852. Accedant etiam quæ *Saxonice* † scripta sunt de antiqua quadam lege, & consuetudine *Anglorum*, fol. 93. a. Cum antiqua eorum *Latina* translatione, fol. 79. b. quæ conferenda est cum alia versione *Latino-barbara*, quam è regio codice descriptam edidit *H. Spelmannus*, concil. Vol. I. p. 406. Denique neque prætermittendæ sunt institutiones illæ, seu Leges *Willelmi I.* R. quæ habentur in hujus cod. fol. 87. sub rubrica, *Willelmus* cyninȝeꝛ aꝛetnyꝛꝛe; quas *Latinas* factas publicavit *Abrahamus Wheloc.* in sua ARCHÆONOMIÆ editione, p. 172. Maxime etiam ad amplificandam ornandamque legum *Saxonicarum* editionem accedere debent * Leges, quas *Gulielmus* I. *Gallo-Normannice* latas promulgavit, propterea, SHOWERE, quod è Regum *Anglo-Saxonicorum* legibus maxima ex parte collectæ, ac desumptæ sunt. Maxima, inquam, ex parte; quòd quædam novæ esse videntur, ut XIX. *de muliere vi compressa.* XXXVII. *de adultera à patre deprehensa.* XL. *de relevio eorum, qui fundum ad censum tenent.* Quædam etiam sunt, quarum nulla plane vestigia, in Legibus *Saxonicis*, quæ ad nos superstites venerunt, discerni possunt; ut XXXVIII. *de jactu mercium è navi ob justum mortis metum.* Quæ tamen Lex, ut & id genus aliæ, novæ non nisi temere dicendæ sunt, quod Legum *Saxonicarum*, quas, jubente *Willelmo*, *sapientes Angliæ* recognoverunt, haud exigua forsan pars partim *Anglo-Normannorum* incuria, quibus *Saxonica* contemptui fuerunt; partimque Bibliothecarum interitu perdita, & consumpta est. *Hen. Spelmannum* rogavit *Joh. de Laet*, ut in Leges *Offæ* R. *Merciorum* diligentius inquirere vellet; quem rogare etiam frustra posset, ut in Bibliothecis quæreret codicem *S. Edwardi* R. & Confessoris, in quo tanquam in pandectis omne jus *Anglorum* antiquum collectum esse traditur. E legibus autem *Angliæ*, quas *Willelmus* expugnatis *Anglis* concessit, quasdam immutatas, quasdam vero magis minusve mutatas, & emendatas pro arbitrio suo dedit. Prioris generis sunt XLVI. & XLVII. *de hospitibus, & famulis*; quæ ex cap. 25 LL. Politicarum *Canuti* R. sumptæ sunt; ut & XLII. *de namio capiendo*, quæ invariata legitur in cap. 3. LL. Pol. *Canuti* R. quod in superioribus observavimus.

Posterioris generis sunt, I. *de pace Ecclesiæ*, quæ cum LL. *Inæ* R. cap. 5. LL. *Aluredi* R. cap. 2. LL. Pol. *Canuti* R. conferenda est. III. *de pacis publicæ violatoribus*, in aliquibus convenit cum cap. 12, 13, 14. LL. pol. *Canuti* R. XII. *de vulneribus*, & *plagis*; & XIII. *de membrorum præcisorum æstimatione*, in multis cum cap. 40. LL. *Aluredi, de vulneribus*, consentiunt. XV. *de corrupto judice*, tantum quoad pœnam statutam differt à tertio cap. LL. *Eadgari, De judicio iniquo.* In XVIII, & XX. *de denario S. Petri*, cum emendationibus denuo quasi promulgatur. LL. *Eadgari* R. cap. 4. be þon heoꝛþ-peninȝe:. XXII. XXIII. XXIV. & XXIX. *de Comitis, Baronis, Valvasoris & villani relevio*, eadem pene statuunt, ac cap. 69 LL. politicarum *Canuti* R. *de hereotis.* In XLI. *de judiciis*, eadem fere sanciuntur, ac in 2, & 5, capp. LL. *Eadweardi* R. quorum *illud* inscribitur, Be þone þe oþþum niht̃eꝛ þýnnð:. *hoc*, Be ȝeþeꝛan þe mið niht̃e ne amaniȝe:. XLIII. *de re non emenda sine testibus*, plane compendium est cap. 22 LL. Pol. *Canuti* R. *de rebus sine testimonio non emendis.* XLIV. pariter idem statuit, ac in iisdem verbis, ac istius capitis quæ finem versus sic incipiunt: ⁊ uꝛ ne þýnȝeð nan niht̃:. XLVIII *de latronibus*, in compendium redegit, quæ in cap. 28. LL. Pol. *Canuti* R. pluribus verbis statuuntur.

Qui Legum *Saxonicarum Codd.* vel festinanter percurrere velit, illi hæc observare obviam erit. Qui vero legibus *Angliæ* vetustis denuo publicandis operam feliciter navare cupit, ab eo Leges *Normannicæ Willelmi* C. cum *Saxonicis* summa cum diligentia conferendæ sunt; quod illarum depravati librariorum incuria, insciticque, & obscuri facti loci, quos se non assecutum esse potuisse confessus est vir maximus *Joh. Seldenus*, non nisi harum accedente luce intelligendi, & *Latino* sermone transferendi sunt.

Præterea ob dictam rationem Legibus *Saxonicis* adjiciendas puto *Pseudonymas* istas *Latine* scriptas

---

† Eduntur hæc *Saxonice* cum *Anglicana* versione à *Gulielm. Lambardo* in *itinerarii* sui *Cantiæ* ed. secund. p. 500. & in p. 519. Vol. I. libri cui titulus; **The treasury of ancient and modern times.** * Editæ sunt hæ leges cum *Latina* versione à *Joh. Seldeno*, in notis suis ad *Eadmerum*, p. 173. dein earum specimen edere voluit *H. Spelmannus*, concil. Vol. I. pag. 624. Eas postea cum versione *Latina Seldeni* recudit *Abrahamus Whelocus*, in suâ *Archæonomiæ Cantabrigiensi* editione. Denique absque versione eas edidit Hist. *Croilandensis* editor Oxoniensis, p. 88.

Eadwardi

Eadwardi R. *Confeßoris* nuncupati, quas à *Sapientibus Angliæ* recenſitas, & ſelectas, *Anglis* ſuppliciter petentibus dediſſe fertur victor *Willelmus* I, *Pſeudonymas* dico, tum quod neque leges ſunt, neque leges *Eadwardi*, neque leges quas *ſapientes Angliæ* ſelegerunt, neque denique leges, quas debellatis *Anglis Willelmus* conceſſit. Primo enim non leges eas eſſe conſtat, ſed *Inſtitutiones*, vel *commentarios* juris *Anglo-Normannici*, quos * aliquis juris, quod poſt victoriam *Normannicam* obtinuit, peritus *Latino barbare* ſcripſit, ſeu in ſuum privatum, ſeu in publicum eorum uſum, qui iis in temporibus ad ſtudium juris animos appellebant. Id oſtendunt haud pauca capitula, quæ more *commentariorum* prorſus ſcribuntur: ut & XVI. *de inventione murdri.* XX. *de Friburgis.* XXXIII. *de hundredis, & wapentachiis.* XXXIV. *de trithingis, & ledis.* XXXV. quod inſcribitur *de greve*, in paragrapha, cui epigraphe, *Lex Noricorum & Danorum in Britannia*, editionis *Cantabrigienſis* p. 149. In his capitulis non modo termini juris explicantur pro commentariorum more, ſed multæ res geſtæ regum, plane ut in commentariis, traduntur. Secundo non leges eas *Eadwardi* eſſe conſtat, quòd immane quantum à legibus illis *Normannice* conſcriptis differunt, quæ leges, & conſuetudines *Eadwardi* R. eſſe dicuntur. Tertio neque leges eſſe poſſunt, quas, ut epigraphe præ ſe fert, *Sapientes Angliæ* ſuis legibus eruditi *Willelmo* R. patefecerunt. Id plus ſatis probant falſæ illæ, & ridiculæ vocabulorum forenſium juris *Saxonici* explicationes, quæ à ſapientibus, & juriſperitis *Anglorum*, qui regnante *Willelmo* forte floruerunt, plane abjudicandæ ſunt. Iſtiuſmodi eſt notatio WAPPENTACHII, cap. 33. *Anglice enim ARMA* Ƿ ÆPNU *& TACCARE confirmare, quaſi ARMORUM CONFIRMATIO, vel ut magis expreſſe ſecundum linguam Anglicam* WAPPENTAC *ARMORUM TACTUS EST,* Ƿ ÆPNU *enim ARMA ſonant*; TAC *TACTUS EST.* Sic cap. †35, *Videtur etiam quibuſdam* GREVE *vocabulum eſſe nomen compoſitum ex Anglico* GRIÐ, *&* VÆ *Latino.* GRIÐ *enim PAX eſt,* VÆ *MISERIA, domino atteſtante, qui dicit VÆ TIBI BETHSAIDA.* GREVE *igitur ideo dicitur, quod jure debebat* GRIÐ, *i.e. pacem ex illis facere, qui patriæ inferunt* VÆ, *id eſt, miſeriam, vel malum.* Hæccine autem *Anglorum* quiſquam *ſapiens* ut ſcriberet, adeo ſtultus eſſe potuit? Sic in paragrapha, quæ inſcribitur LEX NORICORUM: *rex Eadwardus Eadgarum filium eorum ſecum retinuit, & pro filio nutrivit, & quia cogitavit ipſum hæredem facere, nominavit* ÆTHELINGE *quod nos dicimus* DOMICELLUM. i.e. DOMICELL. *ſed nos indiſcrete de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus* DOMICELLOS, *Angli vero nullos niſi natos regum. Quod ſi expreſſius volumus dicere, in quadam regione Saxoniæ* LING. *IMAGO dicitur,* ATHEL *Anglicæ NOBILIS eſt, quæ conjuncta ſonant NOBILIS IMAGO.* Hæc autem, SHOWERE, pro ſolertia tua dic an *Anglo-Saxone* quoquam ſapiente, vel *Anglo-Normanno* quodam *Saxonicæ* linguæ, & antiquitatis maxime ignaro auctore ſcripta eſſe potuerunt? Denique neque has *leges* eſſe, quas *Willelmus Anglis*, victor ſcilicet victis, conceſſit, ex his conſtat, quæ in cap. 11. leguntur: *Et hanc libertatem tenuit Anglorum Eccleſia uſque ad tempus Willelmi regis junioris.* Poſt tempora ergo *Willelmi* II. floruit, quiſquis ille fuit, qui has pſeudonymas leges collegit, digeſſit, & paraphraſtice explicationibus & hiſtoriolis explanatas edidit. Quas tamen, SHOWERE, juſtitiarius quidam *Angliæ*, haud vulgaris ingenii, nec obſcuri nominis vir, cui tecum anonymo non ita pridem controverſia fuit, ad *Duodecimviros*, quos *grandem juratam*, vel *inqueſtam magnam* vocamus, in publicis *Aſſizarum* comitiis Wigorniæ de tribunali pro more dicens, ut veras, & genuinas *Eadwardi* R. leges, quas *Willelmus Anglis* à ſapientibus eorum collectas dedit, citavit; ex cap. 17. probare pro virili ſuo niſus priſcis *Anglis* reges ſuos de ſtatu regio dejicere licuiſſe, quotquot poteſtate regia, in ſubvertendis populi libertatibus, pro arbitrio agentes contra jus faſque abuterentur. Itidem anonymus quidam auctor, egregio quidem à natura inſtructus ingenio, qui ante aliquot annos librum edidit, cui titulus **the Calends of May**, ex pſeudonymis iſtis *Eadwardi* R. legibus, quas vetuſtatis ignarus veras eſſe credidit, perperam contendit in publicis regni comitiis, quæ veteres *Angli*, ut in iſtis legibus falſe traditur, FOLCMOT vocabant, ſemel quotannis in *Calendis Maiis*, tanquam in annuo parliamento convenire eſſe ſolitum populum *Angliæ*, ſcilicet regni principes, epiſcopos, magiſtratus, liberoſque homines, ad conſulendum de communi ſalute, de pace, de bello, & utilitate publica promovenda. In libro etiam ſuo multa ridicule ſcripſit de FOLCMOTE *Anglo-Saxonum*, & de campanis iſtis commentitiis, quas MOT-BELLE vocabant, iis deceptus (ut videtur) quæ in cap. 35 leguntur in Italicis, quos vocant, characteribus tam in *Cantabrigienſi*, quam *Daiiana* editione deſcripta, ut interpolatoris additamenta eſſe conſtaret. Hæc obiter obſervanda duxi, SHOWERE, ut non uno exemplo certior ſcires linguæ & antiquitatis *Saxonicæ* notitiam omnibus *Anglis*, ut ut eruditione, & ingenio præſtantibus, utilem eſſe, juriſque præſertim ſtudioſis quodammodo neceſſariam, ne *Angliæ* antiqui juris primordia ignorantes, quæ gravitate juriſconſultorum, quidni dicam, quæ honorabili toga forenſi, imo quæ tribunali ipſo & purpura judicum haud digna ſunt, aliquando ſcribant, aut loquantur.

---

* R. *Houeden* in Annal. part. poſter. fol. 342. b. leges iſtas, quas *Pſeudonymas* voco, à *Ranulpho de Glanvilla*, quem *Henricus* II. *ſummum Juſtitiarium* totius *Angliæ* conſtituit, conditas fuiſſe tradit. † In hoc etiam cap. *Grevam* confundit cum *Ealdormanno*, quod plane oſtendit, ſapientibus Anglis auctoribus, has dictas leges conditas non fuiſſe.

Ob eandem etiam rationem legibus *Saxonicis* accedere debent leges *Henrici* I. per quas, SHOWERE, intelligo non tantum genuinas illas, quas inaugurationis die corona redimitum in forma *chartæ*, ſive literarum patentium, illum populo conceſſiſſe tradit *M. Pariſius*; ſed pſeudonymas iſtas leges ejus eſſe dictas, quas è *codice rubro Schaccarii* deſcriptas edidit Angliæ decus *Rogerus Twyſden*, eques auratus, ad finem libri legum *Saxonicarum*, qui *Cantabrigiæ* prodiit, M.DC.LXIV. *Pſeudonymas* & illas leges voco, tum quod à tertio capite ad finem, non leges eſſe conſtat, ſed inſtitutiones, & commentarios juris poſt *Henrici* I. mortem, quæ incidit in annum 1135, juriſperito quodam auctore, ſcriptos, & in XCIV capita diſtributos. Hoc ex eo conſtat, quod auctor, quiſquis ille fuit, in quinto capite *Gregorii decreta* citat, quæ à *Gratiano* monacho *Benedictino* non compilata fuere ante annum 1151. In ambobus vero hiſce juris *Anglicani* commentariis nonnulla ſunt, SHOWERE, quæ leges & conſuetudines *Anglo-Saxonum* explanant, tum etiam haud pauca, quæ ab illis rite explicanda ſunt. Quam quidem ob cauſam vetuſtas illas *Anglicani* juris inſtitutiones cum RR. *Saxonicorum* legibus denuo publicandas cenſeo.

Collectis, ordineque digeſtis *Anglo-Saxonicis*, & *Anglo-Normannicis* legibus, annotationes etiam ab editore addendæ ſunt, quibus eas ornet & illuſtret. Annotationes autem cum dico, intelligo præcipue obſervationes è locis conſimilibus legum petendas; ſive ii ſint, quibus leges *Saxonicæ* & *Normannicæ* diligenter collatæ ſe mutuo explicent; ſive quibus è legibus antiquis gentium *Septentrionalium* exterarum, quæ cum noſtris majoribus *Gothicæ* erant originis, ab editore depromptis, leges *Saxonicæ* & *Normannicæ* uberiorem lucem accipiant. Id genus obſervationes priſci juris *Anglicani* ſtudioſos non delectabunt tantum, ſed facient etiam, ut clariorem legum veterum notitiam facilius adipiſcantur. Hanc ob cauſam codices legum barbararum, quæ à *Gothicæ* ſtirpis gentibus exteris latæ ſunt, ab editore noſtro diligenter perlecti, cum priſcis noſtris legum codicibus conferendi ſunt. Præcipue vero codex LL. antiquarum *Wiſigothorum*, &c, quem *Francofurti* duobus voluminibus edidit vir quidem maximus, ſed linguarum veterum *Septentrionalium* ſcientia ad id operis haud ſatis inſtructus *Fridericus Lindenbrogius* I. C. Anno M.DC XIII. ab eo pervolvendus eſt. Qui ab eo etiam perlegantur digni maxime ſunt * codices legum veterum *Scanicarum*, *Norvagicarum*, *Sueo-Gothicarum*, *Danicarum*, ſive *Cimbricarum*, quorum haud pauci, multis tamen nondum editis, opera, & ſtudio Cl. virorum prodierunt.

Sueciæ regni leges provinciales in linguam *Latinam* tradactæ notiſque illuſtratæ à *Johanne Loccenio*, *Londini Scanorum* prodierunt, M.DC.LXXV. Legum *Weſtro-Gothicarum* in *Sueonia* latarum librum è *Gothico* in *Latinum* ab eodem Cl. *Loccenio* converſum, & notis à *Carolo Lundio* illuſtratum, edidit Upſalis omni laude major *Olaus Rudbeckius*. Leges veteres *Dalorum*, *Scanorum*, *Gothlandorum*, urbiumque in *Suecia*, cum antiquis R.R. ſtatutis, diverſis in libris, temporibuſque, omnes tamen in vernaculo ſermone ſcriptas, ſemiſſibus foliis *Stockholmiæ* edidit *Joh. Hadorphius Oſtro-Gothus*, primum Academiæ *Upſalienſis*, dein regii Archivi ſecretarius, & per *Hanekindiam* Oſtro-Gothiæ judex *territorialis*. Horum librorum copiam factam laudato ſuper Epiſcopo, magnam illi gratiam habens, refero acceptam. qui bibliothecam ſuam, quæ ampliſſima eſt, non in proprium magis quam in Reipublicæ literariæ communem uſum ſervatam, partis undicunque bonis libris indies amplificat. Cui vero plures id genus libros cognoſcendi, comparandique animus eſt, *Petri Joh. Reſenii* Bibliothecæ, Hafniæ, M.DC.LXXXV. editæ, *capſam* VI conſulat, qua perlecta, notitiam eorum, quam vellet, aſſequetur. Ex libris autem legum veterum *Septentrionalium* petenda ſunt, quibus, legibus *Saxonicis*, *Anglo-Normannicis*que à ſe editis ornamentum ſimul & lucem quis afferat, ſecutus exemplum *J. de Laet* Antwerpenſis, qui leges R.R. *Cantiæ* à ſe *Latio* donatas ſimilibus locis è legibus barbaris depromptis paſſim locupletavit ſimul, & elucidavit. Sic in obſervationibus ſuis ad LL. R. *Æthelberhti*: Ad *legem* 34. ſimilem, *inquit*, legem habes in *Saxonum* legibus cap. 1. de vulneribus §. 7. Si per capillos alium comprehenderit, ſol. CXX. componat, *&c.*

Ad legem 35. baner bite idem videtur, quod in prædicta §. leg. *Bavariorum*, *Si os fregerit, & pellem non fregit*: aut quod in legg. *Friſonum*, Tit. 22. §. 6. *Si os perforatum fuerit.* Ita ut antecedens lex de oſſe quidem tecto, non autem læſo; hæc de læſo.

Ad leg. 36. quid ſit baner blice, nondum capio; dubito legendum eſſe pite, *laceratio*, id eſt, ſi cutis & caro ita laceretur, ut os appareat. In legg. *Bavariorum*, Tit. 3. §. 4. *in capite teſta appareat.* Et legg. *Friſonum*, l. 22. §. 5.

Ad leg. 41. Similem plane legem habes *Friſon.* Tit. 22. §. IX. *Si quis alteri aurem abſciderit*, XII *ſol. componat.*

Ad leg. 43. Vult legiſlator id quod lex *Alaman.* Tit 60. §. 3. *Si autem medietatem auris abſciderit, quod Alamanni ORSCARDI dicunt, cum* VI *ſol. componat.* Ubi & ipſum verbum occurrit. OR enim EARE; & SCARDI à SCARAN.

Ad leg. 46. Similem habes Alaman. *Si naſus tranſpunctus fuerit*, &c.

Ad leg. 47. An hleope, † accipio pro lipe *membrana.* lex convenit cum lege LXIV. in additione ad leges *Friſonum*: *ſi unam parietem tranſpunxerit.*

---

* Præcipue liber de jure Sueonum veteri, Auctore Cl. *Stiernhookio.* † Sed in hoc hallucinatus eſt doctiſſ. *Annotator.*

Ad

Ad leg. 52. De dentium excuſſione habes leg. *Boiariorum* Tit. 3. cap. 1. §. 24. & Tit. 5. §. 13, 14. *Friſionum* addit. Tit. 3. §. 36, 37, 38. *Longobard.* lib. 1. Tit. 7. §. 6. *&c.*

Ad leg. 56. Agitur de faciei deformatione: ſimilem legem habes in additione III. ad leges *Friſion.* §. 16. *Si ex percuſſione deformitas faciei illata fuerit, quæ de duodecim pedum longitudine poſſit agnoſci, quod WULITIVAM dicunt*, &c. *Wulitiva* corrupte pro *Wlituwama.*

Ad leg. 60. Eandem legem habes apud *Alured.* titulo 40, ubi agitur *de vulneribus.* Ubi *Lambardus* hpiſ vertit *alvum*, ſed malim *diaphragma* vertere. Medicus MS. vocat uſeppe hpiſ. *Belgæ*, middel riff. Similis lex *Friſionum*, Tit. 22. §. 50. Si membranam qua jecur, & ſplen pendent, quod MITHRIDI dicunt, *&c.* Ubi facile videre MITHRIDI corruptum ex Mibhpiſ.

Ad leg. 63. Addit. ad leg. *Friſionum*, §. LVI. *Si veretrum quis [a] alium abſciderit Werigildum ſuum componat.*

Ad leg. 66. ſtice ȝehpilc paulo operoſius vertimus. Mens enim legiſlatoris eſt; *Si vulnus fuerit, quod femur tranſadigat, ita ut vulnus penetret ad alterum latus, pro utraque apertura*, ut ita dicam, *ſolvendum eſſe---.* Quod *Alured.* leg. 40 dicit æt æȝþþum muþe; ad verbum, *pro utroque ore.*

Ad leg. 72. * Locbope verti *capillatam.* Capillus enim ingenuitatis ſignum erat. Hinc in leg. *Burgundionum*, Tit. 6. §. 4. *Capillum ſervo facere.* id eſt, *Capillum ei alere, ut ingenuus videatur.* Et in leg. *Longobard.* lib. 2. Tit. 14. & alibi, *Filiam in caſa in capillo habere.* & *capillatorum* crebra mentio in *Gothicarum* rerum ſcriptoribus. † Tondere autem invito *Capillum* inter crimina numeratur. Loc, & Locca, *capillus.* Bope à verbo beþan, *geſtare.*

Ad legem 75. Unaȝne verti *non ſui juris.* Non enim hic agitur de *raptu.* Quid autem ſit MUNDIUM pluribus locis videre eſt in legg. veterum: ut *Allaman.* LIV. & *Longobard.* paſſim.

Ad leg. 80. Pro ꝥæbeþinȝ leȝo ꝥoebeþinȝ. Credo enim hujus hanc eſſe ſententiam: *ſi mulier illa, [illegible] liberos non peperit, & maritus ante eam moriatur, defuncti agnati bona illius habeant, ipſa tantum donum, quod à marito mane poſt nuptias accepit, & alimenta, quanquam forte & aliter accipi poſſit.* Quod hic moꝛȝan ȝyꝛe, in legg. *Burgund.* Tit. 42. dicitur MORGANGEBA. Quod gloſſar. vet. ita exponit: *Morgan Germanice ſignificat mane, & Gab, donatio. donatio ſc. facta mane, quando eam ducit.*

Ad legg. *Hlotharii* & *Eadrici* RR.

Ad leg. 5. De purgandi ſe per ſacramentum modis alia occaſione melius dicetur. þim æꝛba manna vertimus CONSACRAMENTALES, quemadmodum in vett. leg. *Burgund. Alamann.* & aliarum nationum dicuntur. Tales autem aſſumebantur, aut dabantur à judice: alii tantum manum ſupponebant principali juratori; quidam & una conceptis verbis jurabant; illos þim æꝛba manna puto dictos, quia magis numerabantur, quam ponderabantur. Sic habes apud *Æthelſtan.* leg. 9. þimaþe. Hos miꝛmaþe, qui in conceptis verbis una jurabant. Sed de his alias. Pro ꝥneoꝛa ſubſtituimus ꝥeoꝛa, ſenſu ſic exigente.

Ad leg. 16. Jure *Romano* obtinebant in venditionibus *confirmatores venditionis*, qui Juriſconſultis, qui *Græcè* ſcripſerunt, dicuntur βεβαιωταὶ, & hinc βεβαιώσεως δίκη. Verum in *Athenienſium* repub. (ut nos docet *Cl. Salmaſius* Tom. 2. de uſurarum modis) βεβαιώσεως δίκη erat quæ dabatur emtori adverſus venditorem, ſi ei re emta contraverſiam tertius moveret. Emtor enim, qui nolebat actionem excipere, & litigare cum eo, qui rem venditam vindicabat, monſtrabat illi venditorem, hoc eſt, *auctorem ſuum*, ut cum eo potius, quàm ſecum experiretur. *Galli* dicunt *appeller ſon garant.* Quod ſi, qui venditorem ſuum indicaverat, & eum auctorem allegaverat, victus eſſet, res controverſa adjudicabatur victori. Emtor autem victus pretium recipiebat à venditore. vid. LL. *Ripuar.* Tit. 31.

Hæc, ut exemplum, LL. *Saxonicarum* editori, quod in ſuis annotationibus imitetur, propoſui. A quo etiam faciendum eſt gloſſarium, vel Lexicon *Anglo-Saxonici*, & *Anglo-Normannici* juris, ad exemplum illius, quod *Joh. Loccenius* juris *Sueo-Gothici* edidit in uncialibus foliis, Holmiæ, 1674. Vel quale in explicatione terminorum juridicorum ex legg. *Norvagicis* edidit *Joh. Bielke* eques auratus, & regni *Norvegiæ* Cancellarius.

Deſideratur etiam, Cl. SHOWERE, *Saxonicum* HOMILARIUM, ſeu *concionum*, quas ad populum habuerunt Eccleſiæ *Saxonicæ* ſacerdotes, *delectus*, quem nemo rite facere, riteve factum rectè edere poteſt, niſi Theologus, aut Theologiæ peritus, qui perfectam linguæ *Saxonicæ* ſcientiam aſſecutus eſt. Ab hoc qui talis ſit, in archivis *Angliæ*, ſive publicis, ſive privatis, quicquid uſpiam homiliarum *Saxonice* ſcriptarum extet, diligenter ſcrutandum, & perlegendum eſt. E quarum exemplaribus ſtudioſe collatis deſcriptiſque, quæ notatu dignæ ſunt, diſcrepantibus Lectionibus, ſeligendi ſunt ſermones, qui, quæ doctrina diſciplinave Eccleſiæ, quæ controverſiæ

---

a Lege *alii.* * † Vide §. XXIII, XXIV. Comment. *Jo. Schilteri* in ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ Rhythmo *Teutonico* LUDOVICO R. acclamatum. Ubi præclare multa dicta ſunt in vocabulum HARANSCARA, de poena ignominioſa & ſervili tonſuræ capillorum. Prodiit autem ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ iſtud *Argentorati*, An. Dom. M.DC.XCVI. cum interpretatione ejuſdem viri doctiſſimi.

in ea ortæ, qui mores cleri vel populi, quæ divinæ iræ in terris indicia, denique quæ Episcoporum & presbyterorum auctoritas, & in instituendis gregibus suis Pastoralis cura, & diligentia fuit, docent & declarant. Accedant etiam qui sanctorum vitas, & res ab iis gestas describunt, cum aliorum quidem plurimorum excerptis, qui ut integri excudantur, forsan non merentur. Id genus sermonum, quorum delectum faciendum, & imprimendum esse censeo, duo tantum prodierunt, SHOWERE; Scilicet egregia illa *Homilia Paschalis*, quam à *Foxio*, dein à *Matthæo Parkero* Archiepiscopo *Cant.* demum à *Gulielmo Lisleo*, [sive *ab insulis*] nostrati editam, quarto cum *Latina* versione excudit in suis ad *Bedæ* Hist. Eccl. animadversionibus *Abrahamus Whelocus*. & sermo *de fide Catholica*, quem in suis ad *Bedæ Hist. Eccl.* observationibus etiam edidit *Abrahamus Whelocus*. Quibus ego hic in gratiam *Philo-Saxonum* tertium addo, quem ad populum in die jejunii pœnitentiam solenni more agentem habuit *Lupus* quidam Episcopus, cum *Dani* terra marique *Angliam* devastando populum quasi ad internecionem ab infenso numine deditum maxime afflixerunt. Hunc ad fidem apographi *Juniani* diligenter descriptum, me etiam atque etiam rogante, *Latinum* fecit in literatura & antiquitate Septentrionali præclare eruditus *Willelmus Elstob* Collegii Universitatis apud Oxonienses Socius dignissimus, *Ælfredi* R. qui Collegium fundavit, versionem OROSII libri Historiarum, qui & ORMESTA dicitur, deo fospitante, literario orbi aliquando etiam daturus.

GEORGIO HICKESIO
GULIELMUS ELSTOBIUS,

S. D.

VIris summis placere velle, etsi officio istud minus consequamur, exiguam sane, nonnullam tamen laudem forte mereatur. Quæ causa est, Vir Eruditissime, ut has meas in avita Lingua excolenda primitias, tum ut quale sit meum erga te studium, etsi non sine timore aliquo, majori tamen verecundia ego jam certe proferam libentius. Mitto enim ad Te, Sermonem Lupi Anglo-Saxonicum, *tuo nutu, Latine conversum. Eam tamen versionem non, quæ digna sit ut præclaro tuo judicio sese commendet, politam & accuratam: sed Saxonismis haud paucis quasi obsoletam, & qualem ego pro tenuitate mea offerre possum, simplicem & inornatam; à Te vero, nisi id jam nimis esset tibi molestum, limandam expoliendamque; ab omnibus, in hisce linguis antiquis Septentrionalibus transferendis exercitatis, aliqua saltem ratione excusandam.* De Lupo, *Auctore isthoc nostro, ego vix certi quidquam habeo, nec ab eruditis nostris familiaribus possum adhuc fieri certior. Fuisse quidem in dignitate summa Episcopali constitutum, sedes ejus quamvis sit ignota,* [a] Parkerus, & F. Junius. FF. *cum indice cujusdam codicis* Homiliarum, [b] Hattoniani *fortassis, uno ore affirmant. Eundem tamen fuisse cum* [c] Ulfo Dorcestrensi *isto, qui in Concilio* Vercellensi *tantam prodidit inscitiam, ut de eo ab Episcopali munere amovendo Leo Papa cogitaret, nec sermo hujus pius & eruditus, nec ratio temporis persuadent. Nam Orationem hanc sublimem & eruditam, & perelegantem quicunque semel inspexerit, & perlegerit, & quemadmodum ævi sui scelera ac flagitia perstringit, diligenter animadverterit; agnoscet hominem, cum in rebus Ecclesiasticis & Civilibus versatissimum, & qui cum sacrarum literarum scientia, juris patrii peritiam habuerit conjunctam; tum concionatorem sane egregium, & sanctitate morum, & gravitate auctoritateque summa spectabilem. Quæ Ego dum transferendo planius perceperim, atque arctam illam inter Jus Civile & Ecclesiasticum, cognationem quasi, & necessitudinem, quæ ea tempestate viguit, diligentius observarem; nonnulla etiam inter legendum occurrerent, dilucidandæ huic rei accommodata. Visum est mihi, ex Antiquis nostris Historicis, tum ex libris de legibus & Conciliis; quos* cll. Lambardus & Spelmannus *evulgarunt, brevissimas quasdam notas subjungere, quæ & lumen aliquod huic nostræ versioni imperfectæ afferre possint, & sua novitate delectare. Ac Tibi in primis Ego has non ingratas fore arbitror, quas dum percurreres, & voluptatem dicis Te cepisse, & dignas esse judicaris, quæ cum ipsa versione locum habeant in* Dissertatione tua Epistolari, *quam ad* SHOWERUM *Tuum, multiplici quidem & diffusa doctrina, sed admiranda plane & incredibili diligentia conscripsisti. Ad* SHOWERUM *Tuum, qui non tantum sua juris peritia singulari, sed bonarum artium scientia, & dicendi facultate magnam nominis existimationem consecutus, dignus erat, qui argumentum daret ad scribendum, novum quidem illud, & inauditum; sed & Tibi gratum, & utile Reipublicæ literariæ.* Vale.

Oxoniæ è Collegio Universitatis. V. Id. *Aug.* Anno MDCCI.

---

a Antiquit. Britan. Edit. *Hanov.* p. 89. *b* Verisimile est librum istum *Hattonianum* cujus lectiones variantes apographo suo *Junius* adjecit, eundem esse qui inter codices *Junii* membranaceus nu. 99. reperitur. *c* Vide *Spelman.* Concil. Tom. I. p. 571.

SERMO

SERMO LVPI AD ANGLOS QVANDO DANI MAXIME PERSECVTI SVNT EOS: *QVOD FVIT ANNO MLO XIV AB INCARNATIONE DNI NRI IHV XPI.

I. Leoꝼan men. ȝe cnapaꝺ ꝥ ſoþ ıſ:· Ðeoſ poꝑolꝺ ıſ on oꝼſte. ⁊ hıt nealæcꝺ ꝺam enꝺe. ⁊ ꝺý hıt ıſ on poꝑolꝺe a a ſpa lenȝ ſpa pýnſte. anꝺ ſpa hıt ſceal nýꝺe. ſoꝑ ꝼolceſ ſýnnan. [1 ꝼꝑam ꝺæȝe to ꝺæȝe".] æꝑ anꝺecꝑıſteſ to cýme. ýꝼelıan ſpýꝺe. ⁊ huꝑu hıt pýnꝺ [2 þænne] eȝeſlıc ⁊ ȝꝑımlıc pıꝺe on poꝑulꝺe; [3 Ðıſ pæſ on Æþelꝑeꝺeſ cýnınȝeſ ꝺaȝum ȝeꝺıhꝺ. ꝼeopeꝑ ȝeaꝑa ꝼæce æꝑ he ſoꝑꝺꝼeꝑꝺe; Lýme ſe þe pılle. hu hıt ꝺa pæꝑe. ⁊ hpæt ſıꝺꝺan ȝepuꝑꝺe;]

Fratres dilecti, noſtis id quod verum eſt, iſthoc ſeculum feſtinat, & appropinquat ad finem. Propterea ea ſemper eſt hujus Univerſitatis conditio, ut quanto ætate provectior, tanto etiam fiat deterior. Oportebit autem in hunc modum propter hominum peccata & flagitia, priuſquam advenerit Antichriſtus, malum de die in diem abundare, quo ſaltem tempore horror inmanis & crudelitas erunt longe lateque per orbem terrarū diſſeminata. *a* In diebus Æthelredi Regis fuit hæc oratio inſtituta, quarto ante ejus obitum anno: cui lubet, iſtud animadvertat, quænam tum res *b* geſtæ fuerunt, & poſtea quid evenerit.

II. Unꝺeꝑſtanꝺaꝺ eac ȝeoꝑne ꝥ ꝺeoꝼol þaſ þeoꝺe nu ꝼela ȝeaꝑa ꝺpelꝺe to ſpýþe. ⁊ ꝥ lýtle 4 ȝetꝑeoꝑþa" pæꝑon mıꝺ mannum. þeah hý pel ſpꝑæcon. ⁊ unꝑıhta to ꝼela ꝑıcꝺe on lanꝺe. ⁊ næſ na ꝼela manna þe 5 ſmeaꝺe" ýmbe ꝺa bote ſpa ȝeoꝑne ſpa man ſcolꝺe. ac ꝺæȝhpamlıce man ıhte ýꝼel æꝼteꝑ oꝺꝺum. ⁊ unꝑıht pæꝑꝺe. ⁊ unlaȝa maneȝa ealleſ to pıꝺe. 6 ȝýnꝺe" ealle ꝺaſ ꝺeoꝺe; Anꝺ pe eac ꝼoꝑꝺam habbaꝺ ꝼela býꝑſta ⁊ býſmꝑa ȝebıꝺen. ⁊ ȝıꝼ pe æniȝe bote ȝebıꝺan ſcýlon. þonne mote pe þæſ to Lꝺe eaꝑnıan bet þone pe æꝑ 7 ꝺýſan ꝺý-ꝺon;

Illud etiam vobis manifeſto eſt compertum & exploratum, diabolum per quamplures annos, hunc populum vehementer ſeduxiſſe, & paululum fidei reperiri inter homines, honeſta quamvis ſint loquuti. Injuriæ item in terra plurimæ regnabant. Neque ingens erat illorum hominum multitudo, qui, quantopere fieri oportebat, de vera poenitentia, tantopere erant ipſi ſollicitiAc malum malo viri quotidie accumularunt: *c* iniquitatem præterea exſuſcitarunt, & legibus multa adverſantia, ea etiam nimium prorſus crebra & vulgaria per Gentem hanc ipſam Univerſam. Quamobrem & multas nos contumelias, atque calamitates ſumus perpeſſi. Et ſi quid jam remedii ſit ſperandum, iſtud ſane nobis curandum eſt, ut melius quam hucuſque fieri contigit, de bono Deo promereamur.

III. Foꝑꝺam mıꝺ 8 mıclum eaꝑnunȝum pe ȝeeaꝑnoꝺon ꝺa ýꝑmꝺa þe uſ onꝑıttaꝺ. ⁊ mıꝺ ſpýꝺe mıccan eaꝑnunȝan pe þa bote motan æt Lꝺe ȝenæcan. ȝıꝼ hıt ſceal heonan ꝼoꝑꝺ 9 ȝoꝺıȝenꝺe peoꝑþan; La hpæt pe pıtan ꝼul ȝeoꝑne ꝥ to mıclan bꝑýce ſceal mıcel bot nýꝺe. ⁊ to 10 mıclan bꝑýne pæteꝑ unlýtel. ȝýꝼ man ꝥ ſýꝑ ſceal to ahte acpencan. ⁊ mıcel ıſ nýꝺþeaꝑꝼ [11 eac] manna ȝehpılcum ꝥ he Lꝺeſ laȝe ȝýme heonan ꝼoꝑꝺ ȝeoꝑne. [12 bet þonne he æꝑ ꝺýꝺe.] ⁊ Lꝺeſ ȝeꝑıhta mıꝺ ꝑıhte ȝelæꝑte:·

III. Our ſins and our wickedness have deſerved, that we have ſeen with our eyes, and with our ears have heard, that which we never before have known in our days, nor our fathers before us, that the heathen ſhould ſo deſtroy our country, and ſo much of it poſſeſs, as they have done, and ſo many of our people ſlay, as they have done. Now it is manifeſt and known unto you, and alſo unto all men, how it hath been done unto us for our ſins. And yet, for all this, we have not humbled us before God, as we ought to do, and as we muſt do, if we will that he ſhould help us againſt our enemies, according to his will. Nor have we yet left our ſins, nor our unrighteouſneſs. Nor have we yet ſhewed ſufficient amendment for the miſchief that we have done. Nor are we yet minded to do ſo much good, as we ought to do, for the evil that we have done. But we are ever more and more turned to ſin, in all manner of unrighteouſneſs. And therefore I ſay unto you, that we muſt firſt amend thoſe things in ourſelves, which we have done amiſs againſt God, if we will that he ſhould help us againſt our enemies, before this nation can obtain any permanent peace, or any ſecurity againſt our enemies.

---

* Sic habet *Cottonianus* codex. *Hattonianus* verò, Qvod Fvit In Die S. Æthelredi Regis. at *Benedictinus*, Qvod Fvit Anno MLO viiii. 1 Deeſt *Hatt.* 2 deeſt *Hatt.* 3 deeſt *Ben.* 4 ȝetꝑýꝑꝺa *Hatt.* 5 hoȝoꝺe *Ben.* 6 ȝeonꝺ *Ben.* ȝýnꝺ *Hatt.* 7 ꝺýſum *Ben.* ꝺıſon *Hatt.* 8 mıclan eaꝑnunȝan *Ben.* 9 ȝoꝺıenꝺe *Hatt.* 10 mıclum *Hatt.* 11 deeſt *Hatt.* 12 deeſt *Hatt.*

Conſummationem ſeculi docet inſtare, enumeratis flagitiis ævi, ſui juxta *Matthæi* notam iſtam finis rerum deſcriptionem, c. 24. v. 3, & 14. item c. 28. v. 20. *a* Mortuus eſt *Æthelredus* anno MXVI. he ȝeenꝺoꝺe hıſ ꝺaȝaſ on ſcſ Geoꝑȝıuſ mæſſe-ꝺæȝe æꝼteꝑ mıclum ȝeꝑpınce. ⁊ eaꝑꝼoꝺnıſſum hıſ lıꝼeꝑ, *deceſſit in die feſto S. Georgii poſt multos dolores & miſerias vitæ ſuæ*; Chron. Sax. p. 148. Vide *Fl. Wigorn. Matth. Weſtm. Ingulphum*, &c. Quare ſcripta fuiſſe hæc Oratio videtur anno MXII. non autem anno MXIV. ut titulus *Cottonianus*; neque MVIIII. ut *Benedictinus* perhibet. *b* Iſtius ævi calamitatibus & miſeriis pleni ſunt Hiſtoricorum libri. Leges etiam RR. *Eadgari, Eadwardi, Æthelredi*, ita perſtringunt vitia in hoc ſermone commemorata, quaſi leges ad ſermonem conformatæ eſſent, aut ad leges iſthæc Oratio accommodata. Ex quibus facile dignoſci poteſt, qualem tum Epiſcopi morem & Auctoritatem obtinuerunt, tum in legibus firmandis, tum in prædicando evangelio. *c* De Juſtitia efferenda. *Concil. Spelm.* p. 552.

IV. On hæðenum ðeoðum ne ðeaþ man þorhealðan [1] lýtel ne micel ðæt þe [2] gehalgoð ir to gebyrgoða peorðunge. ⁊ pe þorhealðað ægþpæp Loðer gepihta eallep to gelome; And ne ðeaþ man gepanian on hæðenum inne ne ute æniġ ðæþa ðinga þe gebyrgoðan [3] bþoht bið ⁊ to lacum betæht bið. ⁊ pe habbað Loðer hup inne ⁊ ute clæne benýrte. [4 eac] Loðer ðeopar rýnðon mæðe ⁊ munde gepel hpæþ bedelde; And [5 rume men recgað þæt] gebyrgoðan þenan ne ðeaþ man miþbeodan on æniġe piran mid hæðenum leodum. rpa rpa man Loðer ðeopum nu deð to pide. þæp Xpēne rcoldan Loðer laġe healðan ⁊ Loðer ðeopar ġriðian;

V. Ac roð ir þ ic recge. ðeaþf ir ðæþe bote. þorðam Loðer gepihta * panodan to lange innan [6] þýrre ðeode" on æghýlcum ende. ⁊ þolclaga pýnredon eallep to rpýðe. [7 rýððan Eadgap gecendode.] ⁊ haliġnerra rýnðon to griðleare pide. ⁊ Loðer hup rýnðon to clæne benýrte [8] ealðra gepihta ⁊ innan [9] berrnýrte ælcra genýrena. [⁊ godcunde hadap þæþon nu lange rpiðe þorþrapene.] ⁊ pýðepan rýnðon [10 pide] þop nýdde on unrihт to ceople. ⁊ to mæniġe þorýrmde ⁊ gehýnede rpýðe. ⁊ eapme men rýnðon rape berpicene ⁊ hneoplice berýrde ⁊ ut of [11] þýrum eapde pide gerealde rpýþe unþorþorhte þnemdum to gepealde. and cnadolcild geðeopode þurh pælhneope unlaga þor lýtelne ðýþðe pide gýnd ðar þeode. ⁊ þneo niþt þornumene. ⁊ ðnælrihт [12] genýrde. and ælmerrihт gepanode:

VI. [13 Fniġe men ne motan peolðan heona rýlfna ne faran þæn hi pilla ð. ne ateon heona agen rpa rpa hi pilla ð. ne ðnælar ne moton habban þæt hi agon on agenan hpilan mid eanfneðan gepunnen. Ne þ heom on Loðer ert gode men geuðon. ⁊ to ælmergife þor Loðer lufan realdon. ac æghpilc ælmer-

* Apud Gentiles nemo quidem auſus eſt earum rerum quæ idolorum cultui conſecrata erant ſeu magnum aliquod, ſeu minimum auferre, at nos deo quæ ſacra ſunt, ſæpiſſime detrahimus. Neque auſus erat quiſpiam è paganis, eorum quidquam comminuere, quæ vel in parte ædium interiore, vel extra templi parietes, Deorum ſimulacris allata fuerant, & oblatione commendata. Nos vero Eccleſiæ Dei internam faciem, externam etiam prorſus ſpoliavimus; ſacerdotes autem ſunt reverentia & pace undique deſtituti. fertur præterea ethnicorum nemini licuiſſe, idolorum miniſtros ullo modo ignominioſe tractare; quemadmodum Dei ſervis fieri, longe lateque etiamnum accidit, ubi æquum eſſet chriſtianis, Dei legem ut adſervarent, atque illius miniſtros ut tuerentur.

Ego tamen quod dicturus ſū verum eſt, ſcilicet compenſatione opus eſſe: Divina enim jura intra hanc Gentem nimium diu ex omni parte ſunt imminuta, & [a] jus humanum ab Eadgari Regis interitu graviſſime quidem eſt labefactatum, & carent ſuo ſanctiſſima quæque propugnatore, Templa enim Dei ſpoliantur omnibus ſuis privilegiis, & commoditatibus introrſum penitus denudantur. ſed & ſacri ordines peſſime jam diu audiverunt. [b] Viduæ item crebro injuſte ad nuptias trahuntur, & plurimæ ſunt redactæ ad miſeriam, & vehementer oppreſſæ. Pauperes autem & egeni, graviſſime quidem ſeducuntur, & circumventi ſunt crudeliter per inſidias, & è Terra [c] venales miſſi ſunt longe in exilium, deditique in ditionem alienam, & infantes è cunabulis, minimo furti pretio plerumque per hanc Gentem, ac ſæviſſime contra leges ſunt mancipati. Et jus libertatis eſt abreptum, & jus mancipii coanguſtatum, & jus [d] Eleemoſynæ imminutum.

Liberis eſſe ſui juris non eſt permiſſum, neque quo velint commigrare, neque facultates ſuas, quemadmodum ipſi cupiunt, licet diſponere: Mancipiis vero, quæ diuturna ſui temporis uſura, laborioſe ac difficulter ſint conſecuti, iis frui plane non permiſſum eſt, neque vero iis quæ probi ſanctique homines religioſiſſime donarunt, & in

---

1 Micel ne litel *Ben.* 2 gelagoð *Hatt.* 3 gebyroht *Ben.* 4 deeſt *Hatt.* 5 deeſt *Hatt.* * panedan *Hatt.* 6 þýran eapde *Hatt.* 7 deeſt *Hatt.* 8 ealra *Ben.* 9 benýrte *Hatt.* nýrena. 10 deeſt *Ben.* 11 *Hatt.* 12 þýran *Hatt.* 13 deeſt in exemplari inter codices Junii membran. nu. 99.

* Ad Paragraph. 4. Lector conſulat leges Regis *Æthelredi*, de multiplici pace eccleſiæ, de debitis Deo perſolvendis. apud *Spelm.* in *Concil. Ænhamenſi Generali* latas anno 1009 pag. 517. Inſpiciendæ ſunt etiam *Canuti* leges, quæ etſi poſt ſcriptam hanc Orationem latæ fuerint, tamen cum eodem fere ſtylo utuntur atque eadem damnant ſcelera ac flagitia, ad res geſtas, quæ paulo antea contigerint, illuſtrandas poſſint quidem nonnihil conducere: tales ſunt apud eundem Cl. *Spelmannum* Legês iſtæ, *de mulcta pro dignitate Eccleſiæ conferenda*: *de reverentia ſacerdotibus præſtanda*: p. 540, & 541. *de ordinatum vinciente aut verberante*; p. 555. *Eccleſiæ & Miniſtri ut ſint immunes*; inter Synodalia Decreta, *Concil. Ænham.* p. 527. *a* De Juſtitia efferenda, *Concil. Spelm.* ann. 1032. p. 552. Obiit *Eadgarus* anno DCCCCLXXV. *Chron. Sax. Rog. Hoved. Ingulfus, M. Weſt.* &c. *b Ut viduæ ſint per annum innubæ*, LL. *Æthelredi*, p. 519. item *de Conjugiis prohibitis*, LL. *Canuti* R. p. 543. Quæ deſumpta videtur ex ea lege quæ in *Concil. Ænhamenſi*, tempore R. *Æthelredi*, lata fuit, *de gradibus matrimonium prohibentibus*, cap. 8. pag. 516. vid. exhort. tum ad Eccl. tum ad ſecul. p. 523. *ut Dei pauperes foveant & paſcant.* *c* Ut *nemo vendatur extra Patriam*, LL. *Æthelr.* p. 515. in exhortatione prius memorata; þ hi þýðepan ⁊ rceopcilð to oft ne ahpænan. *ne viduam & orphanum ſæpius cædant.* p. 523. *d De debitis Deo reddendis*, LL. *Æthelredi* Regis pag. 517.

ꝑihꞇ þe man on Ꞇoðeꝛ eꝛꞇ ꝛceolðe miþ ꝑihꞇe ȝeoꝛne ȝelæꝛꞇan. ælc man ȝelicaþ oððe ꝓoꝛhealðeþ. ꝓoꝛðam unꝑihꞇ iꝛ ꞇo ꝑiðe mannum ȝemæne ⁊ unlaȝa leoꝛe;] Anð hꝑæðoꝛꞇ iꝛ ꞇo cpeðenne. Ꞇoðeꝛ laȝa laðe ⁊ laꝑa ꝓoꝛꝛepene. ⁊ þæꝛ pe habbaþ ealle ðuꝑh Ꞇoðeꝛ ẏꝑꝑe bẏꝛmoꝛ ȝelome. ȝecnape ꝛe ðe cunne. anð ꝛe [1] bẏꝑꝛꞇ ꝑẏꝑð ȝemæne. [2]ðe man ꝛꝑa ne pene. ealꝑe ðẏꝛꝛe ꝑeoðe. buꞇon Ꞇoð beoꝛȝe :.

VII. ꝓoꝛðam hiꞇ iꝛ on uꝛ eallum ꝛꝑuꞇol ⁊ ȝeꝛene. ꝑ pe æꝑ ðẏꝛan oꝛꞇoꝛ bꝛæcon ꝑonne pe beꞇꞇon. anð ðẏ iꝛ ðẏꝛꝛe ðeoðe ꝓela onꝛæȝe; Ne ðohꞇe hiꞇ nu lanȝe inne ne uꞇe. ac ꝑæꝛ heꝑe ⁊ hunȝeꝑ. bꝛẏne ⁊ bloðȝẏꞇe on ȝepel [3] hꝑẏlcum enðe oꝛꞇ ⁊ ȝelome. anð uꝛ ꝛꞇalu ⁊ cpalu. ꝛꞇꝑic ⁊ ꝛꞇeoꝛꝓa. oꝛꝓcpealm ⁊ unco ðu. hol ⁊ heꞇe ⁊ ꝑẏpeꝑa ꝑeaꝛꝓlac ðeꝑeðe ꝛꝑẏðe ðeaꝑle. anð uꝛ unȝẏlða ꝛꝑẏðe ȝeðꝑehꞇon. ⁊ uꝛ unpeðeꝑa ꝓoꝑoꝛꞇ peolðan unꝑæꝛꞇma. ꝓoꝛðam on [4]ðẏꝛum eaꝑðe pæꝛ. ꝛꝑa hiꞇ ðincan mæȝ. nu ꝓæla ȝeaꝑa unꝑihꞇa ꝓela. ⁊ ꞇealꞇe [5]ȝeꞇꝑẏꝑð æȝhpæꝑ miþ mannum :.

VIII. Ne beaꝑh nu ꝓoꝑoꝛꞇ ȝeꝛibb ȝeꝛiðban þe ma þe ꝓꝑemðan. ne ꝓæðeꝑ hiꝛ beaꝑne. ne [6]hꝑilum beaꝑn hiꝛ aȝenum ꝓæðeꝑ. ne bꝑoðoꝑ oðꝑum :. Ne uꝑe æniȝ hiꝛ liꝛ ne ꝓaðoðe ꝛꝑa ꝛꝑa he ꝛceolðe. ne ȝehaðoðe ꝑeȝollice. ne læꝑeðe lahlice. ac poꝛhꞇan luꝛꞇ uꝛ ꞇo laȝe eallep ꞇo ȝelome. anð naþoꝑ ne heolðan ne laꝑe ne laȝe Ꞇoðeꝛ ne manna ꝛꝑa ꝛꝑa pe ꝛceolðan. ne æniȝ pið oðeꝑne ȝeꞇꝑẏplice ðohꞇe ꝛꝑa ꝑihꞇe ꝛꝑa he ꝛcolðe. ac mæꝛꞇ ælc ꝛꝑicoðe anð oðꝑum ðeꝑeðe poꝑðeꝛ anð ðæðe. [7] ⁊ huꝑu unꝑihꞇlice mæꝛꞇ ælc oðeꝑne æꝛꞇan heapeþ miþ ꝛceanðlican [[8] ⁊ miþ ꝓꝓohꞇlican] onꝛcẏꞇan. ⁊ ðo maꝑe ȝiꝛ he mæȝe :.

donũ eleemoſynæ conceſſerunt, quolibet ferme homine id aut diminuente, aut detinente, quod Dei cauſa juſte, & ſtudioſe iis debet præſtare. [a] Nam injuſtitia commune hominum peccatum eſt, & iniquitas eorum deliciæ; deniq; ut breviſſime dicam, [b] Dei leges odio, & inſtructiones cõtemptui habentur. Atque omnia hæc convitia nobis, Dei ira, evenire ſciat, is qui ſapiens eſt. Quinetiam niſi Deus id tempeſtive avertat, calamitas hæc, quamvis homines aliter ſentiant, univerſas totius hujus nationis partes percellet, & proſternet.

Đpimſa etiam ſummulæ genus eſt, qua Orientales, Auſtrales, & Occidentales *Angliæ Saxones* in numerandis ſuis pecuniis utebantur. De hac etiam in Lege *Æthelſtani* R. Be pepum:. Đæſ cyningef pefegylo ſie mid Engla cynne on folcpiht ðpittig þuſend ðpimſa. ⁊ ðæpa xv.m. ſien ðæſ pefef. ⁊ oðpa xv.m. ðæſ cynedomef:. Se pæpe belimpaþ to þam mægþe. ⁊ ꝥ cynebot to þam Landleod:. Quæ ſic vertuntur in cod. ms. *Cott. Claudius*, D. 2. *Regis Weregildus eſt cum Anglis in publico recto tringinta millia thrimſa. [d] id trium quindecim milia ſunt de wera, & quindecim milia cynedomes.* i. e. *regiæ dignitatis. Ipſum natalis ejus pretium pertinet cognationi. & Kynebot ipſius terræ nationi.* In ms. autem *Cott. Titus*, A. 27. tranſferuntur his in verbis: *Regis Weregildum eſt cum Anglis in jure publico* xxx. *milia* þrimſa. [e] i. e. *trium* xv *milia ſunt de were. & quindecim milia cynedomas.* i. e. *regiæ cenſuræ. Ipſum natalis ejus pretium pertinet cognationi. & cynebot ipſius terræ nationi.*

Sic legem *Æthelſtani*, Showere, tranſtulerunt *Anglo-Normanni*, *Saxonicæ* linguæ & antiquitatis fere prorſus ignari, quæ tamen ſic verti debet: *Apud Anglos communi jure rex triginta mille Thrimſis æſtimatur, quarum quindecim millia regii capitis pretium ſunt, & quindecim millia, quibus regno ſatisfiat, mulctæ nomine ſolvenda ſunt. Regii capitis pretium ejus cognatorum eſt, mulcta vero populi Anglicani.*

De Thrimſa autem ſic *Lambardus*: *Thriſma* à ðpeo, *quod* tria *ſonat efficlum. Eſt igitur Thrimſa trium Solidorum nummus.* Thrimſa vero, Showere, non à ðpeo, ſed à Tremissis, ut

---

a X. Script. col. 846. & *Spelman*, concil. Vol. I. pag. 406. *b* Gallice *parents*. i.e. *agnati, cognati*, ſanguine propinqui. *c* Textus *Roffenſis* lectionem etiam corroborat verſio cod. ms. *Cott. Claudius*, D. 2. *Cheorles Weregildum eſt in Mercenorum Laga* cc. *ſolid. Thaini Weregildum* [*ſexies*] *tantum*, i. e. *duodecim hunshillinges. Regis ſimplum Weregildum eſt ſex Thainorum Weregildum in Mytenorum Laga. hoc eſt triginta* milia ſceatta. hoc eſt, *totaliter centum viginti libr. Sed pro regni emendatione debet tantundem addi in cenegildo. Ipſam weram debent habere parentes ejus, & regalem emendationem ipſius terræ populus.* *d* Lege *& iſtorum.* *e* Lege *& iſtorum.*

recte

recte R. *Bradijus* noſter, derivandum eſt. *Tremiſſis* autem in legibus antiquis fuit ſumma ſolido minor: ut [a] *Wiſigoth.* 7. Tit. 2. l. 11. *Si quis tintinnabulum involaverit de jumento, vel bove, ſolidum reddat. de vacca tremiſſes duos. De berbicibus tremiſſes ſingulos cogatur exſolvere.* Sic 8. Tit. 3. l. 10. *pro caballis, aut bubus, per ſingula capita ſingulos* ſolidos *reddat, per minora vero capita ſingulos tremiſſes.* Sic *Burgund.* Tit. 4. 3. *pro porco ſol.* 1. *pro ove ſol.* 1. *pro capra tremiſſem. Tremiſſis* ergo non nummus trium ſolidorum, ſed denariorum ſumma fuit ſolido minor, ſcilicet *quatuor* denariorum ſummula, ut conſtat ex Lege *Rip.* XXIII. *de iĉlu ſervorum: ſed tamen propter pacis ſtudium* tremiſſem, *id eſt*, IIII. den. *componat.* Quemadmodum enim in aſſis *Romani*, qui ex XII unciis conſtabat, tertia pars, *Triens* dicta, quatuor unciarum pondus fuit: ſic, ut ego autumo, *tremiſſis*, qui apud *Germanas* gentes IV. denariorum ſumma erat, tertia pars fuit veteris ſolidi *Germanorum*, quem ex tribus tremiſſibus, vel XII. denariis conſtitiſſe analogiæ ratio jubet credere.

Quamobrem, SHOWERE, *Thrimſa* vel pro numero IV. denariorum, quos tremiſſis Germanorum continebat; vel pro ratione, quæ fuit inter tremiſſem iſtum, & ſolidum, cujus *tertia pars* erat, æſtimanda eſt. Secundum priorem æſtimationem *Thrimſa* quatuor denariorum *Anglo-Saxonicorum*, qui *penningi* vocabantur, ſumma erat. Verum ſecundum poſteriorem, continebat *Thrimſa ſcyllingi*, ſive ſolidi *Anglo-Saxonici*, tertiam duntaxat partem, hoc eſt *peningum* integrum, quinque *ſticas*, *ſticæque* tertiam partem, cujus nulla denominatio eſt. Priorem *Thrimſæ* æſtimationem poſteriori præpono, SHOWERE, quum quod rotunda ſumma eſt, & computantibus *fractâ* multo commodior; tum quod prope accedit ad *Thrimſæ* valorem, qui legitur in Lege *Æthelſtani* R. in *Textu Roff.* Leopleſ pepezÿlð ıſ cc. ⁊ vı. ⁊ lx. ðpımſa. ꝑ bıð tpa hunð ſcÿllınza be Mÿncna Laze. *Villani Weregildum eſt* CCLXVI *Thrimſæ*, h. e. *ducenti ſolidi Merciorum Lege.* Ut enim quatuor denarii, ſive *peningi*, ex quibus *Thrimſam* conſtitiſſe arbitror, ſe habent ad *ſcyllingum*: ſic CCL. ðpımſa, quæ vera forſan lectio eſt, ſe habent ad cc. *ſcillingos.*

Hactenus de *Thrimſa*, ſeu tremiſſe *Anglo-Saxonico*, jam reſtat, ut de *punda* ſive libra *Anglo-Saxonica* dicamus. Quæ, ut ex ſuperioribus conſtat, LX *Scyllingorum* ſumma fuit. Nam eadem ratio eſt ſingularis *pundæ* ad LX. *ſcyllingos*, quæ eſt CXX pundarum ad XXX millia *Sceatta*, quæ conſtituunt ſepties mille & ducentos *Scyllingos.*

Verum, SHOWERE, ut omnia in compendium redacta in uberiore luce tibi ob oculos ponam, paucis accipe: octo *ſticæ*, vel duo *helflingi* conſtituebant denarium, ſeu *penningum* Anglo-Saxonum, qui tribus argenti denariis noſtris, quos **pennies**, & per contractionem **pence**, vocamus, pondere & valore par etiamnum eſt. Penningus cum quadrante, vel duabus ſticis, conſtituebat *unam ſceatam*; quatuor *penningi* conſtituebant *Thrimſam*; quinque penningi, vel quatuor ſceatæ conſtituebant *ſcyllingum*, qui quindecim denariis noſtris, ſive *shillingo* noſtro, & tribus noſtris denariis, valore æqualis eſt. Sex ſcyllingi, ſive triginta penningi, unam *mancuſam*, vel *marcam* conſtituebant. Decem mancuſæ, ſive ſexaginta ſcyllingi, qui shillingorum noſtrorum ſeptuaginta & quinque valebant, conſtituebant *pundam*, quæ argenti tres *noſtras* pundas, & XV shillingos noſtros continebant, ideoque XV unciarum argenti pondo, vel libra fuit.

Quinetiam monetæ *Anglo-Saxonicæ* genus, ſive id nummus ſignatus, ſive pecuniæ pondus vel ſumma fuit, ORE, vel ORA erat, cujus uſum *Dani*, quæ mea eſt opinio, in *Angliam* induxerunt. *Ora*, autem vel *ore* fit à veteri *Cimbrico*, vel *Norvagico* Aur, vel Auri, *Iſlandice* eyrir, quibus *plural. communis* Aurar. *Latino-barbare* ÆREUS. de quo ſic *Ol. Verelius* in ſuo Linguæ veteris *Sueo-Gothicæ* indice: Auri *eſt octava pars Marcæ.* Sic *Gudmundus Andreæ* in Lexico ſuo *Iſlandico*: Mork, *Marca duplex, una ponderis, altera menſuræ. Marca ponderis continet octo Æreos.* Sic *Arngrimus Jonas Iſlandus*, Crymogææ lib. 1. cap. VIII. p. 85. *Marca porro in rerum taxatione octies* eyrir. *Hanc ſimpliciter Marcam Iſlandicam appellaturi ſumus. Valebat unciam argenti defæcati cum* [b] *duella.* dein p. 86. *Etenim marca auri puri, & argenti defæcati* VIII *unciarum pondus habuit: ubi etiam uncia* eyrir *nobis dicta eſt.* ORA ergo, ſive *Æreus* argenteus, quamvis in rerum taxatione apud *Iſlandos* valebat *unciam argenti*, & *duellam*, duntaxat tamen pendebat unciam, adeoque viginti penningos veteres *Anglo-Saxonum*, & *Anglo-Normannorum*, id eſt, ſexaginta noſtros penningos, ſive nummum percuſſum, quem vocamus **a crown**, pondere & valore æquabat. *G. Somnerus* in gloſſario ſuo de ora ſic ſcribit: ora *autem* i. e. *ut dixi* uncia, *in re nummariâ duplex reperitur*, major *ſc. &* minor: *hæc* XVI *continens argenti* denarios, illa XX. *Quarum poſterior in libro cenſuali Anglorum ubique fere obvia. In regeſto monaſterii* Burton, (*obſervante Cl.* [c] Camdeno *in Wiltonia*) XX *oræ dicuntur valere duas argenti Marcas. Hoc ut verum ſit, per* Marcam *hic intelligenda* Marca *temporum poſteriorum*, XIII. *valens argenti ſolidos, &* IV *denarios*; *ut per* Oram, Ora *minor*, XVI *ſc. denariorum. Hac enim computandi ratione* XX. Oræ *duas faciunt argenti* Marcas, *viz.* XXVI S. & VIII. d. Hæc ille de du-

---

a Codex legum antiquarum ex bibliotheca *Frid. Lindebrogii. Francofurti*, M.DCXIII. *b* Id eſt, cum tertia unciæ parte. de ORA etiam ſic *Skeneus* de verb. ſignificatione. ORA, **ane auld Saxon word, and ſignifies metall, ſike as braſſe, or Gold; and mairover in auld times it was ane peice of Cunzied ſilver, or gold. for,** *tres oræ aureæ* **are the price of ane Cowe.** *Stat. Alex.* lib. 4. c. *Sciendum* 63. *c Britan.* Londini edit. in fol. M.DC.VII. p. 186.

plici *Ora*, regesti *Burtonensis* auctoritate fretus; ubi etiam XXVI. s. & VIII. d. ex quibus *Marca* constitisse dicitur, de solidis & denariis, qui nostros ter valore & pondere superabant, intelligendi sunt.

ORÆ autem argenteæ viginti veterum denariorum pondus & valorem habentis frequens mentio est, SHOWERE, in rerum & servorum emptionibus & venditionibus, quas supra ex monumentis *Dano-Saxonicis* & *Normanno-Saxonicis* descripsimus. Id genus sunt: Leofpine ȝeboht healf hide landef æt Æðpice hif mæȝe Uficef funa mið healfe Mapce ȝoldef. ⁊ mið ane punð feolfpef. ⁊ tpeȝan opan, *Leofwinus emit ab Ædrico, propinquo suo, Usices filio, dimidium hidæ telluris cum dimidio Marcæ auri, una libra argenti, & duabus oris.* Leofenoð ȝeboht hine. ⁊ hif offpþing ut æt Ælffiȝe mið fif opan. ⁊ mið tpelf heafðon fceapa, *Leofenothus se & suos redemit ab Ælffigo, quinque oris, & duodecim ovibus.* In legendis etiam vetustis *codd.* non raro occurrunt rerum & servorum pretia, quæ per *oram auri* exprimuntur: ut, Æȝelfiȝe bohte fynfic æt Ælfiȝe abbude mið anon yfe ȝoldef, *Ægelsigus emit Wynricum ab Ælwigo abbate cum ora auri.* Ora auri autem secundum proportionem, qua aurum valore superabat argentum apud Græcos & Romanos, Oram argenti decies non potuit non valere.

Hæc paucis & obiter, SHOWERE, de re nummaria *Anglo-Saxonum*, quæ plenius & ornatius dici possunt ab eo, quisquis ille φιλαεχαίων nostrorum fuerit, qui *Centonem Saxonicum* scripturus est. Ad quem etiam, tanquam opus *Phrygionicum* intexendum, accedere debent juramentorum solennes formulæ, quæ habentur *Text. Roffen.* fol. 38. b. ibique inscribuntur:

ÞU ÐE MAN ÐLEAL [a] ÐYERIE.

I. [b] On ðone dihten þe þef halizdom ir foftehaliz ic pille beon N. hold. ⁊ getripe. ⁊ eal lufian ðæt he lufað. ⁊ ealle arcunian ðæt he arcunað æftef Godef pihte. ⁊ æftef populd gefyrnum. ⁊ nænfe pillef ne gefealdef. popdef ne peoncef opiht don ðæf him laðne bið. pið þam ðe he me healde fpa ic eapnian pille. ⁊ eall ðæt [c] læfte ðæt uncef fopmæl pæf þa ic to him gebeah. ⁊ hif pillan geceaf:.

II. [d] On þone dihten þe ðef haligdome ir fopehaliz fua ic fpæce difce mið fullan folcpihte butan bnæde. ⁊ butan fpice. ⁊ butan æghpylcum facne. fpa me fopfcolen pæf þæt opf N. ðæt ic onfpæce. ⁊ þæt ic mið N. gefengen hæbbe:.

III. [e] On ðone dihten næf ic æt fnæde. ne æt dæde. ne gepita. ne gefyhta ðæf man mið unpihte N. opfe ætfefed:. Ac fpa ic opfe hæbbe fpa ic hit mið pihte begeat. ⁊ fpa ic hit tyme fpa hit me fealde ðe ic nu on hand fette. ⁊ fpa ic opfe hæbbe [*f* fpa ic opfe hæbbe] fpa hit me fealde ðe hit to fyllanne agte. ⁊ fpa ic opfe hæbbe fpa hit of minum agnum þingum com. ⁊ fpa hit on folcpiht min agen æht ir. ⁊ min infortef:.

IV. [g] On ðone dihten ne teo ic N. ne fof hete. ne fof hele. ne fof unpihtfe feoh gynnerfe. Ne ic nan fodfe nat bute fpa min fecga me fæde. and ic fylfe to fodde taliȝe þæt he minef opfef þeof pæfe:.

V. [h] On ðone dihten ic eom unfcyldiȝ æghef ge dæde ge dihtef æt þæfe tihtlan ðe N. me tihð:.

VI. [i] On ðone dihten. fe að ir clæne. ⁊ unmæne. ðe N. fpofe:.

VII. [k] On almihtiȝef Godef naman þu be hete hal. ⁊ clæne þæt þæt þu me fealdeft. ⁊ fulle pafe pith æftef fpfæce on þa gepitenefre þe unc þa mið pæf N.:.

VIII. [l] On almihtiȝef Godan naman fpa ic hef N. on fodfe gepitnefre ftande unabeden.

---

a Dano-Saxonice pro fpepnan. *b* Videtur ex solenni formula fidelitatis jusjurandum esse quo vel servus, vel cliens, utpote Thanus, vel Drengus, domino se adstringebat. *c Dano-Saxonice* pro læftan. *d* Conceptis verbis jusjurandum, quo quis pecus in alius possessione inventum vendicans, à se furto surreptum jurabat. *e* Solennibus, & legitimis verbis jusjurandum, quo is, in cujus possessione pecus vendicatum inventum est, jurabat se furti nullo modo conscium fuisse, sed id pecoris jure acquisitum possidere, ut quod illi vel datum, vel venditum, vel ab illo altum esset. *f* Sic MS. repetita vero scriptio librarii culpa est. *g* Juramentum calumniæ, quo actor jurabat se reum furti accusatum non animo calumniandi in judicium vocasse. *h* Juramentum calumniæ, quo reus criminis furti, cujus accusatur ab actore, se immunem esse jurat. *i* Jusjurandum sacramentalis conjuratoris, seu compurgatoris esse videtur. *k* Monitio, ut videtur, solennis ad testem jurejurando adigendum. *l* Jusjurandum, quo testis, quæ de re aliqua testimonio dixerat, corroborat, vel vera esse jurat.

ȝ unȝeboht to ſpa ic hit mið minum eȝum oſeþſeah. ȝ minum eaþum oſeþhẏþde ðæt ðæt ic him mið ſæcȝe:.

IX. [a] On almihtiȝer Ȝoban naman. nẏrte ic on þam þinȝum þe þu ẏmb ſpecſt ſul.ne ſacn. ne ſacne pom. to þæþe ðæi tẏðe ðe ic hit þe realðe. ac hit æȝðeþ pæſ ȝe hal ȝe clæne butan ælcne ſacne:.

X. [b] On liſienðeſ Ȝoðeſ naman ſpa ic ſeoþ biðde ſpa ic ȝẏpanan hæbbe þæſ þe me N. behet ða ic him min realðe:.

XI. [c] On liſienðeſ Ȝoðeſ naman. ne ðeaþſ ic N. ſceat ne ſcẏllinȝ. ne peninȝ. ne peniȝeſ peoþð. ac ealle ic hit ȝelærte þæt þæt ic him ſcolðe ſpaſoþð ſpa uncþe poþð ȝecpẏðu ſẏþmeſt pæþon:.

Æſtimatio juramentorum pro ſtatu, & gradu perſonarum jurantium.

Mærre þeoſteſ að. ȝ poþulð þeȝeneſ að iſ on Enȝla-laȝe ȝetealð eſen ðẏþe. ȝ ſoþ þam ſeoſan cẏþic haðan þe re mærre-þeoſt þuþh Ȝoðeſ ȝiſe ȝeþeah þ he hæſðe he biþ þeȝen nihteſ puþðe.

Tpelſhinðeſ man að ſoþſtent vi. Leoþla að. ſoþ þam ȝiſ man þone tpelſhinðan man þnecan ſceolðe. he bið ſull þnecen on ſẏx Leoþlan. ȝ hiſ þeþeȝẏlð biþ. vi. Leoþla þeþeȝẏlð:.

Formulis juramentorum hiſce antiquis adjiciatur etiam vetuſtiſſima illa Sacramenti, quo mos erat RR. *Anglo-Saxonum* ſe in ſolenni tempore conſecrationis obſtringere. Sed quia id in præfatione, quæ eſt ante *Inſtitutiones Grammaticas Anglo-Saxonicas*, quas *Oxoniæ* edidimus 1689, exhibuimus, eo remittimus Lectorem.

Dignum etiam eſt, quod, tanquam panniculus pretioſus, *Centonis Saxonici* pars ſit, [d] iſtud *Textus Roff.* fol. 93. a. b. Be leoðe ȝeðincðum. ȝ laȝe. hoc eſt, *de populi*, ſeu *civium cenſu, & conditione ſecundum uniuſcujuſque bonorum æſtimationem.*

Hit þæȝ hþilum on Enȝlalaȝum þ leoð. ȝ laȝa ſoþ be ȝeðincðum. anð ða þæþon leoðpitan peoþðȝciþeȝ pẏþðe ælc be hiȝ mæðe. Eoþl. ȝ Leoþl. þeȝen. ȝ þeoðen:. Anð ȝiſ Leoþl ȝeþeah þ he hæſðe ſullice ſiſ hiða aȝeneȝ lanðeȝ. cẏnecan. ȝ kẏcenan. bellhuȝ. anð buþhȝeat. retl. ȝ runðeþnote on cẏnȝeȝ healle. þonne þæȝ he ðanonſoþð ðeȝen nihteȝ peoþðe:. Anð ȝiſ þeȝen ȝeþeah þ he þenoðe. ȝ hiȝ naðȝteſne nað on hiȝ hiþeðe. ȝiſ re þon hæſðe þeȝen þe him ſiliȝðe þe to Linȝeȝ utſaþe ſiſ hiða hæſðe. on cẏnȝeȝ rele hiȝ hlaſoþðe þenoðe. anð þnipa mið hiȝ æþenðe ȝeſope to cinȝe. re moȝte riððan mið hiȝ ſoþaðe hiȝ hlaſoþð aȝpelian æt miȝtlican neoðan. ȝ on hiȝ onȝpæce ȝeþæcan mið nihte. ſpa hpæþ ſpa he ſceolðe. ȝ re þe ſpa [e] ȝeþoȝenne ſoþþẏþhtan næſðe. ſpoþe ſoþȝẏlſne æſteþ hiȝ nihte. oððe hiȝ þoloðe. ȝ ȝiſ þeȝen ȝeþeah þ he peaþþ to eoþle. þonne þæȝ he ȝẏððan eoþl nihteȝ peoþðe:. ȝ ȝiſ maȝȝeþe ȝþeeah þ he ſeþðe þniȝe oſeþ pið ræ be hiȝ aȝenum cnæſte. re þæȝ þonne ȝẏððan þeȝen nihteȝ peoþðe:. Anð ȝiſ leoþneþe ȝeþeh þuþh laþe þ he hað hæſðe. ȝ þenoðe Xpe. re þæȝ þonne ȝẏððan mæðe. ȝ munðe ſpa micelȝe pẏþðe. ſpa þæþto ȝebẏneðe. buton he ſoþþoþhte þ he þæþe haþ-note notian ne muȝte. ȝ ȝiſ hit ȝeþuþðe þ man ȝehaðeðum oððe ælþeoðiȝum ahpeaþ ȝeðeþoðe poþðeȝ oððe peoþceȝ. þonne ȝebẏneðe Linȝe. ȝ biȝceope þæt hiȝ þæt bettan. ſpa hiȝ naðoȝt mihton:.

Hæc Latino-barbare verſa extant *Tex. Roff.* fol. 79. b. Ea autem ſic in Latinum convertimus:

"Legibus olim Angliæ conſtitutum erat, ut populus, & eorum conditio pro facultatibus, quas "quiſque habebat, in honore haberetur. Etenim tum ſapientes nationis pro ſua quiſque conditio-"ne, ſive is Comes, ſive Colonus, ſive Thanus, ſive Subthanus, honore digni cenſebantur. "Nam ſi colonus eo profecerat, ut *f* quinque propiæ telluris Hidas, Eccleſiam, Coquinam, & "portam cum clocario haberet, & ſede, & peculiari officio in Aula regis gauderet, tum quidem, "qui Thano æqualis haberetur, deinceps dignus habebatur. Et ſi Thanus eo profecerat, ut regi "miniſtraret, & in regis ſatillitio, (exercitu) ſua vice iter equo faceret, ſub ſe etiam habens "inferiorem Thanum, qui illi famularetur, & qui quinque hidas terræ ea conditione tenebat

---

a Jusjurandum ſolenne, quo venditor rem venditam integram, & indiminutam bona fide emptori tradidiſſe jurabat. *b* Jurisjurandi formula, quo emptor jurat ſe rem venditam diminutam, & cum defectu à venditore accepiſſe. *c* Jusjurandum quo debitor rem creditori ſolviſſe jurabat. *d* Extat etiam è cod. regio Latino-barbare deſcriptum in *Spelmanni* concil. Vol. I. p. 406. In libro, cui titulus, **The Treaſury of Ancient, and Modern Times.** Vol. I. p. 519. *Lambardi* itinerar. Cantiæ pag. 500. & *Joh. Seldeni*, Libro, cui titulus **Titles of Honour.** *e* Leȝe ȝetoȝen. *f* Sic in LL. *Æthelſtani* à *Lambardo* editis: ȝiſ ceoþl ſie ȝepeleȝoð to þam þ he aȝe v. hiða lanðeȝ. ȝ mon hine oſſlea. ȝẏlðe hine mon mið ii. m. ðȝimſa. ȝ ȝiſ he beȝẏtaþ þæt he hæbbe bẏþne. ȝ helm. ȝ oſeþȝẏlðene ſpeoþð. ðeah ðe he lanðe næbbe. he bið ſiþcunð. ȝ ȝiſ hiȝ ſunu. *&c.*

"ut regem proficiſcentem comitaretur, & qui regis in cœnaculo domino ſuo miniſtraret, ter-
"que regem illius nomine nuntius adiiſſet; hic poſſet præjuratus [a] domini ſui variis in negotiis
"vices gerere, &, quemadmodum ille, alii actionem intendere, qui ſic accuſatus, ſi culpæ reus non
"foret, purgandus erat tot conſacramentalium juramentis, quot lex à ſui ordinis homine poſce-
"ret, aut pœna danda ab eo eſſet. Verum ſi Thanus eo profecerat, ut comes factus eſſet, ex
"eo tempore comitis juribus, & dignitate plane gaudebat. Et ſi mercator adeo in opibus cre-
"verat, ut ter *Altum* ſuis facultatibus trajiceret, tum Thano par jure cenſebatur. Et ſi Scho-
"laris in eruditione adeo progreſſus erat, ut in ſacris ordinibus inſtitutus Chriſto ſerviret, hic
"omni illa reverentia & patrocinio dignus habebatur, quam ejus ordo & conditio requirebat.
"Denique ſi ita aliquando contingebat, ut quis ſacris ordinibus inſtitutum, aut peregrinum, ſive
"verbis, ſive facto læderet, tum ut reum cogerent noxam ſuam quamprimum emendare, regi
"& Epiſcopo incumbebat,

Hæc à te forte ante triennium in verſione *Anglicana* cum ſumma voluptate lecta, ut Latio donata cum nova delectatione relegeres, volui cl. SHOWERE; propterea quod oſtendunt immutatos Almæ noſtræ Angliæ mores, in qua hominibus vel infimæ ſortis, in quibus cum ingenio diligentia conjuncta erat, olim, ut nunc, ad honores aditum facilem patuiſſe conſtat. Colonos, & mercatores *Thani* divitiæ; & bonarum literarum ſtudioſum divitiis omnibus præferendus presbyteratus ordo *Thano* exæquabant. Quod cum primum ſcires, tibi non miror placuiſſe, qui orphanus relictus è re anguſta domi diligentia & ingenio adeo deo adjuvante emicuiſti, ut inter illos jam diu habitus fueris, quorum dignitas & amplitudo poſtulat, ut *Thanis*, qui nunc *Barones* appellantur, pares cenſeantur.

Dignum etiam judicabis, quod *Centoni Saxonico* immittatur iſtud *text. Roff.* fol. 38. a. de ſervanda pace palatina propter regis honorem.

Ðuƿ ƿeoƿ ƿceal beon Linȝeƿ ȝrið. ƿƿam hiƿ buƿhȝeate ðæƿ he iƿ ƿittenðe on ƿeopeƿ half [b] hiƿ. ðæt iƿ iii. mila. ȝ iii. ƿuƿlanȝ. ȝ iii. æceƿa bƿæðe. ȝ ix. ƿota. ȝ ix. ƿcæftamunða. ȝ ix. beƿe coƿna:.

Intra hos fines pax Regis ſervanda eſt. ſcil. à porta domus in qua manet, uſque ad intervallum trium . . . . . cum dimidio, hoc eſt, uſque ad diſtantiam trium milliarium, trium furlangorum, trium acrarum, novem pedum, novem palmorum, & novem granorum hordeaceorum.

Pax autem ſive protectio regis, SHOWERE, [c] multiplex fuit apud veteres *Anglos*. Alia enim [d] manu data fuit, quam *Anglo-Saxones* vocabant Lýninȝeƿ hanð-ȝrið. de qua ſic in foed. Edv. & Guthr. 1. ƿ iƿ ƿonon æƿeƿt ƿ hiȝ cƿæðon. ƿ cýƿic ȝrið binnan paȝum. ȝ Lýninȝeƿ hanðȝniƿ ƿtande eƿne unpemmeð. Alia data fuit tempore Coronationis, per octo dies ſcilicet continuos. Alia feſtorum gratia data eſt: ut in natale domini data eſt pax octo dierum, totidemque in paſchate, & pentecoſte. Alia data fuit quatuor *Cheminis*, ſive viis publicis, *Watlingſtrete, Foſſe, Hikenildſtrete*, & *Ermingſtrete*. Alia fuit fluviorum, quorum navigiis victualia deferebantur ad civitates, vel burgos. Sacratiſſima vero omnium fuit pax palatii, quod ob honorem regiæ majeſtatis ſemper aſyli jure gaudebat, & ad magnam uſque diſtantiam defenſionis, immunitatis & tutelæ locus erat. De hac pace ſanctè, & inviolate ſervandâ latæ ſunt Leges *Aluredi* R. 7. & Pol. *Canuti* 56. quas tu cum otio conſule. Digna etiam eſt, quæ ad *Centonem Saxonicum* contexendum accedat Relatio cauſæ *Saxonicè* ſcripta, quæ ſolenni more determinata fuit, R. *Edgaro* in tribunali præſidente. Cujus equidem cauſæ notitiam exhibere placuit contra *monarchomachos* noſtros, quibus nihil antiquius eſt, quam aſſerere Regi Angliæ, quem jus ipſum Anglicanum *juſtitiæ fontem, & originem* etiamnum vocat, in tribunali ſedere, & cauſas judicare non licere.

Text. Roffen. fol. 162. a. & 163. a. b.

De ƿalcheham ȝ Bƿomleaȝe.

Ðiƿ pæƿon þa lanð. æt Bƿomleaȝe. ȝ æt Fealcnaham. þam cinȝe Eaðgaƿe ȝeƿeht. on Lunðenbýriȝ. ðuƿh ƿnoðinȝlanðeƿ lanð-bec. ðaþa ƿƿeoƿtaƿ ƿoƿƿtælon þam biƿcope on Ƿoƿceaƿtƿe. ȝ ȝeƿealðan heo ælfƿice æƿcƿýnne ƿunu. ƿið ƿeo ðeaƿnunȝa. ȝ heo æƿcƿýn ælfƿiceƿ moðoƿ ƿealðe heo æƿ ðiðeƿ in. ða ȝeacƿoðe ƿe biƿcop ƿ þa becc ƿoƿƿtolene pæƿon. bæð þaƿa boca ða ȝeoƿnlice. unðeƿ þam þa ȝepatt ælfƿic. ȝ he bæð þa laƿe ƿýððan. oð man ȝeƿehte on cinȝeƿ þeninȝ manna ȝemote ðæƿe ƿtope ȝ þam biƿcope ða ƿoƿƿtolenan becc ƿnoðiȝlanðeƿ. ȝ bote æt þæƿe þýfðe ƿ pæƿ on Lunðene. þæƿ pæƿ ƿe cinȝ Eaðgaƿ. ȝ ƿe aƿcebiƿcop Dunƿtan. ȝ Aðelpolð biƿcop. ȝ Ælfƿtan biƿcop. ȝ oðeƿ Ælfƿtan. ȝ Ælfeƿe ealðoƿman. ȝ ƿela cýnȝeƿ pitena. ȝ man aȝæf ða into ðæƿe ƿtope ðam biƿcope þa becc. þa ƿtoð þaƿa pýðepan aƿe. on þæƿ cýnȝeƿ hanða. ða polðe Ƿulfƿtan ƿe ȝeƿeƿa niman þa aƿe to ðæƿ cýnȝeƿ hanða. bƿomleah. ȝ ƿealcnaham. ða ȝeƿohte ƿeo pýðepe ða halȝan ƿtope. ȝ ðane biƿcop. ȝ aȝæf þam cinȝ Bƿomleaȝeƿ boc. ȝ Fealcnahameƿ. ȝ ƿe býƿcop ȝebohte þa becc ȝ þa lanð æt ðam cinȝe on ȝoðeƿ pille. mið ƿiftiȝan manceƿan ȝolðeƿ. ȝ hunð teontiȝan. ȝ þƿit-

---

a Scil. *Regis*. *b* Significatio hujus vocis, quam male à librario ſcriptam judico, me plane latet. *c* LL. Edv. Conf. cap. 12, 30, 31. *d* Id eſt, litteris regiis.

tiȝum

tigum punbum. þuph foneppræce. ⁊ cortnunge. into rcē Anbrea. riððan þa lexbe re bircop ðane pyðepan. ðana lande bryceſ. unbeſ þam þa ġepatt re cing. Ongan ða ryððan Byrhtric ðane pyðepan mæġ. ⁊ heo to ðam ġenebbe þ hy bpucan ðana landa on neaxlace. ġerohtan ða ðane ealbopman Eadpine. ⁊ þ folc ðe pær ġobeſ anrppeca. ⁊ ġenebban þane bircop be ealne hir ane aġixteſ ðana boca. ne morte he beon þana ðpeopa nameſ pynðe ðe eallum leobrcipe ġerealb pær on pebbetale. ne teameſ. ne ahunga.

Ðir ir reo ġepitneſſe ðær ceapeſ. Eaðgan cing. ⁊ Dunrtan arceb. ⁊ Orpalb arceb. and Aþelpolb b. Æþelġan b. ⁊ Ærcpi b. ⁊ Ælfrtan. b. ⁊ oðeſ Ælfrtan. b. ⁊ Sibeman. b. and ðær cinġeſ modop Ælfðryð. ⁊ Orġan ab. ⁊ Ælfepe Ealbopman. ⁊ pulfrtan on Dælham. ⁊ Ælfric on Ebbeſham. ⁊ reo ðuġuð folceſ on peſtan cænt. þæp þæt land. ⁊ þæt læð to liþ:.

Huc ſpectat lex Edgari politica 2. Be ðone þe mon cyngе ġerece. Illaque, quæ ſcripſit Bractonus lib. III. *de actionibus*, cap. 9,10. "Ideo videndum erit de iis, quæ pertinent ad regnum, "quis *primo*, & *principaliter poſſit*, *& debeat judicare*. & ſciendum quod *ipſe rex*, *& non alius*, "*ſi ſolus ad hoc ſufficere poſſit*, cum ad hoc per virtutem Sacramenti teneatur adſtrictus. Et ſi "ipſe dominus rex ad ſingulas cauſas terminandas non ſufficiat, ut levior ſit illi Labor, in plu-"res perſonas partito onere, eligere debet de regno ſuo viros ſapientes, & timentes deum—— "& ex illis *conſtituere juſtitiarios*.

Nimius forem, SHOWERE, ſi, quæ *Centonem Saxonicum* ſpectant, & quæ illi contexendo idoneam materiam ſuppeditare poſſunt, omnia pergerem deſcribere.

Quapropter inſtitutum noſtrum tanquam ſuis finibus terminabo cum iis, quæ ab incerto quodam auctore *Saxonice* ſcripta ſunt de *Sanctis in Anglia Sepultis*; & quæ, me rogante, verſione *Latina*, notiſque ſuis illuſtravit collega noſter, & amicus chariſſimus, *Gulielmus Hopkinſius* S. T. P. Eccleſiæ Cath. *Wigornienſis* non ita pridem præbendarius, & ſi quis alius, à jactis ejus fundamentis, maximum ornamentum. Qui neſcio an omne genus eruditione, morumve ſanctitate ſimul, & ſuavitate, præſertim candore, modeſtia, & humanitate clarior, præpropera morte nuper abreptus eſt, qua reſp. Literaria & Eccleſiaſtica ingens detrimentum cepit haud poſteris ſeculis ferme reſarciendum.

Incertus Auctor de Sanctis in Anglia *ſepultis*, *deſcriptus à* D. Junio *cl. ex* MS. *Collegii* Corporis Chriſti, *alias* Benedicti, *quod eſt* Cantabrigiæ; inveniturque pagina 147 voluminis 284.

Hep cyð ymbe ða halġan ðe on Anġelcynne perta'ð. on uper bpihtner naman Hælenber Lpirter:.

Sc̄ Agurtinur ġexullobe Æthelbpihtlantpapena cynninge ⁊ all hir ðeobe:.

Ðonne pær Eadbalb Æthelbpihteſ punu cynġeſ. ⁊ Bipihtan hatte hir cpen. ⁊ Æthelbuph hatte heopa bohtop. ⁊ oðpe nama Tate. heo pær fopġixen Eadpine Nopðhymbpa cyninge to cpene. ⁊ rc̄ Paulinur re mæpa bircop fop mid hine ⁊ ġexullobe ðone cyninge ⁊ ealle hir þeoda. ⁊ heo þa æftep Eadpineſ dæge ġerohte Lantpapabyrig. ⁊ hine bpoðop Eadbalb pær Lantpapa cyninge. ⁊ he hine þa fopġeaf þ land on Limene. ⁊ heo ða þ mynſtep ġetymbpode. ⁊ þap nu pertebð. ⁊ rcā Eadbuph mid hine:.

Ðonne pær Ymme. Eadbalbeſ cpen. Franca cyninġep bohtop. ⁊ hig begeaton rcē Eanrpiþe. ðe æt folcanrtane pertaðð. ⁊ Eapcanbpiht Lantpapa cyninge. ⁊ Eopmenred Æðelinge. ⁊ Eopmenburg. ⁊ rcē Eopmenġið. ⁊ rcē Æþelred. and rcē Æþelbpiht. ðir pæpon Eopmenpæðeſ beapn. ⁊ of Lafe hir cpene:.

Ðonne pær Ecgbpiht cyninge. ⁊ Hlopepe cyninge. ⁊ rcā Eopmenhilð. ⁊ rcā Epcenġota pæpō Eapcanbpihteſ beapn. ⁊ Sexburge hir cpene:.

Hic [incipit] Narratio de *Sanctis* qui in [a] *Anglorum* regione quieſcunt. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Sanctus Auguſtinus baptizavit *Æthelbertum* Regem *Cantiorum* cum gente univerſa.

Erant tunc temporis *Æthelberto* regi *Æadbaldus* filius, & Regina nomine *Bertha*, nec non filia cui nomen *Æthelburga*, cognomen vero *Tata*. Hæc *Eadwino Northymbrorum* Regi in uxorem tradita erat, eamque Scūs *Paulinus* Archiepiſcopus comitatus eſt, qui baptizavit Regem populumque univerſum. Defuncto autem *Eadwino Cantuariam* rediit *Æthelburga*, *Cantiorum* regnum obtinente *Eadbaldo* fratre, qui dedit illi terram in [b] *Limene* ubi Eccleſiam condidit, ibidemq; una cum *Sancta* [c] *Eadburga* requieſcit.

Eadbaldus in uxorem habuit *Emmam*, Regis *Francorum* filiam. his prognati ſunt Scā *Eanſwitha*, quæ *Folceſtonæ* requieſcit, & *Ercombertus* Rex *Cantiorum* & *Eormenredus Clito*: *Eormenburga* vero & Scā *Eormengitha* cum [d] Scō *Æthelredo* & [d] Scō *Æthelbrihto* liberi erant *Eormenredi* ex **Oslava* conjuge.

Ecbertus Rex, & *Lotharius* Rex, una cum Scā *Eormenilda* & Scā *Ercongota* procreati ſunt ab *Eorcanberto* & *Sexburga* Regina.

---

a In *Anglia* tantum, non de *Sanctis* in *Wallia*, *Scotia* vel *Hibernia*; S. *Columcyllam* ſi excipias. *b* Hodie LIMINGE. *c* Plures hujus nominis *Virgines Sanctæ* Angliam olim ornarunt; tres in his catalogis memorantur, inter quas hæc noſtra erat longe celeberrima. *d d* S. *Æthelredus*, & *Æthelbrihtus* fratres S. *Eormenburgæ*, quos occiſos juſſu *Ecberti* Regis infra legimus. * Mendoſe of Lafe hir cpen, legendum Orlafe. & ſic *Capgravius*.

Ðonne pæʃ ʃcē Eoʃmenbuʃge oðeʃ nama Domne Eue. heo pæʃ ʃoʃgifen Meʃʃale. Pendan ʃunu cyngeʃ. ⁊ þaʃ hi begeaton ʃcē Mildan buʃge. ⁊ ʃcē Mildriðe. ⁊ ʃcē Mildgiðe. and ʃcē Meʃʃynn. hig ða ʃoʃ Lodeʃ todældon be heom libbendum eal þ hi ahton. ⁊ heo þa Domne Eue ʃoʃ eft to Lantlande. ⁊ hyʃe broðra feʃgildeʃ onfenge innon Tænetlande æt Ecgbrihte ðam cyninge. þe hig æʃ acpellan het:. Ðunoʃ hatte hiʃ geneʃa ðe hig acpellan het. ⁊ he hig bebiʃigde undeʃ þæʃ cyngeʃ heahʃetle on Eaʃtnege innon hiʃ healle. ⁊ hi ða puʃdon ðuʃh Lodeʃ naman pundoʃlice gecyðde. ʃpa þ ðuʃh Lodeʃ mihte ʃe Leoma aʃtod ymbe middeʃniht up ðuʃh ðæʃe healle hʃoʃ. ʃpilce ðaʃ ʃunne ʃcine. ⁊ ðæt ʃe cyninge him ʃylf geʃeah. ⁊ he pæʃ ʃpiðe aʃpyʃht. ⁊ he ða be ðam pirte þ he hæfde ðam Hælande abolgen.

And he þa het heona ʃpuʃtoʃ Domne Eue him to gefeccan. þæt heo heona fengilde onfon mihte. ⁊ heo ʃpa dyde. þ iʃ ðonne hund eahtati ʃulunga landeʃ. þæt hig þ mynʃteʃ on aʃændon. ðam ʃaulum to gebnædenne. þe hit heona fengild pæʃ. ⁊ ſe cyninge hine ðaʃ to fel fylʃte. ⁊ heo ða ʃcē Mildriðe hine dohtoʃ ofeʃ fæ ſende. þ heo ðone pirdom þaʃ geleoʃnode ðe man on ðam mynʃtre healdan ſceolde. ⁊ heo ða ʃpa dyde. ⁊ þaʃ micelne haligdom begeat. ðe man nu git to dag ſceapian mæg. ⁊ heo ða ʃcē Mildryð eft to hyne meddeʃ ham com. ⁊ heo hene ða þat mynʃteʃ ʃoʃgeaf ða hit gertaðelod pæʃ:. And heo ða ʃcē Mildrið halig niʃte ongenge æt Theodoʃe ancebiʃceope. ⁊ hund ſeoʃontig mædena mid hine. þe ſe cyninge ⁊ hine modoʃ begiten hæfdon ⁊ gelæned þ hig æt ðaʃe ʃtope nytte beon mihton. ⁊ heo ða þaʃ Lode to pillan geðeah ⁊ þ ece liʃ geeaʃnode. ⁊ ʃpa oft riðdan heona mihta cuþe ʃyndon:. And ʃcē Eoʃmengið hyne moddrige mid hyne punode oþ hine liʃeʃ ende. ⁊ heo ſylf ðaʃ hyne licneʃte geceaʃ be hine libbendne. þ iʃ ðonne an mil be eaʃton ʃcē Mildryðe mynʃtre. ⁊ hyne mihta ðaʃ oft pæʃon cuðe ⁊ git ſyndon:. And ʃcē Eadburh ða to ðam mynʃtre fenge æfteʃ ʃcē Myldryðe. ⁊ heo ðaʃ cirican gefette þe heona lichaman nu on neʃteð:.

Ðonne pæʃ Sexburh Lantpaʃena cpen. heo gertaþelode ʃcā Maʃian mynʃteʃ on Sceapege. ⁊ ða Lodeʃ ðeoʃaʃ ðaʃ to gefette:. Hpæt þa Loþhene cyninge. hyne ſunu. heom ðaʃe landaʃe geuðe þe hig git big libbað. ⁊ heo þa gebeð nædene þaʃ aʃændon:.

Scā *Eormenburga*, cui [a] cognomen erat *Domneva*, nupſit *Merwaldo* filio *Pendæ* Regis, qui progenuerunt Scam̄ *Milburgam*, & Scam̄ *Mildredam*, & Scam̄ *Mildgitham*, & Scum̄ *Mervinum*. Omnes hi adhuc viventes pro Dei amore patrimonium totum diſtribuerunt [in pios uſus.]

Domneva autem in *Cantium* poſtea profecta eſt, ad recipiendam [b] *Weregildam* fratrum *Egberto* Rege (qui eos interfici juſſerat) in inſula *Thanetæ*. *Thunor* erat Comitis nomen, cui cædem eorum demandaverat. Hic eos ſepeliverat ſub ſolio Regis intra Aulam ſuam [c] *Eſtregiæ*; ſed [corpora eorum] in Dei nomine miraculoſe revelata erunt; quippe circa mediam noctem, virtute divina, columna lucis Solaribus radiis æqualis aſcendit per tectum Aulæ Regiæ: hanc Rex ipſe conſpexit & valde perterritus erat; inde enim novit ſe Jeſum ſibi infenſum reddiſſe.

Mandavit ideo *Domnevam* ſororem eorum acceſſi ad Weregildam pro eis accipiendam; qua recepta, videlicet [d] octoginta carucatis terræ, [*Domneva*] ibi Monaſterium ædificavit, ut [e] preces fierent in eodem pro animabus eorum, in quorum Weregildam [terra iſta data erat.] Rex præterea plurimum eam adjuvit. Ipſa autem *Mildredam* filiam ſuam in partes [f] tranſmarinas miſit erudiendam in diſciplinis monaſticis, quas edocta ibidem, plurimum in ſanctimonia profecit, ut etiam nunc obſervari poteſt. *Mildredæ*, cum rediſſet, Mater Monaſterium quod conſtruxerat [regendum] commiſit. Scā ergo *Mildreda* ſacrum velum ſuſcepit à *Theodoro* Archiepiſcopo una cum ſeptuaginta virginibus, quas Rex & Mater ejus congregaverant, & inſtitutis utilibus monaſterio imbuerant. Illa autem ibi juxta voluntatem Dei [pietate] profecit, vitam æternam promeruit, & poſtea crebris miraculis inclaruit.

Materteram Scam̄ *Ermengitham* ad ſupremum diem convictorem habuit, quæ adhuc vivens ſepulturæ locum ſibi deſignavit ad primum lapidem à Monaſterio Scǣ *Mildredæ* Orientem verſus; cujus Virtutes olim frequentes innotuerunt, imò & hodie celebrantur. *Mildredæ* vero in regimine monaſterii ſucceſſit Scā *Eadburga*, quæ Eccleſiam ibi fundavit, in qua corpus ejus nunc requieſcit.

Sexburga etiam *Cantiorum* Regina fundavit Monaſterium Scǣ *Mariæ* in Scapea Inſula, & in eodem moniales conſtituit, quibus in victum prædia contulit filius ejus *Lotharius* Rex, unde adhuc aluntur. Ipſa vero [g] Oratorium ibi condidit.

---

a Oðeʃ nama, *Prænomen Somnero*. mallem *Cognomen*, ut *Lucæ* XXII, 3. Judam ʃe pæʃ oþþe naman Scaþioð. Utcunque fuerit, *Capgravius* perperam haud ſemel *Eormenburgam* & *Domnevam* diſtinguit, fol. 142, & alibi. *b Weregilda*, ut wera, *æſtimatio capitis occiſi propinquis ſolvenda*, de qua vide Leges *Æthelſtani* & *Edmundi* ex editione Whelocii, pag. 55, 56. & pag. 58, 59. nec non Gloſſarium *Somneri*. *c* Hodie Estrie, Vide *Capgravium* in vita *S. Æthelredi* & *S. Æthelbricti*. *d Quadraginta aratrorum*, Capgravius fol. 143. 48 *aratrorum*, Monaſticon *Angl.* Tom. I. pag. 84. *e* To gebedþæðenne, hic ſignificat *ipſas preces* ſive *orationes*. aliquando vero *locum orationis*; ut paullo infra. *f* Cum pauca aut nulla tunc temporis extiterunt in *Anglia* Monaſteria, multi Religionis amore aut eruditionis gratia in *Galliam* tranſierunt, Teſte *Beda*, Hiſt. Eccleſ. III, 8. *g* Lebedþæðenne þaʃ aʃæþðon corrige aʃæʃeð. Hic gebedþæðenne, *ora-*

Ðonne

Ðonne pæſ ſcē Sexburh. ⁊ ſcā Æþelðryþ, ⁊ ſcā Wihtburh. Annan ðohtra eaſtengla cyninges:. Ðonne pæſ ſcē Æþelðryþ ſoſgifen Ecgfryþe Noſþhymbra cyninge to cpene. ⁊ heo hpæðere hyre mægðhað geheolð oþ hyre liſes ende. ⁊ heo þa hire licnerte gecear on Eliga birig on þam mæran mynſtepe. ⁊ þar hyre miht a oſ cuðe ſyndon. ⁊ ſcā Wihtburh hire ſpuſtor mið hire nu nerteð:.

Ðonne pæſ ſcā Eormenhilð. Ercenbrihtes ðohtor ⁊ Sexburge. ſoſgifen Wulfhere cyninge to cpene. he pæſ Penðan ſunu Mýrcna cynges. ⁊ on heora ðagum Mýrcna ðeoð onfeng fulpihte. ⁊ þar hi begeatun ſcā Fæneburge. þa halgan fæmnan. ⁊ heo peaſð bebyrged on þam mynſtre þe ir genemnoð Heanburh. heo peaſþ eft up a ðon. ⁊ nu nerteþ on Legeceaſtre þære byrig:.

Ðonne nerteð ſcē Eormenhilð on Eliga byrig mið hire mebbes ⁊ mið hire moðrian ſcē Æþelðryðe. ⁊ hyre miht þar oft cuþe ſyndon:.

Ðonne pæſ ſcē Ercengota heora ſpuſtor gerent oſer ſæ to lande to hire moðrian ſcē Æðelburge. þar heo pæſ abboderre. ⁊ heo ða Lode to pillan geðeah. ⁊ þar hire lif geendode. ⁊ hyre miht a ſona cuþe pæron:.

Ðonne pæſ Wihtred cyninge. Ecgbrihtes ſunu cyninges. ⁊ he aræreðe þ mynſter on Doferan. ⁊ hit gehalgode ſcē Martine to puniunge. ⁊ ſcī Martinuſ him ſylf æt þa ſtope getacnoda þ he hit mynſter þar habban polde. ⁊ he þa ſpa dyde. ⁊ þa Lodes ðeopaſ ðar to gerette mið ðare landare þe he heom ðar to geuþe þ hiġ git biġ labbað oð þirne andpeardan dæġ. ⁊ he nerteð hine æt ſcē Aguſtine innon ðam portice on ſuþhealfe ſcā Marian cirican. þe hit ðriddа fæder Eadbold cyninge het arettan Lode to lofe ⁊ ſcā Marian:.

Scā *Saxburga*, Scā *Æthelðrida* & Scā *Withburga* filiæ erant *Annæ* Regis *Anglorum* Orientalium. Scā *Æthelðryda* nuptui collocata eſt *Ecfritho Northymbrorum* Regi; quæ nihilominus virginitatem coluit quoad vixit. Hæc ſibi ſepulturæ locum elegit in Eccleſia majori civitatis *Elienſis*, ubi miraculis inclaruit. Ibidem etiam requieſcit ſoror ejus Scā *Withburga*.

Scā *Eormenilda* filia *Ercomberti* & *Sexburgæ* nupſit *Wulfero* Regi, *Pendæ Merciorum* Regis filio, quo regnante gens *Merciorum* baptiſmum ſuſcepit. Illis prognata eſt Scā [a] *Werburga* Virgo ſacra quæ ſepulta in monaſterio dicto *Heanburh*, poſtmodum exhumata, nunc [b] *Legaceſtriæ* requieſcit.

Scā *Ermenilda* vero in Burgo *Elienſi* requieſcit cum matre & matertera ſua Scā *Æthelðryda*, ubi ob crebra miracula celebratur.

Scā *Ercengota* ſoror ejus trans mare miſſa eſt ad materteram ſuam [c] Scam *Æthelburgam*, loci Abbatiſſam, erudienda; ibique juxta Dei voluntatem [in pietate] profecit, & vitam finivit ibidem, brevique miraculis inclaruit.

Withredus Rex, filius *Ecberti* Regis, monaſterium conſtruxit *Doveræ*, quod in honorem Scī *Martini* conſecravit. Ipſe autem S. *Martinus* locum deſignavit in quo Monaſterium ſuum fundari voluit, quod ſubinde factum eſt. Monachos etiam ibidem conſtituit collatis prædiis, unde in hunc uſque diem iiſdem victus ſuppetit. Requieſcit [*Withredus*] juxta Scum *Auguſtinum* intra porticum ex parte auſtrali eccleſiæ Scæ *Mariæ*, quam *Eadbaldus* Rex, proavus ejus, ædificaverat in laudem Dei & Scæ *Mariæ*.

Mox ejuſdem voluminis pag. 149.

Her onginneð recgan be ðam Lodes ſcm̄ þe on Engla lande nerton:.

Scī Albanuſ æroſt martyr on Breotone. ſe nerteð neah Wæclinga ceaſtre be ðea ea þe ir genemnod pæplame:.

Ðonne nerteð Columcylle on ðare ſtope þe ir genemnod ðuncachan. neah ðare ea þe ir genemnod tau:.

Hic incipit Narratio de Sanctis Dei qui in *Anglia* requieſcunt.

Sanctus *Albanus* Protomartyr *Britanniæ* requieſcit juxta Civitatem [d] *Wæclingam*, ad aquam dictam *Werlame*.

Sanctus [e] *Columcylle* requieſcit in loco dicto *Duncahan* juxta fluvium *Tau*.

---

torium ſignificat; unde fortaſſe venit nomen BEDWARDINE inditum duabus Parochiis juxta civitatem *Wigorniæ*, & forte aliis alibi; *S. Michaelis* & *S. Joannis* in *Bedwardine*, i. e. infra ditionem Monaſterii, ut hodie de facto manent.

a Vide *Capgravium* in vita S. *Wereburgæ*, fol. 299. ubi de morte ejus, ſepultura & tranſlatione. *Heanburh* Eccleſia, ut videtur, non procul à *Stanfordia*, vel *Croylandia*, vel *Tretinghamia*, ubi depoſitum dicitur corpus S. *Wereburgæ*, & *Hanburgenſibus* vi ablatum. de *Trekingam* vide *Ingulfum* ad annum 870. *b* *Legaceſtriæ*, hodie *Ceſtriæ*. LEICESTER. A. S. Ligepaceſtre. *c* De S. *Ercongota* vide *Bedam*, III, 8. & de S. *Æthelburga*, quæ diverſa eſt ab illa *Berkingæ* ſepulta. Noſtra erat filia *Annæ* Regis *Saxonum Orientalium*, ſoror Sexburgæ. Vide *Capgravium* in vita S. Sexburgæ, ex Beda. *d* *Verolamium*, *Bedæ* Peplameceaſtep, Regius Interpres, 1, 7. *e* S. *Columba* dictus Columcylle à multitudine cellarum, quarum fundator extitit. vide *Uſſer. Antiq.* Eccleſ. *Britan.* c. 15. De corpore & ſepultura hujus Sancti contendunt *Glaſtonienſes*, Monachi Inſulæ Joniæ, & *Dunenſes* in *Hibernia*. *Uſſerium* adi operis ſupra laudati p. 460, 461, &c. *Dunenſibus Hagiologus* noſter favere videtur, *Duncahan* non longe abludit à Down; neſcio an in vicino habeat rivulum ſic dictum.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcꝰ Luðbeꝛht. on ðaꝛe ꝛtope ðe men hatað Dunholm:.

Ðonne iꝛ ꝛcē Oꝛpoldeꝛ heaꝼod cyninȝeꝛ mið ꝛcē Luþbeꝛtuꝛ lichaman. ⁊ hiꝛ ꝛpiþe eaꝛm iꝛ on Bebbanbyꝛiȝ. ⁊ ꝛe oðeꝛ dæl iꝛ on Glepeceaꝛtꝛe on niꝛan myꝛtꝛe:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcꝰ Iohanneꝛ biꝛcop on ðaꝛe ꝛtope Beꝼeꝛlic. neah ðaꝛe ea Hul:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Ecȝbꝛiht. ⁊ ꝛcē Pilꝼeꝛþ biꝛceop. ⁊ ꝛcē þihtbuꝛh on þā myꝛtꝛe þe iꝛ ȝenēnoð æt Riopum. neah ðeꝛe ea þe hatte Eaꝛꝛ:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Leaðða. ⁊ ꝛcē Leðde. and ꝛcē Leatta on þam myꝛtꝛe þe iꝛ ȝenemneð Licetꝼelð. neah þaꝛe ea ðe iꝛ ȝenemnoð Oncel:.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcē Æþelꝑeð ꝛe cyninȝe. ⁊ ꝛcē Oꝛtꝛyþ. ꝛcē Oꝛpoldeꝛ ꝛpuꝛtop cyneȝeꝛ. on ðam myꝛtꝛe ðe iꝛ ȝenemnoð Baꝛðaneȝe. neah ðaꝛe ea ðe iꝛ ȝehaten Pið̄ma:.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcē Eaðbuh in Suðꝛillum neah ðaꝛe ea Tꝑeonte:.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcē Luþlac on þaꝛe ꝛtope ðe iꝛ ȝenemnoð Lꝛulanð. ꝧ myꝛtꝛeꝛ iꝛ on miðdan Liꝛꝛan ꝼænne:.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcē Ealhmunð on Noꝛþꝛoꝛðiȝ. neah ðaꝛe ea Deoꝛꝛentan:.

Ðonne ꝑæꝛ ꝛcē Botulꝼ bebyꝛȝed on ðam myꝛtꝛe ðe iꝛ ȝenemnoð Meðeꝛhamꝛtede. ꝧ iꝛ neah ðæꝛe ea Nen:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Æðelbꝛiht æt þam biꝛcoꝛtole æt Heꝑeꝼoꝛða. neah þaꝛe ea pæȝe:.

Ðonne ꝑeꝛteð ꝛcē Lett on ðam myꝛtꝛe þe iꝛ ȝenemnoð Unðola. neah þaꝛe ea Nen:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Pinbuh on þam myꝛtꝛe Penlocan. neah þaꝛe ea þe mon Sæꝼeꝛn hateð:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Pynꝛtan on þam myꝛtꝛe Hꝑeopeðune. neah ðaꝛe ea Tꝑeonte:.

Ðonne ꝑeꝛteþ ꝛcē Diania on þaꝛe ꝛtope þe iꝛ ȝenemnoð Leoꝛlinȝebuh. neah þaꝛe ea Penꝑiꝛc:.

Ðonne ꝑeꝛt ꝛcē Eaðȝið on ðaꝛe ꝛtope þe iꝛ ȝehaten Polleꝛꝑyꝛh. nea þaꝛe ea Onceꝛ:.

Sanctus *Cuthbertus, Dunelmi.*

Caput Sancti *Oſwaldi* Regis eſt cum corpore Sancti *Cuthberti*; Brachium dextrum, *Bamburgæ*; reliquum vero corpus, in [a] novo monaſterio *Gloceſtriæ.*

Sanctus *Joannes* Epiſcopus *Beverlaci* quieſcit juxta rivulum *Hullam.*

In monaſterio *Riponenſi* juxta fluvium *Earwe* requieſcunt *Sanctus* [b] *Ecbertus*, & Scus *Wilfridus* Epiſcopus, & Sca *Withburga.*

In Eccleſia *Lichfeldenſi*, prope aquam, *Oncel* dictam, jacent Scūs [c] *Ceadda*, Scūs *Cedda*, & Scūs *Ceatta.*

d Sanctus *Æthelredus* Rex & Scā *Oſtrytha* Soror Scī *Oſwaldi* Regis quieſcunt in Monaſterio *Bardneyenſi*, juxta fluvium *Wightam.*

Scā [e] *Eadburga* requieſcit *Suthwellæ* ad *Trentam* fluvium.

Scūs *Guthlacus*, *Crolandiæ*; quod monaſterium ſitum eſt in medio paludis [f] *Girwiæ.*

Scūs [g] *Alkmundus* apud *Northworthig*, ad fluvium *Derwentam.*

In monaſterio *Medeshamſtediæ*, juxta fluvium Nen, ſepultus eſt Scūs [h] *Botulfus.*

Herefordiæ, in Eccleſia *Cathedrali*, ad fluvium *Vagam*, requieſcit Scūs [i] *Æthelbertus.*

Scūs [k] *Cet*, in monaſterio dicto *Undola*, ad aquam Nen.

Scā [l] *Winburga*, in Monaſterio *Wenlocæ*, ad *Sabrinam.*

[m] Scūs *Winſtanus*, in monaſterio *Repedunæ*, ad *Trentam.*

Scā [n] *Dionia*, in loco dicto *Ceorlingburga*, ad rivulum *Wenriſcum.*

Scā [o] *Eadgitha* requieſcit *Polleſworthæ*, juxta fluvium *Oncer.*

---

a Novum monaſterium *Gloceſtriæ* ab *Aldredo* Epiſcopo dedicatum erat, A. D. 1058. vide monaſt. Tom. I. p. 108, & 110. *b* Monachus, (ni fallor,) cujus vita extat apud *Capgravium*, fol. 121. S. *Wilfridus* Archiepiſ. fundator monaſterii de *Rippon.* S. *Withburga Annæ* Regis *Anglorum* Orientalium filia moriens, Derhamiæ ſepulta eſt, atque inde in Monaſterium *Elienſe* tranſlata, teſte *Capgravio* in Vita S. *Withburgæ.* *c* Quatuor germani fratres *Cedd* & *Cinebil* & *Celm* & *Ceadda*, (quod raro invenitur) omnes Sacerdotes Domini fuere præclari; & duo ex eis ſummi ſacerdotis gradu functi ſunt. *Beda.* Hiſt. E. XIII, 23. *d* S. *Ethelredus* Rex, loci fundator, vide Monaſt. Tom. I. p. 142. filius *Pendæ*, quondam Rex *Merciorum*, poſtea Abbas *Bardonienſis*, ut *Florentius* & *Annales Sax.* A. D. 716. S. *Oſtrytha* Uxor *Ethelredi*, *Ecgfridi* [non Oſwaldi] Soror. Chron. *Sax.* A. D. 697. *e* Tres hujus nominis Virgines Sanctæ in hoc opuſculo memorantur; inter quas celeberrima *Eadburga*, *Æthelberti* R. *Cantii* filia, Limenæ Sepulta. *f* GIRWIÆ, à *Saxonico* ȝyꝛꝛan, *ſtagna, paludes.* *g* **Northworthig**, *Derbeia*, ubi Eccleſia eſt *S. Ælkmundo* dedicata. *h* Neſcio an duo *Botulfi* ſint ſtatuendi, an potius pars aliqua corporis *S. Bothulfi Medeshamiæ* obtigit. *i Æthelbertus Anglorum* Orientalium Rex. Vide *Capgravium*, fol. 136. *k* De *S. Cet*, nil compertum habeo. *Undola* hodie OUNDLE, *Northamptoniæ.* *l* Mendoſe pro *Milburga.* Vide Capgrav. fol. 232. *m S. Winſtanus* Rex *Merciorum* & Martyr. vide Capg. fol. 313. *Reptoniæ* ſepultus, *Eveshamiam* autem poſtea tranſlatus. *n Sancta Dionia* penitus mihi ignota eſt; forte legendum *S. Diuma*, qui primus erat *Merciorum* Epiſcopus. de loco etiam ſepulturæ hæret mihi aqua. fluviolus *Winrush* rigat partem Occidentalem agri *Oxonienſis*, à cujus ripa quinque milliaribus diſtat **Charleburp.** Obiit *S. Diuma* apud *Mediterraneos Anglos.* Tho. de *Cheſterfeild* de Epiſcopis *Lichefeldenſibus* in *Anglia* ſacra. Tom. I. *o* Soror *Edgari* Regis. vide *Capgravium.* fol. 102. altera *Edgari* filia, *Wiltoniæ* ſepulta, infra memoratur.

Ðonne

Ðonne ꝑerteþ ꝟcē Rumpolð on þaꝑe ꝟtope þe ıꝟ ȝehaten Buccyngaham neah ðæꝑe ea Uꝟan :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcē Æþelꝑeð æt Leomẏnꝟtꝑe. neah ðæꝑe ea Lucȝe :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcē Eadmund cẏnınȝe æt Beaðꝑicef pẏnðe on Eaꝑtenglum :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcē Oꝟgıð on Lice neah ðaꝑe ꝟæ on ꝟce Petꝑef mẏnꝟtꝑe :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcā Æðelbuꝑh on þam mẏnꝟtꝑe æt Beoꝑcinȝan. neah Temeꝑe :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcē Eꝑconpalð ꝑe bıꝟceop. on Lunden bıꝑıȝ :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcē Neot Mæꝟꝟe-ꝑꝑeoꝟt æt EanulꝽef bıꝑıȝ.

Ðonne ꝑerteð æt Rameꝟıȝe ꝟcē Iua. ȝ ꝟcē Æðelꝑeð. ȝ ꝟcē Æðelbꝑıhт :·

Ðonne ꝑerteþ on Buꝑh ꝟcꝟ Floꝑentıuꝟ maꝑtıꝑ. ȝ ꝟcē Lẏneꝟpeoð. ȝ ꝟcē Lẏnebuꝑh. ȝ monıȝe oðꝑe. þeah hıȝ mannum ðıȝle ꝟẏnð. Ᵹoꝑþon ne pẏꝟcað ealle halıȝe men punðꝑa :·

Ðonne ꝑerteð on Ðoꝑnıȝe ꝟcē BotulꝽ. ȝ ꝟcē AþulꝽ. ȝ ꝟce Huna. ȝ ꝟce Ðancꝑeð. ȝ ꝟcē Toꝑhtꝑeð. ȝ ꝟcē Heꝑefeꝑð. ȝ ꝟcē Lıꝟꝟa. and ꝟcꝟ Benedictuꝟ. ȝ ꝟcē Toua :·

Ðonne ꝑerteð on Abbanðune ꝟcꝟ Vincentıuꝟ maꝑtıꝑ :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcꝟ Dunꝟtanuꝟ Aꝑcebıꝟceop. ȝ ꝟcꝟ Aȝuꝟtınuꝟ æt Lantpaꝑa bẏꝑıȝ. ȝ Ᵹela oðꝑa ꝟcā mıð heoman :·

Ðonne ꝑerteþ ꝟcꝟ Paulınuꝟ on RoꝽeceaꝟtꝑe :·

Ðonne ꝑerteð ꝟcꝟ Bıꝑınuꝟ ꝑe Romanıꝟca bıꝟceop on Ꝟınceaꝟtꝑe. on ealðan mẏnꝟtꝑe. ȝ ꝟcæ Hedda. ȝ ꝟcē Sꝑiðun. ȝ ꝟcē Aðelpolð. ȝ ꝟcē AlꝽheah. ȝ ꝟcē Bıꝑnꝟtan. ȝ ꝟcē Fnıþeꝟtan. ȝ ꝟcē Iuꝟtuꝟ maꝑtıꝑ. ȝ Ᵹela oðꝑe halȝa mıð heom :·

Ðonne ꝑertað on nıꝑan mẏnꝟtꝑe ꝟcꝟ Iuðocuꝟ ȝ ꝟcꝟ Lꝑımbalðuꝟ :·

Scūs *Romualdus*, *Buckinghamiæ*, ad *Uſam*.

Scūs *Æthelredus*, apud *Leominſtre*, ad aquam *Lucgum*.

Scūs *Edmundus* Rex, apud * *Beadriceſworth*, in Orientali *Anglia*.

† Scā *Oſgytha* apud *Cice*, in Eccleſia *S. Petri*, juxta mare.

Scā *Æthelburga*, in monaſterio *Berkingæ*, ad *Thameſin*.

Scūs *Erconwaldus* Epiſcopus requieſcit *Londini*.

Scūs *Neotus* Presbyter, [a] *Einulfesburiæ*.

Rameſeiæ requieſcunt [b] Scūs *Ivo*, Scūs *Æthelredus* & Scūs *Æthelbertus*.

In burgo Scī *Petri*, [c] Scūs *Florentius* Martyr, & Scā *Kyneſuitha*, & Scā *Kyneburga*, cum multis aliis licet hodie ignotis. Non omnes enim *Sancti* miracula operantur.

[d] *Thorneiæ* requieſcunt 1 Scūs *Botulfus*, & 2. Scūs *Athulfus*, & 3. Scūs *Huna*, & 4. Scūs *Thancredus*, & 4. Scūs *Torhtredus*, & 5. Scūs *Herefærthus*, & 6. Scūs *Ciſſa*, & 7. Scūs *Benedictus*, & 8. Scā *Toua*.

Abendoniæ, [e] Scūs *Vincentius* Martyr.

Cantuariæ, [f] Scūs *Dunſtanus*, & Scūs *Auguſtinus*, cum plurimis aliis *Sanctis*.

Scūs [g] *Paulinus*, *Roſeceſtriæ*.

Wintoniæ in veteri Monaſterio requieſcunt Scūs *Birinus* Epiſcopus [h] *Romanus*, & Scūs *Hedda*, & Scūs *Swithinus*, & Scūs *Æthelwoldus*, & Scūs *Ælfeagus*, & *S. Birſtanus*, & *S. Fritheſtanus*, & *S. Juſtus* Martyr, cum multis aliis *Sanctis*.

In novo Monaſterio quieſcunt *S. Jodocus*, & *S. Grimbaldus*.

---

* Bedricesworth, hodie *S. Edmundi* Burgus, à Martyre ſic dictus. † *S. Oſgitha*, vel *Oſyth*. *Cice*, hodie S. Oſythes, prope *Colceſtriam* in *Eſſexia*. *a* Hodie à Sancto vocatur *S. Neots*, in Comitatu *Huntingdoniæ*. *b S. Ivo*, à villa dicta Slepe, hodie S. Ives in Comitatu *Huntingdoniæ*, Ramſeyam An. Dom. 1001. tranſlatus. *Æthelredus* & *Æthelbertus* fratres *Domnevæ*, à loco dicto Wakering, Ramſeiam etiam tranſlati erant, regnante *Æthelredo*. vide Capgravium. fol. 143. *c S. Florentini* corpus totum, præter caput, emit *Ædſigus* Abbas ab Abbate & Monachis *Bonævallis*. Vide Chronicon Saxon. ad Annum 1013. *Kyneburgæ*, *Kyneſwithæ*, nec non *S. Tibbæ* corpora *Petroburgum* tranſlata, A. D. 1005 docet *Capgravius*. fol. 213. [d] *Thorneia*, olim Ancarig. i. e. *Inſula Anachoretarum*, Comitatu *Cantabrigienſi*. 1. *Botulfus* Abbas de *Ikanho*, ni falſor, hodie Boſton. 2 *Athulfus* Epiſcopus *Trajectenſis*; de quorum tranſlatione, juſſu *Ethelwaldi*, vide *Capgravium*. fol. 42. 3. *Huna* Presbyter. vide Monaſt. Tom. I. p. 91. in Inſula *Huneia* ſepultus erat, ſed oſſa furtim Thorneiam delata ſunt. 4. *Thancred* & *Torhtred* fratres Antiſtites, qui vitam hic loci egerunt ſolitariam. Monaſt. Tom. I. p. 243. 5. *Hereferthus*, forte Epiſcopus *Wintonienſis*, à *Danis* in prœlio ad *Carrum* occiſus. vide Chron. Saxon. A. D. 833. & Antiquitates Britannicas, in vita *Celnothi*. 6. *S. Ciſſa* Presbyter & Anachoreta. *Ingulfus*. A. D. 870. 7 *Benedictus*, Biſcop dictus, Abbas *Weremuthenſis*, cujus etiam oſſa, juſſu *Æthelwoldi*, huc tranſlata tradit Capgravius. fol. 42. 8. *S. Toua*, perperam *Tona* in Monaſtico. *SS. Tancredi* & *Torhtredi* ſoror. *beata Virgo Chriſti* Toua *incluſa fuerat*. Capgravius. fol. 42. *e* De *S. Vincentio* nil liquet. *f Glaſtonienſes* ſibi vendicant Corpus *S. Dunſtani*. Monaſt. Tom. I. p. 4, Ibidem etiam requieſcit *S. Dunſtanus* Archiepiſcopus, & *Glaſtonienſium* pater magnificus. *g Paulinus*, primo *Northymbrorum* Epiſcopus, in *Cantium* reverſus, *Roffenſi* Eccleſiæ præfuit. *h* Epiſcopus *Romanus*, quia *Romæ* educatus, ordinatus, & in *Angliam* ab *Honorio* Papa miſſus. Vide *Bedam*. H.E. III, 7. Reliqui omnes Epiſcopi *Wintonienſes* erant, *S. Juſto Martyre* excepto, de quo nil certi habeo. *Æthelſtanus* Rex dedit Eccleſiæ *Wintonienſi* caput *S. Juſti* Martyris: Annales *Winton*. in *Anglia* ſacra. Tom. I. Anno, 924.

Ðonne ꝑerteð ꝛcā Eaðburh on nunnan mynꝛtre :·

Ðonne ꝑerteð on Rumeriȝe ꝛcā Meꝑꝑin. ꝑær ꝛeo ꝓorme abboðerre ðær mynꝛtrer. anð ꝛcā Balðhilð ꝑegina. ⁊ ꝛcā Æþelꝓlæð. ⁊ ꝓela oðre halȝan :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcē Ipi birceop. ⁊ ꝛcē Eaðgið on piltune :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcē Eaðpeaꝛð cyninȝe. ⁊ ꝛcā Ælꝓȝiua on Sceaꝓter byꝛiȝ :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Aiðanuꝛ. ⁊ ꝛcꝛ Patꝛiciuꝛ on Glæꝛtinȝa byꝛiȝ. ⁊ ꝓela oðꝛa ꝛcā :·

Ðonne ꝑertað ꝛcꝛ Longaꝛuꝛ conꝓeꝛꝛoꝛ on Lunȝꝛer byꝛiȝ :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcē Siþeꝓulle ꝓæmne piþutan Exanceaꝛtre :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Romanuꝛ birceop on Tæuiꝛtoce :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Petꝛocuꝛ on ꝑeꝛtpealum be ðæꝑe ꝛe. neah ðam ꝓleote ðe man clypað Hæȝlæmuða :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Mæilðun. ⁊ ꝛcꝛ Alðelmuꝛ. ⁊ Iohanneꝛ ꝛe piꝛa on Eaðelmeꝛ biꝛiȝ :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Oꝛpalðuꝛ Aꝛcebiꝛcop on Piȝꝛaceaꝛtre. ⁊ ꝓela oþꝑe haliȝꝛa biꝛcopa miþ him :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcꝛ Ecȝꝛinuꝛ biꝛcop on Eoueꝛham. neah ðaꝑe ea Auene :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcē Kenelm cynebeaꝛn on Pinceleꝛcumbe :·

Ðonne ꝑerteð ꝛcē Luðburh ⁊ Lpenburh on Finburꝑnan mynꝛtre. ðe æꝑeꝛt þ minecena liꝓ ⁊ ðeaꝓaꝛ aꝑæꝛðe ðe man ȝit on ðam mynꝛtre hylt :·

Ðonne ꝑerteþ ꝛcē Fniþerꝛeoþ on Oxenaꝓoꝛða :·

Ðonne iꝛ on Middeltune ꝛcē Bꝛanȝꝓalato-

In Eccleſia Sanctimonialium vero [a] *S. Eadburga.*

[b] *Rumeſeiæ*, *Sancta Mæruuina*, prima loci Abbatiſſa, & [b] Scā *Bathildis* Regina, & Scā [b] *Æthelfleda*, cum plurimis aliis *Sanctis.*

Wiltunæ, [c] Scus *Iwius* Epiſcopus, & Scā *Eadgytha.*

Scafroniæ, Scus *Edwinns* Rex, & [d] Scā *Elfgiva.*

Glaſtoniæ, [e] Scus *Aidanus*, & Scus *Patricius*, & complures alii *Sancti.*

[f] *Congresburiæ*, Scus *Congarus.*

[g] Scā Siðeꝓulla virgo juxta *Exoniam.*

[h] Scus *Romanus* Epiſcopus, *Taveſtociæ.*

Scus *Petrocus* inter [i] *Wallos* Occidentales ad maris æſtuarium, dictum *Hailemutha.*

In [k] Burgo *Adelmi* requieſcunt Scus *Mæildunus*, & S. *Adelmus*, & *S. Joannes* ſapiens.

Wyreceſtriæ, Scus *Oſwaldus* Archiepiſcopus, & cum eodem plurimi alii *Sancti* Epiſcopi.

Eveshamiæ juxta fluvium *Avonam*, [l] *S. Ecgwinus* Epiſc.

Wincelcumbæ, [m] Scus *Kenelmus* Regius Puerulus.

In Monaſterio Wimburnæ requieſcunt [n] Scā *Cuthburga*, & S. *Quenburga*, quarum prior inſtituit iſtam vitæ & diſciplinæ monialium rationem quæ hodie ibidem viget.

Oxoniæ requieſcit [o] Scā *Fritheſweoda.*

[p] *Middletoniæ*, habentur Caput *S. Brangwa-*

---

a S. Edburga, filia *R. Edwardi* ſenioris. *b* In comitatu *Hamtonienſi*. *b* Forte pars aliqua corporis. *b Ethelfleda*, vel *Elfleda*, Abbatiſſa tertia, cujus vitam adi apud *Capgravium*. fol. 126. *c S. Iwius*, *S. Cuthberti* alumnus. in *Britannia Armorica* obiit; vide *Capgravium*. fol. 201. De Epiſcopatu ejus ſilet Biographus. *S. Edgitha*, alias *Editha*, filia *Eadgari* Regis ex *Wilftruda*. *d S. Edwinus*, potius *S. Edwardus* Rex, quem ibi ſepultum tradit *Malmesburienſis*, in Monaſteriis ſubditis Epiſcopo *Schirburnenſi*. *d Elfgifa*, uxor *Edmundi*, qui fuit pronepos hujus *Alfredi*. G. Malmesb. ibidem. *e S. Aidani* reliquias, &c. *Glaſtoniam* attulit *Tiđa* Abbas, Teſte *Capgravio*, fol. 264. In *Dunenſi* civitate ſepultum *S. Patricium* longe ſimilius vero. *f* Inter *Somerſetenſes*. à Confeſſore nomen ducit. fingitur *Cungarus* Imperatoris *Conſtantinopolitani* filius, & hæres, qui mundum & Regnum fugiens, eremum petiit. Vide Vitam apud *Capgravium*, *g* De *S. Sithefulla* nil compertum habeo. *h* In Monaſtico, necnon à *Malmesburienſi*, hic *Sanctus Rumonus* appellatur. de quo nil præter nudum nomen, 500 retro annis, relictum erat. *Malmsb.* in Epiſ. *Cridienſibus*. *i* Id eſt, *Cornwallos*. ex hoc loco primum didici (quod fugit diligentiam Cl. *Somneri*) *Weſtwallos* eſſe *Cornwallos*, quod à *Florentio Wigorn.* plus ſemel confirmatum vide in explicatione Nominum locorum, ad finem *Chronici Saxonici*, p. 48. *k Malmesburia. S. Mæildunus*, fortè *Maildulphus*. *S. Adelmus* Epiſcopus *Scireburnenſis*, ſeculo octavo ineunte. *Joannes Æthelingenſienſis* Abbas, vulgo *Joannes Sapiens* dictus, olim idem cum *Joanne Scoto Erigena* habebatur. & ſæculo noſtro animoſe contendunt multi longe diverſos fuiſſe; argumenta qui cupit expendere, adeat *Natalis Alexandri* Hiſt. Eccl. Sec. 9. Diſſert. 14. *l Ecguinus* Epiſc. *Wicciorum* tertius, fundator Monaſterii *Eveshamienſis*. *m Kenelm* cinebeaꝛn, Martyrologus; ſed *Florentius* per aliquot menſes Regem *Merciorum* fuiſſe palam affirmat, A. D. 819. *n* Sorores *Kenredi*, *Merciorum* Regis; ſorores *Inæ*, Capgrav. fol. 79, 80. *o* Adi *Fritheſweodæ* Vitam apud Capgr. fol. 152. *p Midletunenſe* Monaſterium in Agro *Dorſettenſi*, perinde ac *Wirnburnenſe*. de Epiſcopo *Branwalatore* nil ſupereſt præter nomen, ex cujus terminatione haud temere conjicio illum natione fuiſſe *Cambro-Britannum*. In Monaſt. Tom. I. 196. non *Caput*, ſed *Brachium Sancti Branwaladri* extare dicitur. *Samſon Dolenſis*. *Brachium* & plura *Oſſa S. Samſonis*. Monaſt. T. I. p. 195. De reliquiis vel de ſtrage Monachorum *Certeſeienſium* nil mihi uſpiam inter legendum adhuc occurrit.

ꝺiꝛ heaꝼoꝺ biꝛcopeꝛ. ⁊ ꝛce̅ Samꝺoneꝛ eaꝺm biꝛcopeꝛ. ⁊ hiꝛ cꝛice:.

Ðonne ꝺeꝛteꝺ ꝛce̅ Luꝺman æt Stæningum on Suꝺꝺꝛeaxum. neah ꝺaꝺe ea Bꝛæmbꝛe:.

Ðonne ꝺeꝛteꝼ ꝛce̅ Beocca abboꝺ. ⁊ Eꝼoꝛ mæꝛꝛe ꝺꝺeoꝛt on Lÿꝺteꝛ iȝe ꝺam mÿnꝛtꝛe. ⁊ ꝺaꝺ man oꝼꝼloh hunꝺ eahtantiȝ muneca miꝺ him:. Si loꝼ ⁊ pulꝺoꝺ Nælenꝺum Lꝺiꝛte hiꝛ ȝoꝺneꝛꝛa in ealꝺa poꝺulꝺa poꝺulꝺ on ecnÿꝛꝛe

Amen:.

latoris Episcopi, & Brachium *Sancti Samsonis* Episcopi, necnon ejusdem baculus Pastoralis.

Stæningæ ad fluvium *Bræmberum* inter *Saxones* Australes requievit Scus̄ *Cuthmannus*.

Scus̄ *Beoeca* Abbas, & Scus̄ *Ethor* Presbyter requiescunt in Monasterio *Certesieiensi*, ubi etiam octoginta cum iisdem erant trucidati.

Sit Laus & Gloria Jesu Christo ob benignitatem suam per omnia sæcula in æternum.

Amen.

Præterea, SHOWERE, literaturæ, & antiquitatis *Saxonicæ* quam utilis scientia est, ex eo ostenditur, quod nemo, nisi qui illis instructus, *Angliæ*, seu potius *Britanniæ Saxonicæ* topographiam, quam literatus orbis desiderat, dare potest.

Cum vero *Britanniæ Saxonicæ topographiam* dico, *Britanniæ*, tam *Dano-Saxonicæ*, quam *Anglo-Saxonicæ* descriptionem intelligo, in qua quicquid uspiam regionum, provinciarum, urbium, oppidorum, vicorum, villarum, castellorum, montium, fluviorum, aliorumque omnium, quæ topographiæ nomine comprehenduntur, sive in *Anglia*, sive in *Scotia*, aut in *Saxonum*, aut *Danorum* imperio sita illa essent, in uno libro, si tam egregio operi unus sufficit, illustranda sunt. Ab eo autem, qui tam utile opus topographicum aggressurus est, prælegenda sunt omnia sive *Latine*, sive *Saxonice* scripta, ex quibus locorum nomina, quum *Anglo-Saxonica*, & *Dano-Saxonica*, tum *Anglo-Britannica*, & *Dano-Britannica* describi & excerpi possunt. Id genus imprimis habendi sunt libri omnes historici, qui scripti sunt à temporibus conversæ ad fidem *Christianam Angliæ*, usque ad tempora *Henrici* II. quo regnante veterum locorum vestigia evanescere cæperunt. Chartæ etiam antiquæ, chartasque antiquas, tam *Latinas*, quam *Anglo-Saxonicas*, *Dano-Saxonicas*, & *Anglo-Normannicas* complectentia vetusta chartularia & regesta, diligenter ab eo pervolvendæ sunt; utpote in quibus ingens numerus oppidorum, vicorum, villarum, agrorum, prædiorum, montium, & fluviorum, quorum appellationes, quamvis mutilæ, truncatæ, contractæ, variisque modis mutatæ, etiam nunc restant, perquam accuratè describuntur.

Nomina locorum è *Codd.* MSS. & impressis diligenter exscripta & collecta, in *Britanniæ Saxonicæ topographia* alphabetico ordine disponenda sunt. Quibus primo, ut licet, explicatis, dein locorum ipsorum situs, si noti sunt, exacte describendi sunt. Situ cujusve loci descripto, tum dicendum est, quo prælio, cladeve; quo concilio, seu civili, seu Ecclesiastico; quo domino, qua arce, vel præsidio; quibus ædibus, sive Regis, sive principis; quibus regum, principumve, vel virorum illustrium natalibus, vel sepulchris; vel denique quibus terræ motibus, vel portentis in antiquis temporibus clarus fuit. Si vero loci alicujus, puta *urbis* vel *oppidi*, incertus & obscurus situs sit, tum cujus provinciæ, vel *Sciræ* urbs, vel oppidum fuit, declarandum est. Verum si neque id constat, tum danda est opera à *Britanniæ Saxonicæ* topographo nostro, ut quo regno heptarchiæ *Saxonicæ*, urbs ista, vel oppidum, sita fuit, exquirat. Illi etiam incumbet, ut de fundatoribus, & fundationibus urbium, arcium, episcopatuum, Ecclesiarum, & monasteriorum, siquid de iis certi sciat, dicat; etiam ut curet, quæ locorum *Romana* & *Britannica*, ante *Saxonum* ingressum, nomina fuerint, nunquam non dicere; utpote quod operis sui magnificentiam simul augebit, & lectori id tam gratum, quam quod gratissimum, reddet. Quinetiam eo pacto faciet, ut liber suus non tam *Britanniæ Saxonicæ*, quam *Britanniæ Romano-Saxonicæ topographia*, inscribi mereatur. En unum atque alterum exemplum.

Bathanceaꝛteꝛ; i. e. *urbs balneorum*. & à *valetudinariorum* ad thermas *concursu*, Acemanneꝛceaꝛteꝛ, i. e. *ægrotantium hominum urbs*. Britannis, *yr Ennaint twymin*, & *Caer Badon*. *Ptol.* Ὕδατα θέρμα. i. e. *aquæ calidæ*. Antonin. *Aquæ Solis*. Stephano, *Badiza*. vulgo *Latinorum*, Bathonia; nobis hodie **Bath**, urbs *Angliæ* occidentalis, in agro *Sumersætensi*, in limite comitatus *Wiltoniæ* ad *Avonam* fluvium, qua per planitiem non ita magnam collibus obvallatam ad *Bristolium* tendit, sita, aquis suis calidis, sive thermis clara. Ubi jam Ecclesia Cathedralis, antiquitus templum *Minervæ* sacrum, extitisse fama refert. Unde & *Britanni*, *Caer Palladur*, i. e. *urbs Palladiæ aquæ*, sua lingua dixerunt. *Offa R.* alterum templum extruxit, quod *Dani* destruxerunt, è cujus ruinis postea templum erectum est, B. *Petro* Sacrum; in quo *Eadgarus* in regem inauguratus est, in Pentecostes festo, v. id. Maii, An. DCCCC.LXX.III. Thermarum inventionem referunt fabulæ nostræ ad *Britannorum* regem Bleyden Cloyth. i. e. *Bleyden Magus*.

Ꝼiȝoꝛa-ceaꝛtꝛe, Ꝓioȝeꝛena-ceaꝛtꝛe, Ꝓeoȝoꝛena-ceaꝛteꝛ, Ꝓeoȝoꝛna-ceaꝛteꝛ, Ꝓiȝuꝛna-ceaꝛteꝛ. Ꝼiȝeꝛa-ceaꝛteꝛ. Ꝼiȝꝛa-ceaꝛteꝛ. Ꝓeȝeoꝛna-ceaꝛteꝛ. *Britannis*, *Caer wrangen*; *Ninii* Catalogo, *Caer guorangen*; *Anton. Branonium*; Ptol. *Branogenium*; Latine vulgo *Wigornia*; nobis hodie **Worcester**; contractum ex Ꝓeoȝoꝛa-ceaꝛteꝛ. Urbs vetusta, opulenta, & Episcopali sua sede, quam ibi constituit Æthelredus Merciorum rex, Anno DCLXXX. clara; in comitatu, cujus caput est, ad *Sabrinam* flumen sita. † *Gulielmus Hopkinsius*, nunquam non mihi cum ho-

† Vid. cl. *Edm. Gibsoni* nominum locorum explicationem ad finem sui Chron. *Sax.* pag. 48.

nore memorandus, Wigorna-ceaster ductum, dictumque putabat, à Pic-papa-ceaster, i. e. *civitas Wicciorum,* qui partes *Sabrinæ* vicinas incolebant. Cætera autem quæ ad historiam hujus celeberrimæ urbis, Ecclesiæ Cath. coenobiique, è quo presbyteros conjugatos expulit *Oswaldus* Episcopus, monachos inducturus, cum aliis multis ad *Wigorniam* antiquitus spectantibus, à topographo nostro ex antiquis scriptoribus addenda sunt.

Supra dixi, SHOWERE, vetustas chartas, & regesta in quibus vetustæ illæ chartæ descriptæ sunt, auctori nostro ad opus suum topographicum fore maxime utilia. Addo quod topographus ille noster, quo veteres locos ex suis nominibus facilius, & felicius exquirat, operam dare debet, ut unum atque alterum antiquitatis topographicæ studiosum in qualibet *Britanniæ Saxonicæ* provincia adinveniat; à quo, locorum, qui in vetustis chartis describuntur, notitiam assequatur. Sic longo rerum usu, & experientia perfectam comitatus *Wigornienſis* cognitionem topographicam non ita pridem consecutus, locos ferme omnes, ut oppida non solum majorum gentium, sed viculos, prædia, agros, montes, fluviosque, quæ in vetustis chartis & regestis Ecclesiæ *Wigornienſis* describuntur, non sine magno studio, multave opera investigatos aliis, quos forte Comites itineris haberem, ante tredecim annos, ostendere solebam, decanatu Wigornienſi non tum exutus. Tum autem maxime me delectabat observasse, quod Lnomba erat **Crome**; Hryd-mæpleze, **Rydmarlege, Redmarly**; pitleaze, **Whitlaege, Witley**; Beonetleaze, **Bently**; Salapeappa, **Salwearp**, rivulus; Heoptlanbyrig, **Hartlebury**; Bradingcota, **Bredicott**; Hpitintun, **Whitington**; Tameda, **Temd**, fluvius; Tyrdebicza, **Tarbeck**; Loddanhryzze, in antiquioribus membranis **Coddaryege, Cotheridge**; Salder ford, **Salford**; Oddingleaze, in vetustioribus membranis **Ddungalea**, nunc **Oddingley**; Himeltun, **Himbleton**; Ludelea, **Cudley**; Wulfpintun, **Wulverton**; Penedoc, & Peonedoc, **Pendut**; Teodintune, **Teddington**; Ufepabyrig, **Dverbury**; Scipenac, **Shurnock**; Fepretnatun, Feprinton, **Phepston**; Lpimanleaze, **Grimley**; Donndun, **Thornton**; Eanulfertun, **Alston**; Lapepn, **Lawern**; Heanbyrig, **Hanbury**; Halleze, nunc **Hollow**. Hertefordtun, juxta *Avon* fluvium, nunc **Harbington**; Wulfeperleaze, **Wulverley**; & id genus innumera alia.

Quæ hactenus scripsi, SHOWERE, quam fructuosa erit doctis, præsertim illis, qui juris nostri studiosi sunt, Linguæ Anglo-Saxonicæ Scientia, duntaxat ostendunt. Verum nec minorem fructum ex cæteris *Arctôi* orbis antiquis Linguis percepturi (crede mihi) illi sunt, qui graviter dabunt operam, ut eas omnes perfecte, saltem quoad fieri potest, intelligant. *Mæso-Gothicæ* Studium, quæ omnium vetustissima est, Evangeliorum ULPHILANA versio, quanquam mutila, maxime compensabit. Illis, qui *Franco-Theotiscæ* studebunt, ut de *Willerami* cantico, & *Otfridi* evangeliis, quæ *Argentinæ* ornamentum cl. *Schilterus* recusurus est, nihil dicam; *Tatiani* harmonia Francica, quam *Fr. Junius* F.F. prælo à se paratam almæ matri nostræ, Universitati *Oxonienſi,* supremis tabulis legavit; & MS. Cod. Cottonianus, qui inscribitur, *Caligula* A. 7. & in quo res gestæ à *Jesu Christo* in sermone *Francico* vetustissimo rythmicè describuntur, absque aliis, qui in bibliothecis delitescunt, ampliſſima quidem merces erunt. Antiquæ *Scandicæ* linguæ, quam sæpius *Cimbricam* vocavimus, innumeri *Codd.* tam in literis antiquis, quas RUNAS vocant; quam in novis scripti, ingentem usum declarant. Horum non exiguam copiam * doctissimi viri, quum in *Dania*, tum præsertim in *Sueonia*, in magnum reip. literariæ beneficium, suique sempiternam gloriam, ediderunt, & indies † edituri sunt. Quorum unum, scilicet *Hialmari* R. *Biarmlandiæ* atque *Thulemarkiæ* historiam, *Runici* MS. fragmentum, *runis*que sculptis *Stockholmiæ* nuper expressum, & à se gemina versione illustratum, ad me pro humanitate sua misit omni laude major *Joh. Peringskioldus.* Quem in nostrorum gratiam, qui *Runicæ* literaturæ studio se exercere cupiunt, tam in antiquis, quam in novis characteribus recusum *Peringstioldi* Latina versione, Tibi, SHOWERE, omnibusque nostris, quibus *Arctôa* antiquitas placet, offero, si per sumptus liceret, *Cottonianum* Codicem. qui res gestas à Salvatore nostro in rythmis *Francicis* describit, in hæc dissertatione etiam editurus.

---

* Vide Joh. Schefferi *Sueciam litteratam*, à *Joh. Mollero* editam, *Hamburgi.* M.DC.XCVIII. & *Petri Joh. Resenii* Bibliothecam, *Hafniæ* editam M.DC.LXXXV. & Bibliothecam Septentrionis eruditi à *Joh. Mollero Lipsiæ editam*, M.DC.XC.IX.

† Vide *Johannis Peringskioldi* ep. ded. ante *Vitam Theodorici* R. denuo à se editam, *Stockholmiæ*, M.DC.XCIX.

*HISTORIA HIALMARI REGIS BIARMLANDIÆ Atque THULEMARKIÆ,

AB

Anonymo Roduri Filio, in gentiliſmo ante ſecula octo, Lingua & *Runis Sueo-Gothorum* antiquis in membrana conſcripta; quam, ex Fragmento Runici Manuſcripti vetuſtiſſimi accuratiſſime delineatam, ac Literis recentioribus deſcriptam, cum verſione illuſtravit

JOHAN. PERINGSKIOLD.

---

* De hac hiſtoria ſic editor in epiſt. dedicatoria, quam Vitæ THEODORICI regis à ſe nuper editæ præmiſit: *Hiſtoria* HIALMARI *regis, characlere Runico, cum gemina verſione noſtra, & annotationibus, ſub prelo ſudat. Luculentum hæcce præbebit teſtimonium de uſu ac ratione veteris ſcripturæ Runicæ, vigente per orbem paganiſmo, maximopere uſitatæ.*

rakur mi	multi in fugam conjecti . . . . .
Hramr va	Hramurus erat inter omnes . . . . .
kappa ma	pugiles fortiſſimus, ...
Heidi vik	Heido retroceſſit . . . . .
fliotur m	fugam intendit . . . . .
hiolt var	ſubſtitit . . . . .
ſem ſvom	qui natabat . . . . .
fuſdi their	properabant . . . . .
ath er frekn	ut qui validiores . . . . .
Heidi tha hi	Heido, tum . . . . .
berſadi	inſequebatur . . . . .
nokri me	aliquot viros . . . . .
bland iæri	mixtio facta . . . . .
ſig ſemi	ſibi conveniens . . . . .
ath han ein	ut ille ſolus . . . . .
mik	magn . . . . .
ol	omn . . . . .



MS. Runici Folium III. primo & ſecundo penitus deperditis.



af bragdr

. . . . . afbragdr . . . . . præſtantiſſimus,

. . . . . koppum / . . . . . heroes,

. . . . . vo ath their . . . . . ita ut illi

. . . . . bandingi . . . . . vinculis conſtrictus,

. . . . . tgervis . . . . . induſtrius vir

. . . . . n einr mar . . . . . At virgo quædam

. . . . . ſvo lito . . . . . ita reliquerant

. . . . . ausfredit . . . . . itineri expeditum

. . . . . ollir ath . . . . . omnes, ut

. . . . . is er var . . . . . qui erat

. . . . . kum Girki . . . . . venit Græcus,

. . . . . Abor ſem . . . . . Abaris qui

. . . . . r ſiui vetra . . . . . ſeptem hyemes,

. . . . . kum ſa ath . . . . . factum tandem, ut

. . . . . bandi theß . . . . . vinculum, quod

. . . . . ollum var . . . . . omnibus erat

. . . . . gir . . . . . deſiderab

. . . . . o . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Fra Girkia kumi Abor auk Samolis / meth margi agietum mannum / vori thegar vinsele / theiris gridmathur vart Herse a Glisisvollir.

Ex Græcia advenerunt Abaris & Samolis, cum pluribus eximiis viris, qui mox grati acceptique sunt. Ac horum quidem assiduus famulus factus est Hersius Glysisvallensis.

Einr Kongr hit Hialmar svo er sirir ollum Kongum af siaum uferettis ithrottum aug fabarum afreksverk var agietastr auk hirden guder thiagn. Han hafdi rikis stiornr a Biarmlanthi / er sir kuadum vier / thath ligr amilli Thule markn aug Gandvik / siri austan kiosn. Kiarlatur var nu theira adr en han setteſt i bu / for han optliga i hernad ath han giordist svo afbragd a vikinge / ath i ollum frasogum framaverkiom han giordist kienastr. Barst vith einr gang ath vardagi / vorf han i burt meth Hramr sesse sin / aug hildur lid ath Biarmlathum meth sim Skip / tha theim ghaf burd. Er their komu a lanth / brendu their olt / svo ath vith tha olli bloskrathi.

Giora nu their herverke hith mesti aug baldu olt / adr Baghmar B: Kongr thath friettr ; han kallar skindlika ludrsveinr sin aug malti blasa saman lid / auk kvath ath taka vopn sina / aug bua til orosto; varth tha barthagi hin manskiedast / sil margt manna af Baghmar / thvi Hialmar sokti hart at honum / en han varthist threingiliga meth lidi sinu / thvi han hadi fraknra mamna ; en ath Hialmar hadi atgiorum lid [meth frakustu

INclutus ea tempestate erat Hialmarus rex, qui ante reges quoscunque alios propter egregiam indolem virtutesque heroicas eminebat, optimusque, aulicis suis præfectus erat. Ipse Biarmlandiæ imperium adeptus fuerat, sicut in superioribus diximus ; quod regnum situm est inter Thulemarkiam atque Gandvikiam, ultra orientale latus jugi montium. Nimirum paludosa initio cum suis incolebat loca, antequam sedes fixas sibi eligeret. Cæterum crebro in piraticas expeditiones profectus, nominis sui gloriam in tantum auxit, ut in omnibus annalibus, quibus rerum gestarum memoriæ describebantur, laudari meruerit. Forte is vernali quodam tempore, comitante sodali Hramuro, iter ingressus, versus Biarmlandiam cursum direxit cum classe navium quinque, quæ ferentibus à puppi ventis, celeriter pervecta est. Facta mox exscensione, omnia flammis devastabant, adeo ut multum consternarentur civium animi. Hic prædæ actæ magnæ, occupataque loca plurima, antequam Wagmarus Biarmlandensium rex taliũ quidquam resciscceret. Ille allato sibi nuncio, tubicines ad tubarum sonum milites convocare jussit, ac perarmatos ad prælium prodire. Tum vero atrox incruduit pugna, cæsique sunt plurimi à partib⁹ Wagmari, impetũ strenue faciente Hialmaro. Interim fortiter vim propulsare cõabatur Wagmarus, egregia suorum fortitudine confisus. Verum selectissima militum cohorte instructo Hialmaro,



MS. Runici Folium IV.



Käppa/ tidladiſt tha athelfulkingen Bagmar/lukur um ſithr ſvo/ ath K: hefur a ras til kaſtali meth theim lid ier undan hruki; hof han tha ath skiera up heror/ aug ſendir um lanthith/ aug ſafnadi mikil her a ſier a B: K. var a baratti/ skoradi a Hialmar/ han lit lid ſit vith skiot vithbuaſt/ griper hlufd ſin aug klader ſig ſinliga/ thar giordiſt barthagi hin akaſti auk var mikil athgöngu. Hialmr auk Hramr voru en ſatrhogver miog/ Hialmar hio a bathar hinthur aug giordu mikil ſpiel/ en nu var oroſta hin hardaſta meth theim Baghmari aug Hramri/ thar kam um ſithr/ ath Bagmar giordiſt firdumodur/ ſvo ath han ei gath vara a fotum; en ſvo lauk ath han ſner ſnaraſt ath Hramr/ aug gat ligge maker igegnum han/ en tha veiti hanum Hramr bana; Stod their tha eirn upe Harke K: veringe/ eggiadi tha Hialmar

ſinum koppum meth miklum akafa amoti Harke/ kvad theim rekſtur ef their ei reki han af ſier; barthiſt Harke a hvoſſum hugg auk men meth moppum/ en tha halladiſt miok baratin a tha Harke; um ſithr leiter han lif/ hialpr meth foti aflit/ thvi han var fot vataſtr/ aug oller their er felradur vori

laxati ſunt ordines Vagmari, rege tandem ipſo ad propugnaculum ſeſe recipere coacto, cum reliquis, qui fuga evadere poterant. Igitur feciali teſſera protinus per provincias emiſſa, ingentem exercitum in Biarmiam convocavit. Et vero rex pugnæ avidus, Hialmarum ad certamen provocavit, qui, juſſis militibus confeſtim arma capeſſere, acceptoque clypeo ſuo, ad bellum ſe accinxit. Tunc cruenta pugna vehementi impetu commiſſa fuit; Hialmaro atque Hramuro ferocius irruentibus. Hialmarus ambabus manibus ictus ferendo, multam ſtragem edidit, acrius interim oborto certamine inter Vagmarum atque Hramurum, donec viribus tandem deſtitutus Vagmarus, pedibus conſiſtere nequiret: itaque ſubito impetu contra Hramurum proſiliens, gladio ipſum confodere tentabat, ſimulque tum lethali vulnere à Hramuro percuſſus eſt. Perſtabat vero adhuc dum regiorum ſatellitum unus Harko nomine. Igitur contra hunc pugiles ſuos multa vehementia incitavit Hialmarus, eos imbelles ac ignavos merito vocandos eſſe dicens, niſi hominem propellere audeant. Harko vero acrius gladio armiſque contra irruentes ſe tuebatur; cum ingruente tandem pugnæ violentia, fuga ſalutem ſibi quærere coactus eſt, pedum imprimis velocitate adjutus, qua plurimum pollebat, intra propugnaculum ſe recepturus, exemplum ejus imitantibus etiam aliis, qui necem evitare cupiebant.

til borgarinar. A vige voro attiki vigra men/ en tha Hialmar lid komu ath/ giordhu their svo hardh hrid/ ath their hristu giatur/ en er hord var a kiate/ ridladist verir; um sithr vart ofur lide bornt aug hanteckian/ auk settir i morka stofu i starkum pitslum/ en their um nottina / for han til Valhal ath gista Odian/ thvi hafdi Hr: reit honum blodir a baki i barati. um morgin a ar gar Hialmar up a vige/ tha sa han thottr Konkr vana ath aliti/ sem var einr hoska man imimilli sini skiemu miar; theirar gik han ath eiga til astkona/ thvi hun var skorungr mikil/ aug nu roskin/ a thve houm var biffur mikl/ thvi lit han buast til brudveitslu/ um apton uru their leid in eerna rekium; takast svo meth theirm gothar astr; ei miklu tidr gerr Hialmar sveinbarn vith konu sini/ er Troma hit/ thath var frudht / fedist thar up meth miklu virdinki aug agietasta meth hird faudur sin. K: veiti honum eirn siredi mathr/ theira er fregasti var thar northur ollum tha iafnaldra; han veiti honum allan ridarskab auk ithrottum ther/ sem vaskir men auk konseirnom theim hafdi ath nåma/ thvi vart han bradgior a ollum throtska.

Aderant intra propugnaculum octoginta viri robustissimi; Ingruentibus autem Hialmari militibus, tanta illi vehementia impellebant, ut porticus dejicerentur omnes, adapertisque portis, procul dissiparentur satellites. Tandem tribunus militum captus in vincula carceremque conjectus est. Qui post tormentorum cruciatus, nocte proxima Valhalliam ad Odinum migravit, accepto in prælio lethali vulnere, quod à tergo ei inflixerat Hramurus. Matutino tempore intra propugnaculum progressus Hialmarus, regis filiam eximiæ pulcritudinis fœminam, inter puellarum greges adsidentem conspexit: Hanc ipse conjugio sibi jungi petiit, quod formæ inprimis venustate commendabilis, annisque jam maturior, mire ipsi placebat. Itaque confestim pro nuptiarum solennitate apparatis omnibus, circa vesperam in thorum conjugalem deducti sunt ambo. Ita vero in posterum illorum crevit amor, cum interjecto tempore, prolem masculam ex conjuge sua suscepit Hialmarus, impositum est puero Thromonis nomen; qui cum eximiæ esset formæ, multa sollicitaque cura in aula regia paterna educabatur. Hunc suum filium magistro informandum tradidit rex, qui omnium inter boreales præstantissimus eo tempore habebatur. Is regium puerum omnibus heroicis virtutibus atque exercitiis imbuebat, quæ ingenuum atque regali fastigio dignum adolescentem nosse fas erat. Unde etiam his suffultus præsidiis magna indies incrementa fecit.



MS. Runici Folium V.



Nu er ath vita tha Mein var gipti / thath Hialmar
ſette thar ſaman reiſugt bu / tok rikis
ſtiornar aug Kong nofn a Biarmlanthi
aug theim Riki ſem faudur han hafdi thronat /
skipudu theim meth miklum ſoma aug veg ;
giordiſt han tha vinsæhl af althudu lidsgiere aug
virtr mikil. Lidr ſvo nu ei mikil tidr
fram / adr Kong aftra tok meibarn vith
konu ſini / thath giordiſt eina væna aug vitra
eibaugs / ath theira likams fridleikr auk aſun
ſikkradi ollum thar a nordlathum ; Koner
lit than man Heidil hita. Vrke hit meiſti
Berſerkr / theſſi nam braut Heidil / thvi heit
Kongr ſtreinga Frei ath hun til faudur
ſin matti flittia man / en him bediſt Thor
thvi han honum ſloar meth Miolner / auk fliti
man heim till faudur ſin. Giordiſt nu
Hialmar mikil frægur af ſin ſnilli /
aug hafdi marga Leinir men auk Beringar
meth ſier / tha er egietur voru ; en Hramr var
framara virdir mathr mikil aug agietr /
aug Kongi en adrir bith koppum their
hin vinsæluſt / ath Heidil honum giptis
til bolkona / meth guthuh ennær ſamtiki /
aug ſva faudur hennar. Af theſſu

CÆterum ſcire convenit, quod ducta in matrimonium regia puella, mox eximium palatium ſibi exſtrui curavit Hialmarus, ſuſcepta etiam regiminis cura omni, regium titulum per Biarmiam, provinciaſque, quas pridem tenuerat pater ejus, ſibi vindicavit. His ſane multa cum æquitate atque lenitate imperitavit ; quam etiam ob cauſam magno civium amore proſequutus, magnique habitus fuit. Et vero tranſacto tempore nonnullo, prolem fœminam enixa eſt regia coniux, quæ formæ venuſtate indoliſque præſtantia omnes in boreali tractu viventes longe ſuperabat. Hanc pater Heidilam vocari voluit. Ipſam vero hanc puellam per vim rapiebat Urkius pugil robuſtiſſimus. Hanc ob cauſam votum Frejæ nuncupavit rex, ut ipſa lubens volens puellam patri rurſus reſtituendam curaret. Ipſa igitur Thoronem obſecrando, id effecit, ut malleo ejus Miolnero percuſſo pugile, puella ad patrem ſuum reduceretur. Interim Hialmarus propter inſignem ſapientiam plurimum celebrabatur, alebatque apud ſe eximios quoſque militiæ duces atque athletas, domi foriſque inclutos. Ante illos tamen omnes dignitate auctoritateq; præſtantiſſimus habebatur Hramurus, præcipuo etiã in honore apud regem charus, adeo ut illi nuptũ data ſit Heidilis, aſſenſum filiæ ſuæ una adprobante patre. Hanc ob

vart einr adr mikil mathr Ulf harda odur / sem aug bedith hennr ganga vith sier / en han vart frakosnin / thvi hun thotti sier ei i hum i allan matti vara sulkosta / thvi kvadst hefna skildi a Hramri / aug bidur han til holmgaungu / aug kvädr honum vera hvors koppes nidingur ef gingr fra sir han hafdi beriast. Af thessu ath K: skildi skildi säma theim mal milli / giefr han honum mikit i gulli aug silfri auk morgi hnossirum. Ath thessum dura gripum var it agietr hurn / o ther voru skoradi mindr af rauda gulli / til THOR OTHINN FREJ virdin. Lit nu Kongr bredas til brudkaup hin vänsamlikastr / auk burdr olli Lenthir men af Riki sinu; thruku allr saman katr meth blidri vingan aug gothu fahed; giptis nu mei Hramri / aug K: gief honum Jarls riki a eium vith Th: han nam auk marga hnossir af Kongi i kästar kä / veiti aug honim K: tveim men i menagripum / einra thrumu meth theim han kina spa. Af thessum hafdi thagr men mindum af rauda gulli telgdi / aug thuing simtän punri pundr. Jarlen tog vid

cauſam animo valde commotus eſt procerum alius, nomine Ulfo, qui regiæ puellæ antehac ſibi ſollicitaverat nuptias; ſed repulſa rejectus, faſtidituſque fuerat propter inæquales animi dotes; cujus illatæ ſibi injuriæ vindictam in Hramurum ulturus, ipſum ad ſingulare certamen provocavit. Quin & conviciis æmulum laceſſens, omnium viliſſimum appellandum dicebat, ſi ante diſceſſum ſuum certamen ſecum inire detrectarit. Proinde horũ diſſidio componendo ſatagebat rex, largitus Ulfoni auri argentiq; plurimũ, ſimulq; pretioſam ſupellectilem, ac inprimis cornu eximiæ raritatis, cui inſculptæ erant imagines auro cælatæ, in honorem THORONIS, ODINI atque FREJÆ. Poſtea nuptiarum apparatum multa cum lautitie inſtrui curavit rex, vocatis ad ſolennitatem omnibus regni ſui proceribus. Et vero multa compotatione genio libatum fuit. ſumma cum lætitia atque feſtivationibus, nuptumque collocata eſt regia puella Hramuro, cui etiam Jarli dignitatem ac munus ſupra inſulas Thulemarkiæ aſſignavit rex, cum inſigni dote nuptiali, addito etiam munere gemino, eoque præſtantiſſimo, tympano videlicet, quo res futuras præſagire poterat. Huic imagines ex puro auro incruſtatæ erant, pondere quindecim librarum. Jarlus acceptis



MS. Runici Folium VI.



febothum/

febothum / aug gior nu K: hofadr aug vel af giarde meth mikilri blidu. Haldr nu Jarln their i brut meth tveir Skip / a Th: meth feigna konu sini; Hun atti hunum ein sun barna than er Vimi hit; han var snema mikil aug avar throtska vänligr.

donariis, regi valedixit, actis pro munere ac beneficio gratiis ampliſſimis. Mox ex Biarmlandia diſcedens Jarlus cum duabus navibus, dilectam ſuam ſponſam una in Thulemarkiam ducebat. Hæc filium poſtea enixa eſt, cui Vimi nomen impoſitum fuit. Is mature crevit, corporisque robore ac venuſtate obfirmatus eſt.

Liti nu Jarlen hernadi / ang sitr med Husvena

sini / han var sna a eina / auk takast meth theim astr godar / Ja . . . . . .

rond nu th r s . . . . . .

Sone . . . u . . . . . .

rast . . . . . svo . .

med . . . . aug tha . . . Jarlen

olle . . . . . meth ein

Ruar klab . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . t . . . baki / tha

Vlafr kom / giardi han arsöl lik vid sin

. . . . . senir bud til Hramr

. . . . . Vlafr vara tlifnidingr

JAm expeditionum militarium pertæſus Jarlus, domeſticam vitam cum conjuge ſua exegit. Commorabatur autem perpetuo in inſula, in conjugali interim amore perſeverantibus utriſque Jarlus . . . . . .

filium . . . . . .

. . . . . .

cum . . . . & dum . . . . Jarlus

omnes . . . . . cum

Runico tigno . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . ex equi dorſo, cum

Olavus adveniret, exequias uxori ſuæ facie-

bat, . . . nuncium miſit ad Hramurum,

qui Olavum hominum viliſſimum fore dicebat.

viors mans. Tha nu Vlafr Hramr ſpurthi
kuis / hielt han vid skioth meth nokrum
Skip til ein / aug gik ei nokr niaſn
ſiri honum their ; tha han kom vid lanth um
nottina / tok han their vige a Jarlen auk
ſlo ildi i ; Hramr ſof i borgen vid konu
ſia / en er umſidr a fotum var / flithi hina
nethr leid a skogi meth nakrum hraustum
Koppum ; en Vlafr brendi Kaſtali auk lid
thath er enni var ; Jarlens husfrei vart
hertakin. Med theſſum friettum giordiſt
Jarlen gandalfar til K: a B: tha han han
hafdi bata / braſt han hardla reitr
ſama tima ; ad Vlafr ei skildi ovart ſara
ad K: / nam han ſin belſek / a hvem han haf
ath bulra / aug gol ſinum galdurum / aug
mälti ſvo: Samar ſnegda meth rinno auk
ehnor ſem Jotum ſiui / Narnir trape
. . . inortis Bergriſar margi / aug Jotu
. . . . lae / hriſtis ſtormur ili . . .
. . . . . itar ſtin . . . . . .

Igitur Ulafus cognitis Hramuri opprobriis, magna feſtinatione cum navibus nonnullis ad inſulam properavit, ut famam ſui adventus anteverteret. Noctu autem ad terram delatus, aulam Jarli circumcingebat, injectiſque flammis aduſſit. Hramurus intra munimentum apud conjugem ſuam dormiebat, unde lecto mox exſurgens perque occultum oſtium elapſus, in ſylvam aufugit, comitantibus ipſum eximiis quibuſdam athletis. Cæterum Ulafus munimentum igne delevit, omneſque qui intro manſerunt homines, ſervata Jarli conjuge, quæ captiva abducta fuit. Hujus rei nuncium perlaturus Jarlus, ſupra baculum ſuum magicum Runicis characteribus inciſum, ad regem in Biarmlandiam devectus eſt. Ac vero expoſito negotio, ira valde excanduit rex eodem momento. Ne vero regem ex improviſo adoriretur Ulafus, admoto ſacculo ſuo, eundem quatere cœpit, carmen ſimul magicum obmurmurans, hac verborum formulâ: Duriter increpetur cum tonitru; ſtringant Cyclopia tela; Injiciant manum Parcæ; . . . acriter excipient monticolæ genii plurimi, atque Gigantes . . contundent; quatient; procellæ . . . . , diſrumpent lapides navigium ejus , ...
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .



MS. Runici Folium VII.



Thetta

Thetta luku lit Thor koma ſiraran breſtur / meth ſvo ſtore grimd ath la bruti marga rangbarmur Olafr/ aug ath han ei kundi biuggaſt their purt af eine til Biarmlanth/ iſtr ath rikir furdur mikit bulnathi. Nu hradt K: meth magu ſini aug Drotingu aug vitruſtu men verſi skal vara. Kvath tha umſithr H: K: thath er min tiltaki / ath their skärir up orf aug ſafna lid/ K: ſagdi ath thad ei var bakradudur. Kom tha tveim hunrath en ei meira / thvi ein othiod ſem var vinur meth Olafr han thräpit nir kaſin. Theſſi tha K. fregnad/ graf han einr andr heraur / than han ſveddi / kum tha margi lid / aug skoradi han tha mantali a ſiui hundrath men / giorthiſt han . . . . fiolmäntur. Dagin iſtir . . . . . .

Hoc prolato carmine, vehementem tempeſtatem immiſit Thoro, ſævo mixtam turbine, ut ex navibus Ulafi plurimæ frangerentur, ipſe quoque ab inſula in Biarmiam movere nequiret, propter fluctus ingenti tumore impellentes. At vero rex habito conſilio cum genero ſuo, regina conjuge, ſapientioribusque viris, quid facto opus eſſet deliberabat. Ubi tandem ad regem converſus Hramurus, hoc ſe conſilii ſuggerere dixit, ut inciſa teſſera feciali, militem colligere conetur. Ad quæ viciſſim rex; Idipſum haud contemnendum ſibi videri conſilium. At vero ducenti haud amplius convenerunt milites; quippe aſtu nebulonis cujuſdam, qui Ulafo amicus erat, detenta fuit alicubi locorum teſſera. Hoc cum regi cognitum fuiſſet, aliam ipſe apparavit teſſeram, cui certe inuſſit ſigna. Tunc frequens hominum multitudo in unum congregata eſt, quorum inito numero reperti ſunt ſeptingenti viri. Hoc ſupplemento copias ſuas auxit. Die inſequente

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

gat banna us meth ollum ath bleſſa
minthi / aug åſna iſtir ſaudurum ſin
arſi / kvath hin thegar tha lidrekur / ef ier
ei vardiſt Gudirni aug rekn af ier than
kaksnavargur; ſem iheir hirdi theſſi urd
K: vard thegar ſvo odir / ath their viſi trôt
hvath their skildi ath hafaſt; blotdi their
tha Thur / aug var thath tuska ad Drotir
toki einr heſt / er alen var / aug tha
er kum fram / logdi K: iſir kiannur
hans / aug ſtrengiu heit / ef er thuttir ſin
kumi heim / skildi han åſla blot Frei.
Tha foradi Druttirni heſtin / aug flathit /
brutiadi their Konkr / aug Herſum; ſithin
beiti han ollum ſinum koppum vobnaſt
aug ka um burdi; for tha K: à ſiorden meth
attiki Skip aug ſiui Birdinkr. Tha Vlafr
thatti ſa / litiadi honum margi ath halda
til oroſto vith han / thui han skildi lita
men ſina thar / i ſvom anvidri aug fiol.
K: akedi / verdum vith rosklika / aug lati
ongvan bilbug a us ſia; ſithan biugaſt
aug reru from firi Ein meth fimtan
skip / aug ſiks fertugſeſſor. Bâr nu
ei bil mikit milli Skipin / adr en opti
thegar herop; tokſt tha hardar bardagi.

omnino prohibere conatur; ne libationes nuncupemus, nec epulas ferales in memoriam defunctorum parentum inſtituamus. Proinde rex omnium ignaviſſimos eos habendos eſſe ait, niſi numinum ſuorum tutelam ſuſcipiant, ac latronem illum procul ſemoveant. Illi audito regis ſermone, ira ſubito excanduerunt, in diverſa ruentes præ animi impotentia. Enimvero Thoroni ferale ſacrum faciebant; quippe prout ſolennis erat moris, ſacrificuli acceptum equum ſaginatum in medium producebant, cujus capiti manus imponens rex, votum nuncupavit, ſua ſi redux advenerit filia, victimam in honorem Frejæ ſe ſacrificaturum. Mox jugulato equo, adipem coram rege atque Herſiis apponebant. His peractis, arma pugiles ſuos omnes accipere rex juſſit, inque naves prodire. Ita cum navibus octoginta ac ſeptem onerariis mari ſe commiſit rex. Jam in conſpectum venerant Ulafi, cum plurimi eum diſuadere conabantur, à pugna ineunda, ne forte ſuorum jacturam faceret, ingruente pariter tempeſtate hoſtiumque multitudine. Contra rex ſuos animabat, ad fortiter dimicandum hortans, ne ullis imbellis animi indiciis proderentur. Itaque ad pugnam accincti, ante inſulam provecti ſunt cum quindecim navibus, itemque ſex triremibus quadraginta omnino remigum. Jam modico exiſtente inter claſſes intervallo, ſublatus fuit clamor militaris: concurſum mox, acri ſane pugna.



MS. Runici Folium VIII.



Bialmar

Hialmar var badi vopnfimur aug ſtorhugver i thvi kum Vlafr ath aug hugir til Hialmr / thath hog kum i baki / aug klöf ollan man bruniadan; braſti tha olli flutti / en Hramr blef hertakin. Budu tha Vlafr men theirm tvo koſte / hvor their gati tägi ſin trö / äda halda barati vith tha; mälti tha Jarmr af lidi buande / aug tiggi grid af theim. Bäldu tha Vlafr blot hofit aug tok mikit gul af Juma / flemti Godirni / thvi their häfi giora aſtraum / en their vori af litil moti ath ſtanda; briotaſt ſvo Vlafr til rikis / flidi tha Godirni til Sigitini / aug hildi ſini blotveidlur of einr houg a Signil birg; en their varthu their um ſithr ältadi / tha komu their til Vinland / aug voru giſtr min faudr Hröder,

Hialmarus arma ſua agiliter ferociusque vibrabat, animi intrepidus. Irruens autem Ulafus ictum contra Hialmarum intentavit; ac contra dorſum adacto ferro, medium eum, quamvis loricatum, ſecabat. Hinc in fugam conjecti ſunt omnes, captus autem Hramurus. Tunc binas conditiones ipſis propoſuit Olafus, ut nimirum ſuæ religionis acceptarent ſacra, aut novo prælio ſecum decernerent. Ibi totius cœtus nomine perorabat Iarmurus, vitæ veniam pacemque poſcens. Mox fanum exſpoliatus Ulafus, plurimũ auri idolo Juma detraxit, deturbatis ſacrificulis, qui acceſſu eum prohibere conati ſunt; ſed debiliores viribus, regi diutius reſiſtere nequibant. Ita quidem armata manu regnum illud occupavit Ulafus, Sacrificulis Sigtunium uſque profligatis, ubi prope collem de Signilæ nomine nuncupatum, mactationes ſuas peragebant. Tandem etiam hinc expulſi, in Vinlandiam ſe receperunt, ubi hoſpitio apud patrem meũ Hraudurum accepti ſunt.

Præterea, SHOWERE, cùm omnibus omnium gentium hominibus à natura ita comparatum ſit, ut linguas patrias diligant, eaſque à ſuis originibus repetere ſtudeant; verborumque, quæ diu tentata tandem loqui didicerunt, etyma indagare: nullius non nationis *Lexicographis*, quæ Arctoa eſt, aut quæ Arctoos dominos olim habuit, Linguarum veterum Septentrionalium ſcientia non tantum utilis, ſed neceſſaria eſt; utpote ſine qua, neque ſermonum, qui ipſis vernaculi ſunt, primordia cognoſcere; neque etymologica eorum rite conſcribere poſſunt. Quinimo ſine iſtarum Linguarum mediocri ſaltem ſcientia, in rimandis verborum cauſis, & texendis Etymologicis, fruſtra laboravit, perperamque omnia ſcripturus eſt, quiſquis linguarum, quibus Septentrionales gentes hodie utuntur, etymologiſta, vel gloſſographus eſſe velit. Sic MINSHÆUS noſter, qui in *Saxonicis* hoſpes, Linguæ *Anglicanæ* vocabula ex *Hebræis*, *Græcis*, *Latinis*que fontibus arceſſere tentavit, miſere operam luſit, & inepte fere omnia ſcripſit. Sic etiam, SHOWERE, Juriſperitorum ille princeps *COCUS*, regii tribunalis olim magnum decus, quamvis vocabula juris *Anglicani* à ſuis originibus petere & explicare, in inſtitutionibus ſuis, operam navabat; linguæ tamen *Saxonicæ*, & *Dano-Saxonicæ*, ut de *Gallo-Normannica* nihil dicam, prorſus rudis, operam iſtam fere omnem perdidit, in etymis ſuis tantum non ſemper hallucinatus. Quinetiam, ut multa juris vocabula inepte derivavit, maleque explicavit: ſic etiam multa intacta præterire neceſſe habuit, quæ ſi in linguis iſtis mediocriter fuiſſet verſatus, facile deduxiſſe poterat, & feliciter explanaſſe. Sic etiam *R. Verſteganus* noſter [in libro ſuo, cui titulus, **A reſtitution of decayed intelligence in Antiquities,**] quamvis, temporis habita ratione, in quo floruit, præclare ſcripſit, & de *Anglia* noſtra bene meritus eſt; literis tamen *Saxonicis* cum leviter imbutus eſſet, multa inepte dixit, præſertim in etymologicis, quæ, ſi jam redivivus eſſet, cum rubore emendaret. Idem ſane haud injuria dicendum etiam eſt de *Carolo Butler*, qui librum *Oxoniæ* edidit, anno M.DC.LXIII. quem inſcripſit, **The Engliſh Grammar.** in quo quidem libro, præſertim in indice vocabulorum, quem vocat, **An index of words like and unlike,** auctor in literatura *Saxonica* haud verſatus, quædam perperam, nonnulla ſatis inepte, aliaque ridicule, in reddendis vocum rationibus proponit.

Accedat *Stephani Skinneri*, M. D. *Etymologicum Linguæ Anglicanæ* Londini *Editum*, M.DC.LXXI. egregium quidem opus, & reip. literariæ utile; ſed quod adeo non perfectum eſt in ſuo genere, ut vocabula perquam multa, quæ à veteribus Septentrionis linguis accerſenda ſunt, in eo deſiderantur. In eo quoque pluries vir doctiſſimus lapſus eſt, quod *Saxonicæ* literaturæ levem ſolummodo conſecutus ſcientiam, non ſolum aliorum errores in vocibus explicandis deſcripſit; ſed ipſe perquam multas non rite derivatas male explicavit.

In quibus quoque lapſi ſunt *Ægidius Menagius*, & *Octavius Ferrarius*; Hic Linguæ *Italicæ*, Ille *Italicæ* & *Gallicæ* Etymologus, qui in priſcis Septentrionis linguis hoſpites fuerunt: de iis nonnulla diximus in fine capitis XXI. *Grammaticæ Franco-Theotiſcæ.*

Accedat clariſſimus * Scriptor *Hiſpanicus*, De origine, & primordiis Linguæ *Caſtellanæ* vel *Hiſpanicæ*, doctor *Bernardus Aldrete*, Eccleſiæ *Cordubenſis* canonicus, qui in patrii ſui Sermonis originibus indagandis nihil præclari iis in † capitibus præſtare potuit, in quibus de Sermone *Gothico* ſcribit reliquiiſque illius, quæ in lingua *Hiſpanica* jam nunc ſuperſunt; nihil, inquam, præclari dedit ipſe, qui nec *Ulphilo-Gothicam*, nec *Scano-Gothicam*, vel primis, quod aiunt, labris guſtaverat. Imprimis igitur veteris *Gothicæ*, perinde ut *Græcæ*, *Romanæ*, & *Arabicæ* peritiſſimus ille eſſe debet, qui *Hiſpanicæ* linguæ origines etymaque cum ſucceſſu invenire cupit. Id ex indice vocabulorum *Hiſpanicorum* oſtendere Tibi conſtitueram, SHOWERE. Eam ab cauſam vocabularium *Hiſpanicum*, me rogante, deſcripſit humanitatis & eruditionis nomine clarus IOH. CHAMBERLAINE, *Edwardi Chamberlaine*, ob *Angliæ* notitiam toties à ſe editam præclari, filius natu maximus; qui linguarum *Hiſpanicæ*, *Gallicæ*, *Germanicæ*, & *Danicæ* ſcientiſſimus eſt. Eo conſilio etiam vocabularium *Italicum*, mei gratia, cum incredibili diligentia deſcripſit. Verum cum ſtatutos ſibi fines diſſertatio noſtra jam nunc ſupergreſſa eſt, tum tempus, tum ſane & ſumptus, quibus mihi parcendum eſt, jubent, ut quod mecum hac in re ſtatueram faciendum, intactum prorſus præterirem.

Quam utilis ac neceſſaria etiam non etymologica tantum, ſed & gloſſaria ſcripturis linguarum veterum Septentrionis, ac præſertim *Anglo-Saxonicæ* ſcientia eſt, oſtendit unus *Gulielmi Somneri* codex MS. quem mihi utendum per aliquas horas ante decennium dedit, cum in urbe Cantuarienſi forte verſarer, *Johannes Battely*, eccleſiæ *Cantuarienſis* Canonicus, & archidiaconus digniſſimus. Eo in codice, qui archivorum Decani & Capituli *Cantwarenſis* cimelium eſt, eo, inquam, in codice, cujus inſcriptionis ſum oblitus, auctor linguæ & literaturæ *Saxonicæ* peritiſſimus, non ſolum errores, in quos per linguæ *Anglo-Saxonicæ* ignorantiam lapſus eſt in gloſſario ſuo vocum *Semibarbararum*, quod ad finem operum *Matthæi Paris*, adjecit *Willielmus Wats*; ſed eos etiam, in quos per imperfectam illius ſcientiam *G. I. Voſſius*, in libro ſuo de *vitiis ſermonis*, & *H. Spelmannus*, in gloſſario ſuo archæologico inducti ſunt, notavit, & correxit; voceſque *Latino-barbaras*, quas Illi male; Hic à ſuis originibus petitas recte explicavit.

---

* *Del origen y principio de la lengua Caſtellana o Romance, que oi ſe uſa en Eſpana. En Roma, en el anno del Senior*, M.DC.VI.

† Lib. II. cap. XVIII. lib. III. cap. XIV.

Quinimo

Quinimo ipſe etiam *Somnerus* in eo ſolum infelix, quod linguæ *Anglo-Saxonicæ* perfectam notitiam cum *Scano-Gothicæ* & *Franco-Theotiſcæ* ſcientia non conjunxit, in dictionario ſuo *Saxonico-Latino-Anglico*, perperam aliquando ſcripſit. Nonnullos illius errores & defectus, haud tamen diſerte notatos, correximus & ſupplevimus in *Gramm. noſtræ Anglo-Saxonicæ* cap. XXI. Eſt etiam ubi impegit in Gloſſario ſuo, in quo X. *Scriptorum* voces barbaras, quatenus per *Anglo-Saxonicæ* literaturæ peritiam liceret, ad origines ſuas revocavit. Ubi vero vocum originationi *Saxonicæ*, literæ non ſufficerent, ibi in erroribus verſatus eſt de nobis, de patria, de veneranda antiquitate optime meritus literaturæ Saxonicæ pater: ut in voce ORDALIUM, quod divinum illud judicii, ſive examinis genus ſignificat, quod in criminibus explorandis apud veteres *Septentrionis* gentes in uſu erat. Quod vocis originationem attinet, puram putam *Anglo-Saxonicam* exiſtimat *Somnerus*, nec aliunde accerſendam. Eam igitur à *Saxonico* Oþ, quod in compoſitione negationis & privationis particula eſt, & ðale, quod quomodo ðoðale & ȝeðale, diſtinctionem ſive differentiam ſignat, petit. Quaſi dicas *judicium ſine differentia*; ſemota ſcilicet partium, ac perſonarum diſtinctione vel acceptione; & ſic Oþðal, oþðæl idem ac *judicium æquum*, *juſtum*, *indifferens*, neutri partium plus juſto favens. Hæc (*inquit*) mihi dictabam, cum in hujus decantatiſſimæ vocis enodatione aliquandiu hæſiſſem.

Verum, SHOWERE, quoad vocis originem in eo allucinatus eſt *Somnerus*, quod puram putam *Anglo-Saxonicam* putabat. Occurrit enim in cap. XVII rythmici codicis *Cottoniani*, Caligula, A. 7. in quo, tanquam in Evangeliorum harmonico libro, res geſtæ *Servatoris* noſtri *Francice* deſcribuntur: Ꞓnði iſt theſ ferahef ſcolo all ſulicef URÐELES ſo thie anðer waſ, *Mortiſque reus, eidem prorſus judicio, perinde ac alter, erit obnoxius.* In eodem capite Aðelian, *judicare*, *judicium ferre*, ſignificat: Them ſculun liuðio barn ðuoð aðelian, *hic reus mortis judicabitur.* Sic in cap. XX. Ne ſculun ȝi eniȝon man unrehteſ uuihð ðereðaſ aðelian, *in neminem iniquum judicium feretis.* Sic cap. XLI. Muotun ȝi Iſrahelo Ꞓðili folcon aðelian after iro ðaðeon, *judicabitis electum populum Iſraeliticum ſecundum opera eorum.* Sic cap. LXI. Iuðeo liuði ſuno ðrohtineſ ſunðia loſan aðelðun te ðoðe, *Judæi filium dei peccati immunem ad mortem judicabant.* Legitur etiam cum nomine DUOM conjunctum: ut in cap. XLI. Thaȝ ik allon ſcal irmin theoðon ðuomoſ aðelean, *tum omne humanum genus judicabo.* Sic in cap. LXIII. Thaȝ hie ðuomoſ aðelði, *ut judicaret*, vel *judex eſſet.* In eodem etiam libro, Aðelian te ðuome, *pro tribunali judicare*, ſignificat. Ex his conſtat Adelian, [in ſoluta oratione adelan] *judicare* apud veteres *Francos* ſignificaſſe; ut ȝeðælan in *Cædmonis* paraphraſi, p. VII. l. 21. Ða hiȝ ꝑe allpalða. eall ȝehẏnðe. þ hiꝛ Ꞓnȝel onȝan. oꝛeꝛ meðe micel. ahebban piþ hiꝛ heaꝛꝛan. ⁊ ꝛꝛæc healic poꝛð. ðollice piþ ðꝛihten ꝛinne. ꝛceolðe he þa ðæð onȝilðan. ꝼoꝛc þæꝛ ȝepinneꝛ ȝeðælan. ⁊ ꝛceolðe hiꝛ piȝe hebban: Urðel igitur, *Saxonice* oþðal, verbale eſt à veteri *Franco*, vel *Teutonico* Urðela, *judicare.* Quemadmodum enim leguntur compoſita Aðelan, Ꞓeðælan: ſic omni proculdubio & Urðelan, à quo Urðel [nunc Urteil] in uſu olim erat. Ur enim, quod alias ſcribitur Ar, Ꞓr, Ir, in veteri lingua *Francica*, perinde ac A, & Ꞓe, in compoſitione, uſitatur, & ſimplicem vocem facit cum effectu ſignificare. ORDALIUM igitur, ut *Francicum* urðel, generatim *judicium* in primo ſenſu denotabat. Uſu vero obtinente, ſpecialius ad judicium iſtud divinum denotandum, quo crimina apud antiquas ſeptentrionis gentes purgabantur, κατ' ἐξοχήν uſurpatum eſt. Contra quod *Somnerus*, qui vocem apud *Teutones* veteres aut eſſe repertam, aut *judicium* generatim ſignaſſe negat.

v. Præfat. p. 23

Ingens mihi foret volumen condendum, SHOWERE, ſi in quibus hæſerunt, defecerunt, aut aberrarunt viri, cæteroquin doctiſſimi, qui veteres *Septentrionis* linguas aut plane nullas, aut non omnes; & ſi forte aliquam, eam tamen non bene, intellexerunt, omnia recenſerem. *Henricus Spelmannus*, quid [a] Oꝛꝛtinȝ, quid [b] Rænca, quid [c] Foꝛꝛteal, quid [d] Ꞓepim, quid denique [d] Antỳmbeꝛ ſignificat, neſcivit. *Edwardus Gibſonus* non, dum chronicon *Saxonicum* verteret, in *Francica* lingua inſtitutus, quæ vocis [e] Tenꝛepie ſignificatio eſſet, prorſus ignoravit.

In *Hebræis*, *Græcis*, & *Latinis* Doctiſſimus *Thomas Smithus*, literarum *Saxonicarum* haud tamen ſatis peritus, teſtamentum *Abbæ Vicecomitis*, ſ Charta *Abbatis de Roſa*, inſcribendum exiſtimavit, eo quod non norit, in IC ABBA GEREFA, quam longe, & quoad orthographiam *Saxonicam*, & quoad ſenſum inter ſe differebant Abba, & Abboð vel Abbað; ac Ꞓepoeꝛa appellativum *Vicecomitis*, & urbis *Roffenſis* proprium nomen, Hꝛoꝛ-ceaꝛtep vel Hꝛoꝛeꝛ-ceaꝛtep.

Ad *Smithum*, *Smitho* qui non impar eſt, accedat *Henricus Savile*, qui literarum *Saxonicarum* forte prorſus rudis, variantes Lectiones haud paucas, ſuo quidem nomine & eruditione indignas, ut quæ inſulſæ ſunt, paſſim adnotavit in marginibus ſingularis voluminis, in quo *rerum Anglicarum Scriptores poſt* Bedam, Londini publicavit, M,D.XCVI. Sic in marg. pag. 42. obſervat *Curcſcet*, quod mendoſe ſcribitur in textu pro Cyric-ſceaȝ, aliter ſcriptum eſſe *chireſeth*; nomenque R. *Edwardi*, ſcriptum aliter eſſe *Edpardi.*

Abrahamus Whelocus, cui Linguæ *Saxonicæ* adita non patefacta ſunt, in ſua Chronologiæ

---

[a] Concil. Vol. I. p. 165 [b] P. 474. [c] P. 512, 522. [d] 577. [e] Vide Gramm. noſtræ *Anglo-Sax.* pag. 146, 147. [f] Bibliothecæ *Cottonianæ* Catal. *Auguſtus*, II. 59. p. 17.

Saxonicæ editione pluries lapſus eſt: ut in anno DCCCLI. ubi [a] vocis numeralis healfe in numerando uſum neſciens, And þy ilcan ȝeare ofer þeofþe halfe hund ſcipe on Temese muðan, reddidit, *eodemque anno* quinquaginta *naves od oſtium Tameſis appulerunt.* Quæ tamen vertenda ſunt: *eodemque anno* ter centum, *&* quinquaginta *naves ad oſtium*, &c.

Gulielmi Lambardi Legum *Saxonicarum* verſionem *Latinam* medica manu indigere in ſuperioribus oſtendi: & quod *Skenæum* attinet, regium in *Scotia* non ita pridem chartophylacem, in quibus ille Linguarum veteris *Danicæ*, & *Anglo-Saxonicæ* ignarus defecit, infra annotavi.

Itidem in omnibus *Juris veſtri*, SHOWERE, ſive dictionariis, ſive gloſſariis *Anglice* hactenus ſcriptis, errores multos, nec defectus pauciores, quibus enumerandis immorari non licet, deprehendere fas eſt; qui à nemine, niſi Linguæ *Saxonicæ*, ejuſque dialectorum perito corrigendi & ſupplendi ſunt.

Idem de mirifico illo opere, gloſſario ad ſcriptores mediæ & infimæ Latinitatis *Caroli du Freſne* dicendum eſt. Qui, ſi *Septentrionis* linguas veteres bene intellexiſſet, barbara, & exotica vocabula non pauca rectius ad origines ſuas revocata felicius explicaſſet.

Nathaniel Bacon, in libro cui titulus, **An hiſtoricall, and politicall diſcourſe of the Laws and Government of England**, exſcriptor quidem diligentiſſimus, ſcil qui *Saxonica* à *Normannicis* in plurimis ſecernere non potens, ficta multa ex *Horni ſpeculo*, *Pſeudonymis S. Eadwardi Legibus*, *chartis commentitiis*, & id genus monumentis tradidit, ut in cap. XXIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXVI, XXXVIII, XLI. quæ ferme omnia in ſuperioribus à nobis redarguta ſunt.

F. *Junius* F. F. *Saxonicæ* Linguæ peritiſſimus, in innumeris locis caſtigavit, emendavitque verſionem *Anglicanam*, qua *Ælfrici* Abbatis *De veteri teſtamento* Codicem *Saxonice* ſcriptum illuſtravit *Gulielmus Liſlæus*, qui perfectam Linguæ *Saxonicæ* ſcientiam non adeptus eſt.

Itidem *Jacobus Tyrrellus*, errores eorum ſecutus, quos *Anglo Normannici* Scriptores, de rebus *Saxonicis* qui inepte ſcripſerunt, in errores induxerunt, non ſolum in multis hallucinatus eſt ipſe in INTRODUCTIONE, quam generalis ſuæ hiſtoriæ Vol. I. præmiſit; ſed commiſit etiam ut alii, illo auctore, labi poſſent, & errare. Sic ad probandum quem vocant ORIGINALEM CONTRACTVM, p. LXX, citat ex pſeudonymis *S. Eadwardi* II. legibus verba iſta decantata toties de officio Regis cap. 17. à primordio capitis uſque ad iſta: *quod niſi fecerit, nec regis nomen in eo conſtabit.* Ubi quoque non poſſum, quin obſervem, ab illo, ſive conſilio, ſive caſu non dicam, prætermiſſa fuiſſe, quæ integrum ſenſum faciunt; nempe, *Verum teſtante Papa Johanne nomen regis perdit.* Eorundem etiam legum exemplo *Trihing*, pro Trithing ſemper ſcribit; & p. LXXII, *Saxonicum* ÆTHELING, ab Æthel, *nobilis*, & ING, quod *regio Sanguine natum* ſignificare ait, male deducit. Ejuſdem furfuris ſunt, quæ de *Heretochiis Anglo-Saxonum* ſcribit, p. LXXV, ex interpolata parte iſtarum legum, quæ adeo non eſt alicujus auctoritatis, ut antiquitatis periti illam nihili faciant. *Thegen* etiam & contra Grammaticæ analogiam, & contra rei, quam ſignificat, naturam, à *Theowian*, *Servire*, inſulſe ibi deducit; & p. LXXXIII, tritam illam fabulam de campanis, motbel dictis, cum alia de juramento fidelitatis, quo omnes proceres, milites, & liberi homines regni, ab interpolatore fingebantur ſe RR. *Angliæ Saxonicæ* in curia comitatuum ſtrinxiſſe.

Adde quod p. CXXIII, *duodecim-virale* cauſarum criminalium examen ab *Anglo-Saxonibus* accerſit, quod nos aliunde petendum in hac diſſertatione oſtendimus.

Pag. XCV, probatum it ex duabus chartis, quarum [b] alteram *Kenwulfus* R. *Merciorum*, anno dom. DCCCXI, [c] alteram vero *Æthelſtanus*, anno DCCCC.XXXI, dicitur confeciſſe, urbes *Angliæ Saxonicæ*, majorumque gentium Oppida, in Parliamentis, quæ *Witena-gemotas* dicebant, *Procuratores* habuiſſe, qui populi vices gererent, & civitatum ſingularum perſonas ſuſtinerent. Verba, quæ ex priori charta citat, hæc ſunt: *Merciorum optimates, Epiſcopos, principes, Comites*, procuratores, *meoſque propinquos*; *nec non Cuthredum regem Cantuariorum, atque* [d] *Suthredum Regem Orientalium Saxonum, cum omnibus, qui teſtes noſtris Synodalibus conciliabulis aderant.* Poſterioris autem hæc ſunt verba: *Hæc charta in villa regali, quæ* Ætwelope *nuncupatur, epiſcopis, abbatibus, ducibus*, Patriæ Procuratoribus, *regia dapſilitate ovantibus, perſcripta eſt.* Verum, quoad harum chartarum primam, quæ à *Kenwulfo* R. *Merciæ*, confecta eſſe dicitur anno dom. DCCC.XI, cum alias fraudis ſuſpecta, tum ex eo ficta eſſe conſtat, quod *Cuthredus Cantuariorum* R. qui huic chartæ teſtis adfuiſſe dicitur, [e] mortuus eſt anno dom. DCCCV. unde ſuæ fraudis conſcius ſibi falſarius ſic ſcribit: *ſi quis literas ſupra ſcriptas ob ſcripturæ novitatem parvi penderit, cartam vetuſtam ſtudioſe revolvat, & idem inveniet.*

Præterea conventus iſte in quo *Kenulphus* R. chartam hanc confeciſſe fingitur, non concilium id genus fuit, in quo *Sapientes*, tanquam in *Parliamento*, de rebus regni & eccleſiæ *Merciorum* tractabant; ſed panegyris, quæ, *Kenulpho* invitante, convenerat in encæniis eccleſiæ *Wincelcumbenſis*, ad celebrandam cum ſolenni pompa, feſtoque ritu, eccleſiæ iſtius dedicationem. Audi Chartam ipſam: "Eccleſiam, quæ in pulcherrimo clareſcit Schemate jam nempe præparata enituit;

---

a Vide Gramm. *Anglo-Sax.* cap. VI. pag. 33. *b* Biblioth. *Cotton.* Tiberius, E.4. in Annal. Wincel. *c* Bibl. *Cotton. Claudius*, B.6. fol. 21. col. 2. *d* MS. habet *Sigredum.* *e* Vide Chron. *Sax.* & *Chronol.* Auguſt. Cant. X. ſcript. 2238.

"ibi

" ibi *Wulfredus* quoque præſul Cantuariæ in honorem Ieſu Chriſti, beatæque Mariæ genetricis " dei - - - - - - dedicavit. Ibi quoque meum in domino Corpus pauſare decrevi. Complacuit " autem mihi *Kenulpho* accerſiſſe *Merciorum optimates*, epiſcopos, principes, comites, PROCU- " RATORES, *meoſque propinquos.* nec non & *Cuthredum regem Cantuariorum*, atque *Sigredum* " *regem orientalium Saxonum*, cum omnibus, qui teſtes noſtris Sinodalibus conciliabulis ade- " rant.

De hac quoque ſolennitate audi *Willelm. Malmesburienſem*: " Nam apud Winchelcumbam, ubi " Eccleſiam, quæ adhuc ſupereſt, deo (*Kenulphus*) exædificaverat, ipſa dedicationis die regem " captivum ad altare manumittens libertate palpavit, memorabile clementiæ ſuæ ſpectaculum ex- " hibens. Aderat ibidem regiæ munificentiæ applauſor *Cuthredus*, quem ille Cantuaritis regem " præfecerat; Sonabat baſilica plauſibus, platea tremebat diſcurſibus, eo quod ibi in conventu " tredecim Epiſcoporum, decem ducum, nullus largitatis pateretur repulſam, omnes ſuffarcinatis " marſupiis abirent. Nam præter illa *Xenia*, quæ magnates ſuſceperant, inæſtimabilis ſcilicet " pretii & numeri, in utenſilibus, veſtibus, equis electiſſimis, omnibus, qui agros non habebant, libram " argenti, presbyteris marcam auri, monachis ſolidum unum, poſtremo toti populo multa ero- " gavit.

Quicquid igitur per PROCURATORES intelligendum veniat in *Kenulphi* charta *Winchelcumbenſi*, certum eſt, conventum, in quo ſignaſſe illam dicitur, non fuiſſe *Merciæ Parliamentum*, neque quenquam ad eum accitum fuiſſe ad reip. negotia gerenda; ſed tantum ad celebrandam eccleſiæ *Winchelcumbenſis* dedicationem, cui adſtiterunt & aliorum regnorum Epiſcopi, duces, *&c.* qui *Parliamenti* Merciorum *membra* (ut vulgo loquimur) eſſe non potuerunt. Præterea ne *gry* quidem *Malmesburienſis* de charta, ſive hac, ſive alia quavis, in celebritate iſta à *Kenulpho* R. confecta; ſed ſtatim addit: *idem cum monaſterium magnis redditibus, quantum hoc tempore incredibile videatur, ampliaſſet,* XXIV. *anno regni funere ſuo honoravit.* Scilicet dicit tantùm regem eccleſiam à ſe conditam prædiis ampliaſſe; ſed quo tempore, quove modo, an cum ſcriptis, vel ſine ſcriptis illam terris donavit, non dicit. Verum de charta hac, qua *privilegium Apoſtolicum*, quo S. *Leo* Papa monachos *Wincelcumbenſes ab omni jugo, & ſervitio ſeculari exemerat*, rex confirmaſſe dicitur in encœniis Eccleſiæ, nihil ille, nec, quem ſcio, quiſquam alius ſcriptorum noſtrorum aliquam mentionem fecit. Itidem quoad *Æthelſtani* R. chartam, quæ confecta eſſe dicitur Anno Dom. DCCCCXXXI. regni VII. indict. IV. in villa regali, quæ æt Yellope nuncupatur, Epiſcopis, Abbatibus, ducibus, PATRIÆ PROCURATORIBUS, regia dapſilitate ovantibus, neque etiam de ea conſtat, quod conventus, in quo facta eſſe dicitur, fuit *Witena-gemotum* proprie ſic dictum, in quo, tanquam in *Parliamento*, ſapientes totius regni ad negotia civilia & eccleſiaſtica tractanda convenerant; an qui vocatus coiverat in feſtivo aliquo tempore coetus optimatum non omnium, ſed illorum, qui ex vicinis provinciis ad *Wellopam* profecti ſunt, ubi rex quaſi compitalia convivia agitabat.

Demus autem *Tyrrello* utramque veram eſſe, & indubitatam chartam; conventuſque, in quibus factæ ſunt, fuiſſe *Witena-gemota* proprie, & ſpeciatim ſic dicta, an igitur ex hoc ſequetur *Procuratores*, & *Procuratores patriæ* ſignificare in hodierno ſenſu legatos, & vicarios, quos urbium, & oppidorum populi ad vices ſuas in parliamento obeundas eligunt, & conſtituunt? nihil minus. Etenim *Tyrrellus* ipſe, de id genus *procuratoribus* altum eſſe in aliis monumentis Saxonicis ſilentium fatetur. Quæ igitur *Procuratorum*, & *Patriæ procuratorum* aptior explicatio eſſe poteſt? Reſpondeo 1°. Cum procuratores ſunt, qui aliorum negotia curant, & procurant, optimates regni, apud Anglo-Saxones *Sapientes* dicti, qui in conciliis publicis populi res & negotia procurabant, proprie *procuratores*, & procuratores regni, patriæ, populive dici poſſent. In quo quidem ſenſu ſe pupuli *Dunelmenſis* in Parliamento procuratorem, & vicarium fuiſſe, non ita pridem in ſuperiori domo Parliamenti concionem habens, iterum, iterumque jure contendebat *Joh. Coſins* Eccleſiæ Dunelmenſis Epiſcopus, nunquam ad hoc à populo conſtitutus. Sic † *Guido* Epiſcopus Ambianenſis, *præſul, & procurator reipublicæ Ambianenſis* inſcribitur in charta. anno M.LXX.III. Ut & *Garinus* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus in alia charta. An. M.C.XXX.III. II° * *Procurator* judicem aliquem, vel magiſtratum publicum denotat, ut in charta *Caroli* III. imp. in hiſtoria Pergamenſi, tom. 3. p. 399. *Nemo ſuperioris, aut inferioris reip. procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel freda exigere*, &c. III° †† *Procuratores* etiam dicebantur, qui neceſſaria ad victum regium procurabant. Ii apud *Anglo-Saxones* erant GEREFÆ, ſcilicet comitatuum, & urbium *præpoſiti*, ut conſtat ex Lege pol. Canuti R. 67. qua conſtitutum erat, ut GEREFÆ, quæ regi ad menſam & ejus apparatum neceſſaria forent, ex prædiis regiis procurarent. Ob eandem etiam rationem, *Seneſcalli*, ſeu dapiferi regii, quorum munus erat circa menſam regiam, ejuſque apparatum, *procuratores* dicti ſunt. per *procuratores* igitur, & *procuratores patriæ* intelligi poſſunt officiales, & miniſtri, ſive provinciarum, ſive aulæ, ſive utriuſque, qui in feſtivis iſtis temporibus, cum *Kenulphus* & *Æthelſtanus* genialiter feſtum agerent, convivia, cum congiariis, & aliis donativis procurabant, & apparabant. ** *Villici* etiam, qui res dominicales in villis, & maneriis procurabant, *procuratores* olim vocabantur. Adeo quidem ut *procuratores* & *procuratores patriæ*, non ſine ratione pro *villicis regis* his in chartis ſumi poſſunt, qui magni nominis miniſtri fuerunt. Hactenus quidem de ſignificatio-

† Du *Freſnii* gloſſar. * Ibid. †† Ibid. ** *Hen. Spelmanni* gloſſ.

nibus, quarum quavis, dictiones *procuratores*, & *patriæ procuratores* multo aptius explicari poſſunt, quam ea in ſignificatione, qua illas temere vult acceptas *Jacobus Tyrrellus*. Qui etiam monendus eſt, *patriam* non ſolum ſignificare in ampliſſimo ſenſu integram alicujus reip. vel regni, in quo nati ſumus, terram; ſed in arctiori etiam ſenſu ſæpe denotare pagum aliquem ſingularem; vel provinciam, quæ plures pagos; vel denique regionem, quæ plures regni provincias complectitur.

Johannes Skene Scotus, *regeſti Regii* cuſtos, librum Scotice ſcripſit *de verborum ſignificatione*, verborum ſcilicet *forenſium*, quorum ſignificationis cauſas prorſus ignoravit, non tantum mediæ & infimæ Latinitatis pene rudis, ſed *Anglo-Saxonici*, & *Cimbro-Gothici* ſermonis, quibus inſtructum eſſe eum oportebat, tam neſcius, quam qui illos maxime neſciret. Hujus cenſuræ ſive potius infortunii notam, *Skeneum* meruiſſe Archæologi omnes, qui in verbis infra poſitis librum ejus conſulent, facile agnoſcent; mecumque ſortem hominis, alioquin ſcientiſſimi, humaniſſime miſerabuntur, quem in iis temporibus naſci, & florere contigit, in quibus linguæ iſtæ è ſuis tenebris nondum evocatæ erant. Verba autem ſunt: *Baſtardus. Borgh. Bothna, Bothena, Buthna. Burlaw, Byrlaw. Campiones. Clep. Creffera. Arga.* p. 50. *Farand-man. Feodum, Feudum. Forthocht. Garba. Gilda. Haimſuken. Haim-haldarf. Herrezelda. Infang-thefe. Ligeantia, Ligium. Murthrum. Pedellus. Placitum. Reif. Schaffa. Schireffe. Thanus. Theme.* Quorum quidem nulla *Skeneus* ab originibus ſuis repetere potuit, ut qui linguas veteres *Septentrionis*, unde accerſenda ſunt, nullatenus intelligeret.

Robertus Bradyus etiam, quamvis *Saxonicæ* hiſtoriæ & antiquitatis ſagaciſſimus ſcriptor, ex eo tamen nonnunquam, cum etymologi partes ageret, lapſus eſt, quòd iſtas linguas parum ſciret. Hujus probationes ſunt, quæ de MALLO ſcribit, *completæ ſuæ hiſtoriæ* p. 74. Itidem quæ de voce GRAVEN ſcribit, p. 81. & de nonnullis aliis, ut PORT-REVE, tractatus ſui *de urbibus & & Burghis* p. 16.

Denique, SHOWERE, Laudatus toties *Edwardus Cocus*, qui non linguæ tantum, ſed antiquitatis *Saxonicæ* propemodum ignarus fuit, haud ſolum ut *Etymologus* in quærendis vocum forenſium originibus; ſed ut *Archæologus*, in iis præſertim quæ res juris, earumque origines ſpectant, ſæpe aberravit. Sic in præfatione quartæ partis *Commentar. Juris*, commentitiam *Edgari* R chartam, quam in ſuperioribus damnavimus, deſcribit, & ut *pietatis, virtutum, fortitudinis, atque victoriarum regum ac principum hujus imperii* exemplum ſingulare laudat. Ex ea etiam in *imperii Anglicani amplitudinem*, & *Hiberniæ primam ſubjugationem* animadvertit, ut quæ diu ante tempora regis *Henrici* ſecundi ab *Anglis* ſubacta fuerit. In præfatione, quæ eſt ante ſextam partem *Commentar. Juris*, probatum it jus municipale *Angliæ* in hoc ſe habuiſſe ante victoriam *Normannicam*, ut hodie ſe habet; *quod Regina regis conſors perſona tum fuit, quæ in jus vocare, & vocari poſſet; & quæ per ſe daret, & acciperet, Regis conſenſu non adhibito. Ad hoc probandum chartam producit *Æthelſwithæ* reginæ *Merciorum* qua terram xv manentium vendidit miniſtro ſuo *Cuthwulfo*. Verum pace tanti viri liceat mihi dicere terram iſtam, quam in tam ſolenni Cœtu vendidit regina *Merciorum*, ſuum *peculium*, ſuique juris fuiſſe, ut ex his verbis conſtat: *Concedens donabo Cuthwulfo aliquam telluris partem meæ propriæ poteſtatis.* Nam tabulis nuptialibus apud Anglo-Saxones ſponſus ſponſæ prædia dare ſolebat, cum poteſtate illa pro libitu cuilibet dandi, vel vendendi. Id conſtat ex charta conventionali inter *Wulfricum*, & Archiepiſcopum, quam exhibui hujus diſſertationis p. 76. Illa enim charta Wulfricus ante nuptias, quas cum Archiepiſcopi ſorore contracturus erat, prædium illi dedit cum libertate iſtud alienandi, ut verba Chartæ oſtendunt: ⁊ ꝛealde hiꝛe ꝓ land æt Eanulfintune to ȝyfenne. ⁊ to ꝛyllenne þam þe hiꝛe leofeſt pæꝛe on dæȝe ⁊ æfteꝛ dæȝe. þæꝛ hiꝛe leofeſt pæꝛe. Inde conſtat privilegium dandi, vendendive terras ſibi tabulis nuptialibus abſolute, & ut *feodum ſimplex*, datas conjugibus omnium apud Anglo-Saxones, reginæque regis conſorti commune fuiſſe. Perperam igitur ex *Æthelſwithæ* Charta colligit juriſconſultorum princeps reginam Regis conſortem apud Anglo-Saxones perſonam fuiſſe, quæ, regis conſenſu non adhibito, alios in jus vocare, & ab aliis in jus vocari poſſet, & quæ per ſe daret, & acciperet. In præfatione, quam nonæ parti commentariorum ſuorum juris præpoſuit, multa de *antiquitate juris communis*, auctore *Horno*, ſubleſtæ fidei ſcriptore, tradit. Cujus quoque *ſpeculum juſtitiariorum* diu ante adventum *Normannorum* maxima ex parte ſcriptum abſurde affirmat in præfatione, qua commentariorum juris decimam partem munivit. In præfatione quoque nonæ partis aliorum errorem ſecutus dicit *Ælfredum* R. primum omnium *Angliam* in *Scyras*, ſeu comitatus diviſiſſe. Quo nihil falſius *Johan. Seldenus*, *R. Bradyus*, iiſque præeuntibus, *Jacobus Tyrrellus* eſſe demonſtravit. Ejuſdem furfuris ſunt quæ ſcripſit de antiquitate tractatûs, qui inſcribitur *modus tenendi Parliamentum*, inſtit. parte II. p. 7, & parte IV. p. 12. ubi tractatum iſtum, quem dudum poſt ingreſſum *Nortmannorum* ſcriptum eſſe conſtat, epigraphe ejus deceptus, ante id tempus ſcriptum, & à *Willelmo* I. approbatum non ſine ** maximo ſuo errore declarat. Adhæc: in prælectione ſua prima in legem

---

* Anglice, That a quæn being wife to a king regnant was a perſon ſole by the common Law to ſue, and to be ſued; to give, and to take, *&c.* ſolely without the king. ** V. Lib. *Will. Prinne*, cui tit. Breif Animadverſions on the fourth part of the inſtitutes of the Laws of Engl. &c. Quod Lond. publici juris fecit auctor, An. 1669.

29. E. quæ à forenſibus dicitur STATVTVM *de finibus levatis*, duodecimvirale judicium ante *victoriam Normannicam* apud *Anglos* in uſu fuiſſe fruſtra it probatum ex ſive rotulo cenſuali, **Dooms-day-book** vocato, quem, imperante *S. Edwardo, Confeſſore* dicto, factum fuiſſe contra fidem hiſtoricorum contendit.

Verum, SHOWERE, ut à noſtris ad exteros tranſeam, linguarum veterum Septentrionalium ſcientia in nemine magis aut deſideratur, aut earum ignorantia in aliquo doctorum magis deplo-randa eſt, quam in viro maximo *Friderico Lindenbrogio*, qui *codicem legum antiquarum* edidit, cum *Marculphi formulis ſolennibus*; in quorum fine *Gloſſarium rerum vocumque difficilium* adjecit, in quo incœpto ſuo fere nunquam non in hoc deeſt, aut quod voces *barbaras* haud omnino expli-cat; aut, ſi forte explicat, quod ad origines ſuas raro eas revocat. Alterius exempla ſunt. SAIO quod alias ſcribitur SAGIO, *apparitor, diſtrictor, exactor*, qui magiſtratui, ad ejus ſemper man-data exequenda miniſter præſto erat; & THIUPHADUS vel *Tyuphadus*, *poteſtatis* quum *ci-vilis*, tum *caſtrenſis* appellatio apud *Wiſigothos*, de qua infra. Horum prius, nempe SAGIO, unde SAIO, mihi videtur dictum quaſi *Sakio*, à Scano-Gothico **SAKAN**, in forenſi ſenſu *ac-cuſare, perſequi*. Unde ſec in genitivo **ſakar**, *cauſa, culpa*. **ſokn**, *actio, exactio rei judicatæ*, vel *mulctæ*. **Socnare**, *executor litis, quæſitor, inquiſitor*: ut in, **konungs ſoknare, biskops ſoknare**, *litium regis* & *epiſcopi exactor* vel *executor*. *Hiſpanis* etiam nunc in uſu *el Sayo*, quo nomine *ſpiculatorem*, ſive *carnificem* denotant. Poſterius autem, nempe *Thiuphadus*, *Tyuphadus*, vel *Tiu-phadus*, accerſendum, me judice, eſt à *Francico* articulo *Thiu, thie, Diu, die*, &c. & *fads*, quod *Go-thice* ſcribitur **FADS**, à Fadian, *ordinare, diſpenſare*; & in compoſitione legitur in Evangeliis Gothicis: ut in **HUNDAFADS**, *centurio*, &c. quemadmodum diximus in voce *Vaſſus*, Gramm. *Franco-Theotiſcæ* p. 99. Magiſtratus autem fuit tam civilis, quam caſtrenſis præpoſitus apud *Wiſi-Gothos*; Hiſp. *Thiuphædus*, cui millenarii, quingentenarii, centenarii, decani, exercitus etiam compulſores, annonarii, defenſores, numerarii ſuberant, quemadmodum ipſe duci, comiti, co-mitis vicario, & forſan gardingo, erat ſubjectus. Civilem vero rerum adminiſtrationem ſub comite, ejuſque vicecomite, in *Thiuphadia* ſua habuiſſe *Thiuphadum* oſtendunt *Wis.* 2. *Tit. I.* L. XV. "Cum cæteris negotiis criminalium etiam cauſarum Tiuphadis etiam judicandi conceſſa "licentia ſit. - - - qui *Tiuphadi* tales eligant, quibus viciſſitudines ſuas audiendas injungant, ut "ipſis abſentibus, illi cauſas & temperatè diſcutiant, & juſtè diſcernant". *Sic* L. XXIII. "Si "quis judicem, vel comitem, aut vicarium comitis, ſeu *Tyuphadum* ſuſpectos ſe habere dixerit - - - "*Sic* L. XXVI. quoniam negotiorum remedia multimodæ diverſitatis compendio gaudent, ideo "dux, comes, vicarius, * pacis aſſertor, *Tyuphadus*, millenarius, quingentenarius, centenarius, de-"canus, defenſor, numerarius & qui ex regis juſſione, aut etiam ex conſenſu partium, judices in "negotiis eliguntur. *Sic Tit.* V. L. VI. "Si hæredes fundatores eccleſiæ adſunt, ipſi talia proſe-"quantur. Si autem non fuerint, aut etiam ſi ſint, cauſare noluerint, tunc ducibus, vel comi-"tibus, Tyuphadis, atque vicariis, ſive quibuſcunque perſonis, quos cognitio hujus rei attigerit, "& aditus accuſandi, & licentia attribuitur exequendi.

Caſtrenſem etiam miniſtrum fuiſſe *Tyuphadum* probant Wis. 9. Tit. II. L. 1. "Si *Thyuphadus* "ab aliquo de *Thyuphadia* ſua fuit beneficio corruptus, ut eum ad domum ſuam redire per-"mitteret, quod acceperat in novecuplum, reddat comiti civitatis in cujus eſt territorio conſtitutus. Et "ſi ab eo nullam mercedem acceperit, ſed ſic eum, dum ſanus eſt, ad domum dimiſerit, vel "de domo in exercitum exire non compulerit, reddat ſolidos XX. quingentenarius vero XV. & cen-"tenarius X. Si certe decanus fuerit, V. ſolidos reddere compellatur. L. III. "Si quis cente-"narius dimittens centenam in hoſtem ad domum ſuam refugerit, capitali ſupplicio ſubjacebit. "- - - - ipſe autem poſtmodum centenarius nullo modo præponatur, ſed ſit ſicut unus ex de-"canis - - - - *dein* L. IV. "Si decanus relinquens decaniam ſuam de hoſte ad domum ſuam re-"fugerit, aut de domo ſua, cum ſanus eſt, exire, & ad expeditionem proficiſci noluerit; det "comiti civitatis ſolidos X. Quod ſi alicui forte mercedes dederit, reddet ſolidos V. comiti ci-"vitatis, in cujus territorio eſt conſtitutus: & ipſe comes civitatis notum nobis faciat, ut cum "noſtra juſſione dividantur inter eos in quorum centena fuerit adſcriptus. Quod ſi aliquis qui "in *Thyuphadia* ſua numeratus ſine permiſſu *Thyuphadi* ſui, vel quingentenarii, aut centenarii, "vel decani ſui, de hoſte ad domum ſuam refugerit, aut de domo ſua in hoſtem proficiſci no-"luerit, in conventu merentium publice centena flagella ſuſcipiat, & reddat ſolidos X. *Item* in L. V. "Thyuphadus vero quærat per centenarios ſuos, & centenarii per decanos, & ſi potuerit cogno-"ſcere, quia per precem, aut per redemptionem ad domum ſuam confugerint, aut de domo ad "hoſtem proficiſci noluerint, tunc *Thyuphadus* Præpoſito comitis civitatis notum faciat, & ſcri-"bat comiti civitatis, in cujus eſt territorio conſtitutus, ut comes civitatis vindictam, quæ in lege "poſita eſt, de his, qui pro ſe rogant, aut qui ſe redimunt à *Thyuphadis*, vel centenariis, aut de-"canis, vel ſervis dominicis, omnia ad integrum implere non differat. *In* L. VIII. "Ideo præ-"ſenti ſanctione decernimus, ut à die legis hujus prænotato, vel tempore, ſi quælibet adverſi-

---

* De quo magiſtratu ſic in LL. Wiſ. Tit. 1. L. 16. pacis autem aſſertores non alias dirimant cauſas, niſi quas illis regia deputaverit ordinandi poteſtas, pacis autem aſſertores ſunt, qui ſola faciendæ pacis intentione regali ſola deſtinantur auctoritate.

"tas inimicorum contra partem noſtram commota extiterit, ſeu ſit epiſcopus, ſive etiam in quo-
"cunque Eccleſiaſtico ordine conſtitutus; ſeu ſit dux, aut comes, *Thyuphadus*, aut vicarius, gar-
"dingus, vel quælibet perſona - - - - ſtatim ubi neceſſitas emerſerit, mox à duce ſeu comite, *Thyu-*
"*phado* vel vicario, aut à quolibet fuerit admonitus - - - . *In* L. IX. "Si majoris loci perſona fu-
"erit, id eſt, dux, comes, ſive etiam gardingus, à bonis pro his ex toto privatus, exilii relega-
"tione juſſu regio mancipetur, ita ut quod principalis ſublimitas de rebus ejus judicare elegerit,
"in ſuæ perſiſtat poteſtatis arbitrio. Inferiores ſane vilioriſque perſonæ, Thyuphadi ſcilicet,
"omniſque exercitus compulſores, vel hi, qui compelluntur, ſi aut in exercitum venire diſtule-
"rint, aut in loco, vel tempore conſtituto minime occurrerint, vel proficiſci neglexerint, ſeu
"de expeditione publica quocunque fraudis commento effugiendo ſe ſubſtraxerint, non ſolum
"ducentis ictibus flagellorum verberati, ſed & turpi decalvatione fœdati, ſingulas inſuper libras auri
"cogantur exolvere, quas principalis poteſtas, cui largiri decreverit, ſui maneat incunctanter arbitrii.

Ex his conſtat *Thyuphadi* muneris fuiſſe provinciales ſuos, ſeu regios ſubditos, qui ex ſua *Thiu-phadia* erant, in bellum educere, & cum millenariis, quingentenariis, centenariis, & decanis, cæteriſque, qui ſub eo militiæ præfecti erant, in hoſtem proficiſci compellere. Hoc genus hominum *Anglo-Saxones* Sıþcunðmen, ȝeriþcunðmen, riþcunðan, Latino-barbare, *ſithcundos homines*, etiam & ȝeriþaf, à Sıþian, ȝeriþian, *proficiſci, iter facere*, vocabant. Id manifeſtum eſt ex lege R. *Inæ* 52. Cui epigraphe Be þon ȝeriþcunðman þe fynð foþfitte, *de præpoſito militari, qui exercitum reliquerit.* Gif re riþcunð-man land aȝende fyndе foþfitte ȝefylle hundtpelftiȝ Scill. ⁊ þoliȝe hif Landef :. Unland aȝende rixtiȝ rcill. Leoplic ðpittiȝ rcill; *ſi præpoſitus militaris, qui prædia habet, exercitum reliquerit, centum & viginti ſolidos pendat, prædiiſque ſuis mulctetur. Qui vero non habet prædia, Sexaginta ſolidos ſolvat. Ruſticus autem triginta ſolidis mulctetur.* Vide etiam leges R. *Inæ* 51, & 55. ex quibus patet *Sithcundum hominem* è claſſe nobilium fuiſſe, quòd ruſtico vel plebeio ſemper opponitur. In lege Æthelſtani de *Weris*, poſteri filiorum & nepotum plebeii hominis, loricam, galeam, & enſem auratum habentis, qui eo divitiarum creverant, ut quinque hydas terræ poſſiderent, Sıþcunða-cynnef. *i. e.* iis, qui Sıþcunðmen, vel ȝeriþaf dicti ſunt, dignitate, & honore æquales eſſe decernebantur. ex illa etiam lege Sıþcunða-cynnef hominem, *Sithcundlicæ conditionis* hominem, aliter Sıþcunðlice man dictum, Thano parem fuiſſe ſatis liquet, quod utriuſque eorum eadem eſt *Wera*, ſive capitis æſtimatio, *viz.* MM. *Thrimſæ*: proinde neque minoris dignitatis, vel inferioris gradûs Sıþcunða cynnef, *i. e.* Sithcundlicæ conditionis homine *Sithcundus* homo eſſe potuit.

Poſterioris exempla ſunt LEUDES, & MALLUM; quorum iſtud à Franco-Theotiſco *liud, liut, leud*, Saxonice leoð, *populus*; hoc à Francico *Mahal*, Gothice ΜΑΨΛS, derivandum eſt.

Adrianus Scrieckius Rodornius Originum Rerumque *Celticarum* & *Belgicarum* volumen unum XXIII libros complectens, *Hypris* tanquam *abortivum* edidit, M.DC.XIV. In quo libro, tametſi quæ placent & delectant multa ſcripſit auctor, plurima tamen falſa, & à mente ſua ficta, quæ riſum ſimul & miſerationem linguarum veterum Septentrionis gnaro commovebunt, tradidit vir nobilis, & doctiſſimus; cujus vicem in hoc uno non poſſum non dolere, quod tum ſcriberet, cum ad iſtarum Linguarum ſcientiam nemo iter aperuiſſet.

Idem de *Joanne Goropio Becano*, quamvis divini ingenii homine, dicendum eſt. Qui duos libros ſcripſit de gentium originibus lectu quidem jucundos, quos tamen maxima ex parte perperam & inepte eſſe ſcriptos, nemo eſt, ſi linguas Aquilonis antiquas calleat, quin mecum facile affirmabit. Horum alteri, qui editus fuit *Antwerpiæ*, anno M.DC.LXIX, titulus eſt, JOAN. GOROPII BECANI ORIGINES ANTWERPIANÆ. Alter autem *Antwerpiæ* editus, anno M.DC.LXXX. ſic inſcribitur: OPERA JOAN. GOROPII BECANI, hactenus in Lucem non edita, HERMATHENA, *&c.*

Quinimo, SHOWERE, integrum, idque immane volumen conſcribendum mihi foret, ſi in quibus defecerunt & lapſi ſunt *Belgici* & *Germanici* ſcriptores, quotquot linguas Septentrionis veteres non ſciverunt, diligenter pergerem notare. *Sueciæ*, etiam & *Daniæ* doctiſſimi ſcriptores, veteris *Scano-Gothicæ* & *Mœſo-Gothicæ* quantumvis ſcientiſſimi, ex eo tamen nonnunquam falluntur, quod *Anglo-Saxonicæ* & *Franco-Theotiſcæ* aut omnino ignari, aut non perfectè gnari ſunt. Hoc ſine omni invidentia, cujus cauſas procul habeo, ob id tantum dixi, quod iſtarum nationum ſummis viris auctor eſſe velim, ut cum matricis ſuæ communis SCANOGOTHICÆ ſcientia cæterarum ſeptentrionis matricum linguarum notitiam conjungant, exemplum habentes quod ſequantur F. *Junium* F. F. qui linguarum *Anglo-Saxonicæ* & *Franco-Theotiſcæ* in primis gnarus, ad *Scano-Gothicæ*, & *Mœſo-Gothicæ* ſtudium adpulit animum; quibus omnibus præclare eruditus, erat ſane idoneus, qui ad Linguæ *Anglicanæ* etymologicum conſcribendum lingua Anglicana dignum accederet. In quo opere quidem id genus omnium longe præſtantiſſimo, vocum noſtrarum etyma è propriis ſuis fontibus, ſcilicet *Anglo-Saxonicis*, *Dano-Saxonicis*, & *Normanno-Saxonicis*, tam perite & perſpicue hauſit, ut non tam *Etymologicum* linguæ *Anglicanæ*, quam ejus *ex cauſis* ſcientifica notitia dici mereatur. Illius MS. Codicem à ſe in Bibliotheca *Bodleyana* diligenter verſatum adeo miratus eſt Doctiſſimus quidam *Suecus*, ut dictionarium MENAGII Etymologicum, quem adeo Galli prædicant, ne comparandum quidem ad præſtantiſſimum illud opus F. *Junii* vocem tollens dixerit. Sententiam, quam de *Junii* etymologico, quaſi arbitrum agens, pronuntiavit ille *Suecus*, ut, me auctore, ſciret literarius orbis, propterea volui, quòd *Gallus*

ille,

ille, qui præfationem, quæ eſt ante MENAGII dictionarium Lutetiæ Pariſiorum nuper editum, antiquitatum noſtrarum prorſus ignarus ſcribit, nos jam nunc præter *Bedæ* hiſtoriam in linguam *Saxonicam* converſam, non niſi pauca quædam *Saxonice* ſcripta habere monumenta. * Quam ob cauſam (inquit) etymologis *Anglis* moleſtum eſt de ſui ſermonis cauſis ſcribere, quippe quod iis ad id recte faciendum lingua *Gallica* opus eſt. Imo quidem linguæ *Anglicanæ* etymologicum ſcribenti *Gallica* nonnunquam, ſed rarius utenda eſt. *Rarius*, inquam, quia ſermonis noſtri inita proportione, perpauca vocabula ad origines *Gallicas* revocanda ſunt. Inter quas, ac origines *Anglo-Saxonicas*, *Dano-Saxonicaſque*, ea in Syſtemate linguæ *Anglicanæ* ratio eſſe videtur, quæ eſt inter tibiam alteram, brachiumve, cæteraque membra, quæ corpus humanum conſtituunt.

Hæc obiter, SHOWERE, de linguæ *Anglicanæ* etymologico *Juniano*, quod auctor celeberrimæ totius terrarum orbis univerſitati Oxonienſi noſtræ ſupremo teſtamento dedit. In cujus bibliotheca publica adſervatum expectat, dum ab aliquo, qui *Junio* in linguarum ſeptentrionis veterum ſcientia par eſt, editum, *è Theatro Sheldoniano*, ad ſui, ad auctoris, ad academiæ, imo ad *Angliæ* gloriam ſempiternam prodeat. Verum cum F. *Junius* in opere ſuo id maxime agitaret, ut etyma vocum daret, quæ à communi ſermone utentibus, præſertim in ſcribendis libris, vulgo receptæ erant, etymologici *Juniani* editori danda inprimis opera erit, ut appendicem etymologicam adjiciat, in qua voces à communi uſu abhorrentes è ſuis fontibus petitas recte interpretetur. Id genus ſunt vocabula quæ vetuſtate obſoleta, non niſi in antiquis ſcriptoribus noſtris occurrunt; ut & ea quæ *topica* vocamus, quod communis uſus cum non amplius ſint, in certis tamen locis à ruſticis & ruſtice loquentibus, ut in *Scotiæ* auſtralibus, *Angliæque* borealibus partibus, ut & in *Norfolcia*, *Eſſexia*, *Devonia*, & in agro *Sumerſætenſi*, *Glouceſtrienſi*, *Herefordenſi*, *Salopienſi*, &, ut verbo dicam, in pleriſque *Magnæ Britanniæ* provinciis uſurpantur. Horum generum ad ſuas origines revocatas, id rogante cl. viro *Whito Kenetto*, archidiacono *Huntingtonenſi*, aliquot centenas, ſupra mille, voces explicavi, quarum non exiguus numerus ex iis ſumptus eſt, quas in libello collectas *Londini* edidit *Joh. Ray*, herbarum peritia clariſſimus; Anno M.DC.LXXIV.

Ex his quæ dicta ſunt, SHOWERE, facile in meam ſententiam te pedibus in hoc iturum credo, quod linguarum veterum ſeptentrionis ſcientia *Anglis* omnibus, *Scotis*que neceſſaria eſt, qui vetuſtos ſuos ſcriptores, ſuive ſermonis provinciales dialectos recte ſcire volunt. Equidem qui in comitatus *Eboracenſis*, *borealis trithingæ* vico, *Rogeri Aſchami* natalibus præclaro, quem **Kirby-Wiske** vocant, natus eram, eo ſolo conſilio pene quinquagenarius ad iſtas diſcendas linguas animum appuli, ut *Doriſmorum*, ſi dicam, quibus *mei* in loquendo utuntur cauſas tandem notas haberem; quamvis linguarum iſtarum ea *utilitas* & *præſtantia* eſt, ut ſtudiorum meorum, quorum me haud pœnitet, ampliorem multo fructum & mercedem acceperim.

Iſtarum etiam linguarum omnium, quidni dicam, perfecta Scientia illi neceſſaria ſit, qui unius alicujus earum gloſſarium recte velit ſcribere. Id conſtat ex gloſſarum *Alamannicarum* Theſauro *Juniano*, cujus ſpecimen *Edwardus Thwaites*, exteris quibuſdam cl. viris id ab eo rogantibus, humaniſſime *typis Junianis curavit* imprimendum.

Anima, ſala. *Animæ*, ſelu. *Animarum*, ſelono. *Animas*, ſelo.] ſela fram hello kihalota, *Necromantia*; gl. C, 7. *Exanimis*, urſeller; gl. B, 18. mihhiloſot min ſela Truhtin, *Magnificat anima mea Dominum*; Tatianus IV, 5. thie ſela arſlahen, *Animam occidere*; Idem XLIV, 20. gitruobit iſt min ſela unzin tot, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*; Idem CLXXX, 5. erfurahtit eocalih ſela, *Paveſcit omnis anima*; Hymn. XXIV, 5. uuarth min ſela zerennet, *Liquefacta eſt anima mea*; Willeramus v, 6. Angloſaxones diverſimodè ſcribunt ꝑapel. ꝑapul. ꝑapl. ꝑaul. Iſlandis ſaal. Danis ſiel. Anglis **ſoule**. Belgis **ſiele**. Argenteus codex magis integrè **SAIVALA** ſcribit: atque adeò cuivis quoque primo ſtatim intuitu liquere poteſt, reliqua paullatim ex hoc Gothico per corruptionem deflexa. Ipſum verò **SAIVALA**, peculiari quadam elegantiſſimæ Græco-Gothicæ compoſitionis ratione, *Vitæ fontem* denotare videtur: tanquam ſit à ζάω, *Vivo*: & pala, *Fons*. prorſus ut *Radicem* non abſimili, ſed merè Angloſaxonicâ compoſitione Patres noſtri dixere ꝑẏꝑꞇpala, q. d. Herbæ fons vel origo: quòd Herba exurgat ex radice, tanquam ex fonte; nam ꝑẏꝑꞇ eſt *Herba*. pala verò *Fons* vel *Scaturigo*.

Balnearum, pado.] bad, *Lavacrum*. badon, *Lavare*, occurrunt apud Otfridum lib. III, cap. 4. *Balneum*, bæþ; gr. Ælfrici, cap. 13. *Balnearium vel Thermarium*, bæþhuſ, gl. R, 109. *Thermas*, bæþhuſ ł bæþꝛtop; gl. R. 109. *Thermas vel gymnaſium*, bæþꝛtede. *Apodyterium*, baþienðꝑa manna huſ. i. *domus qua veſtimenta balneantium ponuntur*. ðæꝑ hi hi unꝛcꝑeðaþ inne; gl. R. 55. baþ, *Balneum*; Beda I, 1. baþian, *Lavare*; Beda IV, 19. Oroſius III, 9. bebaþoð beon, *Ablui*; Beda I, 27, reſp. 8. liꝑeꝛ bæþ, *Lavacrum vitæ*; Beda II, 5. on beþe hine ðpean, *Balneo ſe lavare*; Somn. 30. Cottoniano interlineati codicis gloſſatori Johannes præcurſor Domini dicitur bæꞇzeꝑe ł ꝑuluihꞇeꝑe, Matth. III, 1. at Rushworthiano idem Baptiſta aliquando bæðzeꝑe, aliàs verò bezeꝑa nuncupatur. Iſlandis **bad** eſt *Balneum*. Danis **bad/**

* Les monumens de la langue Saxone, que l'on a pris de l'Hiſtoire du venerable Bede, & de quelques autres . . . , tout ce qui fâche les Etymologiſtes Anglois, c'eſt que pour rendre raiſon du ſyſtéme de leur langue, il faille avoir beſoin de la langue Francoiſe.

badſtue. Angis bath. Belgis bad/ badſtove. quorum poſtremum planiſſimè reſpondet Angloſaxonico baþſtop. Suſpicabar olim Angloſaxonicum baþ abſciſſum à βάθος, quod frequenter Remotum ſepoſitúmque locum denotat; ſiquidem Balnea olim in penitiore atque intimâ ædium parte conſtruere ſolebant antiqui. Nunc verò bad rectiùs crediderim poſſe derivari à baden, *Aquæ immergere ſe, abluere.* Ipſum verò baden à waden, *vadare, vado tranſire.* Angloſaxones paðan dicunt. Cædmon 20, 22; Ðeah me on ſæ paðan heðe heoþoneſ Ꝺoð. *Licet cœli dominus injungeret mihi ut mare vado pertranſirem.* Oroſius lib. II, cap. 4; piſmen mihton þæſ ea be heopa cneope oþeþpaðan, *Flumen erat permeabile fœminis vix genua tingentibus.*

Bibere, trinchan] *Bibere & panem*, trinchan enti prot; App. gloſſarii C. *Dedit ei bibere*; gab imo trincken; Tatianus CCVIII, 3. *Primitus diſcunt bibere*, ſie ze eriſt lernan drinkan; Willeramus V, 12. *Potus*, tranh; Kero. *Potio*, dranc; gl. D, 36. *Potator*, drinkere. *Ebrius*, drunken; gl. D, 28. *Temulentam, vinolentam*, trunchena; gl. B, 53. *Temulentum*, ubartrunchini; gl. C, 19. *Vinolentum*, uuintrunchaz; Kero. fardruncon, *Crapulatus*; gl. Lapſii. *Ebrietas*, ubartrunchanii; Kero. *Vini potator*, uuintrinko; Tatianus LXIV, 14. Gothis ᚭᚱᛁᚴᚴᚨᚾ eſt *Bibere*. Angloſaxonibus ðpincan, ðpican. ðpýcian. Cimbris ᚦᚱᛁᚠᚨ. ᚦᚱᛁᚠᚠᚨ. ᚦᚱᚨᚠᛁᚨ. Danis dricke, Iſlandis dreckа. Anglis drink. Belgis drinken. Deduxi aliquando, per epentheſin rr vel n, ex πτειγέναι, quod eſt à τείζω *Strido*; ut verbo dederit originem inamabilis aſperitas illius ſtridoris quem edit guttur avidè ſe ingurgitantium. Alias interim de verbi origine conjecturas habet gloſſarium noſtrum Gothicum in ᚭᚱᛁᚴᚴᚨᚾ:

Cantat, ſinkit. *Cantante*, ſingantemu. *Cantor*, ſangari. *Canticum*, ſanc.] *Modulatis*, kiſungenen; App. gloſſarii C. *Precinebat*, foraſanc; gl. B, 39. *Melodia*, ſuazzaz ſanc; gl. A, 21. *Choris*, kartſangun; gl. B, 10. *Jubilo*, hohſange; gl. B, 27. *Cantor*, ſengere. *Choraula, idem*; gl. D, 20. ni tuo trumbon ſingan fora thir, *Noli tubâ canere ante te*; Tatianus XXXIII, 2. uuir ſungun ju, *Cecinimus vobis*; Idem LXIV, 12. nu ſingemes alle, *Canamus nunc omnes*; Otfridus I, 6, 29, thir lop ſingemes, *Tibi ymnum canimus*; Hymn. XXIV, 12. Angloſaxonibus ſingan eſt *Cantare, pſallere*. Iſlandis ſingia. Danis ſiunge. Anglis ſing. Belgis ſingen. Origo verbi videtur peti poſſe ex συγχεῖν, *Confundere, confundendo miſcere*; quòd ſcitè modulateque concinentes varias tantummodo voces variè permiſcere videantur. *Non vides*, inquit Seneca epiſtolâ LXXXIV. *quam multorum vocibus chorus conſtet? unus tamen ex omnibus ſonus redditur: aliqua illic acuta vox eſt, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris feminæ, interponuntur tibiæ: ſingulorum illic latent voces, omnium apparent. fit concentus ex diſſonis.* Olim interim ſubdubitare cœpi an non priſca gens mortalium, longiſſimè adhuc à laſcivientium delitiis remota atque etiamnum expers artium quæ ad aurès detinendas excoluntur, leni apum ſuſurro pertentatum aëra mulcente, putaverit inter auras canere Sirenum concordiam: id ſi non procul à vero abire judicabimus, videri quoque poterunt majores noſtri ſuum illud ſingan à canoro bombylantium apum murmure, qui ζίγγος dicebatur, derivâſſe. ζίγγος enim Heſychio eſt ὁ τῶν Μελιοσσῶν ἢ τῶν ὁμοίων ἦχος, *Sonus quem apes & ſimilia inſecta reddunt.* Videbarque mihi non abſimilem etymologiæ rationem obſervare in Teutonico ſwarm, *Examen, globus apum in ramo aut loco quocunque ſuſpenſus*, Cenſebamque fieri potuiſſe ut hujuſmodi Uva conglobati examinis primò ſarm, ac poſtea ſwarm diceretur: primâ illâ voce detruncatâ ab ἁρμονία, *concentus, harmonia*: propter gravius murmur, quo perſtrepit apum populus, quotieſcunque ex alveariibus prorumpit ac grande aliquod uber, ſuſpendens ſe, imitatur. Ab hac denique hujus verbi origine accidiſſe credebam, quòd ſingan olim quoque uſurpatum ſit de iis qui aliquid veluti ſubmurmurantes legunt aut recitant: unde erſingan exponitur *Recitare* in App. gloſſarii C. Argenteo quoque codici ᛋᛁᚴᚴᚤᚾ eſt *Legere*: quâ de re vide Gothicum gloſſarium. Omnino itaque ſingan Patribus noſtris, ob canorum ſubmiſsè legentium murmur, pro *Legere* uſurpatum eſſe fatebimur; vel dicendum erit à veteribus id factum imitatione antiquiſſimorum Græcorum, quibus (ut egregiè docet Strabo libro Primo) τὸ ᾄδειν ἀντὶ τοῦ φθέγγειν τίθεται. Verba nobilis Geographi, ſi cui libeat ea ponderare, magnam lucem afferent iis quæ jam nunc diximus. Allegatum locum invenies paginâ 18 editionis Caſaubonianæ anni 1620.

Dominus, truhtin. *Domini*, truhtines. *Domino*, truhtine. *Dominum*, truhtinan. *Dominicum*, truhtinlihhun. *Dominicis*, truhtinlihhem. *Dominico die*, truhtinlichemu tage.] drohtin ł druhtin ł druſtin, *Dominus*, druftene, *Domine*; gl. Lipſii. Cum noſtratibus Deus opt. max. receptiſſimâ conſuetudine dicatur onſen lieven Heer; mihi quoque libuit aliquando ſuſpicari, vocabulum druhtin ł truhtin deſumptum ex illo drut, *Carus, dilectus, fidelis*, de quo non nihil Spelmannus in *Druchte* & *Drudes*, & nos aliquid ad Willerami paginam 14 diximus: unde & Theotiſcis truhtine olim dictus eſt *Paranymphus*; gl. B, 37. in *Pronuba*. Nunc tamen ambigo an non verior ſit illa vocabuli truhtin etymologia, quam attingit Kilianus in drutin & trutin. Angloſaxonibus profectò Deus opt. max. peculiariter olim dictus videtur ðpihten vel ðpýhten, quamvis eadem vox ſequioris poſtmodum ſæcli adulatione traſlata quoque ſit ad Reges & quoſvis alios homines cujuſcunque dominii jure conſpicuos. Primò tamen modeſtiùs & cum quadam limitatione manðpihten dixerunt. Cædmon 49, 5. 78, 14. 88, 23. donec tandem adulatione magis magiſque gliſcente abſolutè ðpihten vel ðpýhten dictus eſt quilibet Dominus. Simile quid in Romano quoque aliquamdiu obtinuiſſe imperio, egregiè nos docet nobiliſſ. Henr. Spelmannus in *Dominus*. Quod verò vocabulum ðpihten vel ðpýhten attinet, *Kyrie eleiſon* certè regularum Benedicti interlineatarum cap. 17.

exponitur

exponitur ᵹpihten ꝛi mid uf. & in perantiquâ Cædmonis paraphraſi Deus paſſim dicitur ᵹpihtna ᵹpihten, *Dominorum dominus*, engla ᵹpihten, *Angelorum dominus*, peꝓoda ᵹpihten, *Exercituum dominus*. ꝛigoꝓa ᵹpihten, *Victoriarum dominus*. ᵹumena ᵹpihten, *Hominum dominus*. &c. Ab eodem ᵹpihten eſt ᵹpihtenlic, *Dominicus*. unde ᵹpihtenlica mennÿſcenſc eſt *Dominica incarnatio*; Beda 1, 6. ᵹpihtenlica hànd, *Dominica manus*; Beda v, 4. ᵹpihtenlica dæg, *Dominica dies*; Beda v, 9. ᵹpihtenlice ᵹebed, *Dominica oratio*; Regula Bened. cap. 17. Antiquioribus Cimbris ᛏRᚢᛋᛁᚴ vel ᛏRᛅᛋᛁᚴ dicebatur, *Deus*. Primum habes Danicorum monument. p. 230; ᚠᚢᚠ ᛏRᚢᛋᛁᚴ ᛫ᚼᛁᚱᛒᛁ ᛫ᚼᚱᚴᚢ ᛅᚴᛋ (fortè ᛅᚱᛋ) ᚱᚢᚠ ᚺᛁᚱᛋ ᚠᛁᚴᛋ. *Bone Deus juva ejus ſpiritum & animam meam.* Ubi doctiſſ. Wormius: ᛏRᚢᛋᛁᚴ Dominum aut Deum notat; vox olim apud nos frequens, ſed ejus loco jam Germanico Herre utimur. Iſlandi tamen priſcâ noſtrâ adhuc gaudentes linguâ, eam non reſpuunt, ſed *drotten* ſcribunt. nobis quoque etiamnum hodie familiare eſt *jord drot*, Terræ dominus. Alterum verò eorundem monumentorum pag. 462; ᚠᛅᚠ ᛏRᛅᛋᛁᚴ ᛫ᚼᛁᚱᛒᛁ ᚺᚱᚴᛋ ᚠᛅᛋᛁᚴᛋ. *Bone Deus ſerva animam Ketilli.* ubi rurſus Wormius: ᛏRᛅᛋᛁᚴ priſcâ linguâ Deum & Dominum notat, unde eſt ᛏRᛅᚴᛁᚱᚠ, quod nobis etiamnum ſignificat *Reginam*. Eorundem denique Danicorum monumentorum paginâ 199 occurrit etiam priſca vox ᛏRᚢᚠ, *Fidus, fidelis*, à quâ manifeſtè ſatis deſumta ſunt Alamannorum drut & truhtin. Angloſaxonum ᵹpihten. & Cimbrorum ᛏRᚢᛋᛁᚴ. quòd verus Deus gloriam Fidelitatis peculiari quodam jure ſibi vindicet Deuteron. vii, 9. quo etiam pertinet illud toties in novo fœdere iteratum, πιστὸς ὁ θεὸς, *Fidelis eſt Deus*; 1 Cor. 1, 9. & x, 13. 2 Cor. 1, 18. 1 Theſſ. v, 24. 2 Theſſ. iii, 3. Hebr. x, 23. 1 Petr. iv, 19. De origine interim Cimbrici ᛏRᚢᚠ vide à nobis annotata ad Keronem in *Suſpicio*. Quòd verò diem cultui divino deſtinatum *Dominicum* potius quàm *Solis diem* dixerint, evincunt melioris notæ ſcriptores Francici. Aimoinus monachus Floriacenſis hiſtoriæ Francorum libro ii, cap. 11; *Imperat Dominus ut adveniente die Solis (ſic enim barbari diem vocant Dominicam) tale paret convivium, quod venturi ad eum amici habeant admiratui.* Greg. Turonenſis lib. iii, cap. 15; *Ecce dies adeſt: ſic enim barbaries diem Dominicum vocitare conſueta eſt.* Vide quoque eundem Turonenſem Gregorium libro x, cap. 30.

Neceſſaria etiam illi eſt, qui borealium gentium propria nomina collecta, & in Alphabetico ordine diſpoſita recte velit explicare. Hac in re aliqui non ita pridem tentarunt noſtri, *Camdenus*, & *Verſteganus*. *Pontius Heuterus Delfius* in opere ſuo de veterum ac ſui ſeculi Belgio *Antuerpiæ* edito anno MDC. etyma variorum nominum utriuſque ſexus hominum Germanicæ originis publicavit, in quibus tamen per errorem ſæpe ex eo lapſus eſt, quod Linguam Franco-Theotiſcam neſciret. *Hugo Grotius* ad finem hiſtoriæ Gothorum, *&c.* quam Amſtelodami edidit M DC.LV. nomina propria cum appellativis *Gothica*, *Vandalica*, & *Longo-bardica*, quæ illa in hiſtoria reperiuntur, alphabetica ſerie cum explicatione dedit. ſed, quod origines parum intellexit, multa male is quoque interpretatus eſt. *Olaus Verelius* in indice verborum, notiſque, quibus *Herrauds Segu* illuſtravit ex inſcriptionibus *Lapidum Runicorum* tabulam ſubjunxit in magno ſatis numero nominum viris fœminiſque propriorum, *quibus* (inquit) *ſi cui animus, & otium foret lapides, qui per totum regnum reperiuntur, exſcribere, nominaque, quæ in illis leguntur, addere, numerus decuplo major confici poteſt.* *Gulielmus Elſtobus Collegii Univerſ.* apud Oxonienſes Socius, tantis viris præeuntibus, ingentem numerum nominum propriorum, quæ apud veteres Septentrionis gentes in uſu erant, eo conſilio diligenter collegit, & ordine Alphabetico digeſſit, ut ea è fontibus ſuis recte derivata, & Latine explicata in libro ſingulari ederet. Quem utinam, cum *Oroſii* hiſtoriarum verſione *regiâ*, quam literario orbi daturus eſt, me auctore, publicaret.

Præterea ſi quis *Gothici*, ſi dicam, *orbis* incola de patrii ſui ſermonis origine, & progreſſu recte ſcribere velit, ad id operis *Matricum* Linguarum, & *antiquitatum* Septentrionalium doctrina inſtitutus accedere debet, utpote ſine quâ nihil in illo præſtare poterit, quod aut doctorum expectationi, aut votis ſuis reſpondeat. Hanc igitur ſcribendi materiam ſi quis ſibi ſumat, ſive is Anglus, Scotuſve, ſive Belga, aut Germanus, ſive denique Danus, Suecuſve, vel Norvægus ſit, id imprimis curet, ut omnibus iis in Linguis & eorum dialectis egregie ſit inſtructus, quippe quod niſi illarum ſcientia bene ſit munitus *vernaculum ſuum* ab avitis ſuis originibus petere non poterit, aut penitiores ejus receſſus rimari. Etenim *Anglica*, *Scotica*, *Friſica*, *Weſtphalica*, *inferior Saxonica*, & quicquid Platt-Teutſch vulgo audit, & ex parte *Belgica* à Mœſo-Gothica, & Anglo-Saxonica deducendæ ſunt. *Germanica* Hoch-Teutſch vocata, & in parte Belgica ex Mœſo-Gothica, & Francica tanquam ex fontibus derivandæ ſunt. *Iſlandicæ*, *Norvagicæ*, *Suecicæ*, & *Danicæ* primordia in veteri Scano-Gothico ſunt quærenda, ut & *Anglicæ* in parte, quæ Dano-Saxonicæ haud fere minus, quam Anglo-Saxonicæ progenies eſt. Quin eam ob cauſam iis etiam quibus harum linguarum inſtitutiones Grammaticas, quemadmodum *Scientiarum* ſcriptoribus, cum ratiocinio tradere mens eſt, *Matricum*, ex quibus per varias mutationes ad hodiernum ſtatum pervenerunt, cognitio neceſſaria eſt. Excitet ergo aliquem tandem bonus deus *matricum* omnium peritiſſimum, qui ad linguæ Anglicanæ Grammaticam raciocinativam, & ſi dicam, *Scientificam* ſcribendam, quæ etiamnum deſideratur ſe accingat. Fruſtra enim id tentarunt omnes cæteroquin doctiſſimi homines, qui linguæ noſtræ Grammaticas antehac ſcripſerunt, adeo ut,

quiſquis in matricibus Linguis egrégie eruditus in eo operam bene poſiturus ſit, non tantum, quod omnibus ſuis gratum faciet, ſed & ſibi, & patriæ ingentem gloriam comparabit.

Ad aliarum linguarum accuratam quoque ſcientiam adipiſcendam utilis eſt linguarum veterum Septentrionis notitia, Speciatim *Medo-Perſicæ*, cujus cum his *in communitate multarum vocum*; *in forma comparativi, qui deſinit utrobique in* R; *in forma infinitivi, qui utrobique* (ſi Scano-Gothicam excipias) *deſinit in* N; *in compoſitionibus duorum, pluriumve ſubſtantivorum*; *denique*, ſi unam Mœſo-Gothicam excipias, *in illo vehementius negandi modo per duas negationes*, eam docti perſpicient convenientiam, quæ illos mirifice delectabit, & quam fortuitam eſſe ut credant, nunquam adducentur.

Græcæ etiam Linguæ cum his in multorum vocabulorum communitate; *in terminatione modi infinitivi*; *in dualium numerorum uſu*, qui adhuc cernitur in Mœſo-Gothica, Francica, & Anglo-Saxonica; *denique & in compoſitione nominum* magna convenientia eſt, de qua, qui omnes forte noverit, facile poſſet non contemnendum opuſculum ſcribere.

Quinetiam Latinæ Linguæ & antiquis Septentrionalibus multa vocabula communia ſunt. Veruntamen neque de *Medo-Perſicæ*, neque de *Græcæ*, neque de *Latinæ* cum his convenientia quiſquam adhuc, quod ſcio, ex conſulto ſcripſit, tametſi nuper extitit, qui de *Germanicæ*, & *Belgicæ*, quæ veterum Septentrionalium nepotes linguæ ſunt, cum Medo-Perſicâ, convenientia exercitationem ſcripſit, *Andreas Mullerus* præpoſitus, & paſtor Eccleſiæ Lutheranæ Berilonenſis orientalium linguarum notitia Celebris. De linguæ Anglicanæ cum Perſica convenientia ad me etiam unas literas eruditionis plenas dedit *Thomas Hyde* Ædis Chriſti apud Oxonienſes Canonicus, & Hebr. & Arab. Linguarum Profeſſor, cum aliarum orientalium, tum præcipue Perſicæ & Armeniacæ linguæ ſcientia præclarus. Ex illis literis veteres Septentrionales linguas cum Medo-Perſica in multis convenire ex eo perſpexi, quod vocibus, quæ illi, & linguæ noſtræ communes ſunt, veteres *Gothi*, *Saxones*, & *Franci* communiter utebantur. Ex iis etiam nonnullas cum Græcis, aut Latinis, aut cum utriſque habebant, communes: ut Dû, *duo*. Tû, *tu*. Nau, *novus*. Pader, *pater*. Mâder, *mater*. Brader, *frater*. Stara, *aſtrum*. Lab, *labium*. Mûsh, *mus*. Nam, *nomen*. Iûg, *iugum*. Ne, *non*. Dénd, Gothicè ΤΠΝΨS, *dens*. quas cum aliis omnibus Septentrionalis originis, quæ in Linguam Perſicam irrepſerunt, Parthi Medique Scythis vicini in ſubactam Perſiam induxerunt.

De *Græcæ*, & *Latinæ*, ut & de *Perſicæ* linguæ cum Belgica ſua convenientia tractavit *Abraham Vander Milius* in libro ſuo cui titulus LINGVA BELGICA, *ſive de linguæ illius Communitate tum cum pleriſque aliis, tum præſertim cum Latina, Græca, Perſica, deque Communitatis illius cauſis*. In quo quidem libro non tantum catalogum vocabulorum *Belgis*, & *Perſis* Communium, ſed eorum etiam Specimina, quæ Belgis, Græcis, & Latinis ſunt Communia, exhibuit. Indiculum etiam dedit ex A. G. *Busbequii* Epiſt. IV. dictionum *Procopenſibus*, vel *Tauricis*, & *Belgis* Angliſque Communium, quas è Gothico fonte derivavimus in præfatione ad inſtitutiones Grammaticas Anglo-Saxonicas à nobis *Oxonii* editas Anno M.DC,LXXXIX. Oſtendit etiam linguam Germano-Belgicam habere multa vocabula cum hodierna Italica, Gallica, & Hiſpanica Communia; verum matricum linguarum Septentrionis ignarus in multis defecit, & hallucinatus eſt vir acutiſſimus; cujus exemplum ſecutus, utinam earum omnium qui peritus eſt, ad ſcribendum de earum latiſſima per terrarum orbem diffuſione, & cum aliis linguis antiquis communitate, deq; communitatis illius cauſis, ſive noſtrorum, ſive exterorum aliquis tandem ſe accingat.

Porro, SHOWERE, linguarum veterum Septentrionalium ſcientia & alias ob rationes utilis eſt, quas ad finem properans leviter tantum pertingam. Earum enim peritus bonos auctores, præſertim hiſtoricos quoſdam veteres, ut *C. Julii Cæſaris* commentarios, *Taciti* de moribus Germanorum librum, *Procopii Cæſareenſis* hiſtorias *Vandalicas* & *Gothicas*, ejuſque quaſi continuatoris *Agathiæ*, ut nihil dicam de libris, & librorum capitibus aliorum ſcriptorum, qui *Gothorum* res pace, bellove geſtas tradiderunt, non tantum majori cum delectatione, ſed etiam majori cum fructu lecturus eſt. Mitto dicere de *Jornande* Epiſcopo *Ravennate*, qui de *Gothorum* origine, rebuſque geſtis ſcripſit, ut & de *Iſidoro* Archiepiſcopo *Hiſpalenſi*, qui rerum à *Gothis* & *Vandalis* in *Hiſpania* geſtarum chronicon ſcripſit; aliiſque rerum *Gothicarum*, *Vandalicarum*, & *Longobardicarum* recentioribus ſcriptoribus.

Illarum etiam uſus non contemnendus iis eſt, quibus auctores, qui *Græco-barbare* ſcripſerunt, aut qui *Græcè* ſcribentes barbaras, & exoticas voces quamvis ob cauſam uſurpant, perlegendi ſunt. Id, SHOWERE, hanc ad Te Epiſtolam auſpicaturus in peculiari capite oſtendere conſtitueram; ſed jam ut à propoſito diſcedam multa quidem cogunt, quæ tibi multo promptius eſt conjectura aſſequi, quam mihi verbis dicere. Statueram quoque monſtrare illarum & iis ingentem fore uſum, quibus auctores, qui *Latino-Barbare* ſcripſerunt, pervolvendi ſunt; ſed quo minus, quod in hac re animo molitus fueram, aggrediar, operis quidem ipſius foecunditas & magnitudo obſtant. Hoc tantum, ut pace tua dicam, rogo, ſcilicet ut omnibus aliis, ſic præſertim juris noſtri peritis, qui linguarum iſtarum ſcientiam aſſecuti fuerint, non adeo neceſſe fore lexica & gloſſaria, præcipue lexica & gloſſaria juris ſive *Latino-Barbara* ſive *Anglica* verſare, ut qui origines, unde tot vocabula juris orta ſunt, ſcientes, ipſi ſibi Lexica & gloſſaria ſunt.

Denique, SHOWERE, ad oſtendendum linguarum veterum aquilonarium, præſertim *Anglo-Saxonicæ* ingentem uſum, cumulo accedunt, ſed in longe majori, quam antehac, numero *numiſ-*

mata

mata Saxonica, quæ undique comparata diligenti manu collegit, commodiſſima ſerie diſpoſuit, propriiſque tandem ſumptibus æreis tabulis inciſa, in literas, & antiquitates patriæ Saxonicas, ut ut amoris ſui teſtimonium, erudito orbi in hoc opere noſtro dare voluit Prænobilis, & Ampliſſimus vir *Andreas Fountaine*, Eques auratus Ædis Chriſti apud Oxonienſes Alumnus & ingens decus, cum humaniorum literarum omnium, tum præcipue *veterum nummorum* ſcientia celebris, Studiorumque noſtrorum in primis fautor; Cui Tecum, SHOWERE, cunctiſque vetuſtæ literaturæ cultoribus, & patronis, res proſperas, vitamque longævam, & incolumem in hoc ſeculo, & in futuro ſalutem æternam ſupplex precatur tuus

GEORGIUS HICKESIUS.

Dabam Londini, idibus menſis *Auguſti*. An. Dom. M.DCC.I.

Multis Ille bonis flebilis occidit;
Nulli flebilior quam Mihi. ——

+ Altitonantis di largiflua clementia q est rex regu & dns dnantiu Ego Eadgar anglorum basileus omniumq; regu insularu oceani que brytannia circumiacent cunctarumq; nationu que infra ea includunt imperator & dns. gratias ago ipsi do omnipotenti regi meo qui meu imperiu sic ampliauit & exaltauit sup regnu patru meorum; Qui licet monarchia totius anglie adepti sint a tempore Aethelstani qui primus regnu anglorum omnes nationes que brytannia incolunt sibi armis subegit. nullus tamen eorum ultra eius fines imperium suum dilatare aggressus e. Mihi autem concessit ppitia diuinitas cu anglorum imperio omnia regna insularu oceani cu suis ferocissimis regibus usq; Norreginam maximamq; parte hibernie cu sua nobilissima ciuitate Dublina anglorum regno subiugare. quos etia omnes meis imperiis colla subdere di fauente gra coegi. Quapropt & ego xpi gl[ori]am & laude in regno meo exaltare. & ei seruitium amplificare deuotus disposui. & p meos fideles fautores Dunstanum uidelicet archiepm. & Aethelwoldu ac Oswaldum epos. quos mihi patres spuales & consiliatores elegi. magna ex parte secdm qd disposui pfeci. Siquidem temporibus antecessorum meorum regum anglorum monasteria tam monachorum quam uirginum destructa & penitus neglecta in tota anglia erant. que ego ad di laude & p remedio anime mee reparare. & seruorum & ancillarum di numerum multiplicare deuoui. & ipsis supradictis meis cooperatoribus strenue annitentibus. iam. xl. & vii. monasteria cu monachis & sanctimonialibus constitui. & si xpc mihi tam diu uita concesserit usq; ad quinquagesimu remissionis numeru mee deuote do munificentie oblatione ptendere decreui. Unde nunc in psenti monasterium qd pdictus reuerendus epc Oswald in sede epali Weogernaceastre in honore sce di genitricis Marie amplificauit & eliminatis clericorum neniis & spurcis lasciuiis religiosis di seruis monachis meo consensu & fauore suffultus collocauit ego ipsis monachis religionis uiris regali auctoritate confirmo; & consilio & astipulatione principu & optimatu meorum corroboro & consigno. ita ut iam amplius non sit fas neq; ius clericis reclamandi quicquam inde. quippe q magis elegerunt cu sui ordinis periculo & ecclesiastici beneficii dispendio suis uxoribus adherere. qua do caste & canonice seruire. Et ideo cuncta que illi de eccla possedant cu ipsa eccla. siue ecclastica siue sclaria tam mobilia qua immobilia ipsis di seruis monachis ab hac die ppetualiter regie munificentie deinceps possidenda trado & consigno. ita firmiter. ut nulli principum nec etia ulli epo succedenti fas sit aut licitum quicqua inde subtrahere aut puadere aut ab eorum potestate surripe [...] clericorum ius iterum traducere. quamdiu fides xpiana in anglia perdurauerit. Sed & dimidiu centuriatu qd anglice uocatus Cudburzelg [...] hundred. ad qd iacent .L. hide in Cropedonne [...] Offa rex merciorum quonda familie in Weogernaceastre donauit. liberas ab om[ni re]gali exactione ego ipsis di seruis cu eadem libertate [...] scribo. Insup etia ad supplendum ipsu centuriatu id e hundred ut ex [...] eo dono illud plenu habeant. terras ipsius eccle que hactenus regie exactioni subiacebant. ab hac die in ppetuu liberabo. & liberas ee concedo & pcipio. eas uidelicet que st ultra Auene flumen. que istis uocabulis nominantur. Uuerabreodun cu Weonedoc. Teotintun cum Ortune. Secgesbearuue. & in monte Wreccsica. Nordwica. Sa- eopenland. Dætlasford. & Dorene. & Iccacumb. & in ripa Sture fluminis Sceppæscetun. & ibi iuxta ea Blacwelle. & in occidentali parte Sabrine Bruman læge cu Wirtlæge. & Cnihtawice. & Hallege cu sibi ptinentibus. & ite Herefordtun iuxta Auene. p supplendo ut supradixim centuriatu id e hundred do & sce di genitrici Marie ad usus seruorum ei monachorum scilicet liberas dono. & liberas ee pcipio deinceps. & in ppetuu ab omnibus sclariu rerum oneribus duris & leuibus; & ab omni seruitute. & exactionibus fiscalibus magnis & modicis. notis & ignotis tam regis qua principis. & ministrorum atq; exactorum eorum. exceptis pontis & arcis constructione & expeditione contra hostem. Habeatq; prefinitus reuerendus sacerdos que ipse epc Oswald me fauente & auctoritate regia pstante in sede epali monachis pposuit. quamdiu ipse uixerit omnisq; p eu sui successores q eide congregationi ppositi fuerint ipsum hundred cu omnibus debitis que rex antea in eo habuit. & ius & potestate earunde possessionu cum tolle & teame. Saca & socne. & infangeneþeof. & ppriis iuris debitu transgressionis & penam delicti que anglice dr ofersæpnesse & Wyltwite. nec sit fas aut potestas cuiquam ppositorum seu exactorum uel ministrorum meorum. nec alicui principi. uel ex succedentium numero pontifici hanc mee munificentie libtatem & concessionis firmitatem in aliq minuere l' infringere. uel quoquo modo mutare. aut puadere. aut quocumq; ingenio ipsos monachos di seruos in quietando pturbare. ut aliqua fraudulenta occasione iterum in clericorum aut ipsius epi pprium transeant ius. ab ipsorum potestate quorum usui ista concessi & donaui. Puidi etiam cautele studio ut hec libertas firmi eis posset pdurare. ne cum regis ministris aut eius centuriatus id e hundredes exactoribus nauiumue expeditione que ex tota anglia regi inuenit faciant. sed cu suo archiductore uidelicet epo qui eos defendere & ptegere debet ab omni perturbatione & inquietudine. Et quia ide reuerendus antistes Oswald p suos amicos & meos consiliarios supranominatos uidelicet Dunstanu archiepm & Aethelwoldu [...] & uiru magnificu Byrhtnoðum comitem me requisiuit & impetrauit ut ad confirmanda ecclastica rum possessionum libtate sui epatus ad centuriatum qui Wulfereslaw dr que ipsa eccla antiquitus libere possidebat ei concederem alterius hundredum facere libertate donata de terris eccle que adhuc hactenus regiis exactionibus subiacebant uidelicet Breodune. Blockelea. Tyrduntune. quatin posset ipse cu monachis suis unam nauculpletione id anglice Scypfylled dr pse habere placuit mihi hoc ei annuere tam p eius religiosa scitate. qua p ipsorum legatorum reuerentia & dilectione. Quapropt ego Eadgar anglorum rex & basileus do & sce di genitrici Marie eiusq; ministro Oswaldo meo fideli epo libens annuo & dono huius libertatis priuilegiu sicut ab ipsis rogatus sum. scilicet ut ipse epc cu monachis suis de istis tribus centuriatibus id e hundredis uidelicet Wulfereslaw & Winburge triowe. & tertio monachorum qd dr Cudburzelawe. constituant una nauculpletione qd anglice dr Scypfylled oþþe scypsocne in loco que ob eius memoria Oswaldeslaw deinceps appellari placuit. ubi querelarum cause secdm more patrie [...] legum iura iuste discernant. habeatq; ipse epc omnisq; sui successores ibi ad ius ecclasticu debita transgressionu & pena delictorum que nos dicimus ofersetenesse & Wyltwite. & omnia quecumq; rex in suis hundredis habet. ita tamen ne ipsi qui ibi do seruiunt monachi de suo iure aut libertate qua ad suum hundred eis concessi quicqua pdant. sed habeant ipsi ibi omnia que ad sui ius id e ad tertiu centuriatu ptinent eque integra. ac si pse separatim essent. uidelicet debita transgressionu & penam delictorum. & cetera que supi comprehensa sunt. que eis libere & quiete ppetualiter tenenda concessi. Sintq; hec omnia & quecumq; illorum sunt sub ei [...] & potestate qui ipsis in monastici ordinis regimine sub epo prepositus fuerit. Qui si se uiderint iniuste grauari uel ius opprimi. fas sit eis ad regie maiestatis & archiepi examen & tutela si tamen necesse fuerit confugere. qui ppt dm equitatem & clementie defensione eis impendant. Seruantibus hec. uita etna tribuat a dno in celestibus. Quicumq; il imminuerit. uel in pei mutando subtraxerit eis quicqua de iure. sit pars ei cum Dathan & Abyron. & cu Iuda traditore dni. & Iuliano apostata ecclia rum di oppressore & psecutore. etno anathemate ligat cu diabolo & angelis ei infernalibus ignibus ppetuo cruciand. nisi resipiscat & emendet. Amen. Am. Am. fiat. fiat. fiat. Facta st hec anno dnice natiuitatis dcccclxiiii. Indictione. vii. regni u Eadgari anglorum regis. vi. in regia urbe que ab incolis Gleaweceastre nominat in natl'e dni. festiuitate scorum Innocentiu. feria. iiii.

Þis syndon þa ge[...] [...] þrym[...]don [...] allinge gá fæstnodon uppon allum ðam þe þis undoð oþþe gewanað oððe gewemmað [...] of þæne munekan anwalde eft on clerican hand gecyrrað. + Ego Eadgar basile anglorum & imperator regu gentiu cu con[sens]u pncipu & architectorum meorum hanc mea munificentia signo crucis xpi corroboro.

+ Ego Aelfþryð regina consensi. & signo crucis confirmaui. + Ego Dunstan archiepc dorouernensis eccle xpi consensi & subscripsi.

+ Ego Oscytel archiepc eboracensis eccle consensi & subscripsi.

+ Ego Aelfstan epc cons.	+ Ego Aescwi abb.	+ Ego Aelfere dux.	+ Ego Bruhtferð. mi.	+ Ego Wulstan. mi.
+ Ego Aethelwold epc. cons.	+ Ego Osgar abb.	+ Ego Byrhtnoð dux.	+ Ego Aelfwine. mi.	+ Ego Leofwine. mi.
+ Ego Oswald epc. c.	+ Ego Aelfstan abb.	+ Ego Ordgar dux.	+ Ego Aethelward. mi.	+ Ego Aelfward. mi.
+ Ego Osulf epc. cons.	+ Ego Aethelgar abb.	+ Ego Aelfeah dux.	+ Ego Wulstan. mi.	+ Ego Aethelmund. mi.
+ Ego Wynsi epc. cs.	+ Ego Aelfric abb.	+ Ego Aethelwold dux.	+ Ego Eanulf. mi.	+ Ego Osward. mi.
+ Ego Wulfric epc. cs.	+ Ego Kineward abb.	+ Ego Aethelwine dux.	+ Ego Osulf. mi.	+ Ego Leofwine. mi.

Ampliss. et Illustrissimo Viro Roberto Harley Armigero,
DOM. COMM. III. *Præsidi, Tab. hanc*
grato cum animo VIRTUTE ET FIDE *D.D.D. Georgius Hickesius.*

In fine dissertationis Epistolaris ad Barth. Shower.

NUMISMATA

Anglo-Saxonica & Anglo-Danica

BREVITER ILLUSTRATA

A B

ANDREA FOUNTAINE, Eq. Aur.

Et Ædis Christi Oxon. Alumno.

OXONIÆ,

E Theatro Sheldoniano, *An. Dom.* MDCCV.

AD

Illuſtriſſimum & Honoratiſſimum Dominum

THOMAM Dom. *HERBERT*

Comitem de *Pembroke* & *Montgomery*;

Sereniſſimæ ANNÆ REGINÆ Sanct. Con. Præſidem, &c.

ANDREÆ FOUNTAINE

De Numiſmatibus *Anglo-Saxonicis* & *Anglo-Danicis* Diſſertatio Epiſtolaris.

Eritis Tuis, Honoratiſſime Comes, & officio meo admodum defuiſſe viderer, niſi Tabulas Nummorum *Anglo-Saxonicorum* & *Anglo-Danicorum* à me nunc editas Dignitati Tuæ dicarem; qui cum in omni alio Literaturæ genere, tum in eo, quod ad antiqua ſpectat numiſmata, non tantum habearis, verum etiam ſis, verſatiſſimus. Hanc ob cauſam Te laborum meorum Judicem habere minime in votis eſſet, niſi conſtaret etiam, quod Solis ad inſtar, quo magis in intima rerum Ipſe penetras, eo candidiore ſoleas interim effulgere vultu. Spes certe eſt, Te pluſquam ſolito ac paterno quodam affectu in hunc rapi Fœtum, cui Tu (Numen quaſi Literarium) non tantum vitam dediſti, ſed & (ſiqua inſint) Corporis robur & Formæ elegantiam. Lubens enim fateor, immo fateri me poſſe ſuperbio, quicquid in hac Diſſertatione occurrit notatu dignum, id non tam meo deberi ſive ingenio ſive judicio, quam (quibus me ſæpius es dignatus) Conſuetudini Tuæ & Gazophylacio nummario; in Illa quidem utenda fas eſt felicius & majore cum fructu pauculas collocare horas, quam in evolvendis libris annos integros; in Hoc autem explorando facile quis reperiat gemmas iſtas pretioſiores, quas fruſtra quæret alibi, aut in Procerum ædificiis, aut etiam in Principum curiis. Inter alios quippe eſt admodum rarus, qui tantam exhibere valet veterum numiſmatum Copiam; nemo prorſus, qui talem Delectum: Illa nimirum amplas Fortunæ, Hic egregias indicat Animi Tui dotes. Quid memorem *Deorum Dearum*que omnium apud priſcos Ethnicos celebrium Imagines? Græcarum *Regionum*, *Coloniarum*, *Civitatum*que nummos? *Familias* Romanas numiſmatibus inſignitas? aut antiquorum Romanorum *Pondera* pœne univerſa? Pars hæc exigua eſt Theſauri Tui Nummarii, in quo licet etiam videre numiſmata *Antiochorum Syrorum*, *Ptolomæorum Ægyptiorum*, & *Regum* ceterorum fere omnium, quotquot olim *Alexandro* magno ſucceſſerunt in variis Imperii Macedonici Provinciis; item numiſmata *Herodum*, & Romanorum *Imperatorum* à *Julio Cæſare* uſq; ad *Heraclium* omnino omnium. Adeo ſplendida, adeo auguſta Tibi, (Hon. Dom.) Supellex nummaria; quæ interim adeo copioſa eſt, ut omnia memoratu digna ſigillatim memorare immenſus labor evaderet. Prætereo itaque numiſmata illa quamplurima, quorum alia conquiſita ſunt ad ſtabiliendas Epochas cognitu difficiliores; alia ad confirmandas Veterum Hiſtoricorum

 narra-

narrationes, quarum veritas à nonnullis in dubium vocatur; alia ad dilucidanda eorundem ſcriptorum loca obſcura, & proinde luce carentia; alia denique ad redarguendam nuperorum quorundam Autorum ignorantiam, ipſorumque corrigendos errores. Prætereo etiam numiſmatum Fictitiorum varia genera non alium in finem conſervata, quam ut inde ediſcant in ſcientia Nummaria Tyrones, numiſmata Archetypa ſeu vere antiqua, ab Ectypis ſive vafrorum hominum arte confictis dignoſcere. At vero tandem haud prætereunda reſtant Numiſmata illa, quæ ad hanc noſtram gentem ſpectant, omnibus ſanè numeris perfecta & abſoluta, & quæ noſtro huic inſtituto quammaxime inſerviebant; ſpeciatim ſelecta illa numiſmata *Regum Saxonicorum*, quotquot ſive durante Heptarchia *Egbertum* anteceſſerunt, ſive eundem ordine exceperunt ad *Gulielmum* uſque cognomento *Victorem*. De hiſce ſcilicet numiſmatibus, una cum aliis eodem ſpectantibus & aliunde à me collectis, in ſequenti Tractatu fuſius & pro modulo meo ſum acturus.

Walkerus in Diſſertatione illa, quæ edita eſt in Britanniæ *Camdenianæ* Editione *Gibſoniana*, aſſerit nummos *Saxonicos* ex ære factos multo rariores eſſe, quam qui ex auro vel argento conſtant. Quibus verbis innuere videtur, iſtiuſmodi nummos aureos haud perquam eſſe raros, aut ſaltem extare nonnullos. At vero mihi haud diffitendum eſt, ne unum quidem aut à me unquam fuiſſe viſum, aut inter legendum mihi occurriſſe, niſi in Diſſertatione illa *Walkeriana* & Hiſtoria naturali Comitatus *Oxonienſis* à Doctore *Plot* conſcripta. Hic quidem ſcriptor, eumque ſecutus *Walkerus*, nummum 40um in Tabula 8va (quam videre eſt in prædicta editione Britanniæ *Camdenianæ*) autumant eſſe *Saxonicum*, & qualem ad curandam Scrophulam *Edvardus* Cognomento *Confeſſor* hominibus morbo illo laborantibus elargiri ſolitus eſt. Sed ratiociniis adeo infirmis innixa eſt hæc opinio, ut in Tabulis noſtris Monetæ *Saxonicæ* nummus iſte nullum obtinuerit locum. Veruntamen Iconem ejus infra apponere viſum eſt, ut inde judices, Hon. Comes, quam valido argumento contendat *Walkerus* nummum hominibus Scrophula affectis elargiendum, Monachæ quam Angeli (uti nunc dierum in more poſitum eſt) imagine rectius eſſe ſignandum.



Porro ex verbis iſtis *Walkeri* ſupra citatis facile quis (in numiſmatum ſcientia Tyro) induci poteſt, ut credat extare nummorum *Saxonicorum* majorem copiam ex auro, quam ex ære conflatam; quod quidem à vero tantum abeſt, ut in abacis nummorum ferè univerſis conſpiciendi ſint ænei nonnulli; immo plurimi in abacis Reverendi maxime Patris *Johannis* Archiepiſcopi *Eboracenſis*, & Reverendi admodum Patris *Gulielmi* Epiſcopi *Carleolenſis*, necnon in abaco Viri ſpectabilis *Radulphi Thoresby* de *Leeds* in Agro *Eboracenſi*: ſed interim, (quantum memini) ne unum quidem aureum, ſive in nummorum abacis modo memoratis, ſive in quibuſvis aliis, fas mihi erat unquam vidiſſe. Quod ad argenteos nummos, quibus *Anglo-Saxones* utebantur, ſpectat, plurimi quidem etiamnum ſuperſunt, ut ex tabulis ſequentibus conſtabit; nempe hæ, ſi æreorum minoris moduli nummorum unam excipias, ex argenteis nummis conficiuntur omnes.

De nummis autem *Saxonicis* eo modo & ordine, quem vides, recudendis tum primum cogitabam, cum Doctiſſimi *Hickeſii* Linguarum vett. *Septentrionalium*, & imprimis *Saxonicæ*, Grammaticas ſub prœlo Academiæ noſtræ longe florentiſſimæ ſudantes viderem. Tunc enim multum dolebam, Avitæ Linguæ Grammatico-Criticum & Poeticum opus una cum Catalogo codicum omnium in ea ſcriptorum (ſtudio aut ſaltem auſpicio Viri iſtius Doctiſſimi) in lucem eſſe proditurum ſine numiſmatibus *Saxonicis*. De quo cum *Hickeſium* admonerem, me rogabat, ut Theſauro Suo, & *Humphredi Wanleii* Codicum *Saxonice* Scriptorum Catalogo, etiam numiſmata *Saxonica* tabulis exhibita ipſe adjungerem: nihil enim aliud deeſſe operi iſti, ut

omnibus

omnibus numeris abſolutum reddatur, ſe ſentire ajebat. Hoc autem animum ad idem aggrediendum quammaxime incendebat, quod conatus noſtros in nummis *Saxonicis* meliori, quam antea, forma edendis, Tu, Vir Illuſtriſſime, comprobaveris. Unde ſpes haud levis eſt, hoſce meos qualeſcunque conatus Reip. Literariæ non omnino ingratos fore, cum Tibi, Vir Honoratiſſime, jam fuerint grati; cumque in pretio ſint apud viros literatos opera fere omnia de nummis antiquis conſcripta, ſpeciatim bina illa, quorum alterum contexuit *Du Cangius* de *Familiis Byzantinis*; alterum *Le Blanc* de monetis *Francicis*. Fateor equidem mihi deeſſe tam egregias & ingenii & doctrinæ vires, ut inde valeam è nummis noſtris tantam eruditionis copiam eruere, quantam doctiſſimi autores modo laudati eruerunt, è nummis *Byzantinis* alter, alter è *Francicis*. Sed nullus interim dubito, quin ſi quis me peritior hanc ſuſciperet provinciam, facile commoſtraret Regum *Anglo-Saxonicorum* & *Anglo-Danicorum* numiſmata non minus inſervire Literis promovendis, quam illa alia ſive Imperatorum *Conſtantinopolitanorum* ſive Regum *Francicorum*; & quo melius hac de re judicet lector, ſingularum gentium numiſma aliquod heic loci affigendum eſſe curavi.

Si quis monetam, qua uſi ſint Majores noſtri ſub variis *Saxonum* ac *Danorum* ditionibus, monetæ aliarum (tum temporis) gentium conferat, conſtabit noſtram illam, aut majore aut ſaltem non minore arte elaboratam fuiſſe, quam aliam quamcunque. Et quamvis non ſit interim denegandum, nummos illos antiquos quoad formæ elegantiam longe exuperari à nummis aliquot poſt *Gulielmum* cognomento *Victorem*, & à nummis univerſis poſt *Henricum* VII. excuſis, tamen operæ pretium eſt eorundem ſeriem (quantum licet) colligere: quippe qui veterum noſtrorum Regum imagines exhibent utut minus elegantes; atque etiam aperte teſtantur, iſtorum ſeculorum homines Artis tam Pictoriæ quam Sculptoriæ fuiſſe admodum rudes.

Verum & aliis multis nominibus magnus eſt veterum noſtrorum numiſmatum uſus, propter quem docti non tantum non aſpernari illa, ſed in pretio habere debent. Etenim primo Inſcriptionibus ſuis, quæ antiquas literas ex Alphabeto *Runico* deſumptas oſtendunt, ad dignoſcendam codicum in *Anglia* ſcriptorum ante nongentos annos antiquitatem quammaxime conducunt. Nam ante id Tempus priſtinæ illæ Literæ, tam in ſcribendis libris quam in ſignandis nummis, Majoribus noſtris in uſu erant, & Alphabeti illius antiqui, ſed minus elegantis, pars fuerunt, quod (ut ſcribit *Ingulphus*) Rex *Ælfredus* in novam & elegantiorem ſcribendi formam convertit, quæ exeunte nono ſeculo, cum Rex ille principatum obtineret, *Romanis* literis in vetuſtarum loco ſubſtitutis, inoleſcere apud *Anglos* cœpit. De omnibus igitur MSS. codicibus, in quibus priſtinæ illæ Literæ cernuntur, quod ante id Tempus exarati eſſent, pronunciandum eſt. Id genus eſt Codex ille Evangeliorum *Lychfeildenſis*, quem librum S. *Ceadæ* vocant; cujus ſpecimen in uncialis formæ literis deſcriptum nobis *Hickeſius* in Grammaticæ ſuæ Franco-Theotiſcæ Cap. I. exhibuit. Præterea in ſeculo undecimo, præſertim regnante *Edweardo* Confeſſore dicto, ut Orthographica ſcribendi ratio apud *Anglos* variari ſeu potius vitiari cœpit, iſtius Temporis numiſmata oſtendunt. Hinc occurrunt in iſtius ſeculi nummis EDƿARD, LEFƿINE, &c. pro quibus antea ſcribi ſolebant EADƿEARD, LEOFƿINE, &c. Plura enim hujuſmodi exempla afferre licet, non obſcurum nobis lumen præbentia, quo innoteſcant varia codicum noſtrorum MSS. ſecula.

Secundo, Veteres noſtri nummi ab antiquitatis ſtudioſis magni ſunt faciendi, quod in partibus ſuis averſis varia nobis etiamnum exhibeant virorum Illuſtrium nomina, quorum nonnulla aliter oblivione prorſus eſſent obruta. Equidem heic loci depingendum curavi numiſma quoddam *Ceolwulfi* Merciorum regis, cujus in averſa parte videre eſt Proſapiæ Tuæ, Comes Illuſtriſſime, nomen; barbaro quidem modo iſtius ſeculi deſcriptum, ſed quod ſatis indicat nongentis fere abhinc annis inclaruiſſe Genus Tuum. Et ſane ex ipſius vocis origine licet idem colligere,

cum HEREBERHT ſeu HEREBRYHT *Saxonice* tantundem valet ac *Clarus in armis*, & *Dano-Saxonice* ſignificet *Dominum Illuſtrem.*

In Chronico *Saxonico*, quod duodecim abhinc annis *Oxonii* eruditiſſimus edidit *Edmundus Gibſonius*, memorantur hujuſce nominis Viri Illuſtres haud pauci; ſpeciatim in anno Dom. DCCCCXXXVIII ſic legitur; HER HEREBRYHT EALDORMON ÞÆS OFSLEGEN FROM HÆÐENUM MONNUM AND MONIGE MENN MID HIM ON MERSC-ÞARUM; *hoc anno Herebryhtus Dux fuit occiſus à Paganis, & complures cum Illo in Merſcwaris.* Quæ clades cum acciderit anno tantum XVII° poſtquam *Ceolwulfus* eſſet regno ſuo privatus, veriſimile eſt Ducem hunc *Herebryhtum* non diverſum fuiſſe ab *Herebryhto* ſeu *Hereberhto* illo, cujus mentio fit in prædicto *Ceolwulfi* nummo.

Tertio, Quemadmodum multorum Hominum illuſtrium, ſic & Locorum, præſertim Regionum, Oppidorum & Villarum nomina poſteris prodiderunt veteres noſtri nummi, qui eo nomine adeo non ſunt contemnendi à rei nummariæ ſtudioſis, ut multum ab illis æſtimandi ſint. Hinc Topographiæ *Anglo-Saxonicæ* ſeu *Britanno-Saxonicæ* Studioſo non poſſunt non eſſe maximi uſus, cum non ſolum urbium & oppidorum nomina, ſed pro Temporibus in quibus impreſſi erant, receptam ſcribendi rationem in averſis ſuis partibus oſtendunt. Quamobrem ad *Britanniæ* ſeu *Anglo-Saxonicæ* ſeu *Dano-Saxonicæ* topographiam conficiendam maxime utiles ſunt, quam quidem deſiderari animadvertit *Hickeſius* noſter Diſſertationis ſuæ Epiſtolaris pag. 121, & ad quod opus aggrediendum è *Saxonicæ* Literaturæ peritis aliquem vehementer exhortatur. Hic nummorum noſtrorum veterum uſus ſatis patebit ex Tabulis ſequentibus, adeo ut nullum aliud heic loci adjiciam hujuſce rei exemplum præter nummum aliquem *Edweardi* Confeſſoris, qui peculiari quodam modo ad Te, (Honoratiſſime Comes) ſpectat, WILTONII Tui ſcilicet excuſus, uti teſtatur ipſius pars averſa. De quo etiam nummo fortaſſe non abs re erit adnotari, unicum eſſe in quo mihi adhuc occurrit WILTONII mentio; necnon nomen *THVRGIL*, quod erat nomen Præfecto Nummorum excuſorum, aut ſaltem Oppidi Domino, etiamnum ſupereſſe (uti prædicant) in loci iſtius vicinia.

Hactenus de uſu nummorum veterum noſtrorum: è quibus qui ex argento conflantur, utplurimum eximiæ tenuitatis ſunt, adeo ut eoſdem imitari minus in promptu ſit; eorumque omnes, quos mihi contigit intueri, habebantur pro diverſis ſuis ætatibus PENINGI ſive denarii, quorum plerique accedunt prope ad valorem trium Denariorum juxta hodiernam monetæ noſtræ rationem. Quod enim attinet ad diverſitatem tam ponderis quam magnitudinis, quæ in denariis illis *Anglo-Saxonicis* & *Anglo-Danicis* facile conſpicitur, eandem opinor ortam eſſe partim à diverſo Argenti valore juxta majorem minoremque ipſius copiam, partim à diverſo ſtatu, quo res Principum ſeſe habuerunt. Eandem diverſitatem in nummis aliarum Gentium conſpicere licet; nec Te fugit, Domine rei nummariæ ſcientiſſime, cum pondere tum magnitudine ſæpius immutatum eſſe Denarium Romanum. Non alium nummum Argenteum præter Peningum ſive Denarium à *Saxonibus* fuiſſe excuſum haud aſſero; ſed mirari interim ſubit, nullum alium Antiquariis noſtris aliquando occurriſſe, ſi quis alius olim extiterit.

Ex Æneis *Saxonum* nummis nonnulli adhuc ſuperſunt, eoſque id genus monetæ *Hickeſius* eſſe exiſtimat, quod STYC vel STYCA ab antiquis *Anglis* vocabatur.

Occurrit

Occurrit vox in Evangeliis Saxonicis Marc. XII, 42. ubi verba Latinæ verſionis [*Cum veniſſet autem una vidua pauper, miſit duo Minuta quod eſt quadrans*] ſic redduntur: ÐA COM AN EARM ƿUDUƿE AND ƿEARP TƿEGEN STYCAS. THÆT IS FEORTHUNG PENINGES. at Luc. XXI. 2. [*Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo*] ſic redduntur: ÐA GESEAH HE SUME EARME ƿUDEƿAN BRINGAN TƿEGEN FEORÐLINGAS. Ex quibus conſtat STYCAM & quadrantem Denarii FEORÐUNG PENINGES, ſeu FEORÐLING apud *Anglo-Saxones* idem valuiſſe; adeo ut earum octo exæquarent olim valorem unius tantum Denarii *Saxonici*: ſed nè hanc quidem rationem hodie obtinent reſpectu Monetæ *Anglicanæ*. Quamvis enim Denarius *Saxonicus* intrinſeco valore nunc exæquet tres Denarios *Anglicanos*, tamen octo nummuli prædicti non exæquant Semidenarium ſive obolum noſtrum hodiernum; unde colligi poſſe videtur nummos hoſce æreos nunc dierum repertos non eſſe veteres STYCAS *Saxonicas*, ſed aliud monetæ genus Northanhymbris proprium, & alio (ut par eſt credere) nomine appellatum.

Præter Peningum & STYCAM, occurrunt apud Hiſtoriographos aliorum nummorum (aut potius ſummarum nummariarum) variæ denominationes, cujuſmodi ſunt HELFLING ſeu Saxonicus Semidenarius; FEORÐLING ſeu Quadrans Denarii Saxonici; SCYLLING, qui continebat V Denarios; MANCUS, qui continebat XXX Scyllingos; SCEAT, cujus valor nondum conſtat; THRIMSA, incerti pariter valoris, niſi quod Scyllingi pars aliquota videtur fuiſſe; PUND qui continebat LX Scyllingos. His addi poteſt ORA, nummus vel computandi ratio à Danis mutuatus; item MARC ſeu MARCA ſumma vel nummus ex VIII Oris conſtans; denique *Siclus* in Latinis Saxonum ſcriptis memoratus. Ex nummis prædictis plurimos, ſi denarium excipias, opinor fuiſſe mere nominales, quales hodie ſunt apud nos **Pound, Mark, Noble.** Sed de illis nihil aliud adjiciam, cum de iiſdem copioſe & accurate agatur ab *Hickeſio* noſtro pag. 109. 110. 111. 112 Diſſertationis ſuæ Epiſtolaris ad *Bartholomæum Showerum*.

Verum enimvero, Celeberrime Domine, numiſmatum omnium quæ aut Anglo-Saxonibus aut Anglo-Danis in uſu fuiſſe videntur, nullum notatu dignius eſt quam id literis Rúnicis inſcriptum, quod poſſidet vir genere & ingenio clarus *Radulphus Thoresbeius* Leodienſis. In nupera verſione *Britanniæ Camdenianæ* Inſcriptio ejus ita legitur & explicatur; *Thur Gut Luetis*, hoc eſt, juxta Interpretis iſtius mentem *Thoris Dei Facies* ſeu *Effigies*. Opinatur enim Interpres Ille Figuram nummo impreſſam repræſentare Deum Thorem, eoque modo quo coli ſolebat, flamma ſcilicet ad ſolis inſtar ambiente caput & Dextra geſtante ſceptrum ſeu aureum malleum. At vero *Hickeſius* Literaturæ Septentrionalis inſtaurator amice me docuit, Lectionem prædictam, *Thur Gut Luetis* (modo vera fuerit) non reddendam eſſe *Thoris Dei Facies*, ſed *Thor Deus Populi*, vel *Thor Deus Patrius*; quippe ſingula hæc vocabula *Liut*, ſeu *Luit*, ſeu *Luet* (in Genitivo caſu *Luetis*) idem valent ac *Populus*.

Eſt autem & alia Interpretatio inſcriptionis, de qua nunc agitur, ab Erudito *Nicolao Kedero* (Regii Antiquitatum Collegii, quod Holmiæ eſt, Aſſeſſore) excogitata & Lipſiæ nuperrime in lucem edita, quam ad me tranſmittendam curavit Illuſtriſſimus *Leibnitius*, multis nominibus Reipublicæ Literariæ, præſertim vero mihi, quam maxime æſtimandus. Autumat Kederus figura prædicta repræſentari non Thorem ſeu Thoris Idolum, ſed Dominum Salvatorem noſtrum, Literaſque inſcriptas hunc ad modum eſſe legendas, *Thurgut Luntis*; & Lectionem hanc ita reddendam *Thurgut Londinenſis*. Vult nimirum *Thurgut* eſſe nomen Monetarii, & *Luntis* ſeu *Lundis* non aliud eſſe quam Londinum, ubi nummus excuſus eſt. Nec certe deſunt argumenta ſatis valida, quibus vir doctiſſimus hanc ſuam firmare voluit ſententiam; niſi quod inſcriptio videatur rectius reddi

posse *Thurgut Lincolnienſis* quam *Londinenſis*. A *Lyndo* enim ſeu *Lindo* veteri Lincolnienſis urbis appellatione, Saxones fecerunt LYND ſeu LIND, cujus Genitivus cernitur in vocibus LYNDIS-EGE *Lyndſeia*; LYNDIS-FARA *Lincolnienſes*. At vero tandem quid obſtat, quo minus excudi potuerit nummus hic in urbe illa *Scaniæ* in *Suecia*, quæ ab antiquis omnibus *Lundis* dicta eſt, hodie dici ſolet *Londinum Scanorum*; maxime cum Literæ Runicæ tam apud *Scanos* in uſu eſſent, quam apud *Jutas*, *Anglos*, eorumque poſteros in hac noſtra terra?

Tanto demum in pretio habentur Veteres noſtri nummi, ut eoſdem comparare Antiquarii etiam Exteri minime dedignentur. Juvat heic memorare præclaram illam gazam Illuſtriſſimi Comitis Schwartzburgici, quam Humaniſſimus *Morellus* mihi haud ita pridem *Arnſtadiæ* verſanti commonſtravit, monetis tam Anglo-Saxonicis quam aliis pene innumeris locupletatam, adeo ut egregiis Antiquitatis reliquiis ibidem perluſtrandis totum triduum impendere minime gravatus ſim. E noſtratibus plurimi ſunt, qui magno ſtudio magnoque ſumptu nummorum Anglo-Saxonicorum & Anglo-Danicorum amplam ſibi compararunt copiam. Ex his ſilentio minime prætereundi ſunt ii, quorum beneficio (præſertim vero Tuo, Comes Illuſtriſſime) debetur monetarum ſeries ampliſſima Tabulis ſubſequentibus conſpicienda. Oportet gratias referre quam maximas Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo *Eboracenſi*, magno Inſulæ ornamento, qui non modo Monetas ſuas fidei meæ mandavit, verum etiam difficilia quædam in iiſdem occurrentia pro more ſuo candide enucleavit. Egregius ille Antiquarius, Reverendus admodum Epiſcopus *Carleolenſis* amice mihi impertiit nummos haud paucos, cum ex ære tum ex argento conflatos. Pari modo de me cæteriſque omnibus rei nummariæ ſtudioſis bene promeriti ſunt, Vir Honoratiſſimus Dominus *Finch* de Wye in Comitatu Cantii; Reverendus *Hickeſius*, à quo accepi nummos fere omnes *Burgredi* in Tabula tertia reperiendos; Inclytus Vir & Literis promovendis natus Dominus *Sloane*, M. D. Reverendus *Gul. Lloyd* Eruditiſſimi Epiſcopi Wigornienſis filius, Dominus *Chicheley*, Dominus *Robertus Cotton* Bibliothecæ Cottonianæ Fundatoris clariſſimi pronepos digniſſimus, Dominus *Brown Willis*, Dominus *Brome*, Singuli Antiquitatis apprime Studioſi; necnon Reverendus Magiſter *Elſtob*, qui pro eximia ſua humanitate mihi communicavit Iconas nummorum, quos ipſe habet Saxonicorum, & quidem rariſſimorum: atque etiam copiam mihi fecit nummorum, quos poſſidet Reverendus *C. Batteley* Archidiaconus *Cantuarienſis*. Sed dolendum eſt, hoſce omnes ad me haud prius delatos eſſe, quam exſculptæ fuerint Tabulæ: nec interim licere eoſdem commode Tabulis inſerere; cum fuerint omnes nummi Regis *Ethelredi*, modo unum excipias qui erat *Ethelſtani*; & quatuor qui erant *Edmundi*. At vero tandem maximo mihi erat adjumento in Tabulis conficiendis nummarius plane Theſaurus Domini *Thoresby* de *Leeds* in Agro *Eboracenſi*, qui mihi in manus tradidit plures quam 100 nummos Anglo-Saxonicos & Anglo-Danicos, quorum ope data eſt mihi copia emendandi Iconas non paucas, quæ extant in Britannia Camdeniana: quas vero (deſideratis Archetypis) neceſſe erat ſine omni emendatione à Tabulis *Walkerianis* deſumere, iis apponitur Litera W. Denique Tabulæ Chronologicæ Regum Anglo-Saxonicorum & Anglo-Danicorum huic operi annexæ ſumuntur ex Hiſtoria Anglicana ab Erudito *Jacobo Tyrrell* Armigero nuperrime conſcripta.

In delineandis Tabulis noſtris ipſiſſimum modulum nummorum, quotquot in manus meas pervenerunt, accurate obſervatum eſſe ſummopere curavi; cæterorum autem Iconas è Tabulis *Walkerianis* deſcriptas paululum imminuere haud dubitavi, compertum habens ipſorum nummorum magnitudinem ab Iconibus iſtis eſſe exuperatam; quamvis non adeo facile ſit augurari, cur prædictas Iconas ita dilatare viſum eſſet *Walkero*, tam in vita Regis *Ælfredi* quam in nupera Editione *Britanniæ Camdenianæ*. Et ſpes eſt haſce Tabulas Tibi, Vir Honoratiſſime, gratas fore, propterea quod nummos *Anglo-Saxonicos* & *Anglo-Danicos* triplo plures exhibent, quam Tabulæ quævis antehac Editæ: atque etiam id mihi curæ fuerit, ut quoad omnia nummi hi Ectypi accurate reſponderent ſuis Archetypis. Quem in finem nummos utplurimum ipſiſſimos non modo diligenter inſpexi, verum etiam manibus iterum iterumque verſavi. Ubi mihi non data fuit copia videndi Archetypos, numiſmatum iſtorum Icones tanquam minus accura-

tas

tæ fortaſſe haberi poſſunt, quales ſunt Icones è Tabulis *Walkerianis* deſumptæ, in quibus idcirco ſi quæ occurrant mendæ, mihi vitio minime vertendæ ſunt. Et quamvis verear interim Opuſculum hoc meum omnimodæ maculæ non adeo purum eſſe, ut nullos inibi errores detegat Lector in hiſce ſtudiis mediocriter verſatus, multo minus verſatiſſimus, hoc eſt, Tui (Comes Honoratiſſime) ſimilis; nullus tamen dubito, quin ſi Tuo pariter Candore ſit ornatus, quæcunque invenerit, facile condonarit ſphalmata. Id quidem unicum eſt quod me anxium habet, nè Publicæ Saluti videar injurius, dum haſce meas nugas Tibi (Illuſtriſſime Domine) evolvendas auſus ſim obtrudere, qui tanto cum Honore, tanto cum fructu, & Horas Tuas & ipſum Te Publico impendis commodo.

Honoratiſſime COMES,

Tibi addictiſſimus

& obſequentiſſimus

ANDREAS FOUNTAINE.

Alphabetum è Numismatibus Anglo-Saxonicis *et* Anglo-Danicis *desumptum.*

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H. 

I.

K. 

L.

M.

N. 

O.

P. 

R.

S.

T.

V. 

W.

X. 

Y. 

Z.

Abbreviaturæ quædam in Numismatibus Anglo-Saxonicis *et* Anglo-Danicis *occurrentes.*

Æ. 

DR.

MONETARIUS.

REX.

RUM.

TH.

THB.

CR. 

HE.

MAE.

MO.

NG.

NW.

TA.

MBurg. f. et f.

TAB. I.

Dissert. Epist. pag. 168.

ÆLFRED.

ÆTHELRED.



MBurghers Scrip. & sculp.

ÆTHELRED.

31. AR

32. AR

33. AR

34. AR

ÆTHELSTAN.

1. AR

2. AR

3. AR

4. AR

5. AR

6. AR

7. AR

8. AR

9. AR

10. AR

11. AR

12. AR

13. AR

14. AR

15. AR

16. AR

17. AR

18. AR

19. AR

20. AR

21. AR

22. AR

ÆTHELWEARD.

1. AR

2. AR

3. AR

4.

ÆTHELVVLF.

1. AR

2. AR

3.

4.

MB.

ANLAF.

1. AR

2. AR

3. AR

AUDULFIUS.

1. AR

2.

BEORMIRIC.

1. AR

2.

BEORNUULF.

1. AR

BERHTULF.

1. AR

1. AR

2. AR

BURGRED.

1. AR

2. AR

3. AR

4. AR

5. AR

6. AR

7. AR

8. AR

9. AR

10. AR

11. AR

12. AR

13. AR

14. AR

15. AR

16. AR

17. AR

18. AR

19. AR

20. AR

21. AR

22. AR

23.

CYNEÐRYÐ

1. AR

REGINA.

2. AR

CEOLNOTH ARCHIEPISCOPUS.

1. AR

2. AR

TAB. IV.

Dissert. Epist. pag. 168.

CNUT.





CEOLVVLF.



COENVVLF.



CUTHRED.

MB.

TAB. V.

EADGAR.

Diſsert. Epist. pag. 168.



EADMUND.



MB.

EADMUND.

EADRED.







EADVVARD.



MB.

TAB. VII.

EADVVEARD.

Dissert. Epist. pag. 168.



MB

TAB. VIII.

Dissert. Epist. pag. 168.

EADVIG.



EANRED.

ECGBERHT.

EDWIN.



EOTBEREHTVS.

ERIC.



HAROLD.

HARTHACNUT.

LUDICA.

OFFA.

MB.

TAB. IX.

OFFA.

Dissert. Epist. pag. 168.

7. AR

8. AR

9. AR

10

11. AR

12. AR

13. AR

S.TI PETRI MONETA.

1. AR

2. AR

3. AR

4. AR

5. AR

6. AR

PLEGMUND ARCHIEPISCOPUS.

7. AR

1. AR

2. AR

SIHTRIC.

SYCFRED.

1. AR

2. AR

1. AR

WIGLAF

NVMISMATA INCERTA.

1. AR

1. AR

2. AR

3. AR

4. AR

5. AR

6. AR

7. AR

8. AR

9. AR

10. AR

11. AR

MB.

TAB. X.

Dissert. Epist. pag. 168.

ALLA, 1.



ALLA, 2.

ALLA, 3.



ALRED, 1.



ALRED, 2.



ALRED, 3.



ALRED, 4.



ANLAF, 1.



ANLAF, 2.



CUTHRED, 1.

EANRED, 1.



EANRED, 2.



EANRED, 3.



EANRED, 4.



EANRED, 5.



EANRED, 6.

EARDWVLF, 1.



EARDWVLF, 2.



EARDWVLF, 3.



EARDWVLF, 4.



EARDWVLF, 5.

ETHELBERT, 1.



ETHELHELM, 1.

ETHELHELM, 2.



ETHELRED, 1.

ETHELRED, 2.

ETHELRED, 3.

ETHELRED, 4.



ETHELRED, 5.



ETHELRED, 6.

ETHELRED, 7.



OSBRIGHT, 1.



OSBRIGHT, 2.

OSBRIGHT, 3.

OSBRIGHT, 4.

OSBRIGHT, 5.



WVLFRED, 1.



WVLFRED, 2.



INCERTVM, 1.



INCERTVM, 2.

TABULA I.

ÆLFRED.

1. ÆLFRED REX. *in averſa parte*, CVDBERHT. non mihi placet ſententia *Walkeriana*, nummum hunc in honorem Sancti *Cuthberti* eſſe excuſum; opinor potius illud fuiſſe nomen cujuſdam magnatis aut monetarii. Quamvis interim non ſit denegandum ſummo in honore apud *Ælfredum* Regem fuiſſe Sanctum *Cuthbertum*, uti ſatis ex eo conſtat, quod prædictus Rex Eccleſiæ in honorem Sancti *Cuthberti* dedicatæ donarit provinciam, quæ hodie dicitur *Epiſcopatus Dunelmenſis*; nimirum gratitudinis cauſa (ut aiunt) quippe Sanctus ille Regi apparuit, pollicitus egregiam victoriam, quam de hoſtibus ſuis mox reportavit. W.

2. VVLFRED. nomen cujuſdam nobilis. W.

3. ÆDERED MOnetarius. W.

4. LVDIG MONetarius. W.

5. OYDIG MONetarius. W.

6. ELFRED REX. *in averſa parte*, EÐELSTAN MOnetarius. W.

7. ORSNA ÆLFRED FORDA. Neſcio quid Literæ ſupra & infra Regis nomen poſitæ denotent, niſi *Oxonium* ſeu vulgo Oxford: oppidum enim illud tum temporis ſcribi ſolitum eſt OXNAFORDA. Quod attinet ad literas RS, erratum haberi poſſint opificis pro X. *in averſa parte*, BERNFALD MOnetarius.

8. AELFRED REX. *in averſa parte*, AÐELVLF MOnetarius.

Octo hi nummi ſpectant omnes ad Ælfredum *Magnum.*

9. AELFRED REx. Creditur hunc nummum pertinere ad *Ælfredum Northumbriæ* Regem. Monogramma in parte ejus averſa explicare non valeo. W.

10. ELFRED REX DOR. Ultimas literas quidam legunt NOR, ac proinde nummum referunt ad *Ælfredum Northumbricum.* Sed nummo accuratius ſpectato, legendum mihi videtur (non NOR ſed) DOR, vel DORo, hoc eſt, uti auguror, *Dorobernium* (ſeu vulgo Canterbury) ubi excuſus eſt hic nummus, & ad *Ælfredum* Magnum referendus. *in averſa parte*, DIARVALD MOnetarius.

11. EALRVED. Hic nummus locum ſibi aſſignatum obtinuit perſuaſu viri cujuſdam Eruditi, qui eundem ad *Ælfredum* ſeu *Alvredum* ſpectare opinatus eſt. Mihi autem uiſus eſt nummus accurate inſpectus ad *Offam* potius pertinere; quam quidem ſententiam meam haud parum confirmant Literæ iſtæ in parte averſa, *viz.* O. R. M. (hoc eſt juxta interpretationem meam *Offa Rex Merciorum*) necnon ipſa nummi fabrica, atque etiam ejuſdem collatio cum nummo primo Tabulæ nonæ. *Ealrued* erat unus è magnatibus, ſicut & *Eoba* in nummo jam dicto.

ÆTHELRED.

1. AEÐELRED REX ANGLOrum. *in averſa parte*, GODRIG MOneta (vel MOnetarius) LVNDinenſis.

2. GODPINE MOneta (vel MOnetarius) LVNdinenſis.

3. STEORGER MOneta (vel MOnetarius) de EOFeRwic, hodie York.

4. EADPOLD MoNeta (vel MoNetarius) On (de) CÆNT-wara-byrig, hodie Canterbury.

5. LEOFRIG MOneta (vel MOnetarius) On (de) CENT-wara-byrig, hodie Canterbury.

6. ALFPINE On (de) LVNDene, hodie London.

7. OSGVT MOneta (vel MOnetarius) On (de) ƿINCeaſter, hodie Wincheſter.

8. EODING MOneta (vel MOnetarius) de OXNAforda, hodie Oxford.

Hi nummi referendi ſunt ad Ætheredum *ſeu* Æthelredum *Regem, Filium* 3^tium Æthelvulphi.

9. ÆÐELRÆD REX ANGLOrum. *in averſa parte*, ÆÐERED MOneta (vel MOnetarius) LVNDONI.

10. GODƿINE MOneta (vel MOnetarius) LVNdinenſis.

11. BOIA MOneta (vel MOnetarius) de CÆNTƿARE-byrig, hodie Canterbury.

12. BRANTING MOneta (vel MOnetarius) de NORÐƿIC, hodie Norwich.

13. FOLCEARD MOneta (vel MOnetarius) de NORÐwic, hodie Norwich. W.

14 WALTFERÐ MOneta (vel MOnetarius) de GYPESwic, hodie Ipſwich.

15, 16. Opinor in hoc nummo binas partes averſas ſive inſcitia ſive incuria Monetarii perperam eſſe conjunctas, quas interim ex ipſarum Fabrica colligo ad *Æthelredum* ſpectare. Nummum hunc excuſum eſſe apud *Exe* ſeu *Exan-ceaſter* (hodie Exeter) ex priori conſtat. Poſterior omnino me latet. W.

17, 18. *Æthelredi* eſt nummus uterque 17us & 18us, opus Monetarii alicujus adeo ignari, ut nec Regis nec ſui nominis Orthographiam calleret. Uterque videtur *Londini* fuiſſe excuſus.

19. ÆÐELRED REX ANGLOrum. *in averſa parte*, GODƿINE MOneta (vel MOnetarius) de LVNDene, hodie London.

20. ODA MOneta (vel MOnetarius) de EOFeRƿIC, hodie York.

21. ƿINT------ED MOneta (vel MOnetarius) de EOFerwic, hodie York.

22. EDƿIN On (de) HEORTford, hodie Hartford.

23. TVNEMAN MOneta (vel MOnetarius) de SVÐBYri, hodie Sudbury.

24. GODƿINE MOneta (vel MOnetarius) de CÆNTwarabyrig, hodie Canterbury. W.

25. ODA MOneta (vel MOnetarius) de ƿELINGford, hodie Wallingford. W.

26. SƿETING MOneta (vel MOnetarius) de LVNDEN, hodie London.

27. SƿERTGAR.ON (de) STANFOrd in Agro *Lincolnienſi.*

28. SYMERLEÐI MOneta (vel MOnetarius) de EOFerwic, hodie York.

29. SƿETING MOneta (vel MOnetarius) de COLNeceaſter, hodie Colcheſter.

30. EDELRED REX AIGISIA. Proculdubio conſtat haſce literas perperam deſignatas eſſe in Tabulis *Walkerianis*. Siquis enim eaſdem conferet cum literis nummi 19^mi, inde intelliget literas rectius deſignandas eſſe ANGLORVM. W.

Numiſmata omnia à 9°. *uſque ad finem Tabulæ attinent ad* Æthelredum *filium* Eadgari. Quæ de hujuſce Regis impietate narrant iſtius ſeculi Scriptores videntur minus congruere partibus averſis nummorum ad Eum ſpectantium; extant enim in plurimis pietatis ſuæ, ni fallor, veſtigia; *viz.* manus inter Ā Ω, ſignum Fiduciæ in Divina Providentia; & CRVX, ſignum Fiduciæ in Salvatore Crucifixo.

TABULA II.

ÆTHELRED.

31. EÐELRED REX ANGLOrum. *in averſa parte*, LEOFAT MOneta (vel MOnetarius) de NOrth-wic, hodie Norwich.

Nummus hic pertinere videtur ad Æthelredum Æthelvulphi *Filium.*

32. AEDELRED REX. *pars averſa*, ELBERE MONETArius.

33. EÐEL-

33. EÐELRED MONETArius.

Bina hæc numiſmata conflata ſunt ex Argento minus puro, quam alia quævis Saxonica à me unquam conſpecta. *Ad* Æthelredum *Northumbricum*, *Filium* Eanredi *iſta pertinere auguror.*

34.

ÆTHELSTAN.

1. ÆÐELSTAN REX. *pars averſa*, VVLFHEARD MOneta (vel MOnetarius) VVINtoniæ CIvitatis

2. GRIMALD MOneta (vel MOnetarius) LONDini CIvitatis.

3. ÆLFƿALD MOneta (vel MOnetarius) LONDini CIVItatis.

4. BIORNEARD MOneta (vel MOnetarius) LONDini CIvitatis.

5. BARBE MOneta (vel MOnetarius) de NORÐƿIC, hodie Norwich.

6. DRYNTVALD MONetarius.

7. *Hi nummi attinent ad* Æthelſtanum *Regem Filium* Eadwardi *Senioris.*

8. ÆÐELSTAN REX. *in averſa parte*, SMALA MONETArius.

Hic nummus referendus eſt ad Æthelſtanum *Cantii Regem ultimum.*

9. EÐELSTAN REX. *pars averſa*, ROTBERT MOneta (vel MOnetarius) de EOfer-wic, hodie York.

10. BERNARHDE ON (de) ------- Nomen civitatis in hoc nummo omiſſum eſt.

11. ÆDelSTAN REX. *in averſa ejus parte*, ABERTEE MOneta (vel MOnetarius) de EOferwic, hodie York.

Numiſmata 9um, 10um, *&* 11um *pertinent omnia* (*uti auguror*) *ad* Æthelſtanum *Filium* Eadwardi *Senioris.*

12. ÆÐELSTAN REX. *pars averſa*, ƿVLLSIG, nomen magnatis vel Monetarii.

13. REGNALD MONetarius. In hoc nummo circa ædificium legitur EBORACA, unde conſtat Eundem *Eboraci* fuiſſe excuſum: & probabile quidem eſt, ejuſdem urbis Eccleſiam Cathedralem haud melius deſignari potuiſſe iſto ſeculo.

14. ABBA MONetarius.

15. RIDT MONETARIVS. In inſcriptione literæ modo inverſo ſeſe habent.

16. DEORYVALD MOnetarius.

17. EÐELSTAN REX TOtius BRITanniæ. *pars averſa*, REGNALD MOneta (vel MOnetarius) de EFORƿIC, hodie York.

18. PAVLS MONETa (vel MONETarius) de LEGE Ceaſter, hodie Cheſter.

19. DEORVLF MOneta (vel MOnetarius) de LEGECEaſter, hodie Cheſter.

20. SIGFERÐ MOneta (vel MOnetarius) de LEGECeaſter hodie Cheſter.

21. EDELSTAN REX AXORVM pro ANGLORVM. *in averſa parte*, HEGENREDES MOneta (vel MOnetarius) ON (de) DEORABYI, hodie Darby.

Omnia hæc Æthelſtani *filii* Eadwardi *Senioris fuerunt numiſmata.*

22. EÐELSTANI. *pars averſa*, EADNODMD pro EADMOND.

Nummum hunc pertinere credo ad Guthrun *Danum. Baptizatus fuit tempore* Ælfredi *Magni & nominatus* Æthelſtanus.

ÆTHELWEARD.

1. AEÐELVVEARD REX. *in averſa parte*, ENNEBE Moneta (vel Monetarius) RAE. Harum trium literarum ſignificatio me latet.

2. EADMVND monetarius.

3. EÐELWARD REX. *in averſa parte*, AEÐELHELM unus è magnatibus vel monetariis.

4.

Hi nummi ſpectant omnes ad Æthelweardum *ſeu* Æthelheardum *regem Occidentalium Saxonum & Succeſſorem* Inæ.

ÆTHELVVLF.

1. AEÐELVVLF REX. *pars averſa*, DVNN MONETArius.
2. AEÐELVVLF REX. *in averſa parte*, BRIÐ MONETArius. W.
3.

4.

Numiſmata hæc pertinent ad Æthelwulphum *Regem, Filium* Egberti *Regis.*

TABULA III.

ANLAF.

1. ANLAF REX TOD, ultimas tres literas non intelligo. *in averſa parte*, RADVLEF. monetarius vel unus è magnatibus.
2. ANLAF CYNYNG. *i. e.* Rex. *pars averſa*, FARNAN MONETArius. W.

Neſcio quid indicent Icones ex utraque parte hujus numiſmatis. Haud mihi videtur Icon partis averſæ repræſentare faciem ſeu Frontiſpicium cujuſdam Eccleſiæ, ſicuti *Walkerus* opinatus eſt.

3. ANLAF CYNYNG, *i.e.* Rex. *in averſa parte*, AÐELFERD MINETRIL. forſan Monetarius. W.

Aquila (vel alia quæcunque ſit avis) huic Nummo impreſſa videtur fuiſſe ſignum ſeu vexillum *Anlafi* ad inſtar Aquilæ Romanæ. *Hi nummi referendi ſunt ad* Anlafum *filium* Sihtrici *& Regem Northan-Hymbrorum.*

AUDULFIVS.

1. AVDVLFIVS PRISIN. *in averſa parte* VICTVRIA ADVLFO. W.

Quid PRISIN ſignificet, me latet; niſi nomen ſit alicujus Magnatis vel monetarii, ſiquidem nullus in parte averſa relictus ſit locus utrumvis nomen inſcribendo idoneus. Videtur autem pars averſa fieri ad inſtar Labari cum hac inſcriptione (*in hoc ſigno victor eris*) qualis nimirum extat in monetis ad Conſtantini magni Filios ſpectantibus.

Hæc moneta pertinet ad Adulfum *ſeu* Aldwulfum *Anglorum Orientalium Regem Pietate inſignem.*

2.

BEORMIRIC.

1. BEORMIRIC REX. *in averſa parte.* EELHFARD. monetarius vel nobilis. W.

Hic nummus eſt Beormirici *qui &* Brihtricus *dicitur ab Hiſtoriographis; eratque cognatus & ſucceſſor* Coenwulfi *Saxonum occidentalium Regis.*

2.

BEORN-

BEORNVVLF.

1. BEORNVVLF REX. *pars averſa*, MOHN. hæ literæ denotant monetarium. W.

Nummus hic pertinet ad Beornwulfum *Regem Merciorum & ſucceſſorem* Ceolwulfi.

BERHTVLF.

1. BERHTVLF REX. *in averſa parte*, BYRNVVALD unus è magnatibus vel monetariis.

2. BERHTVLF REX. *in averſa parte*, VIILEHEAH. haſce literas non intelligo. W.

Nummi hi attinent ad Bertwulfum *Regem Merciorum.*

BVRGRED.

1. BVRGRED REX. *pars averſa*, CEALLA MONETArius.
2. CENRED MONETArius.
3. CVNEHEL MONETArius.
4. TATA MONETArius.
5. FRAMRI MONETArius.
6. ICCDVD MONETArius.
7. BERHRED MONETArius.
8. BVRGRED REX Merciorum. *in averſa parte*, EANRED MONETArius.
9. DVDDA MONETArius.
10. DIA MONETArius.
11. DVDFINI MONETArius.
12. BERNEA MONETArius.
13. BEAGNA MONETArius.
14. DYDECI MONETArius.
15. EANARL MONETArius.
16. ELFEAR MONETArius.
17. BVRGRED REX. *in averſa parte*, DVDA MONETArius.
18. OSMVND MONETArius.
19. VVINE MONETArius.
20. EÐELVL MONETArius.
21. DIARVLF MONETArius.
22. VVLFEAR MONETArius.
23. HVSSA MONETArius.

Hi nummi referendi ſunt omnes ad Burgredum *ſeu* Burhedum *Regem Merciorum.*

CYNETHRYTH REGINA.

1. EOBA. *in averſa parte*, CYNEÐRYÐ REGINa.
2. EOBA. *in averſa parte*, CYNEÐRYÐ REGINA.

Opinor *Cynedredam* hanc fuiſſe *Offæ Merciorum* Regis uxorem; tam hujus etenim regis quam illius nummis inſcribitur EOBA. Caput primo impreſſum, eſſe *Offæ*, indicio (ni fallor) eſt diadema. Caput ſecundo impreſſum poteſt eſſe ipſius *Cynedredæ*; eſt enim muliebre caput, ſed adeo rudi Minerva ductum in Tabulis *Walkerianis* ut ab illo Autore habeatur tanquam caput virile.

CEOLNOTH ARCHIEPISCOPUS.

1. CEOLNOÐ ARCHIEPiſcopus. *pars averſa*, DIALA MONETA (vel MONETArius) DOROberniæ. W.

2. CVLNOÐ ARCHEPIScopus. *in averſa parte*, YVYNIMRE MONETArius.

Hæc duo numiſmata ſpectant ad Ceolnothum, *qui cognominatus erat Bonus Epiſcopus*; Conſecratus *Archiep. Cantuar.* Anno Dom. 830; Pallium accepit A. D. 831. Erant tum temporis Cantuariæ præla Monetaria 7, quorum 4 pertinebant ad Regem, 2 ad Archiepiſcopum & unum ad Abbatem. Iſtis nimirum ſeculis multis Epiſcopis & proceribus jus conceſſum erat cudendi nummos. *in averſa parte* ultimi numiſmatis eſt (X. P.) monogramma Chriſti.

TABULA IV.

CNUT.

1. CNVT REX ANGlorum. *in averſa parte*, CRINAN MOneta (vel MOnetarius) de EOFeR-wic, hodie York.
2. EDFINE ON (de) LVNDen, hodie London.
3. SVNOLF MOneta (vel MOnetarius) de EOFerwic, hodie York.
4. FARÐEIN MOneta (vel MOnetarius) de EOFerwic, hodie York.
5. ELFNAN MOneta (vel MOnetarius) de EOFeRwic, hodie York.
6. LVFFFINE ON (de) DOFre, hodie Dover. W.
7. ASLAC MOneta (vel MOnetarius) LINCOLNienſis.
8.

9. CNVT REX. *pars averſa*, SFERTING ON (de) DEORaby, hodie Darby.
10. FITODERE ON (de) LVNDene, hodie London.
11. LEODMÆR ON (de) RINCofa, forſan pro RVNCofa, hodie Runkhorne.
12. RÆFEN ON (de) EOFERwic, hodie York.
13. ESELFINE ON (de) SVthberi, hodie Sudbury.
14. IEORCINE ON (de) MEO.
15. LEOFNOÐ ON (de) CPH.
16. NODFIN MONeta (vel MONetarius) IIRAT. W.

Ultimas literas Num. 14, 15, 16. explicare non poſſum.

17. CNVT REX ANGLORVM. *in averſa parte*, FVLFRIC ON (de) LVNDene, hodie London. W.
18. SELFiN ON (de) ÐEOTFOrd, hodie Thetford.
19. OVÐGRIM MOneta (vel MOnetarius) de EOFerwic, hodie York. W.
20. CNVT REX ANGLOrum. *partem averſam* non intelligo.
21. CNVT. *pars averſa*, FVLNOÐ MOneta (vel MOnetarius) de EOFeRFic, hodie York. W.

Hi nummi referendi ſunt ad Canutum *Magnum.*

CEOLVVLF.

1. CEOLVVLF REX Merciorum. *in averſa parte*, HEREBERHT unus è magnatibus.
2. CIOLVVLF REX Merciorum. *pars averſa*, EANVVLF MONETarius.
3. CIOLVVLF REX MERCIorum. *in centro* CRVX. *in parte averſa*, CEOLHARD MONeTarius.

Numiſmata hæc attinent ad Ceolwulfum *Regem Merciorum*, *ſucceſſorem* Kenelmi.

COENVVLF.

1. COENVVLF REX Merciorum. *in averſa parte*, LVL. nomen forſan Monetarii. W.

2. COEN-

2. COENVVLF REX. *pars aversa*, POOEL unus è magnatibus vel monetarius.

3. COENVVLF REX Merciorum. *pars aversa*, CEOLHEARD Monetarius. W.

4. COENVVLF REX Merciorum. *in aversa parte*, DVN MONETArius.

5. OBA MONETArius.

6. COENVVLF REX. *pars aversa*, VVIGHARD monetarius vel unus è magnatibus.

7. CIOLHARD monetarius.

8. CENVVLF REX Merciorum. *in aversa parte*, DIOLA nobilis quidam vel monetarius.

Hi nummi spectant ad Kenwulfum *Merciorum Regem & successorem* Egferthi.

CVTHRED.

1. CVÐRED REX CANTii. *in aversa parte*, HEREMOÐ MONETArius.

2. VERHEARDI MONETArius.

3. EABA MONETArius. W.

4. CVÐRED REX. *pars aversa*, VERHEARD monetarius vel unus è magnatibus.

5. EABA monetarius.

Numismata hæc referenda sunt ad Cuthbertum *Regem Cantii & successorem* Eadberti.

6. CVÐRED REX. *in aversa parte*, SIGEBERHT, satrapas vel monetarius vel forsan *Sigebertus* successor *Cuthredi* in regno Occidentalium Saxonum: nummum enim hunc pertinere credo ad *Cuthredum* regem Occident. Saxon. & Successorem *Æthelheardi* seu *Æthelweardi*.

TABULA V.

EADGAR.

1. EADGAR REX. *in aversa parte*, ÆÐERED MONETA (vel MONETArius) de LVNdene, hodie London.

2.

3. EADGAR REX ANGLOrum. *in aversa parte*, LEOFSIG Moneta (vel MOnetarius) de HAMTun, hodie vel Southamton vel Northamton; Antiquis enim uterque vocabatur *Hamtun*. W.

4.

5. EADGAR REX. *pars aversa*, HÆRIGÆR Monetarius.

6. ÐVRNOÐ MONEtarius.

7. ÐVRMOD monetarius.

8. LEOFINE MONETarius.

9. DVRAND MONEtarius.

10. FASTOLFES MOnetarius.

11. ASFCAD MONetarius.

12. ÆLFSIG Monetarius. literas OL EO explicare non possum; nisi forsan denotant nummum *Eboraci* fuisse excusum.

13. IVE MONETarius.

14. ALBYTS MOnetarius.

15. VNBEIN MOnetarius.

16. VVERSTAN monetarius vel unus è magnatibus.

17. AÐELGER mOnetarius.

18. GRID MONEtarius.

19. AÐELAVER MOnetarius.

20. EALFSIGE monetarius vel unus è proceribus.
21. VVALFSER mONetarius.
22. EADGAR REX TOtius BRitanniæ. *in averſa parte*, BOIEA Moneta (vel Monetarius) de DEORABY, hodie Darby.
23.

24. EADGAR REX ANGLORVM. *partem averſam* non intelligo.
25.
Hi Nummi pertinent ad Eadgarum *Regem & ſucceſſorem* Eadwigi.

EADMVND.

1. EADMVND REX. *in averſa parte*, EREMHBART MONETArius.
2. EADGAR MOneta (vel MOnetarius) de NORÐ'IC, hodie Norwich.
3. REINGIM MONETArius. W.
4. Nummum hunc explicare non valeo. W.
5. GRIMƑALD MONEtarius.
6. EADMVND REX. *in averſa parte*, ƑƑINIƑL MONETarius.
Hi nummi referendi ſunt ad Eadmundum *Fratrem & ſucceſſorem* Æthelſtani.
7. EADMVND REX. *pars averſa*, LEOFRIG MOnetarius.
8. ASVLFNEN monetarius vel unus è magnatibus.
9. INGELGAR MOnetarius.
10. ARE MONETArius.
11. ƑICELM MOnetarius.
12. MANNA MOnetarius.
13. OTIC MONEtarius.
14. EADRIC MOnetarius.
15. DORVLF MOnetarius.
16. BIRNEARD MOnetarius.
17. EADMVND REX. *partem averſam* non intelligo.
18. EADMVND. *in averſa parte*, BOINLVC monetarius vel nobilis quidam. W.
19. ALEFSIG Monetarius.
Hæc ſunt, uti auguror, Numiſmata Edmundi *Martyris, Regis Orientalium Anglorum.*
20. EADMVND REX ANglorum. *in averſa parte*, EÐELHELM MOnetarius.
21.

22. EADMVND REX. *pars averſa*, EADMVND Monetarius.
23.

Bina hæc numiſmata pertinere credo ad Eadmundum *ſucceſſorem* Æthelſtani.

TABULA VI.

EADMVND.

24. SC (ſanctus) EADMVND. *in averſa parte*, VVNER Monetarius.
25. SC (ſanctus) EADMVND REX. *in averſa parte*, VVINIFeR MONETARius. W.
26. ODO MONEta (vel MONEtarius) de RLIA haſce ultimas literas haud intelligo. W.
27. IOMA Monetarius ME FECIT. W.
Hæc quatuor ultima numiſmata excuſa ſunt in honorem Sancti Eadmundi *Martyris; ſed juſſu cujuſnam Regis incertum eſt; alicujus certe qui erat ejuſdem ſive nominis ſive proſapiæ.*

EADRED

EADRED.

1. EADRED REX. *pars averſa*, AÐELVERÐ MONETArius.
2. EADRED REX. *in averſa parte*, SARYYRD MONEtarius.
3. MANNA MONETArius.
4. EARDVLF MONEtarius.
5. EADRED REX. *in averſa parte*, VNBEIN MONETArius. W.
6. EADRED REX. *pars averſa*, BOIEAES MONETarius.
7. EADRÆD REX. *in averſa parte*, ƿYHNELM MOnetarius.
8. EADRED REX. *in averſa parte*, VVILAF MONetarius.
9. ÐVRMOD MOnetarius.
10. ÐEODMAER Monetarius.
11. ÐVRMOD Monetarius.
12. TERELA MOnetarius.
13. GILYS MONetarius.
14. MYNRED MOnetarius.
15. LEOFRIC MOnetarius.
16. AÐELMVND MOnetarius.
17. EADRED REX. *in averſa parte*, HERIGER MOnetarius.

Numiſmata hæc omnia pertinent ad Edredum *Fratrem & ſucceſſorem* Edmundi.

EADWARD.

1. EADƿARD REX ANGlorum. *in averſa parte*, REFƿINE ON (de) RINCofa, hodie Kunckhorne.
2. LEFƿINE ON (de) LINR. pro LINDcolne, hodie Lincoln. W.
3. OÐeLRIc MONeta (vel MONetarius) de RINGofa, hodie Kunckhorne. W.
4. EADƿARD REX. *in averſa parte*, VCESTEL ON (de) EOferwic, hodie York.
5. EDƿAERD REX. *pars averſa*, ÐORR ON (de) EOFERƿIc, hodie York.
6. EADƿƿARD REX. *in averſa parte*, BRININ MONeTArius.
7. EADƿARD REX Anglorum. *in averſa parte*, BRAND ON (de) ƿALIngeford, hodie Wallingford.
8. IEDƿERD REEX. *pars averſa*, ARNERIM ON (de) EOFERwic, hodie York. W.
9. EDRERD REEX. *in averſa parte*, ERNGRIM ON (de) EOFERwic, hodie York.
10. EDƿARD REX Anglorum. *pars averſa*, AELFAN ON (de) EOFeRwic, hodie York.
11. EDƿaRD REX. *in averſa parte*, ELFƿINE ON (de) EOFERƿic, hodie York.
12. BRINTIN ON (de) COLNAceaſter, hodie Colcheſter.
13. BRIXSIE ON (de) LVNDENE, hodie London.
14. STIRCOL ON (de) EOFERƿIc, hodie York.
15. EDRICG ON (de) HEREFord, hodie Hereford.
16. LEOFENOÐ ON (de) EOFHerwic, hodie York.
17. EDƿARD REX. *in averſa parte*, COVMVND ON (de) STÆFford, hodie Stafford.
18. ÐORR ON (de) EOFERHwic, hodie York.
19. ƿVLNOÐ ON (de) NTIMC. ultimas Literas explicare non valeo.
20. ELFƿERD ON (LVNDEne, hodie London.

Hi nummi referendi ſunt omnes ad Eadwardum *Confeſſorem.*

TABULA VII.

EADWEARD.

21. SIETMaN MONetarius de SVÐBIC forsan pro SVÐBERI, hodie Sudbury.
22. ÆLMÆR ON (de) SCROBEsbyrig, hodie Shrewsbury.
23. SƿETINC ON (de) DOR ceſceaſter, hodie Dorcheſter. vel DOR witceaſter, hodie Canterbury.
24.

25. EADƿARD RD REX. *in averſa parte*, ELRIC ON (de) HEREFORd.
26. LIOFENOÐ ON (de) HEREFOrd.
27. EARNƿI ON (de) HEREford.
28. ALFƿOLD ON (de) EOFeRwic, hodie York.
29. SCVIAE ON (de) EOFeRƿic, hodie York.
30. ARNGRIM ON (de) EOFeRwic, hodie York.
31. GODƿINE ON (de) OLRO. has literas non intelligo.
32. DRINTMER ON (de) ƿALingeford, hodie Wallingford.
33. ÐORR ON (de) EOFRƿICe, hodie York.
34.

35. EADƿARD REX. *in averſa parte*, SNEBENRY ON (de) EOferwic, hodie York.
36. ALEN ON (de) EOFeRƿIEC, hodie York.
37. BRVNDINE ON (de) STAnford, hodie Stamford.
38. } Hæc numiſmata explicare non poſſum.
39 W. }
40.

41. EDƿERD REX. *in averſa parte*, VLFKEL ON (de) EOFERwic hodie York.
42. EADƿARD REX ANGLOrum. *pars averſa*, EGELRIC ON (de) HEREford.
43. NELFVVIG ON (de) HEREFORd.
44. ÐVRCIL ON (de) ƿILTVNE, hodie Wilton.
45. BRINTRIL ON (de) ƿALIngeford, hodie Wallingford.
46. SƿARTCOL ON (de) EOFERwic, hodie York.
47. AVTI ON (de) LINNCOLn, hodie Lincoln.
48. OÐGRIM ON (de) EFeRƿIc, hodie York. W
49. RDINNIT ON (de) LEIceſtre, hodie Leiceſter.
50. BRAND ON (de) ƿALIngeford, hodie Wallingford.

Numiſmata hæc omnia ſpectant ad Eadwardum *Confeſſorem.*

51. EADVVEARD REX. *in averſa parte*, VVLFRED MOnetarius.
52. EADVVEARD REX. *in averſa parte*, BEANRED MONetarius.
53. FRAMVVIS MOnetarius.
54.

55. EADVVEARD REX. *pars averſa*, HEREMOD Monetarius.
56. EADVVEARD REX. *in averſa parte*, VVLFGAR unus è magnatibus vel monetariis.
57. EADMVND monetarius vel nobilis.
58. CUÐBERHT monetarius vel unus è magnatibus.

Quænam ſint ædificia in tribus nummis præcedentibus pronuntiare non poſſum. Credebam aliquando primum deſignare Templum *Weſtmonaſterienſe*; ſecundum Eccleſiam

cleſiam magnam in oppido vulgo dicto St. *Edmonds Bury*; & tertium Eccleſiam Cathedralem *Dunelmenſem*: ſed cum hæ conjecturæ nullis certis fundamentis innixæ ſint, Iconas illas aliis explicandas relinquo.

59. ALNSTAN MOnetarius.
60. HEREMOD monetarius.
61. BOIGA unus è magnatibus vel monetariis.
62. ÆÐERÆD MOnetarius.
63. ƿALTERE mOnetarius.
64. REGENVLF MOnetarius.
65. ORDVLF MOnetarius.
66. SNEL MONEtarius.
67. HEREMOD Monetarius.
68. BEORNVVALD MOnetarius. W.
69. EADMVND MOnetarius. W.
70. FRIÐEBRHT MOnetarius.
71. BEANSTAN MOnetarius. W.
72. DIORA MONEtarius. W.
73. BIORHTRED MOnetarius.
74. ERE REEVLR. haſce literas explicare non valeo.
75. RINARD MOnetarius.
76.

77. EADVVEARD REX. *in averſa parte*, VVLFHEARD MOnetarius. W.

Numiſmata hæc referenda ſunt omnia ad Eadweardum *ſeniorem.*

TABULA VIII.

EADVIG.

1. EADVIG REX. *in averſa parte*, HERIGER MOnetarius. W.
2. BOIGA MONETArius de BEDAnford, hodie Bedford.
3. VVÆRIN MOnetarius.
4. VVILSIG MONeta (vel MONetarius) de EOferwic, hodie York.
5. ERI Monetarius.

Hi nummi pertinent ad EAdwigum *fratrem & ſucceſſorem* Eadredi.

EANRED.

1. EANRED REX. *in averſa parte*, EADVINI unus è magnatibus, vel forſan monetarius. W.

Nummus hic attinet ad Eanredum *Regem Northymbrorum & ſucceſſorem* Ælfwoldi.

ECGBERHT.

1. ECGBERHT REX. *in averſa parte*, OBA MONETArius. Monogramma in centro non intelligo.
2. ECGBEARHT REX. *in averſa parte*, DEBLS MONETArius. W.
3. ECGBEORHT REX. *in centro*, SAXONum. *in averſa parte*, IFA MONATArius.

Pertinent hæc numiſmata ad Ecgbertum *Occident. Saxon. Regem, qui, pluribus Heptarchiæ Regnis in unum Imperium unitis, habetur primus omnium Monarcharum Saxonicorum; deditque nomen Angliæ Imperio ſuo.*

4. ECGBERT A. *in averſa parte*, VIBEREHTVS nomen vel ſatrapæ vel monetarii. W.

Nummum hunc ex ipſius fabrica pertinere judico ad Egbertum *regem Northumbrorum & ſucceſſorem* Ællæ.

EDWIN.

1. EDƿIN REX. *in averſa parte*, SEEVEL ON (de) EOFERwic, hodie York.

Cenſet Walkerus hunc nummum ſpectare ad Edwinum *Northumbriæ Regem; quod ſi verum ſit, Saxonicorum omnium nummorum, quos novimus, antiquiſſimus eſt. Vid. Num.* 38. *Tab.* 8va. *in Britannia Camdeniana.*

EOTBEREHTVS.

1. EOTBEREHTVS. Draco in averſa parte; vexillum, uti auguror, iſtius Regis.

Hoc numiſma referendum eſt ad Eadberhtum *Regem Northymbriæ & ſucceſſorem* Ceolwulfi.

ERIC.

1. ERIC REX. in centro, gladius. *pars averſa,* INEGEIGAR monetarius vel unus è magnatibus.
2. ACVLF MONetarius.
3.

Hi nummi pertinent ad Eoricum *ſeu* Ericum *Regem Orientalium Anglorum & ſucceſſorem* Guthruni.

HAROLD.

1. HAROLD REX ANGLorum. *in averſa parte*, LEOFƿINE ON (de) BRIcgſtow, hodie Briſtoll.
2. HAROLD REX ANGLorum. *in averſa parte*, ƿNLFGENT ON (de) GLEawan-ceaſter, hodie Gloceſter.
3. BRINTRIL ON (de) TVNebricge, hodie Tunbridge.
4. BRINTNÆR ON (de) ƿALingeford, hodie Wallingford.
5. GOÐRIC ON (de) ÐEOTFord, hodie Thetford.
6. ƿILLEM ON (de) OXENFord, hodie Oxford.
GODƿINE ON (de) SCEaftesbyri, hodie Shaftesbury.

Hi nummi ſpectant ad Haroldum *Filium & ſucceſſorem* Canuti *Magni.*

8. HAROLD REX. *in averſa parte*, BRVNNSTAN ON (de) ÐEOTFord, hodie Thetford.
9. HERRA ON (de) EGLESCbyrig, hodie Ailesbury.
10. SƿAFA ON (de) LINCOLN. W.

Numiſmata hæc attinent ad Haroldum *ſucceſſorem* Eadwardi *Confeſſoris.*

11. HAROLD REEX Anglorum. *in averſa parte*, SLEƿINE ON (de) ÐEODford, hodie Thetford.

Eſt Moneta Haroldi *ſucceſſoris* Canuti *Magni.*

HARTHACNVT.

1. HARÐACNVT. *in averſa parte*, LEOFSAN ON (de) LVNDene, hodie London.
2. ƿOLSIG ON (de) BAÐEnceaſter, hodie Bathe.
3. HARÐACNVT REX. *in averſa parte*, ELƿINE ON ƿIGEraceaſter, hodie Worceſter. W.
4.

Hi nummi referendi ſunt ad Hardacnutum *fratrem & ſucceſſorem* Haroldi.

LVDICA

LVDICA.

1. LVDICA REX MErciorum. *pars averſa,* VERBALD MONEtarius.
2.
Nummus hic attinet ad Ludicanum *Regem Merciorum ſucceſſorem* Beornwulfi.

OFFA.

1. OFFA REX MERCIORVm. *pars averſa,* EALMVND monetarius vel unus è magnatibus.
2. OFFA REX. *pars averſa,* LVLLA monetarius vel nobilis.
3. OFFA REX. *in averſa parte,* IBBA unus è magnatibus vel monetariis.
4. OFFA REX. *in averſa parte,* LVLLA, ut ſupra.
5. OFFA REX. *in averſa parte,* EOPPA ſatrapas.
6. OFFA REX. *pars averſa,* CIOLHARD ſatrapas vel monetarius.

Numiſmata hæc omnia referenda ſunt ad Offam *regem Merciorum ſucceſſorem* Beornredi.

TABULA IX.

OFFA.

7. EOBA. Caput, uti auguror, Regis, etſi nomen EOBA ſit unius è magnatibus. *in averſa parte,* OFFA REX.
8. OFFA REX Merciorum. *in averſa parte,* LVL pro LVLla ut ſupra.
9. EÐELMOD. monetarius vel unus è magnatibus.
10.
11. OFFA REX. *partem averſam explicare non poſſum.*
12. OFFA REX. *in averſa parte,* EÐELVALD unus è magnatibus vel monetariis.
13. OFFA REX. *in averſa parte,* EOBA unus è proceribus. W.

Hi nummi etiam ſpectant ad Offam *Regem Merciorum ſucceſſorem* Beornredi.

Sti. PETRI MONETA.

1. SCI (Sancti) PETRI MOneta. *partem averſam non intelligo.*
2. SCI PETRI MOneta. *in averſa parte,* ERIVIITM. has literas explicare non poſſum.
3. SCI PETRI MOneta. *in averſa parte,* EBORAcenſis CIVitas.
4. SCI. PETRI MOneta. *pars averſa,* EBORACEnſis CIVitas. W.
5. SCI PETRI Moneta. *in averſa parte,* EBORACEnſis CIVitas. W.
6. SCI PETRI MOneta. *pars ejus averſa,* EBORACEnſis CIvitas. W.
7. SC PETrI MOneta. *in averſa parte,* EBORACEnſis CIvitas. W.

Videntur Numiſmata præcedentia potius juſſu ſeu Authoritate Archiep. *Eboracenſis* (ad quem etiam pertinebat jus cudendi monetam) cuſa eſſe in uſum communem, quam in Tributum Papæ ſolvendum. Nam ex hac ſuppoſitione ſequitur pluſquam probabile eſſe ut numiſmata hujuſce generis nonnulla in ditione Papali eſſent reperienda, cum res ita ſeſe non habeat. Numiſmatis 2di. pars averſa exhibere videtur nomen alicujus Monetarii: & 7um. ejuſdem generis plane eſt cum reliquis; quamvis Walkerus legit St. *Neglino* pro Sc. *Petri Moneta.* Hæc omnia diſcrepant quoad Iconas (ideoque heic loci una collocantur) ſed interim quoad inſcriptiones fere conveniunt.

PLEGMUND ARCHIEPISCOPUS.

1. PLEGMVND ARCHIEPiſcopus. *in averſa parte,* ÆÐELVLF MOnetarius. W.

2. PLEGMVND ArCHIEPiſcopus. *pars averſa*, EICMVND MOnetarius. W.

Hi nummi pertinent ad Plegmundum *qui electus fuit ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem.* An. Dom. 890.

SIHTRIC.

1. SIHTRIc REX DHGH ultimas has literas non intelligo. *in averſa parte*, COLBRAND PIODH nomen loci me latet. W.

2. SITRIC CVNYNG, *i.e.* Rex. *in averſa parte*, ASCOLY MONETArius. Vid. num. 2. Tab. 3.

Numiſmata hæc referenda ſunt ad Sihtricum *Regem Northymbrorum ſucceſſorem* Reginaldi & Nieli.

SYCFRED.

1. SYCFReD NII. *in averſa parte*, EVVRA MONetarius. W.

Hic Nummus attinet ad Sycfredum *ſeu* Sigebertum *Regem Saxonum Occidentalium ſucceſſorem* Cuthredi.

WIGLAF.

1. VVIGLAF REX Merciorum. *in averſa parte*, REDVAD Monetarius. *Attinet hic nummus ad* Wiglafum *Regem Merciorum ſucceſſorem* Ludicani.

NVMISMATA INCERTA.

Numiſmata hæc omnia ſunt *Anglo-Saxonica* vel *Anglo-Danica*; ad quem vero Regem ſingula ſpectent, non liquet: liquet autem 4um. incuria Monetarii conſtare ex binis partibus averſis perperam conjunctis, EÐELNOÐ ON (de) SNOTENGEHAM, hodie Nottingham. Item 5um. cum eandem ex utraque parte habet inſcriptionem, non patet ad quem regem ſit referendum. 6^ti^. inſcriptio eſt CVNING MONETA. i.e. *Moneta Regis*; in averſa parte, DOROBERNIA CIVITAS, hodie Canterbury: ſed ad quem regem ſpectat me latet. De reliquis nihil certum habeo quod dicam; quorum itaque explicatio ab aliis in hac ſcientia melius verſatis expetenda eſt.

TABULA X.

Numiſmata omnia in hac Tabula ex ære conflata ſunt, & ſpectant ad Reges ſive Satrapas *Northumbriæ*; & cum ſingula nomina ſingulis nummis ſint ad verticem appoſita, ulteriori explicatione non opus eſſe videtur; præſertim cum in partibus averſis inſcriptiones fere omnes temporis injuria adeo ſunt deletæ, & tam rudi Minerva primum fabricatæ, ut ex nominibus Magnatum vel Monetariorum admodum pauca intelligi queant; &, quantum mihi licet colligere, nullius oppidi mentio in iiſdem occurrat.

In Illuſtrationibus præcedentibus Nummorum *Anglo-Saxonicorum* & *Anglo-Danicorum* id mihi ſolum curæ erat nummos ſingulos ſuis Regibus vel magnatibus aſſignare, nomina in partibus averſis pro viribus meis explicare, necnon urbes ſive oppida ibidem memorata. Quod vero atttinet ad Hiſtoriam Regum, Magnatum vel oppidorum, quorum mentio fit in numiſmatibus prædictis, eandem ſuis locis apponere ſupervacaneum duxi; ſiquidem ea colligi poſſit ex iſtorum ſeculorum Hiſtoriographis. Viſum erat numiſmata ordine Alphabetico collocare, quo facilius pro re nata numiſma aliquod reperiat Lector, conſulatque. Siquem autem juvat nummos Saxonicos in ſuo Abaco diſponere juxta ſeriem Temporum, in promptu eſt idem efficere ope Tabularum Chronologicarum ſubſequentium, quæ licet ſint non omnibus numeris abſolutæ, tamen omnium, quæ extant, accuratiſſimæ haberi poſſunt.

TAB-

TABULÆ CHRONOLOGICÆ.

Ex Hiſtoria Anglicana Erudit. JAC. TYRRELLI Armigeri.

REGES CANTII.

Anno Dom.	
457	*Hengiſtus* regnavit annos 31.
488	*Æskius*, ſeu *Oricus*, filius ejus, annos 24.
512	*Otha*, ſeu *Oiſcus*, filius ejus, annos 20.
532	*Ermenricus*, filius ejus, ann. 29.
560	*Ethelbertus*, filius ejus, ann. 56.
616	*Eadbaldus*, ſeu *Ethelbaldus*, filius ejus, ann. 24
640	*Ercombertus*, filius ejus, ann. 24.
664	*Egbrithus*, filius ejus, ann. 9.
673	*Lotharius*, frater ejus, ann. 12.
685	*Eadricus*, Regio ſtemmati alienus.
686	*Wittredus* & *Wæbberdus* regnum uſurparunt, (alieni etiam ſtemmati Regio) & ſimul renarunt.
694	*Wightredus* Regiam familiam reſtauravit, & moriens reliquit tres filios, qui regnabant ſucceſſive, *viz.*
727	*Ethelbertum*, qui regnavit ann. 22.
749	*Eadbertum*, qui ann. 11.
760	*Alricum*; in quo defecit Regia familia, & exinde peregrini ſunt Reges facti, *viz.*
764	*Heahbertus* & *Sigaredus*, regnabant ſimul, & Regnum inter ſe diviſerunt.
778	*Egfertus*, hic etiam regnum uſurpavit.
786	*Eadbertus* ſeu *Ethelbertus*, cognomine *Prænus*, captus à *Kenwulfo* Rege *Merciorum*, qui regnum *Eadberti* dono dedit
794	*Cuthredo*, Tributario ſuo, ann. 8.
805	*Baldredus*, ann. 18. Ultimus hic *Cantii* Rex, ab *Egberto* Rege exauctoratus.
838	*Athelſtanus* R. *Ethelwolfi* filius illegitimus, à Patre creatus *Cantii*, *Eſſexiæ* & *Surriæ* Rex. Moriebatur ſine prole; Regno ejus ad *Ethelwolfum* relabente.

REGES SAXONUM MERIDIONALIUM.

Anno Dom	
491	*Ælla* regnavit annos 24.
515	*Ciſſa* quot annos regnavit non innoteſcit. ſucceſſio regum hujus Proviciæ mirum in modum dehiſcit.
618	*Ethelwalchium* ſeu *Athelwaldum* in prælio occidit *Ceadwalla*, qui regnum ejus proprio adjunxit, uſque dum à *Bertuno* & *Autuno* duobus R. *Ethelwalchii* Ducibus expulſus eſt: hi Regnum inter ſe diviſerunt, quibus ſucceſſerunt multi reges, quorum omnium nomina nobis non innoteſcunt, excepto
725	*Aldwino*. Hunc occidit *Ina* Rex *Saxonum Occidentalium*, illiuſque Regnum proprio adjunxit.

REGES SAXONUM OCCIDENTALIUM.

Anno Dom.	
519	*Cerdicus* regnavit ann. 15.
534	*Cynricus*, filius ejus, 26 ann.
560	*Ceawlinus*, filius ejus, 31 ann.
591	*Ceolricus*, affinis ejus, 5 ann.
597	*Ceolwulfus*, 14 ann.
611	*Cynegilſus* &
613	*Cwichelmus*, filius ejus, regnarunt 32 ann.
643	*Kenewalcus*, filius ejus.
672	*Sexburgia*, Regina *Kenewalchi*.
674	*Æskwinus*, *Kenewalchi* Conſobrinus, ann. 2.
676	*Centwinus*, *Cynegilſi* filius, ann. 9.
685	*Ceadwalla*, an. 3 & dim.
688	*Ina*, Conſobrinus ejus, 39 ann.
728	*Æthelheardus*, affinis ejus, ann. 14. & dim.
741	*Cuthredus*, conſobrinus ejus.
754	*Sigebertus*, conſobrinus ejus, ann. 13.
755	*Cynewulfus*, 29 ann.
784	*Brihtricus*, conſobrinus ejus, 18 ann.
802	*Egbertus*, affinitate aliqua *Brihtrico* conjunctus.

REGES SAXONUM ORIENTALIUM.

Anno Dom.	
527	*Erkenwinus* ſeu *Eſcwinus*.
. . .	*Sigebertus*.
535	*Swithelmus*.
587	*Sledda*, ann. 9.
596	*Seabertus*, ann. 47.
617	*Sexredus*, *Sewardus* & *Sigebertus*, tres fratres, an 6.
623	*Sigebertus* Parvus, dictorum conſobrinus, an. 25.
648	*Sigebertus* Bonus.
661	*Swithelmus*, ejus frater, ann. 2.
663	*Sigherus* & *Sebba*, conſobrini; horum prior non niſi ad parvum tempus regnabat; poſterior ann. 30.
693	*Sigehardus* & *Swenfredus*, ann. 7.
700	*Offa*. ann. 9.
709	*Selredus*, illius conſobrinus, ann 37 & dim.
746	*Swithredus*.

Poſt hujus obitum (ut tradit *Florentius*) pauci fuerunt *Saxonum Orientalium* Reges; eodem enim anno, quo *Saxones Auſtrales* & *Cantii Incolæ* R. *Egberto* ſe ſubdiderunt, *Saxones* etiam *Orientales* ſeſe pariter ſubmittebant.

NORTHUMBRIÆ REGES, in Provinciis.

Anno Dom.	[BERNICIA.]	Anno Dom.	[DEIRA.]
547	*Ida*, *Eoppæ* Filius, regnavit 12 ann. utroque regno eidem ſubjecto.		
559	*Adda* ſeu *Odda*, Filius ejus, 5 ann.	559	*Ælla*, *Yffi* Filius, 30 fere ann.
564	*Clappa* 7 ann.		
571	*Theodwulfus*, 1 an.		
572	*Freothwulfus*, 7 an.		
579	*Theodoricus*, 7 ann.		
588	*Æthelricus* 2 ann.		
	Hi duo ultimi, erant *Idæ* Filii, & in hac provincia regnaverunt, *Ællâ* in *Deira* regnante.	589	*Edwinus*, dicti filius, brevi expulſus ab *Æthelfrido Berniciæ* Rege, qui, utroque Regno ſibi ſubjecto, regnavit 14 ann. donec *Edwinus* reſtauratus erat.
	Æthelricus utriuſque Regni adeptus eſt Imperium, moriente *Ællâ*, & regnavit 5. ann.		
593	*Æthelfridus* regnavit 24 ann. utroque ſibi ſoli regno ſubjugato.		
617	*Edwinus*, etiam *Ællæ* fil. 17 ann. utroque ſibi quoque regno ſubjecto: Edwino occiſo, ſuum imperium in duo abiit; etenim tunc temporis in		

Anno Dom.	[DEIRA]	Anno Dom.	[BERNICIA.
634	*Oſricus*, *Alfredi* filius, regnavit, 1 an.	634	*Eanfredus Ethelfridi* non ita pridem Regis filius etiam an. . . .

His

Anno Dom.	His vero in eodem an. occiſis.
634	*Oſwaldus Eanfridi* frater regnavit 9 ann. in utraque provincia, quo etiam occiſo
642	*Oſwieus Oſwaldi* frater 9 ann. in *Bernicia* regnavit.
A. D 644	*Oſwinus, Oſrici* filius, in *Deira*, regnavit donec ſeptenni regno finito, occiſus erat ab
651	*Oſwieo*, noviſſime dicto, qui ambo regna tunc iniit, quæ ab illo tempore unita manſerunt. Regnavit 28 ann.
670	*Egfridus* ſeu *Egfertus*, Oſwiei Fil. 15 ann.
685	*Alfredus*, frater ejus, 20 ann.
705	*Oſredus, Alfridi* Fil. 11 ann.
716	*Kenredus, Cuthelmi* Fil. 2 ann.
718	*Oſricus, Kenredi* Frater, 11 ann.
789	*Ceolwulfus, Kenredi* Germanus, 8 ann.
737	*Eadbertus*, 21 ann.
758	*Oſulfus*, Fil. ejus. 1 annum.
759	*Ethelwaldus*, cognomine *Mollus*, 6 ann.
765	*Alhredus Idæ* pronepos, 16 ann.
774	*Ethelredus* ſeu *Ethelbertus, Molli* Fil. 4 ann.
778	*Alfwoldus* 11 ann,
789	*Osredus* Nepos ejus, *Alredi* Fil. 1 annum.
790	*Ethelredus* ſeu *Ethelbertus* reſtauratus, 4 ann.
795	*Osbaldus* 27 dies, deinde exauctoratus.
795	*Eardulfus* 10 ann.
	Eardulfus è regno pulſus An. Dom. 806. Huic ſucceſſit
806	*Ælfwoldus*, Qui regnavit 2 ann.
808	*Eanredus, Eardulfi* Fil. 32 ann.
840	*Ethelredus*, Fil. ejus, 9 ann.
849	*Osbertus*, 13 ann. è ſolio deturbatus ab
862	*Ælla* Uſurpatore. Ambo hi reges à *Danis* occiſi, qui præfecerunt
866	*Egbertum* Regem, ab iiſdem non multo poſt expulſum; deinde ſubrogarunt
	Ricſigum Danum qui regnavit 10 ann. deinde
872	*Egbertus* alter in Regem ab iiſdem electus eſt, quo moriente, *Dani* & *Northumbri* ſine rege vixerunt donec
883	*Guthredus*, Verna egenus in Regem electus erat. *Brigantes* huic ſubjecti ſunt, 11 ann. deinde
194	*Alfredus* Rex partem iſtius Regni occupavit, *Osberto Dano* in locis magis Borealibus regnante, qui regno ſuo tandem expulſus erat.
902	*Ricſigus*, alter è *Danis* Rex, cui occiſo ſucceſſerunt
903	*Reginaldus* & *Nielus*, ambo *Dani*, qui ſimul regnarunt, totum imperium poſt Alfredi obitum occupantes: at *Nielo* occiſo
914	*Sihtricus* frater, Nieli Vice fungebatur.
919	*Ingualdus* alter è *Danis* Rex circa hoc tempus regnavit, ſicut etiam
926	*Guthferdus, Sihtrici* Filius. ab *Athelſtano* rege hic expulſus eſt. poſt Illum *Anlafus Norvegiæ* Rex hoc regnum in tempus occupavit, ſed à Northumbris è ſolio turbatus.
944 945 947 948	*Anlafus*, ſecundus Sihtricus Fil. in Regem electus eſt, ab *Edmundo* Rege expulſus: in duos vero annos reſtauratus eſt; & denuo ab *Edredo* Rege exauctoratus. *Northumbri* tamen *Ericum* è *Danorum* ſtirpe in Regem eligebant. idem à *Northumbris* abdicatus, qui *Edredo* Regi rurſus præſtant fidem. is hac adductus ratione hoc proprio adjecit regno.
952	*Northumbriæ* Regibus abhinc exſpirantibus, jam uſque ab illo tempore regnabant Comites,
953	*Oſwulfo* Comite ab *Edredo* Rege primùm præfecto. at vero *Edgarus* Rex in duos Comitatus regnum dividi voluit.

Anno Dom.	REGES ANGLORUM ORIETALIUM.
. . .	*Uffa* regnavit, quamdiu vero incertum eſt.
578	*Titylus* ſeu *Tytila* Fil. ejus, regnavit, quamdiu vero incertum etiam eſt.
593	*Redwaldus* Filius ejus.
599	*Eorpwaldus* ſeu *Earpenwaldus*.
636	*Sigebertus* Magnus.
638	*Egricus*, Germanus ejus.
643	*Anna, Redwaldi* Nepos.
654	*Ethelthertus*, Frater ejus.
656	*Æthelwaldus*, Germanus ejus.
664	*Aldwulfus, Ethelthteri* filius.
683	*Ælfwoldus*, Frater ejus.
690	*Beorne*, ex altera dom ooriundus. NB. quod ſub Anno 749. *Sim. Dunelmenſis*, & Chronicon de *Mailroſs*, *Hunbeanum* & *Albertum Ælfwoldo* Succeſſiſſe referunt, & regnum diviſiſſe. Sed quum *Matth. Weſtmonaſt.* Illos *Beornam* & *Athelbertum* nominari voluit, hunc *Hunbeanum* non alium arbitror quam *Beornem* nuper dictum, nec *Athelbertum* alium quam
749	*Ethelredum, Æthelwaldi* Filium; Qui poſt *Beornæ* obitum ſolus regnavit: quo temporis ſpatio licet, haud ſatis conſtat.
793	*Æthelbertus, Ethelredi* Filius, ab *Offa* Rege interfectus, qui regnum ejus occupavit. Poſt quem quamplurimi ſucceſſerunt Reguli, durante 61 annorum ſpatio, uſque ad
859 870	Sanctum *Edmundum* qui regnavit 11 annos, à Danis tandem martyrio coronatus. Obtinuit interregnum uſque dum
878	*Guthrumus* Danus, *Alfredi* Regis permiſſu, coronaretur. regnavit 12 ann.
890	*Eoricus* Danus, *Guthrumi* Dicti ope, ſucceſſit: Quo moriente, Rex *Edvardus* ſenior, Danis ſubditis, hoc proprio adjecit Regno.

Anno Dom.	REGES MERCIÆ.
585	*Crida* ſeu *Creoda*, quamdiu regnavit is, parum conſtat.
. . .	*Wippa* ſive Ƿybba, dicti filius, quamdiu regnavit incertum eſt.
	Ceorlii ibidem regnantis tempus incertum.
627	*Penda*, regali proſapia oriundus, an. 30 regnavit.
655	*Peada, Pendæ* filius, regnum per 1 an. adminiſtravit, cui ſucceſſit
656	*Oswius, Northumbriæ* rex. per 3 ann. regnum occupavit. Cui expulſo
659	*Wulferus, Pendæ* fil. in regnum fraternū ſuccedit.
675	*Ethelredus*, frater *Wulferi*, 39 ann. regnavit.
704	*Kenredus, Ethelredi* conſobrinus, 5 ann.
709	*Ceolredus, Ethelredi* filius, 9 ann.
719	*Ethelbaldus, Superbus* cognominatus, Ceolredi neceſſarius, 36 ann.
755	*Beornredus*, regnum vi vel dolo occupatum per ſemeſtre ſpatium tenuit.
756	*Offa, Ethelbaldi* nepos, 40 ann. regnavit.
796	*Egfertus, Offæ* filius, vix per ſemeſtre ſpatium regnavit.
796	*Kenwulfus* Regali proſapiæ quodammodo affinis, 24 ann.
819	*Kenelmus, Cenwulfi* filius, adhuc infans, ab amita *Quendrida* è vita ſublatus eſt. eique ſucceſſit
820	*Ceolwulfus* patruus, qui 1 an. regnavit.
821	*Beornwulfus*, 3 ann.
824	*Ludicanus*, an. unum, & 6 menſes.
825	*Wiglafius*, 14 ann.
839	*Bertwulfus*, 13 ann. Hi 4 ultimi *Saxonum* Occidentalium Regibus vectigal ſolvebant, ſicut &
852	*Burhedus*, qui 22 ann. regnavit. quem *Dani* regno exuerunt; dederuntque
874	*Ceolwulfo*; ab quo brevi poſt *Dani* regnum iterum abſtulerunt. quos expulit *Edwardus Senior*, regnumque *Ethelredo* (ſub titulo Comitis) gubernandum reliquit, qui *Ethelfledam Edwardi* ſororem matrimonio duxit; quæ defuncti mariti regnum adminiſtravit. cujus poſt
920	mortem *Edvardus* hoc regnum vi occupans ſuo adjecit.
956	*Edgarus*, Regis *Edwi* frater, rex *Merciæ* & *Northumbriæ* cooptatus. ibidem ante fratris obitum ann. 1 regnavit.

REGES

REGES ANGLIÆ.

Anno Dom.	
802	*Ecgbertus* regnavit 36 ann.
837	*Ethelwolfus*, Filius ejus, 18 ann. & ſeſquian.
857	*Ethelbaldus*, Filius ejus, 2 ann. & ſeſquian.
860	*Ethelbertus*, frater ejus, 5 ann. & ſeſquian.
866	*Etheredus*, frater ejus, 5 ann.
871	*Alfredus*, frater ejus, 29 ann. & ſeſquian.
901	*Edvardus*, filius ejus, cognomine *Senior*, 24 ann.
925	*Athelſtanus*, filius ejus, 16 ann.
941	*Edmundus*, frater ejus, 5 ann.
946	*Edredus*, frater ejus, 9 ann.
955	*Edwius*, *Edmondi* filius, 2 ann.
957	*Edgarus*, frater ejus, 16 ann.
973	*Edwardus*, filius ejus, cognomento *Martyr*, 5 an.
978	*Ethelredus*, frater ejus, 38 ann.
1016	*Edmundus*, cognomento Iron-Side, 9 menſes.
1017	*Cnutus*, *Daniæ* Rex, 19 ann.
1036	*Haroldus*, filius ejus, 3 ann.
1039	*Hardecnutus*, frater ejus, 2 ann. & ſeſquian.
1042	*Edvardus Confeſſor*, 24 ann.
1066	*Haroldus*, comitis *Godwini* filius, 9 menſes.

Superficies Convexa.

Superficies Concava.



Ad finem numismatum Saxonicorum.

CLARISSIMO VIRO

ANDREÆ FOUNTAINE

EQUITI AURATO

GEORGIUS HICKESIUS

S. P. D.

DUM ſub prælo eſſet de Numiſmatibus Saxonicis & Dano-Saxonicis diſſertatio Tua, *vir doctiſſime*, ad me miſit Clypeum argenteum ejuſdem peripheriæ, quam in icone illius ex adverſo vides, Reverendus & pereruditus *Johan. Taylor* Eccleſiæ paroch. de *Harlow* in Com. *Eſſex*. Vicarius, & Eccleſiæ Cathedr. *Petroburgenſis* Canonicus. Repertus erat ante x annos à Colono quodam, qui illum forte cum terra vertebat, dum aratro proſcinderet agrum quendam qui juxta *Sutton* jacet, *Inſulæ*, quam vocant, *Elienſis* oppidum. In lamina plumbi, cum quinque magni ponderis & pretii aureis annulis, centum Nummis argenteis, *Wilhelmo Conqueſtore* regnante percuſſis, catinoque argenteo, cui nihil inſcriptum erat, ipſe qui in ora ſuperficiei concavæ inſcriptionem Dano-Saxonicam præ ſe ferebat, affabre erat coagmentatus. Hunc igitur, qui inter Antiquitates Saxonicas locum ſibi vendicare videbatur, ne in opere noſtro ſculptum collocare gravarer, monebant quidam φιλαρχαῖοι, præſertim in litteris ad me datis vir præclarus *Johannes Covell* Collegio Chriſti apud *Cantabrigienſes* præfectus. Res etiam ipſa monebat, ut à quo conſumendo tempus omnium edax forte temperaſſet, id publici juris faciendo, poſteris & æternitati donarem. Quamobrem, cum de loco illi deſtinando mecum cogitarem, nullus alius antiquæ Literaturæ Septentrionalis duobus in libris magis idoneus viſus eſt, quam is, qui Numiſmata Tua continuò ſequeretur. tum quod à re nummaria non prorſus alienum cum foret, cum Tuis id connecti Te non moleſte laturum crederem; tum etiam maxime, quod in fine Numiſmatum à Te explicatorum locum opportunum nactus eſſe viderer, in quo gratum ac beneficiorum memorem animum in Te meum oblato hoc munuſculo declararem; qui cum magni laboris, majoris ſumptus, & maximi quidem ingenii ac doctrinæ libello Tuo opus meum ornare, ac amplificare voluiſti. Accipe igitur, pro ſumma humanitate Tua *Tabellam* hanc, quam perinde officii in Te mei, ac antiquorum temporum Monumentum in duabus faciebus exhibeo; quarum ambæ prototypum clypeum ad magicum uſum eſſe fabrefactum ſuadent. Id ut credam faciunt, Primo, *Gyri Runici* qui in ſuperficie convexa cernuntur, quamvis *Runarum* expertes. Secundo, *Runæ* ſive potius *Runarum* jugationes, ut opinor, *Magicæ*, quas cœlatas in fragmento anſæ argenteæ illi clavis umbellatis fixæ (qua quis prehenſum tenebat Clypeum) ſuperficies Concava oſtendit. Tertio, ipſa Inſcriptio, quam Incantamenti genus eſſe conſtat; quo quiſquis Clypeum in prœlio portabat, à metu Mortis ſecurus factus, ſe invulnerabilem eſſe putabat. Sic autem à ſigno Crucis diſtinctis verbis Inſcriptio legenda eſt.

✠ ÆDVƿEN MEA GAGEHY O DRIHTEN DRIHTEN HINE A ƿÆRIE ÐE ME HIRE ÆT FERIE BVTON HYOM SELLE HIRE AGENES ƿILLES.

Ut vero magis & incantatoribus, iiſve qui ſe tales fingunt, ſuum arcani ſermonis genus ſemper eſt, quo in ſuperſtitioſorum animis fidem & reverentiam crē-

ent:

ent: ſic iſta, quæ ſuppoſitis punctis notavi, ex Magico iſto & occulto verborum genere eſſe cenſeo, utpote quæ nihil, quod ſcio, ſignificant; aut ſi quid forte ſignificent, illorum ſenſum me prorſus latere fateor. Reliqua autem Inſcriptionis pars, ſic, ni fallor, Latinè interpretari fas eſt:

O DOMINE DOMINE! ILLVM SEMPER DEFENDE QVI ME SECVM CIRCVMGESTAVERIT; ILLI VOTA SVA CONCEDE.

Hæc precationis formula adeo conſecratos & quaſi munitos Clypeos, ἀπροπαλῆς eſſe factos ignari credulique cujuſvis ordinis homines exiſtimabant. Adeo ut qui id genus ullum contra plagas quaſi Amuletum in prælio geſtaret, ſecurus à metu Vulnerum pugnabat.

Supra dixi Clypeum hic exhibitum in agro quodam *Inſulæ Elienſis* eſſe inventum. Quæ paluſtris Regio, eaque maxima, cum olim eſſet, loci ingenio freti Proceres quidam Angli contra Gulielmum Conqueſtorem arma illic movebant. Hinc vero ſimile eſſe puto illum cum Gaza quæ cum eo applumbata erat reperta, Magnatis alicujus fuiſſe peculium, qui cum aliis Normannici jugi impatientibus in paludoſa terra iſta Natura adeo munita à Normannis novis Dominis ſe ſuoſque cum armis tutari voluit. Hæc, ad Te raptim, verbis tantum non extemporalibus ſcripſi, *celeberrime Fountaini*. Quæ oratum candidum Lectorem velim uſque adeo ut accipiat, donec aut Tu, Tuuſve *Williſius* avo *Thoma* nepos digniſſimus, aut alius aliquis rei Antiquariæ ſcientia vobis par, rei tam ſpiſſa Nocte obvolutæ uberiorem Lucem accerſat. Vale. Dabam pridie Kalend. Octobris. A. D. M.DCC.IV.

VOLUMINIS PRIMI

FINIS.